Digitized by Google

Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford - Messer
Bequest

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS ET CONCILII FLORENTINI (ANNO 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

EXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

UCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA PRIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

ATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD NOVEM ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT, SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LXXXVIII.

COSMAS INDICOPLEUSTES, S. JOANNES CLIMACUS, CONSTANTINUS DIACONUS CP., AGATHIAS MYRINÆUS, S. DOROTHEUS ARCHIMANDRITA, GREGORIUS ANTIOCHENUS EPISCOPUS, JOANNES JEJUNATOR, PATRIARCHA CP.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864
HSJ
81

Digitized by Google

AVIS IMPORTANT.

D'après une des lois providentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au-dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce cachet divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermés ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 27 ans, et les productions qui en sortent deviennent de plus en plus graves et soignées : aussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque du Clergé* sera terminée en ses 2,000 volumes in-4°. Le passé paraît un sûr garant de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre. Cependant, parmi les calomnies auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entraînait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyageurs, à répéter partout que nos Editions étaient mal corrigées et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieux, la correction et l'impression; en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fastes de la Typographie ayant forcé l'Editeur de recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volumes du double *Cours d'Ecriture sainte et de Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les imprimeries à presque tout ce qui s'édite; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverses Publications, furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais depuis ces temps éloignés, les mécaniques ont cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dans des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il est de fait qu'elle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine. Et comment en serait-il autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves de toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuves et d'en conférer une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sous le harnais et dont le coup d'œil typographique est sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'un bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée. On lit en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en collationnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même opération en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collationnements ont pour but de voir si aucune des fautes signalées au bureau par MM. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à MM. les corrigeurs sur le marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières contrôlées l'une par l'autre, et en dehors de la préparation ci-dessus mentionnée, vient une revision, et souvent il en vient deux ou trois; puis l'on cliche. Le clichage opéré, par conséquent la pureté du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l'épreuve à l'autre, on se livre à une nouvelle revision, et le tirage n'arrive qu'après ces innombrables précautions.

Aussi y a-t-il à Montrouge des correcteurs de toutes les nations et en plus grand nombre que dans vingt-cinq imprimeries de Paris réunies! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'ailleurs elle ne coûte que le dixième! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue par tant de frais et de soins, fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière elles celles même des célèbres Bénédictins Mabillon et Montfaucon et des célèbres Jésuites Petau et Sirmond. Que l'on compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en grec, comme en latin, on se convaincra que l'invraisemblable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'étant point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, leur haute intelligence suppléant aux fautes de l'édition. De plus les Bénédictins, comme les Jésuites, opéraient presque toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiques*, dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent le plus souvent que sur des imprimés.

Le R. P. De Buch, Jésuite Bollandiste de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoir pu trouver en dix-huit mois d'étude, *une seule faute* dans notre *Patrologie latine*. M. Denzinger, professeur de Théologie à l'Université de Wurzbourg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juillet, n'avoir pu également surprendre *une seule faute*, soit dans le latin soit dans le grec de notre double *Patrologie*. Enfin, le savant P. Pitra, Bénédictin de Solesme, et M. Bonetty, directeur des *Annales de philosophie chrétienne*, mis au défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions guère trop présumé de notre parfaite correction. Dans le Clergé se trouvent de bons latinistes et de bons hellénistes, et, ce qui est plus rare, des hommes très positifs et très pratiques, eh bien! nous leur promettons une prime de 10 centimes par chaque faute véritable qu'ils découvriront dans n'importe lequel de nos volumes, surtout dans les grecs.

Malgré ce qui précède, l'Editeur des *Cours complets*, sentant de plus en plus l'importance et même la nécessité d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an, et est résolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la revision entière et universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous presse, est corrigé mot pour mot d'un bout à l'autre. Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et une somme qui ne saurait être moindre d'un demi-million de francs est consacrée à cet important contrôle. De cette manière, les Publications des *Ateliers Catholiques*, qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de leur correction, n'auront de rivales, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'éditeur qui pourrait et voudrait se livrer APRÈS COUP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant? Il faut certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépense, surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volumes n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceux de la *Bibliothèque universelle du Clergé*. Le présent volume est du nombre de ceux revisés, et tous ceux qui le seront à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rapport de la correction, il ne faudra prendre que ceux qui porteront en tête l'avis ici tracé. Nous ne reconnaissons que cette édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréotypie immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; pas du tout, il introduit la perfection, car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hébreu a été revu par M. Drach, le Grec par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

Nous avons la consolation de pouvoir finir cet *avis* par les réflexions suivantes : Enfin, notre exemple a fini par ébranler les grandes publications en Italie, en Allemagne, en Belgique et en France, par les *Canons grecs* de Rome, le *Gerdil* de Naples, le *Saint-Thomas* de Parme, l'*Encyclopédie religieuse* de Munich le recueil des *déclarations des rites* de Bruxelles, les *Bollandistes*, le *Suarez* et le *Spicilège* de Paris. Jusqu'ici, on n'avait su réimprimer que des ouvrages de courte haleine. Les in-4°, où s'engloutissent les in-folio, faisaient peur, et on n'osait y toucher, par crainte de se noyer dans ces abîmes sans fond et sans rives; mais on a fini par se risquer à nous imiter Bien plus, sous notre impulsion, d'autres Editeurs se préparent, sous notre patronage et notre direction, au *Bullaire* universel, aux *Décisions* de toutes les Congrégations, à une *Biographie* et à une *Histoire* générale de tous les conciles et à une *Histoire* universelle, etc. Malheureusement, la plupart des éditions déjà faites ou qui se font, sont sans autorité, parce qu'elles sont sans exactitude; la correction semble en avoir été faite par des aveugles, soit qu'on n'en ait pas senti la gravité, soit qu'on ait reculé devant les frais; mais patience! une reproduction correcte surgira bientôt, ne fût-ce qu'à la lumière des écoles qui se sont faites et qui se feront encore.

Digitized by Google

BK
6
.11
V·88

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM VI. ANNI 535-593.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ,

ΤΟΥ ΗΓΟΥΜΕΝΟΥ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΟΡΟΥΣ ΣΙΝΑ.

ΑΠΑΝΤΑ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS SCHOLASTICI,

VULGO

CLIMACI,

ABBATIS MONTIS SINA,

OPERA OMNIA,

INTERPRETE MATTHÆO RADERO. S. F. PRESBYTERO. QUI ET ISAGOGEN AD SCALAM PARADISI SCRIPSIT; ACCEDUNT

COSMÆ INDICOPLEUSTÆ,

necnon

CONSTANTINI DIACONI CP., AGATHIÆ MYRINÆI, S. DOROTHEI ARCHIMANDRITÆ, GREGORII ANTIOCHENI EPISCOPI, JOANNIS JEJUNATORIS, PATRIARCHÆ CP.

SCRIPTA QUÆ EXSTANT :

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ, CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 20 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM VI. ANNI 535-593.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO LXXXVIII CONTINENTUR.

COSMAS INDICOPLEUSTES.

Topographia Christiana, sive Christianorum opinio de mundo. *col.* 51

CONSTANTINUS, DIACONUS CP.

Laudatio omnium martyrum. 477

Disputatio cum Photino Manichæo. 479

S. JOANNES CLIMACUS.

Scala Paradisi. 631

Liber ad Pastorem. 1166

AGATHIAS MYRINÆUS.

Historiarum libri quinque. 1268

S. DOROTHEUS, ARCHIMANDRITA.

Expositione et Doctrinæe diversæ. 1611

Epistolæ. 1838

GREGORIUS, ANTIOCHENUS EPISCOPUS.

Oratio in mulieres unguentiferas. 1847

De Baptismo Christi sermones duo. 1863

Concio ad exercitum. 1883

JOANNES JEJUNATOR, PATRIARCHA CP.

Pœnitentiale. 1889

Sermones de Pœnitentia et Confessione. 1919

Parisiis. — Ex Typis L. MIGNE.

Digitized by Google

COSMAS INDICOPLEUSTES

NOTITIA.

(Andr. Galland. *Veterum Patrum Biblioth.* t. XI, Proleg., p. xviii.)

I. Cosmas Ægyptius, et quidem Alexandrinus, ut ipsemet satis innuere videtur (*a*), ab Indica navigatione Ἰνδικοπλεύστης dictus (*b*), mercaturam primum exercuit (*c*), monasticum deinde institutum amplexus, ut ex ejus *Topographiæ Christianæ* inscriptione, prout eam referunt varii codices manu exarati, liquido constat. De proprio auctoris nomine dubitasse videtur Isaacus Vossius (*d*). Quin et suspicatur Fabricius (*e*) scriptorem hunc ea de causa fuisse *Cosmam* appellatum, quod Κόσμου descriptionem elucubrarit, perinde ac Joannes abbas Sinaita *Climacus* dictus propterea fuit, quod librum ediderit Κλίμαξ inscriptum : ingeniosa quidem, sed minus firma conjectura, Cavei (*f*) aliorumque judicio. Temporis autem notationem quo claruit Cosmas, ex ipso auctore deducere in promptu est. Dum enim sui operis librum II litteris consignaret, prodit ille (*g*) tum effluxisse annos plus minus XXV ab Elesbaani Axomitarum regis expeditione in Homeritas : quæ quidem expeditio, ut docet Pagius (*h*), in annum incidit 522, Justini autem imperatoris v. Jam vero si hujusmodi annorum notationi annos addas supra dictos XXV, annus exsurget 547, Justiniani XXI, quo proinde imperante auctor floruisse atque ista scripsisse intelligitur. At enim liber X, prope finem de Timotheo Alexandriæ antistite, quem ad Æluri discrimen juniorem appellat, verba faciens, eum NUPER obiisse tradit, quem anno 535 decessisse novimus. Quin et idem Cosmas quo tempore librum suæ *Topographiæ* XI absolvebat, Theodosii hæretici patriarchæ Alexandrini meminit, qui anno 536 exsulavit, quod concilio Chalcedonensi subscribere detrectavit. Hæc tamen de temporum ratione ab eodem auctore tradita, si recte inspiciantur, nullatenus ἀσύστατα esse cum cl. Montfauconio agnoscimus. « Sane putaverim, inquit vir ille doctus (*i*), Cosmam qui diuturnum tempus in his elucubrandis insumpsit, et obnitentibus contrariæ sententiæ viris, hæc sæpius retractavit et auxit, postremam anni 535 notam tum posuisse, cum primum his operam daret : deinde vero, cum subsequenti tempore multisque elapsis annis pristina repeteret et pro solito reformaret, priorem notam vel posuisse, vel jam positam ad annum quo hæc ageret reduxisse. »

II. Complura scripsisse auctorem nostrum, ex ipso comperimus : nimirum primo (*j*) Cosmographiam, *ubi universa terra latius descripta est;* præterea (*k*) Tabulas astronomicas, in quibus *astrorum motus ad exemplum organicæ exterorum sphæræ* pro systematis sui ratione delineavit, easque Homologo diacono inscripsit; deinde commentarium *in Canticum canticorum* (*l*), quem Theophilus ejus amicus ab eo expetierat. Ad hæc Expositionem Cosmæ Indicopleustæ in loca Psalmorum difficiliora ex ms. codice Colbertino 1476 memorat Cangius in *Glossario Græco* (*m*); neque aliter codex II inter Græcos bibliothecæ Regiæ Taurinensis (*n*). Et Montfauconius quidem bibliothecæ Coislinianæ codicem CLXXXVII evolvens, in quo Psalterium initio mutilum continetur, inter auctores commentariorum in idem Psalterium Cosmam quoque nostrum recenset (*o*). Quin, ut observatum Colomesio in Paralipomenis de scriptoribus ecclesiasticis (*p*), ejusdem Psalmorum Expositionis Indicopleustæ fragmentum exstat in Catena Corderiana ad Psalmum XVI, 14. Ex eo porro uno commate auctoris nostri forte detecto, eidem propterea esse ascribendam Catenam illam Corderianam secure argui posse putarunt modo laudatæ bibliothecæ Taurinensis editores clarissimi. Quod equidem haud facile concesserim. Utquid enim in eam Catenam locum illum suum immiserit

(*a*) Cosm. *Topogr. Christ.* lib. II, pag. 124*.
(*b*) Id. ibid. pag. 132, et lib. III, pag. 175.
(*c*) Id. ibid. lib. II, pag. 132 et alibi.
(*d*) Voss. *Observ. ad Pompon. Mel.* lib. III, cap. 7, pag. 275, 276, edit. I.
(*e*) Fabric. *Bibl. Gr.* t. II, p. 612. [nov. ed. IV, 251.]
(*f*) Cav. *Hist. litter.* tom. I, pag. 515.
(*g*) Cosm. lib. II, pag. 140.
(*h*) Pagi. ad ann. 522, § V.
(*i*) Montf. Præfat. in Cosm. *Topogr.* cap. 1, § I.
(*j*) Cosm. *Topogr.* Prol. I, ad lib. I.
(*k*) Id. ibid.
(*l*) Id. ibid. lib. VIII, sub init.
(*m*) Cang. *Gloss. Gr.* tom. I, pag. 516, v. Ἰνδικοπλεύστης, et tom. II, p. 1717, v. Ἀπὸ φωνῆς.
(*n*) *Bibl. Taurin.*, tom. I, pag. 67.
(*o*) Montf. *Bibl. Coislin.*, pag. 244.
(*p*) Colom. Opp. pag. 690, edit. Fabric.

* Paginas intellige editionis Montefalconii quas typis crassioribus expressimus. Edit. Patr.

Digitized by Google

Indicopleustes, si eamdem ipse confecisset? Id enimvero non est in more positum apud Catenarum consarcinatores, qui aliorum potius excerptis quam suis in hujusmodi centonibus contexendis abutuntur. Quid quod eidem quoque Cosmæ tribuenda fuerit altera Catena illa Coisliniana paulo ante Montfauconio commemorata, et quotquot aliæ, sicubi exstant, in quibus inter auctores Indicopleustes item recenseatur, si virorum eruditorum, quos modo laudavimus, sententiam semel admittamus. Quod sane jure dixerit nemo, ut equidem duco. Alius itaque a nostro Cosma Corderianæ Catenæ auctor esse videtur, qui ex Indicopleustæ Expositione fragmentum illud excerpserit. Cæterum præfationem illam in Psalterium Cosmæ Indicopleustæ nomen præferentem, quæ in codicibus Taurinensi, Barocciano (*a*), Vaticano CCCXLII, aliisque instar prologi cujusdam in Psalmos præmittitur, ex ejusdem Cosmæ *Topographia Christiana* esse desumptam, jam dudum admonuit Montfauconius (*b*); qui tamen vir doctissimus, deinceps aliud agens, eamdem Cosmæ præfationem velut ineditam inter Chrysostomi opera iterum evulgavit (*c*) ex ms. Ottoboniano in quo eidem Chrysostomo ascribitur, ubi, licet illam tanquam Chrysostomi fetum non admittat, legitimum tamen ejus auctorem, uti antea, detegere haud cogitavit. Neque illud hic prætereundum, eam Indicopleustæ præfationem in Psalmos, ex binis codicibus Baroccianis redintegratam, edendam in se recepisse Magnum Crusium (*d*); qui monuit mutilam esse illam, quam in *Topographia Christiana* exhibet Montfauconius. Hinc existimaverim equidem, exemplaria Crusii Barocciana concinere forte cum codice Ottoboniano, unde præfationem eamdem rursus edidit V. C., ut paulo ante docuimus; ubi sane sub finem plenior exstat quam vulgata in *Topographia Christiana*. Multo denique locupletiorem prologum illum Psalmorum nuper edidit ex ms. Vallicellano vir doctissimus, cui *Danielem secundum LXX ex Tetraplis Origenis* acceptum referimus (*e*). Quibus observatis illud quoque addere libet, prodidisse nimirum Colomesium (*f*). Matthiam Flacium Novo Testamento suo Græco Latino ex vetusto codice præfixisse Cosmæ nostri Argumenta Græca in quatuor evangelistas: quæ quidem ex ejusdem *Topographia Christiana* (*g*) fuisse descripta putaverim, quemadmodum de Cosmæ præfatione in Psalterium factitatum, ut modo innuimus.

III. Hæc porro Indicopleustæ litterarum monumenta omnia huc usque recensita, si nonnulla excerpta Expositionis in Psalterium excipias, sive interiere penitus, sive in bibliothecarum forulis adhuc latent. Unum vero superest, *Topographiæ Christianæ* titulo prænotatum, quod ineunte hoc sæculo ex duobus codicibus mss. Vaticano et Laurentiano Parisiis in lucem emisit cl. Montfauconius. Hujusce operis meminit ex veteribus unus Photius (*h*), cujus recensionem doctissimo editori præteritam exhibet illustratque Fabricius (*i*). Lucubrationem suam dicavit auctor Pamphilo Hierosolymitano, qui Alexandriam, ubi degebat Indicopleustes, accesserat eumque ad scribendum impulerat (*j*). Sic quidem Photius (*k*): qui tamen in operis lectione ulterius progressus, advertit sex tantum priores libros huic Pamphilo ab auctore nuncupatos; septimum autem Anastasio cuidam, quem Cosmas φιλοπονικώτατον et φιλόχριστον, *hominem studiosissimum* et *Christi amantissimum* appellat (*l*); octavum vero Petro amico suo (*m*), cujus antea meminimus. Reliquos porro quatuor nemini diserte inscriptos novimus. Complura notatu digna hoc in opere Indicopleustæ observat eruditissimus Montfauconius (*n*): cujusmodi sunt ejus de figura mundi scopus et opinio, narrationes de rebus Ægyptiacis, Æthiopicis et Indicis; quibus alia rerum memorabilium miscellanea intexta conspiciuntur. In primis vero ea edisserit (*o*), quæ Cosmas litteris consignavit de rebus Scripturam sacram et Ecclesiam spectantibus: quæ item de Epistolis Festalibus sancti Athanasii aliisque veterum Patrum fragmentis, ab eodem auctore decimo suæ *Topographiæ* libro prolatis. Porro de horum Cosmæ librorum pretio hæc habet cl. editor (*p*): « Etsi non pauca sint, inquit, in tam prolixo opere quæ ignorari et negligi sine dispendio possint, uti solet in hujus ævi scriptoribus accidere, nemo tamen æquus rerum æstimator non fateatur, paucissimos ex iis qui a sexto sæculo floruere, tam multa passim circumferre rerum documenta, quanta in Cosma nostro deprehendimus. Nam, præter res Æthiopicas, Ægyptiacas et Indicas alia bene multa subinde occurrunt luce dignissima, quæ non parvam rei litterariæ accessionem afferant: in his vero scriptorum veterum fragmenta non pauca, et Athanasii excerpta undecim ex Epistolis Festalibus, quæ jam diu interierunt. » Hæc ille: quo quidem doctissimi viri judicio emollienda videtur Photii sententia, qui auctorem nostrum non solum absona quædam afferre, sed et nonnulla incredibilia narraro ait, ut inter fabulosos potius quam fide dignos scriptores recensere hominem æquum fuerit (*q*).

IV. Porro inter singularia quæ hoc in opere passim refert Cosmas, eminet enimvero egregium vetustatis monumentum, Inscriptionem videlicet Ptolemæi tertii regis Ægypti, cogno-

(*a*) V. Oudin. *De script. eccl.* tom. I, p. 1412.
(*b*) Montf. Præfat. ad Cosm. cap. 2, n. 4, et *Topogr. Christ.* lib. v, pag. 223.
(*c*) Id. Chrysost. Opp. tom. V, pag. 539.
(*d*) Crus. Diss. epist. p. 27, n. 9, edit. Lips. 1728.
(*e*) Sim. de Magistris ad Daniel. Apol. sent. Patrum de LXX vir. vers., Dissert. IV, § II, pag. 432 seqq.
(*f*) Colom. l. c.
(*g*) Cosm. *Topogr. Christ.* lib. v, infra p. 245.
(*h*) Phot. *Bibl.* cod. XXXVI.
(*i*) Fabric. *Bibl. Gr.* t. II, pag. 609 seqq.
(*j*) Cosm. *Topogr. Christ.* Prol. II, ad lib. I.
(*k*) Phot. l. c.
(*l*) Cosm. lib. VII, sub init.
(*m*) Id. lib. VIII, init.
(*n*) Montf. præfat. in Cosm., cap. 2.
(*o*) Id. ibid.
(*p*) Id. ibid.
(*q*) Phot. l. c.

Digitized by Google

mento Evergetis, in Adule sitam quæ urbs Æthiopum maritima est. Eam exscripsit ipsemet auctor, nonnullisque scholiis illustravit (*a*), quam postea uberioribus notis auxit Montfauconius (*b*). Hujusmodi monumentum Aduliticum primus edidit G. L. Romæ 1631 Leo Allatius : sed vitiose admodum, judice Vossio (*c*), qui et nonnulla ejusdem monumenti loca illustrat. Illud postmodum ex codice Laurentiano Florentino ab Emerico Bigotio accuratius descriptum, anno 1666 Parisiis Gallice vulgavit Thevenotius (*d*). Deinceps incunte hoc sæculo idem Monumentum cum adnotatis Dodwellianis in tertio volumine *Geographorum Græcorum* Oxonii rursus evulgavit Joannes Hudsonus. Præterea notis auctum illud nobis exhibuit Fabricius Hamburgi 1716 (*e*). Postremo monumentum Adulitanum ab eruditis viris *antea* certatim editum, post Spanhemium, Dodwellum aliosque doctos homines, protulit Edmundus Chisull in suis *Antiquitatibus Asiaticis Christianam æram antecedentibus*, anno 1728 Londini evulgatis, ut ex Actis eruditorum Lipsiensibus intelligimus (*f*) : illudque V. C. a vôθεία; suspicione vindicat contra Begerum et Harduinum : paucis denique ipsius Cosmæ et uberioribus Montfauconii, suas ipsemet eruditas addit adnotationes : ubi et isto monumento vaticinium Danielis XI, 8, de rege Austri, id est Ptolemæo, mire illustrari palam ostendit. Præter alia vero notatu digna quæ in sua *Topographia Christiana* describit Indicopleustes, illud quoque accedit ad operis amplitudinem, quod auctor passim rerum imagines de quibus in opere agitur, manu propria nec imperite delineatas exhibet. Gaudent siquidem, ait Montfauconius (*g*), maxime Græci librarii, picturis et imaginibus, queis res ab auctoribus descriptas nativis coloribus repræsentent. Unde etiam plerumque res obscuras nec ita perspicue enuntiatas intelligere est. Earum vero rerum imagines non paucas, quæ in Cosmæ nostri codicibus Vaticano et Laurentiano habentur, quæque rebus intelligendis opportunæ erant, æneis tabulis incidi curavit V. C. Qui præterea permultas alias icones ex eodem Cosma desumptas profert in alio præstanti opere inscripto *Antiquité expliquée*, in cujus duobus indicibus v. *Cosmas* ostensas videas. Cæterum topographi nostri scrinia compilasse videtur auctor Chronici Paschalis, vulgo Alexandrini, cum apud Chronographum istum Indicopleuste plane recentiorem complura legantur iisdem prope verbis quibus Cosmas abutitur. Cujusmodi est illud quod refert Simonius in epistola *De inspiratione librorum sacrorum*, operi præmissa cujus inscriptio : *Réponse au livre intitulé : « Défense des sentiments, »* etc. (*h*). Qui quidem locus a viro illo critico ex laudati Chronici auctore descriptus (*i*), apud Cosmam nostrum verbo tenus occurrit (*j*). Hinc porro minus recte suspicatus est Allatius (*k*), Chronicon Paschale *Topographiæ Christianæ* auctori tribuendum, quem toto ferme sæculo anteriorem Chronographo Alexandrino exstitisse comperimus. Qua de re Fabricium (*l*) consule atque Caveum (*m*).

V. Unum adhuc et alterum adnotandum superest ad Cosmæ sive textum restituendum, sive interpretationem reformandam. Et primum quidem advertit Wesselingius (*n*), Hyperidis locum ab Indicopleuste relatum (*o*), occurrere quoque apud Pollucem (*p*), sed minus forsitan emendate. Eumdem autem locum ab auctore nostro excitatum edisserit ad suum Hesychium Joannes Alberti (*q*). Porro alterum Menandri locum a Cosma statim subjectum, ita restituit modo laudatus Wesselingius : στυππεῖ' ἱλέφ., ubi male in edito Montfauconiano στυπτεῖον. Verum gravioris momenti, ad interpretationem quod attinet, censenda V. C. Josephi Simonii Assemani observatio (*r*). In responsione itaque ad Crozii libelluin Gallice inscritum : *Histoire du Christianisme des Indes*, refert primum cum ejusdem laude, quod ab eo de Nestorianis erudite animadversum est. « Nimirum, inquit, ostendit ille (*s*), Cosmam Indicopleusten Nestorianæ hæreseos sectatorem fuisse (quod neque Photius vidit (*t*), neque Montfauconius adnotavit (*u*), rationesque has profert : primo, quia Cosmas laudat Patricium (*v*), qui postea totius Persidis archiepiscopus fuit', cum regio illa Nestorianismo infecta esset, cum vocans virum divinum et doctorem illustrem. Secundo, hæreticorum nomina recensens (*x*), Manichæos nominat, Marcionistas, Eutychianos, Arianos, Apollinaristas ; nullibi Nestorianos. Tertio in Scripturarum expositione (*y*) et in systemate mundi, Theodorum Mopsuestenum et Diodorum Tarsensem, primarios Nestorianorum doctores, ubique sequitur. Quarto, de Christo et Verbi incarnatione easdem cum Nestorianis locutiones usurpat (*z*). » His autem ex Crozio delibatis, pergit vir doctissimus sic inquiens : « Crozii sententiam libens amplector, confirmoque ex certissimis Nestorianorum documentis. Patri-

(*a*) Cosm. l. c. lib. II, infra pag. 140.
(*b*) Montf. Præfat. in Cosm. cap. 5.
(*c*) Voss. *Observ. in Melam* lib. III, cap. 8, pag. 223.
(*d*) Theven. *Relat. de divers voyages cur.*, t. I.
(*e*) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. II, pag. 604-609.
(*f*) *Act. Erud.* 1729, pag. 147.
(*g*) Montf. *Palæogr. Gr.* lib. I, cap. 1, pag. 7.
(*h*) Simon. *De l' inspirat. des liv. sacr.*, pag. 26.
(*i*) *Chron. Pasch.*, pag. 155 edit. Paris.
(*j*) Cosm. *Topogr. Christ.* lib. V, infra p. 259.
(*k*) Allat. *Consens. de Purgat.*, pag. 942.
(*l*) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. II, pag. 613-850, et tom. VI, pag. 143.
(*m*) Cav. *Hist. litter.* tom. I, pag. 516.
(*n*) Wessel. *Probab. lib. sing.* cap. 29, p. 252.
(*o*) Cosm. *Topogr.* lib. V, infra, pagg. 196 sq.
(*p*) Polluc. lib. IV, segm. 122.
(*q*) Hesych. tom. I, pag. 614, not. 24.
(*r*) Assem. *Bibl. Orient.*, tom. III, part. II, c. 7, § XXIII, pag. CDV et sq.
(*s*) Croz. *Hist. du Christ.*, pag. 27-37.
(*t*) Phot. *Bibl.* cod. XXXVI.
(*u*) Montf. Præfat. ad Cosm.
(*v*) Cosm. *Topogr.* infra pag. 124.
(*x*) Id. ibid. infra pag. 242.
(*y*) Id. ibid. infra pag. 235.
(*z*) Id. ibid. pag. 125 et seqq., 146 et seqq., 151 et seqq., 175 et seqq., 209 217, 262, 265, 269, 283, 286 et alibi passim.

Digitized by Google

cius enim ejusque discipulus Thomas Edessenus quorum Cosmas meminit (*a*), Nestoriani fuere, ut alibi demonstravi (*b*). Syri *Abam*, seu Mar-Abam vocant, quem Græce *Patricium* Cosmas appellat. Abam autem Catholicum totius Persidis fuisse, ex Catalogo patriarcharum Nestorianorum liquet (*c*). Hinc laudato Cosmæ testimonio, quod juxta Montfauconii versionem obscurum est, lux maxima affulget. Verba Cosmæ hæc sunt (*d*) : Οὐκ οἰκοθεν ὁρμηθεὶς, οὐδ' ἐξ ἐμαυτοῦ πλασάμενος, ἢ στοχασάμενος, ἀλλ' ἐκ τῶν θείων Γραφῶν παιδευθεὶς, καὶ διὰ ζώσης φωνῆς παραλαβὼν ὑπὸ τοῦ θειοτάτου ἀνδρὸς καὶ μεγάλου διδασκάλου Πατρικίου, ὡς τάξιν Ἀβραμιαίαν πληρῶν, ἐκ Χαλδαίων παραγεγονὼς, ἅμα τῷ ἐν ἁγίοις τότε μαθητῇ Θωμᾷ τῷ Ἐδέσσης, αὐτῷ πανταχοῦ ἀκολουθήσαντι, νῦν δὲ ἐν τῇ Βυζαντίῳ βουλήσει Θεοῦ τὸν βίον μεταλλάξαντι, μετέδωκε θεοσεβείας καὶ γνώσεως ἀληθεστάτης, ὃς καὶ αὐτὸς νυνὶ ἐκ θείας χάριτος, ἐπὶ τοὺς ὑψηλοὺς καὶ ἀρχιερατικοὺς θρόνους ἀνήχθη τῆς ὅλης Περσίδος, καθολικὸς ἐπίσκοπος αὐτόθι κατασταθείς. *Non ex me, neque ex mea opinione et conjectura, sed ex divinis institutus Scripturis, et ex viva accipiens voce divinissimi viri magnique magistri Patricii; qui cum Abrahamicum ordinem implesset, ex Chaldæa profectus una cum sancto viro, tum discipulo suo, Thoma Edesseno, qui ipsum ubique secutus est, nunc vero Byzantii, Deo volente, vitam cum morte commutavit; piæ religionis et veræ scientiæ munus tradidit, qui et nunc per Dei gratiam ad sublimes et archiepiscopales thronos evectus est, catholicus ibidem episcopus constitutus.* Nimirum Patricius seu Aba, cum ordinem Abrahamicum implevisset, hoc est, vel imitando Abrahamum patriarcham, qui ex Chaldæa in terram Chanaan Dei jussu migravit, vel potius emenso in Ilzensi cœnobio monastici instituti curriculo, quod in pristinum splendorem Abrahamus archimandrita restituerat (*e*), Byzantium cum Thoma Edesseno discipulo suo profectus est, ibique defuncto Thoma, in Chaldæam unde venerat, regressus, ad archiepiscopalem totius Persidis thronum evectus fuit, Catholicus constitutus, ut Mares, Amrus, Barhebræus, cæterique Nestoriani vel Jacobitæ scriptores tradunt (*f*). Montfauconius Græcum Cosmæ textum perperam interpretans, ad Thomam Edessenum refert quæ de Patricio seu Aba dicuntur, et in margine notat (*g*), eumdem Thomam catholicum Persidis constitutum fuisse. Hoc et Crozius de Latina Montfauconii versione advertit (*h*). » Hactenus V. C. Sed hic animadvertendum ducimus, ipsummet Montfauconium probe agnovisse (*i*) tum *Persidis archiepiscopum, tum alios omnes episcopos et presbyteros eidem subditos*, Nestorii placitis fuisse addictos, ut propterea incompertum haud ipsi fuerit, sive Patricium totius Persidis catholicum, sive Thomam Edessenum ejus discipulum Nestorianos exstitisse; licet Cosmæ Indicopleustæ qui eos celebrat, ejusmodi hæreseos maculam inurere prætermiserit. Pergamus porro.

(*a*) Cosm. *Topogr.* infra pag. 125.
(*b*) Assem. *Bibl. Orient.* tom. II, pag. 412, et tom. III, pag. 615.
(*c*) Id. ibid. tom. III, pag. 615.
(*d*) Cosm. l. c. infra pag. 124.
(*e*) Assem. l. c., tom. III, pag. 93, et 155.
(*f*) Id. ibid. tom. II, pag. 412, et tom. III, pag. 75.
(*g*) Montf. ad Cosm. pag. 125.
(*h*) Croz. l. c. pag. 28.
(*i*) Montf. Præfat. ad Cosm. *Topogr.* cap. 3, § VI.

NOTITIA ALTERA.

(Fabric. *Bibliotheca Græca* ed. Harles, tom. IV, p. 251.)

I. *De monumento Adulitico sive Adulitano Ptolemæi Evergetæ.*

Eximium monumentum Ptolemæi Evergetæ (*a*) in Adule, Æthiopum civitate maritima, suo adhuc tempore superstes observavit (*b*) atque Cosmographiæ suæ Christianæ inseruit scriptor quidam Græcus sub Justino imp. clarus, qui mercaturæ causa illa se loca adiisse testatur. Reperit vero δίφρον sive sellam e candido marmore ad urbis ingressum a rege consecratam Marti, et in posteriori parte imagines Herculis atque Mercurii habentem insculptas, tum undique inscriptam litteris Græcis, et ingentes expeditiones, a Ptolemæo feliciter susceptas, amplissimasque victorias satis gloriose celebrantem. . . . . .

. . . . . .

Labentibus annis, uti Bernardus Montefalconius integram Cosmæ, monachi Ægyptii, *Topographiam Christianam*, sic cum ea marmorei istius solii, dudum deperditi, epigraphen, sive *monumentum Adulitanum* ad utriusque codicis, cum Vaticani, tum Florentini, fidem recensuit in *Collectionis novæ Patrum*, Paris. 1706, in-fol., tom. II, p. 141 sqq., additis non modo Cosmæ scholiis in Ptolemæi inscriptionem, sed suis etiam animadversiunculis, necnon pictura

(*a*) Circ. A. M. 3783, olymp. CXXXIV, 3, ante Ch. Fl. 220, a. V. C. 532, secundum Saxii rationes, *Onomast.* I, pag. 112, ubi de hoc monumento diligenter disserit.
(*b*) Cosmæ Indicopleustes lib. II, pag. 140, ἐν τῇ Ἀδούλῃ τῇ καλουμένῃ τῶν Αἰθιόπων πόλει παραλίῳ. Confer de hoc oppido et portu Guil. Stuckium ad Ariani periplum maris Erythræi, fol. 10; Cellarii *Africam antiquam*, p. 96. Hodie *Ercoro* dicitur, ut Sponio notatum est.

Digitized by Google

δίφρου Πτολεμαϊκοῦ, ad pag. 188. (Ex hac Montf. sylloge repetierat Fabricius h. l. monumentum Adulitanum cum adnotationibus; sed ego omisi, quoniam illud cum insigni observationum apparatu postea locum invenit in Edm. Chishulli *Antiquitatum Asiaticarum*, part. I, Londini 1728, in-fol., pag. 79-87. Specimen codicis Florentini e bibl. Laurentiana dedit quoque Montefalcon. in *Palæographia Græca*, pag. 282. Adde Clerici *Bibl. ancienne et moderne*, tom. IV, pag. 45 sqq.) Ab illo tempore nemo dubitavit, quin maxime sincerum esset Montefalconis exemplum. Vel sic tamen huic intercessisse visus est Theoph. Sigefr. Bayerus, qui primam partem hujus monumenti ex apographo codicis Vaticani summa accuratione secundum versus et litteras a Josepho Simone Assemanno (conf. hic ipsius Assemanni epistola ad Bayerum in *Sylloge Uhliana*, vol. IV, pag. 3 sq.) descriptam edidit in dissertatione *De numis duobus Ptolemæi Lagidæ*, tom. IV Commentarior. academiæ Petropolitanæ, a pag. 248 inserta. Cæterum non eadem omnibus hujus monumenti auctoritas visa est. Sunt qui probæ vetustatis esse credant, quorum sententiæ me nondum pœnitet. Alii νοθείας accusarunt: in quibus fuerunt Harduinus, Begerus, Jo. Sartorius, aliquantulum dubitans, et Erasm. Froelichius. Harduini judicium, in Chronologia Veteris Testamenti, pag. 579 Operum select. de eo latum, vanitatis convicit La Crosius in *Vindiciis veterum scriptorum*, p. 140-145. Begeri dubitationibus, in *Thesauro Brandenburg.*, tom. III, p. 31 sq. expositis, occurrit Chishullus in animadversionibus ad monumentum Adulitanum I ante I. Etsi vero defensio La Crosiana virorum doctorum suffragia tulit, ipsique Gisberto Cupero, testibus ejus *Litteris criticis*, p. 6 (adde Cuperi epist. ad La Crosium in *Thes. epistol.*, tom. III, pag. 268), placuit; tamen Jo. Sartorio, Gedanensi professori, non usquequaque satisfaciebat, nonnullis ei scrupulis subortis, quorum causa ad La Crosium singulares scripsit litteras in *Thesauro epistolico* La Crosiano tom. I, n. 267, obvias. Respondit ei humaniter docteque La Crosius, ejusque epistolam ipse Jo. Sartorius in libello, qui penes me est, satis raro *De ostracismo litterario*, Gedani 1710, in-4, pag. 78 sqq., promulgavit, a Jordano deinceps in Historia vitæ et scriptorum La Crosii, Amstelod. 1741, in-8, pag. 108 sqq., typis renovatam. (Adde tom. III, *Thes. epistolici* La Crosiani, epist. 149, pag. 288-291, ubi locus quidam in monumento emendatur.) Neque tamen Sartorius herbam porrexisse videtur, quædam denuo suspicatus, ut apparet ex aliis litteris, ad eumdem La Crosium datis, in *Thesauro* La Crosiano, tom. I, n. 268. (Conf. epistolam Wolfii ad La Crosium in eodem *Thesauro epistol.*, tom. II, epist. II, pag. 18 sq.; unde apparet Sartorium rivis La Crosii suos irrigasse hortos.) Tandem uti totius monumenti fidem in dubium vocare ausus non est Erasmus Froelichius in Inscriptionibus antiquis, ad Annales Syriæ regum illustrandos idoneis, pag. 125, ita alteram duntaxat illius partem sibi de sincera antiquitate suspectam esse scribit. Cujus tamen dubitationum remedia jam antea occupaverat vir litteratissimus Theoph. Sigfr. Bayerus, l. l. Hactenus cl. Saxius. HARL.

II. ***Cosmographia Christiana lecta olim a Photio sine auctoris nomine, quod doctissimo Montefalconio haud observatum.***

Opus ipsum in quo monumentum hoc exstat, inscribitur Χριστιανικὴ Τοπογραφία παντὸς κόσμου (*a*), *Descriptio mundi universi, e mente Christianorum*, et distributum est in *libros duodecim*, etsi non simul ab auctore vulgatos, quia initio non tot libros mente conceperat. Duodecimus in Vaticano ms. desideratur, in Mediceo codice mutilus extrema parte [nempe ultimo folio postremi libri amisso] est repertus, atque ita a Montfaucono cum reliquis XI integris editus. Argumentum operis succincte persequitur Photius, cujus locum doctissimo editori haud observatum ascribam. Ita vero ille codice XXXVI.

Ἀνεγνώσθη βιβλίον, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ *Χριστιανῶν βίβλος*, ἑρμηνεία εἰς τὴν ὀκτάτευχον (*b*). Παμφίλῳ (*c*) δέ τινι προσφωνεῖ τὸ βιβλίον· ἦν δὲ ταῖς Ἰουστίνου (*d*) τοῦ τῶν Ῥωμαίων βασιλέως ἡμέραις ἐνακμάζων. Ἀπάρχεται μὲν οὖν ὑπέρ τινων ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων, Γραφικαῖς, ὡς ἐδόκει, μαρτυρίαις

Lectum opus est, cujus titulus *Christianorum liber*, tractatus octo voluminum. Pamphilo cuidam dicatus ab auctore, qui Justini, imp. Romani temporibus floruit. Initio statim ecclesiastica quædam dogmata, S. Scripturæ, ut ipsi quidem videtur, testimoniis propugnat. Dictione utitur humili, et plus

(*a*) Lib. I, sub init., et pag. 114 sqq.; lib. II, pag. 125, 126; lib. VII, pag. 275.

(*b*) Nullo modo huic operi convenit titulus *Expositionis in Octateuchum*, sive in primos octo sacræ Scripturæ libros. Itaque hæc verba innuunt potius expositionem sive tractatum, libris octo constantem, sive in octavo libro desinentem. Nam quamvis mox ab ipso Photio duodecim numerantur libri, tamen postremi quatuor interjecto demum tempore scripti et prioribus additi sunt, et a Photio referuntur separatim.

(*c*) Pamphilo Hierosolymitano. Vide lib. I, pag. 114; lib. II, pag. 134, et lib. VIII, pag. 305. Hunc Θεοφιλέστατον Πατέρα vocat lib. II, pag. 185; lib. VI, pag. 266; ὦ τιμία κεφαλὴ ad eumdem lib. V, p. 260.

(*d*) Lib. II, pag. 141: Παρόντι οὖν μοι ἐν τοῖς τόποις πρὸ τούτων τῶν ἐνιαυτῶν εἴκοσι πέντε πλέον ἢ ἔλαττον, ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς βασιλείας Ἰουστίνου τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως, ὁ τηνικαῦτα βασιλεὺς τῶν Ἀξωμιτῶν μέλλων ἐξιέναι εἰς πόλεμον πρὸς τοὺς Ὁμηρίτας τοὺς πέραν, etc. Expeditio illa Elesbani, Æthiopum regis, facta est a. Ch. 522. (confer *Pagium* tom. II, *Critic. Baron.*, pag. 517), Justini imp. quinto: ergo auctor ista scripsit Alexandriæ (vide lib. II, pag. 114; lib. VI, pag. 6, pag. 264), a. Ch. 517, Justiniani XXI.

Paginas intellige editionis Montefalconii quas typis crassioribus in textu exprimendas curavimus. EDIT. PATR.

Digitized by Google

quam vulgari compositione. Sed et incredibilia quædam narrat, ut fabulosis potius quam fide dignis accensere scriptoribus hominem fas sit. Pro quibus vero maxime propugnationem suscepit dogmata, hæc sunt : Cœlum non esse orbiculari figura, nec terram adeo, sed illud fornicis instar terræ incumbere; hanc longiorem esse quam latiorem, et extrema cœli ultimis terræ jungi; astra singula moveri ministerio angelorum, et id genus alia. Digressus in mentionem Geneseos et Exodi, cumprimis insistit enarrationi et contemplationi tabernaculi. Hinc prophetas percurrit ac deinde apostolos. Solis magnitudinem duobus climatibus metitur terræ, et angelos non in cœlo versari, sed tantum infra firmamentum et nobiscum degere contendit. Christum vero, ascendentem e terris, ingressum esse locum medium inter cœlum ac firmamentum, idque solum esse regnum cœlorum. Affert et alia absona. Ac libros quidem sex Pamphilo cuidam consecravit; e sex reliquis autem (universi enim duodecim sunt) septimum Anastasio, in quo cœlos dissolvendos negat, et octavum dicavit Petro, in quo canticum Ezechiæ et regressionem solis interpretatur, testatus se etiam Canticum canticorum commentario explicuisse. Reliqui quatuor libri ad neminem sunt ab auctore diserte directi.

ἀγωνίζεσθαι. Ἔστι δὲ ταπεινὸς τὴν φράσιν (*a*) καὶ συντάξεως οὐδὲ τῆς κοινῆς μετέχων· ἀλλὰ καί τινα κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀπίθανα συντίθησι (*b*), διὸ καὶ μυθικώτερον μᾶλλον ἢ ἀληθέστερον ἡγεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον, δίκαιον. Ὑπὲρ ὧν δὲ δόγματα ἀνίσταται, ἔστι ταῦτα· Ὅτι ὁ οὐρανὸς οὐκ ἔστι σφαιρικὸς, οὐδὲ ἡ γῆ, ἀλλ' ὁ μὲν ὡσεὶ καμάρα (*c*), ἡ δὲ ἑτερομήκης (*d*), καὶ κεκόλληται (*e*) τὰ πέρατα τοῦ οὐρανοῦ πρὸς τὰ πέρατα τῆς γῆς. Καὶ ὅτι πάντες οἱ ἀστέρες κινοῦνται, ἀγγέλων (*f*) αὐτοῖς τῇ κινήσει διακονούντων, καὶ ἕτερά τινα τοιαῦτα. Ποιεῖται καὶ ὡς ἐν παρεκβάσει (*g*) μνήμην καὶ τῆς Γενέσεως καὶ τῆς Ἐξόδου, διατρίβει δὲ τῇ διηγήσει καὶ τῇ θεωρίᾳ, ὡς ἐπῖπαν τῆς σκηνῆς (*h*), ἐπιτρέχει δὲ καὶ τοὺς προφήτας, κἀκεῖθεν τοὺς ἀποστόλους. Λέγει δὲ ὅτι τὸ μέγεθος ἔχει ὁ ἥλιος δύο κλιμάτων (*i*), καὶ ὅτι οἱ ἄγγελοι οὐκ εἰσὶν ἐν τῷ οὐρανῷ (*j*), ἀλλὰ μόνον ὑπὲρ (*k*) τὸ στερέωμα καὶ μεθ' ἡμῶν. Καὶ ὅτι ὁ Χριστὸς ἀνελθὼν ἀπὸ τῆς γῆς, εἰς τὸ μεταξὺ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοῦ στερεώματος (*l*) εἰσῆλθε, καὶ ὅτι τοῦτό ἐστι καὶ μόνον ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν (*m*). Λέγει δὲ καὶ ἄλλα τινὰ ἀλλόκοτα (*n*). Προσφωνεῖ δὲ τοὺς μὲν ἐξ αὐτοῦ λόγους Παμφίλῳ τινὶ (*o*), τῶν δὲ λοιπῶν ἓξ (οἱ γὰρ πάντες αὐτοῦ δώδεκά εἰσι) τὸν μὲν ἕβδομον Ἀναστασίῳ (*p*), ἐν ᾧ ὅτι ἀκατάλυτοί εἰσιν οἱ οὐρανοί (*q*). Τὸν ὄγδοον δὲ, ὃς ἐστιν εἰς τὴν ᾠδὴν Ἐζεκίου (*r*) καὶ εἰς τὸν ἀναποδισμὸν τοῦ ἡλίου, Πέτρῳ (*s*) προσφωνεῖ, ἐν ᾧ, ὅτι καὶ ὑπεμνημάτισε τὰ Ἄσματα τῶν ἀσμάτων (*t*) λέγει. Οἱ δὲ λοιποὶ τέσσαρες οὐ πρός τι πρόσωπον αὐτῷ συνετάγησαν.

(*a*) Ipse lib. I, pag. 114, libenter fatetur πεζῶς πως καὶ ἀνωμάλως argumentum suum διεξιέναι· καὶ γὰρ, inquit, ἐννοιῶν ὑρθῶν, οὐ φράσεων δεῖται ὁ Χριστιανός. Nimirum a Pamphilo, qui Hierosolymis Alexandriam accesserat, etiam atque etiam ad hoc excitatus permisit se ad scribendum impelli, cum alioqui mercaturam fecisset et a litterarum elegantiorum studio fuisset alienus, prætereaque per morbos exhaustus etiam corporis viribus. Ἐνοχλῶν ἡμῖν περὶ τούτου οὐ διέλιπες, ἀσθενῶν ἡμῶν τυγχανόντων τῷ σώματι, ταῖς τε ὄψεσι καὶ τῇ ξηρότητι τῆς γαστρὸς πιεζομένων, καὶ συνεχῶς λοιπὸν ἐκ τούτου ἀσθενείαις συχναῖς περιπιπτόντων, ἄλλως δὲ καὶ τῆς ἔξωθεν ἐγκυκλίου παιδείας λειπομένων, καὶ ῥητορικῆς τέχνης ἀμοιρούντων, καὶ στωμυλίᾳ λόγων ἢ κόμπου χαρακτῆρσι συνθεῖναι λόγον οὐκ εἰδότων, καὶ ταῖς τοῦ βίου πλοκαῖς ἀσχολουμένων, — lib. II, pag. 124. Itaque pag. 125 ait, se scribere ἄνευ κεκομψευμένου καὶ τεχνικοῦ λόγου ἐν ἰδιωτικοῖς τε καὶ ἁπλάστοις ῥήμασι. Et pag. 132 : Ἐμπορίας γὰρ χάριν ἔπλευσα τοὺς τρεῖς κόλπους τούτους, τόν τε κατὰ τὴν Ῥωμαΐαν (*in ditione Romanorum*), καὶ τὸν Ἀράβιον, καὶ τὸν Περσικὸν, καὶ ἀπὸ τῶν οἰκούντων δὲ ἢ καὶ πλεόντων τοὺς τόπους, ἀκριβῶς μεμαθηκώς. Adde lib. III, pag. 178 sq.

(*b*) Videtur respicere ea quæ libro XI tradit de variis animantibus arboribusque, quæ tamen si quis legat nostro tempore, quo historia naturalis tot hominum solertium longissimis itineribus non leviter locupletata est, facilius iis habebit fidem. Certe præclara mihi videntur et neutiquam contemnenda quæ scriptor ille observavit. Totum vero illum librum XI pridem e codice Mediceo a Bigotio descriptum cum Gallica ejus versione vulgaverat Thevenotus tomo primo collectionis itinerum Paris. 1650, fol.

(*c*) Quod nempe scriptum esset Is. XL, 22, Ὁ στήσας ὡς καμάραν τὸν οὐρανόν. Confer Eusebium ad illum locum, pag. 511, et laudata ab auctore *Topographiæ* Severiani atque Chrysostomi verba; Allatium ad Eustachium in Hexaemeron, p. 26 sqq.; Petavii Dogmata theolog. de mundi opificio lib. I, cap. 12.

(*d*) Instar mensæ in sacro tabernaculo. Vide lib. II, pag. 138; ἐπιμήκη ipse vocat pag. 129.

(*e*) Lib. II, pag. 129, τὸν οὐρανὸν κατ' ἄκρα τοῖς ἄκροις τῆς γῆς συνέδησε.

(*f*) Lib. II, pag. 150, 155, lib. III, pag. 161, lib. IV, pag. 189; lib. VII, pag. 287; lib. IX, pag. 310 et 312 sq.

(*g*) Libro quinto.

(*h*) Quia Apostolus tabernaculum vocat ἅγιον κοσμικὸν Hebr. IX, 2. Vide lib. I, pag. 115; lib. II, pag. 134 sq.; lib. III, pag. 165, 173 sq.; lib. V, p. 179, 200 sq.; lib. VII, p. 297; lib. IX, p. 305, 311.

(*i*) Lib. VI, pag. 265, 267.

(*j*) Sententia auctoris perspicue patet e figura. Angelos autem in supremo cœlo esse, negat lib. II, pag. 175; lib. VII, pag. 286 sq., 289; lib. IX, pag. 313.

(*k*) Non super stereoma sive firmamentum, sed intra atque subter illud. Nam ex mente auctoris nihil supra firmamentum præter aquas supracœlestes et regnum cœlorum.

(*l*) Ac primus quidem. Vide lib. VII, p. 277; lib. IX, pag. 314.

(*m*) Lib. III, pag. 183.

(*n*) Ut de monte conico, columnis cœli, terra, ultra Oceanum inaccessa etc. De monte ejusmodi geminam Braminum doctrinam refert Abraham Rogerus in : *Indianisches Heidenthum*, pag. 251. Adde *Mem. de Trevoux*, 1715, pag. 1861.

(*o*) Supra dixerat Photius, Pamphilo totum opus esse dicatum. Nunc lectione ulterius progressus recte monet, ei inscriptos esse ab auctore libros solummodo sex primores.

(*p*) Lib. VII, pag. 274, ὦ φιλοποντικώτατε ἀνδρῶν Ἀναστάσιε. Eumdem φιλόχριστον vocat pag. 275.

(*q*) Lib. VII, pag. 275 sq.

(*r*) Isaiæ LVIII.

(*s*) Lib. VIII, pag. 300, 307 et 308, ubi φιλόχριστον appellat.

(*t*) Illud in Canticum canticorum ὑπόμνημα, ait dedicasse se Theophilo amico, lib. VIII, p. 300

Digitized by Google

III. *Topographiæ Christianæ num auctor Cosmas.*

Patet ex hoc loco, Photium in codice suo nullum auctoris nomen ascriptum reperisse. Vocatur tamen a viris eruditis *Cosmas Indopleustes*. Allatius pag. 20, 47, *De mensura temporum* citat Christinum sive Christianum, in *Christiana Topographia*. [Alia Allatii loca attulit Fabric. § III, versus finem.] In codice Mediceo [cod. 28, plut. IX] hic index est operis, Αὕτη ἡ βίβλος Χριστιανικὴ Τοπογραφία περιεκτικὴ παντὸς τοῦ κόσμου παρ' ἡμῖν ὠνομασμένη. [Bandinius in Catal. ms. Græc. biblioth. Laurent., tom. I, pag. 437-449, de illo cod. sæculo x scripto, de argumento operis et de Cosma ipso copiosus est. In cod. Laurent., pag. 20 verso, post prologos u legitur tamen, Κοσμᾶ μοναχοῦ λόγος α' πρὸς τοὺς Χριστιανίζειν μὲν ἐθέλοντας, κατὰ τοὺς ἔξωθεν δὲ σφαιροειδῆ τὸν οὐρανὸν νομίζοντας καὶ δοξάζοντας. Bandinius jam memorat, in codice bibliothecæ Cæsareæ apud Lambec. in Comm. de illa biblioth. lib. III, cod. IX, exstare solummodo laciniam. Atqui Kollarius in nota ad Lambecii Comm. III, pag. 47 sq., ostendit, esse tantum quatuor excerpta, quæ quoque, cum editione Montfaucon. collata, diligenter designat. Vaticanus codex unciali charactere circiter sæc. IX in membranis manu exaratus est, cum figuris ex vetustiori exemplari, et, opinante Bandinio, ex autographo depictis; sed caret libro XII. Cosmas enim, ait Bandinius, editam a se *Topographiam Christianam* secundis curis aliam in formam plerisque in locis deduxit, multis partibus auxit, et cum obstrepentibus naviterque pugnantibus adversæ sententiæ viris, objecta refellere opus esset, libros addidit novos (*a*), unde accidit ut ea quæ a primo manarunt autographo exemplaria, longe breviora sint aliis quæ post sartum et tectum opus exscripta sunt. Postremi generis est Laurentianus codex sæc. X, ad cujus fidem Montfaucon. in *Collectione nova Patrum*, tom. II, editionem suam curavit, adjutore Antonio Maria Salvinio. Jac. tamen Gronovius ad Minucii Felicis cap. 37, *Sententiam*, ait, *hanc non meminilegisse speciosius illustratam, quam a Cosma monacho in ista Christianica Topographia, nuper ita Parisiis edita, ut potuisset emendatius id præstari*. Idem Montfaucon. tabulas nonnullas, quibus bene multis totus exornatus codex, fecit describi : dolet tamen Bandinius, omissas esse elegantissimas et ab antiquitatis studiosis maximi faciendas. Salvinium tulisse opem, docet Bandin. ex ipsius Montfauconii epistolis, ad eumdem Salvinium datis ann. 1700, editisque tom. II, pag. 149 sqq. *Symbol. litter.* Gorii. Ex epistola vero quinta, pag. 200, efficitur, curam depingendarum tabularum, quæ deletæ pene erant in cod. Vaticano, demandasse Anselmo Mar. Bandurio, a quo tamen nonnullæ inscriptiones, difficiles captu, fuerunt prætermissæ. — Cosmæ procœmium εἰς τὸν Ψαλτῆρα citatur a Niceta Choniate in *Thesauro orthod. fidei*, teste Bandinio tom. I Catal. laud., pag. 432 B. Prologus ipse in Psalmos est in cod. Venet. D. Marci (Catal. pag. 261). Prologum hujus Cosmæ in Psalmos integriorem, quam Montfaucon. tom. II, pag. 223, editurum se promisit Magnus Crusius diss. epist. pag. 27, Lipsiæ 1728. Nec tamen confundenda est Ecphrasis in Psalmos, in codd. Vindob. tom. III, pag. 272, et tom. IV, pag. 475 : neque enim est, ut Lambecius opinabatur, a Cosma Hierosolymitano, neque carmine iambico, sed versibus politicis scripta, ut docet Kollar. ad utrumque Lambecii locum. Conf. Fabric. *Bibl. Gr.*, vol. X, pag. 218, ubi plures Cosmæ enumerantur : quibus adduntur h. l. a Fabricio Cosmas, diaconus Apostolopitanus; tempore Chrysostomi (Lambec. VIII, pag. 300); Cosmas, cujus sermo paræneticus ad peccatorem contumacem (Lambec. VIII, pag. 449; Nessel. V, pag. 24); Cosmæs hieromonachi Ἑρμηνεία τῆς ἐπιστήμης τῆς χρυσοποιίας, ms. in cod. Regio et Laurent. (vid. Bandin. III, pag. 356); Cosmas, Alexandrinus episcopus (Asseman. tom. II *Biblioth. Oriental.*, pag. 474). Fabricio ignotus fuit Cosmas Cyparissiota, cujus *Officium supplex in Jesum*, in cod. Laurent. Medic. apud Bandinium tom. I Catalogi, cod. XVII, pag. 40. Ibid. pag. 530 occurrunt Cosmæ sub imperat. Romano seniore magistri officiorum sententiæ duæ de colonis. Decretum illius Περὶ παροίκων exstat in cod. Veneto D. Marci (Catal. pag. 103). HARL.] — Geographum Christianum ms. biblioth. Mediceæ de animalibus Indicis citat Thom. Bartholinus lib. *de unicornu*, cap. 24, pag. 211.

Sed vereor, ut proprium hoc, nempe Cosmas Indopleustes, ejus nomen sit. Nam ut *Indopleustes* quidem dictus est a suscepta in longe dissita loca (*b*) navigatione, ita *Cosmas* appellatus videtur quod scripsisset topographiam κόσμου sive *mundi* (*c*). Similiter Joannes, abbas Sinaita, dictus est *Climacus* quod scripsisset librum cui titulus Κλῖμαξ, ut omittam alia hujus generis exempla, jam nota eruditis, et partim collecta ab Adriano Bailleto in libro

(*a*) Quod a Cosma Alexandriæ a Chr. 547. factum esse, docet Hamberger in *Zuverlæssigen Nachrichten*, etc., part. III, p. 387, ubi de Cosma disserit. Ad eumdem annum ætatem Cosmæ refert Saxius *Onom. litter.*, I, pag. 43. HARL.

(*b*) Conf. Casauboni et Salmasii notas ad hæc Vopisci in *Firmo: Naves quoque ad Indos negotiatorias sæpe misit*, tom. II, p. 709 sq. FABRIC. Conf. Robertson in libro : *An historical disquisition concerning the Knowledge which the ancients had of India*, etc. Londin. et Edinburg. 1791, maj. 4, qui de Cosma agit, [p. 91 sq. versionis Germ.] et distinguenda putat ea, quæ ipse viderit Cosmas ab illius hypothesibus physicis. Cl. Heeren librum similis fere argumenti qui nuper prodiit, nondum vidi. HARL. [A. H. E. Heeren *Commentatt. de Græcorum de India notitia et cum Indis commerciis*. Commentatt. Soc., etc. Gott., vol. X et XI. Ejusd. *Comm. de Romanorum de India notitia*, ib. vol. XI; ejusd. *Ideen über die Politik, den Verkehr und den Handel der vornehmsten Vœlker der alten Welt, Carthager, Æthioper, Ægypter*. Gott. 1792, 8.]

(*c*) Enimvero hæc dubitatio, seu conjectura levis esse videtur : nam plures, qui Cosmæ audiebant, exstitisse, certum est. HARL.

Digitized by Google

Gallico, quo scriptores sub falso vel nullo nomine latentes recensuit, p. 322. Video etiam, de auctore addubitare Is. Vossium, pag. 275, ad Melam : *Quam antiquum sit vocabulum, liquet ex auctore Topographiæ Christianæ, sive is sit Cosmas Indopleustes, sive alius.* Et pag. 276 : *Cum hoc convenit Cosmas Indopleustes, sive quicunque alius* Τοπογραφίας Χριστιανικῆς *est auctor.* Cosmam, nescio an nostrum, libro primo Αἰγυπτιακῶν laudant scholia Græca in Apollonium, IV, vs, 262. Cosmas tamen Indopleustes citatur a Corderio in Psalmos tom. I, pag. 53, 303; a Petro Gyllio lib. II *Topographiæ Constantinop.*, cap. 25. Certissime Nestorianum esse auctorem *Topographiæ*, notat M. V. La Crose in *Bibl. Bremensi*, t. V, p. 663; in *Museo Bremensi*, t. I, pag. 85; et in *Historia Christianismi apud Indos* pag. 27 seqq., edita Gallice, Hagæ 1724, in-12, licet non diffiteatur Mariam ab eo dici Θεοτόκον pag. 260 C. Add. Joseph. Sim. Assemannus lib. III *Bibl. Orient.*, part. II, pag. XCI, DCXVII, qui circa a. Ch. 539 scripsisse eum pronuntiat. Cosmæ tres inter patriarchas Alexandrinos referuntur in Chronico Orientali, pag. 126, 132, 133. *Topographiæ* quidem auctor in Ægypto diu versatus est, atque Alexandriæ scripsit, ut testatur II, p. 114; VI, pag. 264. Mercaturam exercuisse non uno se loco prodit, II, pag. 130, III, pag. 178; XI, pag. 336. Eumdem monachum vocat inscriptio libri : Κοσμᾶ Αἰγυπτίου μοναχοῦ Χριστιανικὴ Τοπογραφία. Opificium exercuisse monachos olim, satis constat vel ex Epiphanio LXIX, 3 seq., et Palladii *Lausiaca*, pag. 92, 142, 143, etc., ne afferam quæ in hanc rem collegerunt Alteserra in *Asceticis*, Thomasinus *De disciplina ecclesiastica*, et Gundlingius ad Eustratii delineationem Ecclesiæ Græcæ, pag. 21 sq. Sed rationes commerciorum et frequentia itinerum cum monachi institutis minus congruere videntur. Igitur commerciis auctor forsan cum valedixisset, monachi vitam est amplexus. Patriarcham Cairensem, Joannem Abulmagedum, antequam ad patriarchatum ascendisset, exercuisse mercaturam, et sæpius transjecisse in Indiam, leges in Chronico Orientali, fol. 139, ad ann. 6707. Libro quinto *Topographiæ* plura occurrunt quæ iisdem prope verbis memini me legere in *Chronico Paschali*, quod vulgo appellant Alexandrinum. Fortasse uterque scriptor ex communibus hausit fontibus. Hinc Allatius in *Consensu de purgatorio*, p. 942, Cosmam suspicatus est auctorem esse Chronici Alexandrini. Idem Allatius pag. 50 *De libris Græcorum ecclesiasticis* locum afferens ex *Topographia Christiana*, auctorem vocat *Christinum* sive *Christianum :* ita et pag. 528 *De consensu utriusque Ecclesiæ*. Sed *De purgatorio* p. 936, et *De consensu* p. 260, auctorem antiquum vocat, nomine nullo addito. Conf. Vossius *De histor. Græcis*, II, cap. 23, pag. 219. Præcipue vero jucunda est hujus topographiæ lectio, quod ex ea veterum Christianorum sententia de orbe terrarum arcam Noæ referente, haud sphærico, sed plano (*a*) non modo explicata sit perspicue, sed etiam propugnata variis argumentis, atque ita proposita, ut, quomodo secundum hanc hypothesin eclipses, ortusque et occasus siderum animo suo conceperint atque intellexerint boni illi homines, perspiciatur. Similem fere Siamensium opinionem refert Luberius in *Descriptione regni Siamensis*, Gallice edita, t. I, pag. 199; Indorum Laneus, *Mem. de Trevoux*, 1713, p. 1861; Theodori Mopsuestini apud Jo. Philoponum in *Hexaem.*; Diodori Tarsensis apud Photium; Chrysostomi et aliorum apud Petavium *Lib. dogmat. theol.*, de mundi opificio, cap. 12; Lactantii III, 24.

IV. *Index scriptorum et aliorum quorumdam, in* Topographia Christiana *memoratorum.*

Amphilochius, familiaris S. Basilii, in Iambis ad Seleucum. Lib. VII, pag. 292.
Anastasius, mechanicus. VI, pag. 264. Idem, ut videtur, cui librum septimum inscripsit. φιλοπονικώτατος ἀνδρῶν. VII, pag. 274. Φιλόχριστος 275.
Apion, grammaticus, Ægyptiacarum rerum scriptor. XII, pag. 341.
Apollinaris hæreticus. V, 242.
Apollonius, Molo, quem inter scriptores rerum Ægyptiacarum (e Josepho, ut videtur) refert. XII, p. 341.
Archimedes, geometra et arithmeticus incomparabilis. III, p. 182. Ejus τετραγωνισμὸς κύκλου, ibid.
Aristoteles. I, pag. 121; III, pag. 177, 179. Contra eumdem, quod cœlum non constat e quinta quadam essentia. I, p. 117 sq. Ejus sententia de duplici qualitate singulorum elementorum explosa pag. 123.
Arius hæreticus. V, pag. 242.
Athanasius, Alexandrinus episcopus. VII, pag. 292. Ex ejus epistolis festalibus secunda, quinta, sexta, vicesima secunda, vicesima quarta, duo et undetricesima, quadragesima, quadragesima secunda, tertia et quinta. X, p. 316-319.
Οἱ ἔξωθεν Ἀττικοί. V, pag. 197.
Babyloniorum opinio, cœlum esse sphæram. VIII, p. 305.
Basilius, Amphilochii amicus. VII, pag. 292.
Berosi Χαλδαϊκὰ γράμματα. XII, pag. 340.
Brachmanes. II, p. 137.

(*a*) Conf. Lambec. III, pag. 21, *Chronic. paschale*, pag. 237, 238. Holsten. in *Lilienthalii selectis historicis et litterar. Observ.* IV, pag. 94 sq. HARL.

Digitized by Google

Calmus e Tyro litteras in Græciam intulit. V, pag. 206; XII, pag. 343
Chæremon, Ægyptiarum rerum scriptor. XII, pag. 341.
Chaldæi ἐκ τοῦ γένους τοῦ Ἀβραάμ. barbaricam sphæram Ægyptiis tradidere. III, p. 159.
Christianus scriptor, qui, cœlum sphæricum professus, illud dissolvendum esse adversus ethnicos docuit, impugnatur. VII, pag. 274, 299.
Dius et Menander, qui Tyriorum antiquitates in Græcam linguam transtulerunt. XII, pag. 342.
Ephorus, e cujus historiæ libro quarto profertur insigne fragmentum. II, pag. 148. Hoc Græce ex Medicæo Cosmographiæ codice excerptum ediderat Jac. Gronovius in calce appendicis ad Geographica antiqua. Lugduni Batav., 1699, in-4.
Epiphanius de mensuris ac ponderibus. X, pag. 326.
Epistolæ catholicæ Jacobi, Petri, Joannis, Judæ non omnes ab omnibus Ecclesiis recipiuntur. VII, pag. 292,
Οἱ ἔξω, οἱ ἐξωθεν, οἱ ἐκτός. III, pag. 175; IV, pag. 190; IX, pag. 310, etc.
Euclides, arithmeticus et geometra. III, pag. 182.
Eudoxus, Cnidius, Pythagoras ac Plato in Ægypto astrologiam didicerunt. III, pag. 159.
Eusebius Pamphili. III, pag. 174. Ejus *Historia ecclesiastica*. VII, pag. 292.
Eutyches hæreticus. V, pag. 242.
Græci, Ἑλληνικὴ πλάνη. VI, pag. 260, 272, etc.
Gregorii Nazianzeni sermo de Paschate. X, pag. 319.
Epistolæ ad Hebræos auctor Paulus apostolus. V, pag. 254, 255.
Hebræi in deserto plurimis lapidibus memoriam profectionis suæ litteris Hebraicis insculpsere, quos vidisse se testatur auctor. V, pag. 205.
Homerus nunquam νόμου (*a*) vocabulo usus. XII, pag. 343.
Hyperidis oratio contra Patroclem. V, pag. 197.
Joannes rogatus a fidelibus Evangelium scripsit velut in supplementum reliquorum quæ probavit Evangeliorum. V, pag. 248.
Joannis Chrysostomi sermo de eleemosyna. X, pag. 327. Commentarius in Epist. ad Ephesios. Ibid. Ad Hebræos, pag. 328.
Josephus. III, pag. 174.
Irenæus. VII, pag. 292.
Judæi ἠλειμμένον sive Messiam exspectantes. VI, pag. 271.
Lycurgus legislator. XII, pag. 342.
Lysimachus, Ægyptiarum rerum scriptor. XII, pag. 341.
Manetho de rebus Ægyptiis. XII, pag. 341.
Manichæi. V, pag. 242, 262; VI, pag. 271, 272, 273.
Μαρκωνισταί. V, pag. 242.
Menander historicus. Supra in *Dius*.
Menander comicus. V, pag. 198.
Μοντανοί, Montanistæ. V, pag. 262.
Moyses, primus scriptor a Deo litteras edoctus. III, pag. 174.
Origenes. VII, pag. 298, 299.
Pamphilus Hierosolymitanus, cui primos sex libros inscripsit auctor. I, pag. 114; II, pag. 124; VIII, pag. 305. Ὦ τιμία κεφαλή. VI, pag. 260. Πάτερ θεοφιλέστατε, pag. 266.
Patricius mathematicus, e Chaldæa profectus in Ægyptum, a quo edoctus auctor, quæ de mundo tradit. VIII, pag. 306. Idem forte quem θειότατον διδάσκαλον vocat, II, pag. 132; V, pag. 192. Byzantii defunctus. II, pag. 125.
Petrus, cui inscripsit librum VIII, pag. 300, 307; φιλόχριστος, pag. 308.
Philonis Carpathii commentarius in Canticum canticorum. X, pag. 329. In Hexaemeron pag. 330.
Plato. III, pag. 177, 179, Ejus *Timæus*. XII, pag. 341, Vide et supra in *Eudoxo*.
Procli commentarius in *Timæum* Platonis. XII, pag. 341.
Ptolemæus ὁ τὴν Αἰθιοπίαν πολεμήσας. VI, pag. 268. Ptolemæus nempe Evergetes primus, cujus monumentum Aduliticum refert. II, pag. 141 sq.
(Claudius) Ptolemæus. III, pag. 177. Astronomus incomparabilis, pag. 182.
Pythagoras. III, pag. 179. Vide et supra in *Eudoxo*.
Pytheas Massiliensis. II, pag. 149.
Pro Salomone (*b*) legendum Solon. XII, pag. 342.
Samaritani. V, pag. 262; VI, pag. 271, 272.
Severiani, Gabalorum episcopi, liber primus, secundus, tertius, quartus et sextus in *Hexaemeron*. X, pag. 320. Liber *contra Judæos*. VII, pag. 192.
Socrates. III, pag. 179.
Solon. Vide paulo ante in *Salomone*.
Sopater mercator, cum quo auctor versatus. XI, pag. 338.

(*a*) Hanc observationem, ut alia, e Josepho mutuatus est Noster. Vide lib. I *Contra Apion.*, pag. 1071. Occurrit quidem νόμου vocabulum, hymno in Apollinem v. 20, non tamen de lege civili sive morum, sed φόβῃς.

(*b*) Similem errorem observabis apud Theophilum Antiochenum lib. III, ad Autolycum, pag. 120 edit. Paris., et in Nazianzeni orat. XV, pag. 226.

Digitized by Google

Stephanus mathematicus, presbyter Antiochenus. VI, pag. 264.
Syri. VII. pag. 292.
Οἱ Τερατολόγοι. V, pag. 205, 213.
Teucer, Locrorum legislator. XII, pag. 342.
Theodosius, Alexandrinus schismaticus CPoli degens, tunc, cum auctor scriberet, adhuc superstes. Ejus concio in quadragesima Assumptionis. X. pag. 331. Alia ἐξήγησις. ibid. In dictum, *Pater, si possibile est, transeat calix iste*, ibid.
Theophili Alexandrini epistola prima festalis. X, pag. 320.
Thomas Edessenus, Patricii discipulus, archiepiscopus et Catholicus Persidis. II, p. 125.
Timæus philosophus (apud Platonem). XII, pag. 340.
Timotheus ὁ νέος, Theodosii Alex. decessor. XI, pag. 332 sq.
Tryphon Phalereus, quem consuluit Philadelphus de libris sacris Hebræorum in Græcam linguam transferendis. XII, pag. 344. Tryphonem pro Demetrio appellat auctor, ex memoriæ, ut videtur, lapsu.
Xenophanes. II, pag. 149.

V. *Scripta Cosmæ deperdita.*

Scripserat et alia hic auctor *Cosmographiæ*, quorum ipse partim facit mentionem. Sunt autem hæc :

1. Descriptio terræ ad Constantinum : Πρὸς τὸν φιλόχριστον Κωνσταντῖνον βιβλίον, ἐν ᾧπερ γέγραπται πλατυτέρως πᾶσα ἡ γῆ, ἥ τε πέραν τοῦ Ὠκεανοῦ καὶ αὕτη καὶ πᾶσαι αἱ χῶραι ἔτι τε καὶ νότια μέρη τὰ ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἕως τοῦ νοτιαίου Ὠκεανοῦ. λέγω δὴ ὁ Νεῖλος ποταμὸς καὶ αἱ παρακείμεναι χῶραι καὶ τὰ ἔθνη τῆς τε Αἰγύπτου πάσης καὶ Αἰθιοπίας, ἔτι τε καὶ Ἀράβιος κόλπος καὶ αἱ παρακείμεναι χῶραι καὶ ἔθνη ἕως πάλιν τοῦ αὐτοῦ Ὠκεανοῦ, ὁμοίως καὶ ἡ μέση γῆ τοῦ τε ποταμοῦ καὶ τοῦ κόλπου καὶ αἱ χῶραι καὶ τὰ ἔθνη τὰ ἐν αὐτῇ. Lib. I, pag. 113. Hujus operis vel lacrymis deploranda jactura videtur Montfaucono.

2. *Adumbratio sive imago universi et motus siderum facta ad imitationem sphæræ armillaris Græcorum, atque de illa imagine liber ad Homologum diaconum.* Ὁ σκάριφος τοῦ παντὸς καὶ τῆς ἀστρώας κινήσεως ὁ παρ' ἡμῖν γενόμενος κατὰ μίμησιν τῆς ὀργανικῆς τῆς ἐξωθεν σφαίρας, καὶ ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος πρὸς τὸν θεοφιλέστατον διάκονον Ὁμόλογον ἀποσταλείς. Lib. I, pag. 114. Idem forte opusculum respicit VII, pag. 274, ubi ait se ἑτέρῳ συγγράμματι docuisse, quod cœlum non sit sphæra, nec circulariter moveatur.

3. *Commentarius sive* ὑπόμνημα *in Canticum canticorum, ad Theophilum, amicum suum.* VII, pag. 300.

4. Cosmas citatur in catena ms. Macarii Chrysocephali in Matthæum. [An vero intelligendus est Cosmas Hierosolymitanus? Hic enim cum multis aliis vett. theologis, teste Lambecio commentar. III, pag. 165, uti in cod. CCI Coislin., teste Montfaucon in Catal. bibl. Coislin., pag. 251, citatur in catena sive commentario amplissimo in Evangelium S. Lucæ. Illum quidem scripsisse etiam in Lucam, conjicit Caveus part. II *Hist. litterar.*; sed locus quem affert hoc non probat, et quod Fabric. in nota ms. observarat, petitum est e libro V *Cosmographiæ*, pag. 247. Similiter argumenta quatuor Evangeliorum, quæ in Matthæum et Marcum sub nomine Cosmæ Indicopolitæ, in Lucam et Joannem sub Cosmæ Indicopleustæ nomine ex veteri cod. exhibet Matthias Flacius in præclara Glossa sua ad N. T., desumpta sunt, adnotante Fabricio in nota ms., ex eodem *Cosmographiæ* loco, Basil. 1570, fol. Gr. et Lat. Inde forsan desumptæ quoque sunt præfatiunculæ Cosmæ Indicopleustæ in Matthæum, Marcum, Lucam et Joannem in codd. VIII et XI Nanianis, pag. 6 et 8 Catalogi Græcorum codd. mss. apud Nanios asservatorum. HARL.]

5. *Expositio in Psalmos*, de qua jam ad § III quædam adnotata sunt. Codex membran. est in Bibl. Taurinensi, et in catalogo Græcor. mss., p. 67 sqq. late describitur. Primum animadverterunt editores, illo codice amplissima contineri commentaria in Psalmos et cantica utriusque Testamenti, quæ profecto eadem videantur ac illa quæ refert Carolus Du Fresne in Glossario mediæ et infimæ Græcitat., pag. 516, sub titulo qui legitur in cod. Colbertino : Κοσμᾶ Ἰνδικοπλεύστου ἐξήγησις εἰς τοὺς Ψαλμοὺς ἱστορικῶς γε καὶ ἀναγωγικῶς, etc. Præfatio cum epigraphe, quæ Cosmæ Indicopleustæ nomen præfert, aiunt editores, eodem sane modo, quo in Barocciano codice apud Oudinum tom. I, pag. 1412, Κοσμᾶ τοῦ Ἰνδικοπλεύστου πρόλογος εἰς τοὺς Ψαλμούς. Hanc præfationem in Psalmos edidit Montfaucon tom. V Opp. Chrysostomi, pag. 540, ex msto Ottoboniano, in quo Joanni Chrysostomo ascribitur. Præfationem alteram excipit textus Psalmorum cum expositione locorum difficiliorum. Consensum tamen cum iis quæ Corderius in Catena vulgavit, deprehenderunt editores illius catalogi. Est quoque hujus Cosmæ Commentar. in prophetam David (uti scripsit Plüer in *Itinerario per Hispan.*, p. 163.) s. Psalmos in bibl. Escorial. et in cod. XIX Gr. bibl. reg. Neapolitanæ. HARL.] — Expositio Cosmæ in Psalmos cum protheoria de ratione Psalmorum in cod. Colbertino 1476. Ex cod. Barocciano descriptum habere se testatur Joan. Christophor. Wolfius, pag. 28 *De catenis Patrum*, et ibidem Græce describit expositionem Cosmæ in Psalmum CX, 4, ex Niceta *Thesauro orthodoxæ fidei*. Prologum illum, a laudato Wolfio ex cod. Barocciano XV mihi communicatum, vidi, nihil aliud esse, quam ἀποσπασμάτιον, quod *Topographiæ* p. 223, legitur, sed nonnullis post verba p. 224, εἰ μὴ τοῦ Δαυὶδ auctius. Laudatur etiam ab Allatio p. 595 *De processione Spiritus sancti*. — [In cod. XXVII, n. 2, bibl. reg. Neapolitanæ est Cosmæ monachi κανὼν τῆς Κυριακῆς τῶν βαΐων, εἰς τὴν Μεγάλην Ἑβδομάδα. HARL.]

Digitized by Google

PRÆFATIO

IN

COSMÆ ÆGYPTII TOPOGRAPHIAM CHRISTIANAM,

Sive Christianorum opinionem de mundo,

Ubi multa Athanasii ex operibus amissis.

—

PROŒMIUM.

Cosmæ, qui Indicopleustes ab Indica navigatione dicitur, *Topographia Christiana* a Petro Lambecio *Biblioth. Cæsar.* l. III, codice 9, p. 21, memoratur; diciturque a fol. 28 ad fol. 34 in nono codice extendi, quo palam sit non totum opus, sed laciniam solummodo in Cæsariano exstare. In Vaticana vero bibliotheca elegantissimus ejusdem codex membranaceus habetur unciali charactere noni circiter sæculi, cum figuris ex vetustiori exemplari, et fortassis ex autographo depictis: sed deest ibi duodecimus liber. Nam, ut ad calcem operis indicamus, Cosmas editam ab se *Topographiam Christianam* secundis curis aliam in formam plerisque in locis deduxit, multis partibus auxit, et cum, obstrepentibus naviterque pugnantibus adversæ sententiæ viris, objecta depellere opus esset, libros addere novos necesse putavit, ut in decursu operis deprehendas. Unde accidit, ut ea quæ a primo autographo manarunt exemplaria, longe breviora sint aliis, quæ post sartum et tectum opus exscripta sunt. Postremi generis est codex Laurentianus decimi sæculi membranaceus, ad cujus fidem editionem nostram adornavimus: qui totos duodecim Cosmæ libros complectitur, amisso tantum postremi libri folio ultimo. Hujus scriptoris mentionem fecere Joannes Jacobus Frisius in Bibliotheca universali, ubi Cosmas *Indicopleusus* dicitur; et Possevinus, a quo *Indicoplensis* pari lapsu vocatur. Verum illi unam in Psalterium præfationem, quæ in quibusdam manuscriptis præmittitur, se vidisse testificantur: illa vero præfatio ex hoc opere excerpta fuit, uti suo loco notatum a nobis est. Longe majorem nobis postea Cosmæ notitiam attulit ὁ μακαρίτης Emericus Bigotius, qui peragratis Italiæ partibus, ex codice Laurentiano Florentiæ quædam excerpsit, videlicet inscriptionem Ptolemæi Evergetis, et alia nonnulla maximi pretii ad res Æthiopicas et Indicas spectantia. Sed ut evenire solet iis, qui in transcursu excerpta parant, ejusdem argumenti multa et quidem præclara prætermisit vir eruditus. Ad hæc vero, cum Bigotiana ἀποσπασμάτια itinerariis solum Gallice scriptis a Thevenotio editis inserta sint, vix in exterorum notitiam devenerunt. Quid quod præter res Æthiopicas, Ægyptiacas et Indicas alia bene multa passim occurrunt luce dignissima, quæ non parvam rei litterariæ accessionem afferant, ut in hujus Præfationis decursu deprehendas: in his vero scriptorum veterum fragmenta non pauca, et Athanasii excerpta undecim ex epistolis Festalibus, quæ jamdiu interierunt. His de causis amicorum hortatui cessimus, qui hunc scriptorem, Athanasii excerpta præferentem, Athanasianis ἀνεκδότοις subjungi peroptabant. Nam etsi non pauca sint in tam prolixo opere quæ ignorari et negligi sine dispendio possint, uti solet in hujus ævi scriptoribus accidere; nemo tamen æquus rerum æstimator non fateatur, paucissimos ex iis qui a sexto sæculo floruere, tam multa passim circumferre rerum documenta, quanta in Cosma nostro deprehendimus, ut propalam ex sequentibus erit.

CAPUT PRIMUM.

DE COSMÆ ÆTATE ET SCRIPTIS.

I. *Cosmas Topographiam Christianam scripsit anno circiter* 535, *imperante Justiniano.* II. *Cosmographiam item universalem descripsit jam deperditam.* III. *Et alia opuscula.*

I. Cosmas Ægyptius Alexandrinus, primo mercator, qui negotiationis et quæstus causa Æthiopiam, Indiam Orientalesque alias regiones peragraverat, vir litteris, ut illa ætate apprime eruditus fuit. Deinde vero monachale institutum ingressus multa scripsit, quæ in hoc opere variis in locis commemorat. Licet autem ex nota temporis, quam in secundo libro *Topographiæ Christianæ* consignat, expedite poni calculum posse videatur, negotium tamen facessit quod eadem de re libro undecimo legitur. Nam primo loco dixit, dum librum secundum scriberet annos 25 tum effluxisse ab expeditione Elesbaani regis Æthiopum in Homeritas: hæc autem expeditio in annum cadit 522: cui computo si annos 25 adjicias, anno 547 imperante Justiniano hæc scripserit necesse est. At libro undecimo ait de Theodosio Alexandriæ patriarcha hæretico loquens: Θήσω καί τινος νέου ἀποσχίστου αὐτῶν πατρός, ἔτι καὶ νῦν ζῶντος καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει διάγοντος, ἐκ περιουσίας καὶ τοῦτο ποιῶν, μαρτυρίαν μαρτυροῦντος, εἴτε ἐξ ἀγνοίας, εἴτε ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἀναγκαζομένου, τῇ ἡμετέρᾳ συγγραφῇ, et post sequitur, Θεοδοσίου Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου. Hoc est, *Cujusdam nori schismatici eorum patris, adhuc superstitis et Constantinopoli degentis, testimonium ex abundanti afferam, qui sive ex ignorantia, sive ipsa cogente veritate, libro nostro patrocinatur.* Et p. 332: Παραβαλόντες δὲ καὶ τοῦτον, ἐπὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ, νῦν τετελευτηκότα νέον Τιμόθεον μετέθωμεν· ἐν

Digitized by Google

est, *Hoc autem* (S. Theodosio) *prætermisso, ad decessorem ejus, qui nuper obiit, Timotheum juniorem veniamus.* Decessit autem Timotheus ille, quem ad discrimen Æluri, juniorem vocat Cosmas, anno Christi 535. Cui subrogatus Theodosius hæreticus postquam Alexandriæ paulum temporis manserat, Constantinopolin abiit, ac elapso ab ordinatione anno et quatuor mensibus, quod synodo Chalcedonensi subscribere nollet, in exsilium missus est, anno Christi 536 : quo tempore scilicet Cosmas undecimum hujus operis librum absolvebat; imo vero quod habet Cosmas nuper obiisse Timotheum, paulo post discessum Theodosii Constantinopolin conscriptum eumdem librum significare videtur, id est, anno 535. Qua ratione ergo hæc libri undecimi nota quæ in annum 535 cadit, cum illa secundi libri quadrare valeat, quæ annum circiter 547 exprimit? Et vero in utroque codice, Vaticano scilicet et Laurentiano, par annorum numerus assignatur. Sane putaverim Cosmam, qui diuturnum tempus in his elucubrandis insumpsit, et obnitentibus contrariæ sententiæ viris, hæc sæpius retractavit et auxit, postremam anni 535 notam tum posuisse, cum primum his operam daret : deinde vero cum subsequenti tempore multisque elapsis annis pristina repeteret, et pro solito reformaret, priorem notam vel posuisse, vel jam positam ad annum quo hæc ageret reduxisse.

II. Jam ad cætera quæ Cosmas edidit, injuria temporum amissa opera procedendum. Primum occurrit Cosmographia illa, *ubi universa terra latius descripta erat, tam ea quæ ultra Oceanum sita est, quam hæc cum omnibus regionibus; et australes partes ab Alexandria usque ad australem Oceanum, videlicet Nilus fluvius regionesque adjacentes, et populi universæ Ægypti et Æthiopiæ; insuperque sinus Arabicus cum regionibus et populis circumpositis usque ad eumdem Oceanum; ad hæc, media terra, quæ inter fluvium et sinum jacet, cum urbibus, regionibus et populis ipsam incolentibus.* Constantino autem euidam nuncupatum erat hoc opus, cujus vel lacrymis deploranda jactura est : nam Æthiopicas maxime, Arabicas, et Indicas regiones, nec Strabo, nec Ptolemæus, nec veterum quispiam tam accurate nosse potuit, quam Cosmas noster, qui multis annis præsens locis interfuerat, et mira sagacitate, situs locorum, nationum consuetudines et negotiandi genus, animalium et plantarum naturam observabat. Dignissimi operis, si tamen alicubi lateat, cruendi palmam deferimus iis qui ad orientales plagas iter in dies instituunt.

III. Astronomicas item tabulas ad Homologum misit Cosmas, ubi astrorum motum, pro systematis sui ratione, delineabat. Memorat quoque scriptor noster Commentarium in Cantica canticorum ab se elaboratum, quæ omnia pariter vetustate obliterata et deleta fuerunt.

CAPUT II.

COSMÆ SCOPUS ET OPINIO EJUS DE FIGURA MUNDI.

I. *Veterum magna pars sphæram negabant.* II. *Itemque Christiani scriptores antiqui pene omnes.* III. *Cosmas astronomos; sphæram propugnantes refellit.* IV. *Ejus opinio de mundo.*

I. Veterum multorum sententia fuit, planam esse mundi figuram, cœlumque in fornicis morem erectum extremis terræ partibus conjungi, ita ut cœlum et terra simul conclave magnum efficerent : hoc illi spatio astrorum motus et φαινόμενα omnia circumscribi putabant. Sic primus inter scriptores Herodotus, nec sine risu eos, qui sphæræ opinionem tenerent, repudiat. Ita quidem multi Herodoti quemdam locum in Melpomene interpretantur. Verum rem serio excutienti mihi, non videtur ex Herodoti verbis, talem sententiam exprimi, qualem illi ex ejus dictis expiscantur. Ea vero de re pluribus agere, non est præsentis instituti. Sane quidem a priscis illis temporibus quotquot astronomiæ dabant operam, vel ad primum artis limen constituti, probe noverant, nonnisi secundum sphæræ sententiam posse motus astrorum, lunares eclipses, et alia innumera explicari; alii contra, etsi doctrina et eruditione graves, cum luminarium et stellarum motus non observarent, peritia hujusmodi rerum destituti, antipodas et antichthonas obversis vestigiis ambulantes, pluviam contrario lapsu decidentem, ne auditu quidem ferentes, astronomos sphæram deprædicantes non sine cachinnis deridebant. Unde Cicero *Acad. Quæst.* l. IV : *Habitari ait Xenophanes in luna, eamque esse terram multarum urbium et montium. Portenta videntur : sed tamen neque ille qui dixit, jurare posset ita se rem habere, neque ego. Nonne etiam dicitis, esse e regione nobis, e contraria terræ parte, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos antipodas vocatis? Cur mihi magis succensetis, qui ista non aspernor, quam eis qui cum audiunt desipere vos arbitrantur?* Ita demum se res semper habuit, ut quæ astronomi perspicuis demonstrationibus comprobarent, alii rerum istarum imperiti cum ludibrio respuerent.

II. Deinde vero Christiani scriptores plerique omnes, vulgarem amplexi opinionem, a sphæræ nomine abhorrebant : ac tum veterum multorum sententia, tum Scripturæ sacræ locis non paucis, quæ cum sphæræ opinione consistere non posse rebantur, inducti, planam esse terræ superficiem arbitrabantur. Hinc Lactantius, l. III, c. 24 : *Quid illi, qui esse contrarios vestigiis nostris antipodas putant, num aliquid loquuntur? aut est quisquam tam ineptus, qui credat esse homines, quorum vestigia sint superiora, quam capita? aut ibi quæ apud nos jacent inversa pendere? fruges et arbores deorsum versus crescere? pluvias et nives et grandinem sursum versus cadere in terram? Et miratur aliquis hortos pensiles inter septem mira narrari; cum philosophi et agros, et*

Digitized by Google

maria, et urbes, et montes pensiles faciant? et cætera quæ fusius ibi ille prosequitur. His similia tradunt Augustinus *De civitate Dei* lib. XVI, c. 9; Chrysostomus *in Ep. ad Hebræos;* Severianus Gabalorum, serm. 2 in Hexaemeron; Beda, multique alii, quos recensere supervacaneum esset : siquidem res trita neminique non nota est. Aliud item erat quod SS. PP. a sphæræ opinione dimoveret, videlicet Scripturæ sacræ loca quæ sphæricam cœli terræque formam repudiare videntur. Verum hac in re duo potissimum sunt consideranda : primo loca hujusmodi non ita perspicue enuntiari, ut non aliam explicationem patiantur; secundo, Scripturam sacram, cujus unus ille scopus est, ut homines ad pietatem et fluxarum mundi rerum contemptum informet, ex vulgari gentium opinione rem illam commemorasse. « At enim, » ut ait Basilius (*a*), « nihil nostra interest, sphærane sit terra, an cylindrus, aut disco similis, et undique in orbicularem figuram ex æquo detornata, an vanno similis et in medio concava : nec quia nihil Moyses de circuitu terræ, de eclipsibus, aliisque hujusmodi disseruit, ideo Spiritus sancti oracula sapientiæ hujus mundi inferiora censenda sunt; imo potius gratiæ referendæ ei qui non sivit mentem nostram vanæ et futilis philosophiæ dogmatibus irretiri, sed ea duntaxat conscribi voluit, quæ instituendis animabus et in tranquillo statu constituendis apprime fore utilia prænoverat. » Sententia vero de plana mundi figura ad decimum quintum usque sæculum a plerisque theologorum propugnata est; ita ut Tostatus ipse (*b*), paucis antequam alterum hemisphærium adiretur annis, sphæræ opinionem quasi in fide non tutam et temerariam rejecerit.

Supra memoratis igitur de causis, concors pene omnium sententia erat planam esse terræ superficiem, montibusque tamen hinc et inde distinctam, cœlumque ab extremis sui partibus terræ conglutinari. Et, ut verisimile est, plerique saltem ab ulteriori rerum perquisitione abstinebant : nec considerabant nullatenus posse talem opinionem cum luminarium et astrorum cursu quadrare. Qui enim sol ex altera mundi parte oriens, ad alteram occidens, possit occultus pristinum locum repetere, nisi circularem motum peragat? Nihil enim moror ridiculam quorumdam veterum opinionem, qui putabant solem in oceanum delapsum, celeri aquarum alveo in adversum mundi latus toto noctis spatio deportari, indeque denuo exoriri. Similiterque qua ratione valeant eclipses lunæ, cum ea quam referunt umbræ rotunditate fieri, nisi terra inter solem et lunam posita rotunda sit? Mitto cætera quæ tale systema obruant. Nihil mirum ergo multos Christianorum, qui ævo Cosmæ astronomiæ dabant operam, ad sphæræ sententiam accessisse; multoque magis stupendum est Cosmam et ipsum astronomum, cœlique motus ac stellarum cursum observantem, pro adversa opinione pugnasse : qua tamen in re id nobis gratum præstitit, ut intelligere liceat, quo pacto SS. PP., ii saltem qui penitius rem indagaverant, cursum solis, eclipses lunæ, astrorum motus, secundum vulgarem illam sententiam explanarent.

III. Cum igitur astronomi, quos frequenter memorat et refellit Cosmas, obstreperent et sphæricam esse cœli terræque figuram asseverarent, Cosmas contra nitebatur, affirmans sphæram nec cum Scriptura sacra, nec cum ratione posse consistere. Nam a recta ratione abhorrere pugnat, quod homines obversis vestigiis ambulent, quod pluviæ adverso lapsu cadant, etc., ut alii quos supra memini mus. Ex Scriptura vero sacra probare nititur, cœlum terræ ita conjunctum esse, ut immanis sublimisque cameræ, fornicis more fastigiatæ, formam efficiant, hoc maxime loco Isaiæ fultus : *Qui statuit cœlum sicut fornicem, et extendit illud sicut tabernaculum ad habitandum :* qui tamen locus ad alteram item opinionem derivari potest; similiterque hunc Jobi locum usurpat : *Cœlum autem in terram inclinavit, effusa est vero sicut terra calx : conglutinavit autem ipsum quasi lapidem quadrum.* Quæ sane verba ad rem a Cosma afferuntur. Sed hæc loca ex LXX Interpretum versione deprompta, in Hebraico nonnihil ab hac sententia deflectunt. Etiamsi vero nonnunquam secundum Cosmæ opinionem sacra Scriptura verba faceret, palam est ea ad vulgarem gentium existimationem adaptari. Nam si Spiritus sanctus dum monita salutis, et alia ad felicitatem hominis spectantia edisserit, sphæram et antipodas induxisset, rei insolentia permoti lectores, huic uni dicto animum adhibuissent, neglectis iis, quæ ad institutionem animarum, et ad hominis beatitudinem respiciebant. Ad sphæram item evellendam Cosmas his utitur argumentis : Scriptura sacra plerumque dicit cœlum et terram omnia complecti, quod minime verum erit si sphæram admittamus : nam illa posita unum cœlum omnia cum terra simul continebit. Ad hæc S. Paulus dixit tabernaculum a Moyse structum esse figuram hujus mundi; tabernaculum autem erat quadrum et oblongum, atque adeo mundum quadrum et oblongum esse necesse fuerit. Hoc ille argumentum fusius agitat, utque tabernaculi cum terra consonantiam accuratius exhibeat, et totum simul, et partes ejus singulas explicat, additis figuris et delineationibus singulorum; quas nos item depingi curavimus, appositis tabularum explanationibus : quæ res lectori, spero, nec injucunda nec infructuosa erit. Validissimum omnium ad sphæræ confutandam opinionem argumentum putat esse Cosmas, quod Deus ab initio et præsentis et futuri mundi mansiones paraverit, videlicet terram et cœlum; atqui cœlum beatorum non putat ille, posita sphæra et circumvectione cœlorum reperiri : ratus non posse perpetuam illam volubilitatem cum beata vita consistere. Ad hoc respondebant Christiani sphæræ defensores, hos cœlos quos videmus, in consummatione

(*a*) Hom. 9, in Hexaem

(*b*) Comm. in Gen. 1.

Digitized by Google

sæculorum destruendos, aliosque novos parandos esse. At reponit Cosmas et ex Scripturæ locis commonstrat in hos cœlos inductum Christum, inducendos esse sanctos: et quia hæc in re comprobanda totum difficultatis cardinem verti comprobat, ex sacræ Scripturæ libris omnibus et ex SS. PP. loca congerit opportuniora, ut ostendat ab initio Deum binas illas mansiones parasse. Porro abs re foret in confutandis Cosmæ ratiociniis tempus terere: nam ut quivis vel mediocriter peritus advertat, omnia vel a locis perperam explicatis, vel ex male ab adversariis concessa cœlorum destructione, deducuntur.

IV. Postquam autem Cosmæ argumenta ad sphæram confutandam attulimus, restat ut ejus σύστημα, quo siderum, solis ac lunæ motus, eclipsesque lunæ pariter explicat, aperiamus. Mundum igitur ille planum arbitratur ac terræ superficiem quadram et oblongam; ita ut longitudo ejus ab oriente ad occidentem duplo major latitudine sit, quæ latitudo a septentrione ad meridiem extendatur. Hunc vero parallelogrammum muris claudi pugnat; murosque a parte orientali et occidentali, ab imo ad fastigium rectos in semicirculum desinere; a parte vero septentrionali et meridionali, erectos item muros esse putat, donec ad semicirculum pertingant, tum enim convolvi muros ait, ut oblongam cameram in fornicis modum fastigiatam efficiant. Firmamentum porro, ceu lacunar quoddam, ubi muri convolvi et in semicirculum deflecti incipiunt extendi arbitratur, ac locum supremum beatorumque sedes, a loco inferiori disterminare. Solem vero, lunam et stellas sub firmamento esse opinatur. Utque noctium, dierum et eclipsium rationem explicet, ad extrema septentrionis montem altissimum esse comminiscitur: et circa montem, solem, lunam et astra cursum peragere pugnat: ita ut cum sol adversam nobis montis partem respicit, tum nobis appareat, diesque sit; cum autem pone montem cursum peragit, tum noctem efficiat. Lunæ vero eclipses tum fieri putat, cum mons solem inter et lunam interponitur: cumque mons ille a cacumine hemisphærium referat, hinc effici ut umbra quam in luna conspicimus, in semicirculum desinat. Hujus porro commenti ratio clarius in schemate ad primam tabulam posito deprehendas, ubi adjunctam e regione explicationem perlegas oportet. Hanc doctrinam Cosmas a sene quodam Patritio nomine se mutuatum testificatur: eaque ipsa, ut verisimile, Patrum ratio et intelligendi modus est, cum planam mundi superficiem esse contendunt. Sicque sententiam suam explanat Severianus Gabalorum, cujus locum affert Cosmas libro decimo. Ut vero digressionibus gaudet scriptor noster, multa præclara ultro citroque refert, quæ in sequentibus capitibus explananda venient: vereque dici potest esse τὸ πάρεργον κρεῖττον τοῦ ἔργου.

CAPUT III.

DE REBUS ÆGYPTIACIS, ÆTHIOPICIS ET INDICIS APUD COSMAM.

I. *De Inscriptione Ptolemæi Evergetis.* II. *Quis Ptolemæorum ille sit.* III. *Notæ quædam in illam inscriptionem.* IV. *De Nili scaturigine.* V. *De rebus Indicis apud Cosmam.* VI. *De statu Christianismi in India sexto sæculo.*

I. Perinsigne monumentum antiquitatis studiosis offert Cosmas, dum inscriptionem nobis Ptolemæi tertii regis Ægypti cognomine Evergetis, in extremis Æthiopiæ qua Ægyptum respicit, partibus exscriptam a se, litteris consignavit. Illa vero omnes ejusdem Ptolemæi tam in Oriente, quam in Æthiopiæ et Arabiæ partibus, expeditiones, minutatim enarrat, ut pulchrior et ad historiam opportunior altera nusquam compareat. Postquam autem ea, quæ in Orientis, Asiæ, Hellesponti et Thraciæ, Mesopotamiæ item et Babyloniæ partibus gessit Ptolemæus, inscriptio retulit, ait Ptolemæum copias per canales misisse, Δυνάμεις διὰ τῶν ὀρυχθέντων ποταμῶν, ubi nos ad verbum sic vertimus, *Per canales fluviorum manufactos copias misit:* Bigotius vero Gallice, *Et faisant des canaux, où il estoit nécessaire, pour rendre à ses troupes le passage plus aisé.* Ubi παραφραστικῶς ille rem enuntiat, et quidem, opinor, non satis feliciter: nam canales illos, quos cum copiis trajecit, ipsius opera confectos fuisse nec inscriptio, ut liquet, exprimit, nec ratio suadet. Quorsum enim rem ita arduam, et longioris operæ, perficiendam ad copiarum transitum suscepisset, quando expeditum illi erat, eadem, qua prius trajecerat, via reverti? Jam pridem igitur effossos canales Ptolemæum trajecisse putamus. Reliquum est autem, ut excutiamus quos ille cum exercitu canales transmiserit, num canales Nili, sive eos queis se flumen in Mediterraneum mare exonerat, quorum aliquot manufacti erant; sive canalem a Nilo ad Rubrum mare ductum? De Nili ostiis hæc intelligi ne somniari quidem potest. Neque etiam verisimile est hic agi de canali quem reges Ægypti a Nilo ad mare Rubrum deduxerunt: non unus enim canalis, sed plures exprimuntur; ille vero a Rubro mari ductus, unicus erat. Ad hæc autem, quorsum ex Persica expeditione redux, statim copias per canales ad mare Rubrum transmittat, cum subsequentem in Æthiopiam, et nauticam in Arabiam expeditionem, nonnisi post multos annos susceperit? Quamobrem Inscriptio sequens non eodem in lapide, sed in marmorea sella sculpta erat; et hoc pacto narrationem ordiebatur, Μετ' ἀνδρειώσας, *Postea strenue agens.* His adjicias a multis tentatam canalis, qui Mediterraneum Rubro mari jungeret, operam, nulli unquam ex voto cessisse. Etenim Herodotus in *Euterpe*, c. 158, ait Necon Ægypti regem, id operis aggressum, cum huic insudantium multa hominum millia lues absumpsisset, rem intermisisse. Herodoto suffragantur Diodorus Siculus lib. 1, et Tzetzes Chiliade VII. Aristoteles autem *Meteor.* l. 1, c. 14, narrat Sesostrim priorem id aggressum, et multis post sæculis Darium, cum frustra laborassent, rem infectam reliquisse, ne fluvialibus commistæ maris aquæ Nilum corrumperent: pariaque tradit Pli-

Digitized by Google

nius *Hist. nat.* lib. VI, c. 29. Strabo, lib. XVII, refert Sesostrim, quem Trojano bello antiquiorem narrat (verum refragantibus nuperis chronographis), canalem hujusmodi effodere frustra tentasse, parique exitu Darium : sed postea a Ptolemæis perfectum opus fuisse. At Diodorus unum Philadelphum rem absolvisse dicit : qui tamen canalem quamprimum obstruxit, ταχέως πάλιν συνέχλεισεν. Nam, ut ait Plinius, *Ultra deterruit inundationis metus, excelsiore tribus cubitis Rubro mari comperto, quam terra Ægypti. Aliqui non eam afferunt causam, sed ne immisso mari corrumperetur aqua Nili, quæ sola potum præbet. Nihilominus iter totum terendo frequentatur a mari Ægyptio : quod est triplex ; unum a Pelusio,* etc. En totam de tentato hujusmodi canali historiam. Unde inferas canalem nunquam in usu fuisse, nec per illum transmisisse copias Evergetem. Restat igitur ὀρυχθέντας ποταμούς, sive canales fluviorum manu factos, esse Euphratis et Tigridis canales, quorum primigenius alveus a multis regibus mutatus et alio deductus fuerat, teste Plinio aliisque scriptoribus. Truncam et, fracto lapidis angulo, aliquot verbis mutilam priorem inscriptionem esse tum Cosmas indicat, tum ipsum lapidis schema, quod in ære incidi curavimus, exhibet : quare vix conjectari possit, quo Ptolemæus Evergetes copias per canales transmiserit : at quoquo miserit, exploratum sane videtur hic non alios significari canales, quam Tigridis et Euphratis. Cæterum quæ de subactis a se Mesopotamia, Babylonia, Susiana, Perside, Media ac reliquis omnibus ad usque Bactrianam regionibus, magnifice in hac inscriptione narrat Evergetes, non sunt ad litteram accipienda. In hac enim, neque sane diuturna, irruptione, ad summum potuit agros devastare, Seleuci Callinici tunc regnantis vires aliquot secundis prœliis frangere ; neque tamen penitus debellasse, et memoratas regiones ditioni suæ subjecisse valuit, ut jactabundus indicat.

II. Hunc porro Ptolemæum cognomine Evergetem, Lagidæ nepotem et Philadelphi filium esse ex inscriptione liquet : manifesteque labitur Cosmas (*a*), qui putat esse Philometorem, aut Evergetem secundum, sive Dionysum, qui ante postremam Cleopatram regnavit. Cui sententiæ ideo accessit quod falso putaret hos tantum post Philadelphum vicesimum septimum regni annum attigisse. Cui opinioni suffragari videtur Eusebius in *Chronico*, ubi Evergetem I vicesimo quarto regni anno defunctum assignat. Verum longe anteponenda eximiæ inscriptionis auctoritas, quæ anno 27 Ptolemæi Evergetis insculpta fertur : quæque hunc Ptolemæum, Philadelphi filium, Lagidæ nepotem esse testificatur, Itaque hic Ptolemæus vicesimo septimo regni anno inscriptionem posuit : eodemque ipso, ut putatur, e vivis excessit.

III. Varias lectiones ex Vaticano codice notavimus, ac ex eodem Cosmæ scholia ad inscriptionem Ptolemaicam : quæ omnia a Bigotio prætermissa fuerant. Ubi multa quoque alia, in Bigotianis schedis secus posita, a nobis restituta animadvertas. In enumeratione porro Æthiopicarum gentium, quas debellasse Ptolemæum fert inscriptio, quamplurimas videas eodem hactenus nomine insignitas, ut in notis observavimus. Etsi vero Græci, pro consueto more, omnes diversæ linguæ variique ritus nationes barbaras vocarent, peculiaris tamen Æthiopica gens erat, quæ Barbara, regioque Barbaria dicebatur, non ea quæ a Gaditano freto ad Ægyptum usque oram maritimam occupabat, quam hodie Barbariam dicimus ; sed quæ ultra fretum Arabici sinus in interiore Æthiopia sita erat, quæ etiam Λιβανωτοφόρος γῆ, *Thurifera terra* nuncupabatur. Sub finem inscriptionis in hæc verba, quæ post enumeratas Ptolemæi cum pedestres, tum nauticas expeditiones habentur, Κατῆλθον εἰς τὴν Ἀδούλην τῷ Διὶ καὶ τῷ Ἄρει, καὶ τῷ Ποσειδῶνι θυσιάσαι ὑπὲρ τῶν πλοϊζομένων· id est, *Adulem descendi sacrificatum Jovi, Marti et Neptuno pro navigantibus ;* sive, *pro peracto felici nauticæ expeditionis successu,* observes velim hic non pro nautica tantum, sed etiam pro pedestribus expeditionibus oblatas hostias fuisse ; nam illud, ὑπὲρ τῶν πλοϊζομένων ad Neptunum postremo loco memoratum respicit ; Jovi autem et Marti pro aliis expeditionis sacrificatum est. Monitum item lectorem velim, ad paginam 132, ubi Cosmas suam in mari Rubro usque ad fretum Arabicum navigationem enarrat (quæ a Bigotio prætermissa fuerat), et Zingium ultra fretum esse memorat, putasse nos Ζίγγιον idipsum esse quod Zangui et Zanguebar hodiernum : idque sane verum. Quod autem adjecimus Zanguebar idem esse, atque mare Zangui, non perinde probatur viro quodam doctissimo et amicissimo : qui ex optimis rerum Africanarum monumentis et ex geographo Nubiensi, nomen *Zanguebar*, non ex *Zangi* et *bahar, mare Zangi*, sed ex *Zangi* et *bar, continens Zangi*, factum putat : nam geographus Nubiensis illam continentem, *el barr* absolute, nonnunquam appellat. Ejus nos sententiæ libenter assentimur.

IV. De Nili vera scaturigine primus scriptorum Cosmas ipsis in locis peregrinatus, conspicue et uti se res habet verba fecit. Cujus originem investigare ita arduum antiquis visum est, ut in proverbium cederet, *Nili caput quærere*, de iis loquendo, qui rem humanas vires excedentem aggrederentur. Et ad usque nostram pene ætatem res in incerto mansit, donec RR. PP. Jesuitæ peragratis Evangelii causa Æthiopiæ partibus, et situs et nomina locorum, ubi Nili fontes exstarent, aperuerunt. In regione igitur Agau, ut Cosmas multis retro sæculis narraverat, et nuperi Jesuitæ testificantur, Nili caput habetur. Ea autem regio in regno Goiami Habyssinorum ditionis sita est.

V. De India præclare agit Cosmas noster plerisque in locis, quorum aliquot prætermissa a Cl. V. Bigotio fuere : non enim omnia

(*a*) P. 146.

Digitized by Google

exhibere potuit, qui ἀποσπάσματια cursim hinc et inde excripsit. Ait igitur Cosmas Sinam, unde sericum advehebatur, in extrema orientis ora ad orientalem Oceanum sitam esse : tantumdemque circiter navigationis esse a capite Persici sinus ad insulam Sieledivam (Ceylan), quantum a Sieledivа ad Sinam. Sieledivam insulam accurate describit, in duoque regna distributam esse ait : quorum aliud ab Hyacintho perinsigni, qui ibi quodam in delubro edito in loco servabatur, Hyacinthi regnum vocabatur; aliud vero reliquam insulæ partem obtinebat. Eamdem insulam Seledivam, sive Sieledivam, nam utroque modo legitur, esse quam Taprobanam non uno loco ait Cosmas noster, cui suffragantur plerique geographi veteres et recentiorum maxima pars : neque posse puto id in dubium vocari. Trecentorum milliarium insulæ circuitum esse dicit : hodierni geographi ducenta tantum millia ambitus insulæ ascribunt : verum ut plerisque in locis observavimus, et a doctis viris antea notatum, breviora milliaria veteres numerabant, quam recentiores. Cætera ad eam insulam spectantia, tute lector erudite, in hoc opere nec sine voluptate percurras. Regiones inter Sieledivam et Sinam positas recenset Cosmas, videlicet Marallo cochleis abundans ; Caber ubi alabandenum reperitur, et aliam regionem unde caryophyllum advehebatur. Caryophyllum autem, non id quod nomen sonat hic significat, scilicet, *nucis folium*. Nam misso Plinii loco, et Julii Scaligeri explicatione circa caryophylli significatum; quia hæc vetustiora tempora spectant; ævo Cosmæ, imo etiam Pauli Æginetæ, Cosma antiquioris, caryophyllum idipsum erat quod clavus ille odoriferus, quem nos dicimus, *clou de girofle*. Nam ex caryophyllo, Itali *garofolo*, indeque nos *girofle*, confecimus. Qua de re vide Gorrhæum, et Robertum Stephanum in Thesauro.

In altera Indiæ ora, quam hodie Malabaricam dicimus, hæ urbes et emporia celebriora erant, Sindu, Orrhotha, Calliana; eadem, ut videtur, quam hodie Calicutum vocamus; Sibor, et Male, quinque emporia habens, Parti, Mangaruth, Salopatana, Nalopatana, et Pudapatana. Ex Male haud dubie, Malabar factum est. Nam *Male barr, continens Male* significat : atque κρὸς ἀντιδιαστολὴν insularum illa series Malabaricæ oræ e regione posita, *Maldive*, id est, insulæ Malæ, appellatur. In septentrionali vero Indiæ plaga populosissimum Hunnorum, ita scilicet Cosmas nuncupat, regnum erat, quorum rex, Gollas dictus, elephantos bis mille, equitatumque multum ad bellum educebat. Is cum Indorum urbem aquis circumfusam obsideret, diuturno elephantorum equorumque haustu arefacto solo, urbem cepit. Quæ res haud incredibilis fortasse videatur iis, qui apud Herodotum, haustu infinitæ prope multitudinis quam opprimendæ Græciæ Xerxes eduxerat, exsiccatos fluvios legerint. Ab his porro Hunnis originem ducebant Hunni illi, qui multis sæculis Europam tum justis expeditionibus, tum excursionibus depopulati sunt, quorum sedes Bactris finitimæ. Erantque Hunni gens Scythica, qui nonnunquam Massagetæ, aliquando Magiares, interdum Abares et aliis nominibus appellantur. Cætera quæ ad Indica et Æthiopica animalia, et ad earum regionum plantas et arbores pertinent, descripta habes in tabula IV, cum adjunctis explicationibus. Is enim Cosmæ mos fuit, ut memorabilium rerum, quas tractabat, formam depingeret.

VI. Jam vero restat ut de statu Christianismi in India, qualem variis in locis describit rerum peritus et plerumque oculatus testis Cosmas, verba faciamus. Omnes quotquot in Perside, India et Arabia Felici Christiani degebant, archiepiscopo Persidis subditi erant, a quo item ordinabantur earum regionum episcopi. In Perside vero prædicationem Evangelii a Thaddæo apostolo factam memorat Huic archiepiscopo sedes erat Babylone : et ipsius Cosmæ ævo, anno circiter 530, quidam Thomas Edessenus ejus amicus et Patritii senis discipulus ad archiepiscopales totius Persidis thronos evectus est. Babylon autem illa longe diversa erat a veteri illa Babylone, ad Euphraten posita; quæ a multis jam sæculis solo æquata ac deleta fuerat. Sed hæc Babylon eadem erat atque Seleucia ad Tigrim sita, et caput regni Persarum, quam Arabes *Madayeno Cosra, Urbem Cosroes*, vocant. Nicæni canones Arabici, qui pro suppositiiis habendi, hujusce archiepiscopi sive Catholici mentionem habent. Vide *Conc.* Labbe t. II, p. 301. P. vero 328 legitur : ***Dominus Seleuciæ, quæ est Almodaion*** (scribe, *Almadaion*), ***honoretur super omnes metropolitanos Romanorum : siquidem habetur loco patriarchæ in Oriente.*** Sub hæc autem, dirutis in Saracenorum irruptione Cosroes urbibus, patriarcha sive Catholicus Seleuciensis in urbem Mausel haud procul a veteri Ninive structam receptum habuit. Archiepiscopus Persidis, in Callianam, quam hodiernum Calecutum esse arbitramur, episcopum ab se ordinatum mittere solebat. In Male supra memorato emporio, aderat Christianorum ecclesia; similiterque in Sieledivа insula ecclesia Christianorum, cum presbytero et diacono in Perside ordinatis, ac reliquo ecclesiastico ministerio. Item apud Bactros, Hunnos, de quibus supra, reliquos Indos, Persarmenos, Medos, Elamitas, atque in tota Persidis regione ecclesiæ infinitæ erant, episcopi Christianique populi magno numero, martyres multi, monachi, hesychastæ. Similiterque in insula quæ Dioscoridis vocabatur, nunc Zocotora vitiato nomine, in mari Indico sita, cujus incolæ, ait ille, a Ptolemæis eo missi coloni, Græce loquebantur; clerici erant ex Perside eodem missi, atque ecclesia Christianorum, qui ibidem magno numero versabantur. Hæc omnia a cl. Bigotio prætermissa refert Cosmas, eo lectori jucundiora, quod a nemine fortasse ita minutatim memorata sint. Persidis autem archiepiscopus Nestorianus erat, ut alii omnes episcopi et presbyteri eidem subditi.

CAPUT IV.

MISCELLANEA RERUM MEMORABILIUM APUD COSMAM.

I. *Veterum loca.* II. *Romanorum numismata ubique terrarum.* III. *Hieroglyphica quid.*

Digitized by Google

IV. *Litteræ quando inventæ.* V. *Mithræ cultus apud Persas.*

I. Veterum scriptorum loca subinde affert Cosmas : in his Ephori Aristoteli æqualis qui triginta historiæ libros conscripserat : ex quarto autem historiarum libro excerptum affert scriptor noster (*a*) ; ubi videas quæ fuerit antiquorum opinio de situ orbis, deque nationibus extrema terræ incolentibus. Putabant igitur illi ultimam orientis oram Indos occupare ; occidentis Celtas, septentrionis Scythas, meridiei Æthiopas. Verum orientale et occidentale latus longe strictius septentrionali et australi, ita ut hæc postrema latera duplo majus spatium obtinerent. Quæ incidunt in Cosmæ opinionem de figura terræ, uti superius explicavimus. Alia autem quæ de veteribus Pythea Massiliensi, Xenophane et cæteris usurpat, tute, lector erudite, passim observes.

II. Ait Cosmas Romanorum numismata et monetas ubique locorum ad commercium usurpari. *Cum ipsorum numismate*, sic ille (*b*), *omnes gentes commercium exercent : et in quovis loco ab extremis terræ usque ad oppositos fines, illud admittitur : mirantibus talem monetam cunctis hominibus atque regnis : quia in aliis quibuscunque regnis similis non comparet.*

III. Notat ille hieroglyphica Ægyptiaca, non litteras, sed rerum symbola esse : quæ quidem, ut puto, verior est opinio. Nam ut in obeliscis, qui adhuc Romæ supersunt, deprehendas, hieroglyphicæ illæ litteræ, quæ magno numero in quadrum digestæ videntur, eædem prorsus cum quadam concinnitate et elegantia inferius repetuntur bis, ter, quaterve : quod nequaquam præstitisset si quis sermonem vel narrationem quamdam una serie instituisset. Quamobrem quæ apud Ammianum Marcellinum fertur hieroglyphorum obelisci Romani explicatio, a quodam Hermapione concinnata, pro commentitia a viris doctis habetur : neque magis Athanasio Kirkero creditur, qui repudiata Hermapionis interpretatione, longissime diversam ipse nulla fultus auctoritate adornavit. Litterarum igitur usum, a legislatore Moyse, qui in monte Sina a Deo litteris institutus fuerat, primum in orbem invectum esse, post multos alios arbitratur Cosmas.

IV Verum non animadvertit ille Scripturam sacram opinioni suæ manifeste refragari : siquidem antequam Lex in monte Sina daretur, post partam de Amalecitis victoriam, jubetur Moyses id litteris consignare (*Exod.* XVII, 14) : *Dixit autem Dominus ad Moysen : Scribe hoc ob monumentum in libro, et trade auribus Josue : delebo enim memoriam Amalec sub cœlo.* Unde pateat jam tunc temporis litterarum usum in orbem invectum fuisse. Memoratu porro digna sunt quæ sub hæc enarrantur. *Cum autem*, sic ille (*Hebræi*), *scriptam a Deo legem accepissent, ibi primum litteras edidicerunt : ac solitudine ceu quieto quodam litterario ludo usus Deus, ipsos totis quadraginta annis exarandis litteris exercerei sivit. Quamobrem in deserto Sinai montis, inque omnibus Hebræorum mansionibus videre est lapides omnes ex montibus delapsos, litteris Hebraicis inscriptos, ut ego qui istac iter habui testificor. Quas inscriptiones Judæi quidam, qui ipsas legerant, narrabant nobis ita habere :* Profectio talis, ex tribu tali, anno tali, mense tali ; *ut plerumque multi nostro ævo in diversoriis scribere solent. Illi vero, utpote qui nuper litteras edidicissent, frequentius scribebant, et litteras multiplicabant, ita ut isthæc omnia loca litteris Hebraicis insculptis plena sint : quæ, ut quidem æstimo, incredulorum causa hactenus servantur. Cuivis porro licet adire loca et isthæc inspicere, vel alios sciscitari, ut ediscat nos vera narrare. Cum ergo primum Hebræi a Deo per illas scripto traditas tabulas litteris instituti et eruditi fuissent per moras illas quadraginta annorum in deserto, vicinis suis Phœnicibus ipsas tradiderunt, quo tempore primum Tyriis regnabat Cadmus : ex quo Græci litteras acceperunt, quæ inde ad omnes gentes emanarunt.* Quæ de visis ab se inscriptionibus hujusmodi refert Cosmas, a nemine puto in dubium vocanda : nam fide dignus ac sincerus scriptor est, si quis alius. An vero inscriptiones illæ veterum Hebræorum in deserto aberrantium fuerint, id sagaci lectori æstimandum mittimus : nos sane Cosmam Hebræorum mendacio deceptum probabilius existimamus.

V. Ex aliorum narratu ait, apud Persas ad suum usque tempus celebritatem Mithræ, sive solis, quotannis peragi, in memoriam signi sub Ezechia rege editi : cum in extremis agens impetratæ valetudinis indicium accepit, solis videlicet retrogressionem. Solem autem Mithram apud Persas dictum, ab iisdem pro numine et deo cultum fuisse plerique tradunt : ac, etsi quidam nuperus scriptor id in dubium vocare videatur, non puto posse rem tot testatam auctoribus in controversiam adduci.

CAPUT V.

DE REBUS SCRIPTURAM SACRAM ET ECCLESIAM SPECTANTIBUS.

I. *Singulare quiddam de LXX Interpretum historia.* II. *De loco transitus Israelitarum per mare Rubrum.* III. *De vestimentis Hebræorum in deserto.* IV. *De paradiso terrestri.* V. *De Epist. ad Hebræos.* VI. *Num animæ circumscriptæ sint.* VII. *De die Natali Domini.* VIII. *Ritus baptismi.* IX. *Oratio pro defunctis.* X. *De Epistolis catholicis.*

I. Mirum quod narrat Cosmas (*c*) de Septuaginta Interpretum historia. *Deinde*, sic ille, *Ptolemæus, cognomine Philadelphus, cum de Judaicis libris curiose a Tryphone Phalerco sciscitatus, rei veritatem edidicisset, illos studiose perquisivit : missis ad Eleaza-*

(*a*) P. 148.
(*b*) P. 148.
(*c*) P. 344.

Digitized by Google

rum sacerdotem et ad templum donis quamplurimis, etc. Ubi vides loco Demetrii, Tryphonem, nulla vocis affinitate jacere. Licet autem vix in mentem subeat qua ratione potuerit Demetrius in Tryphonem mutari, quia tamen Aristeas, Philo, Josephus, et alii bene multi Demetrium constanter exprimunt, credere malim esse Cosmæ nostri μνημονικὸν ἁμάρτημα.

II. De loco ubi Israelitæ mare Rubrum sicco pede trajecerunt, hæc habet Cosmas: *Est autem locus ille in Clysmate, ut vocant, in dextera abeuntium ad montem. Ubi etiam vestigia rotarum curruum visuntur, et usque ad mare longo tractu apparent, ad hoc usque tempus servata ad signum infidelibus non vero fidelibus.* De vestigiis curruum ævo Cosmæ manentibus, agit item Paulus Orosius; de loco vero transitus paria tradit Philostorgius in excerptis Photii l. III, c. 6: Ἡ μέν τοι Ἐρυθρὰ ἐπὶ πλεῖστον μηκυνομένη εἰς δύο τινὰς ἀπομερίζεται κόλπους· καὶ τὸ μὲν αὐτῆς ἐπ' Αἰγύπτου χωρεῖ Κλύσμα, καθ' ὃ τελευτᾷ τὸ ἐπώνυμον φέρον· ὃ οὗ πάλαι καὶ τὸ Ἰσραηλιτικὸν φεύγοντες τοὺς Αἰγυπτίους, ἀβρόχῳ τὸ ῥεῖθρον διεπεραιώθησαν ποδί. Τὸ δὲ ἕτερον μέρος ἐπὶ Παλαιστίνην ἔρχεται κατὰ πόλιν Ἀειλὰ ἐκ παλαιοῦ καλουμένην· id est, *Rubrum quidem mare in maximam extensum longitudinem, in duos sinus dividitur: quorum alius versus Ægyptum tendit, a Clysmate, quo loco desinit, cognominatus: qua olim Israelitæ fugientes Ægyptios, sicco pede transgressi sunt. Altera vero pars ad Palæstinam vergit, ad urbem, quæ a priscis temporibus Aila vocatur.* Clysma autem ab Athanasio in Arabia esse dicitur, juxta Arabium scilicet montem, quo olim Philo episcopus Ægyptius pro fide catholica in exsilium a Constantio actus est. Licet enim Clysma ad oram maris versus Ægyptum jaceret, a multis tamen in Arabia, et habitatores ejus Arabes, censebantur. Nam Ægyptii vocabantur ii tantum, qui Nili utrumque latus, ad certum tamen hinc et inde spatium, occupabant. Quod ait Philostorgius Rubrum mare a septentrionali parte duos in sinus desinere, id asserunt hodierni geographi, et ex frequenti Europæorum aditu comprobatur. Urbs autem *Aila*, ad alterius sinus oram posita, a Cosma Ægyptio secundum Vaticanum codicem Ἐλὰ dicitur; secundum Laurentianum autem Ἀηλὰ vocatur. De Clysmate et Ela hæc habet Jacobus Golius in notis ad Alferganum, p. 144: *Colzuma, oppidulum in littore Ægypti, commune olim hujus et Syriæ præsidium. Quod haud aliud videtur esse, quam Clysma Ptolemæi, uti situs utriusque, et vocis et significationis convenientia arguit. Hinc mare Rubrum*, Bahar el Colzum, *dictum; peculiariter quidem infima sui parte; sed quoque universum... In geminum illic terminatur sinum; occidentalem Colzuma insignem; orientalem Elana.* Altera autem maris ora, ad quam sicco pede appulerunt Israelitæ, Cosmæ ævo Phœnicon dicebatur (*a*); videlicet a palmis, quibus consitus locus erat. Elim item locus in deserto, Raithu vocabatur, ubi suo tempore duodecim illos fontes a Scriptura memoratos adesse testificatur Cosmas: Raphidin vero alteram Hebræorum mansionem, Pharan ævo suo dici enarrat idem.

III. In hunc *Deuteronomii* locum XXIX, 5: *Deduxit vos quadraginta annis in deserto: vestimenta vestra non vetustate consumpta sunt, et calceamenta vestra non detrita sunt a pedibus vestris*, hanc, neque sane abs re, interpretationem affert Cosmas: *Neque enim, ut quidam portentorum fabulatores, maxime qui ex circumcisione sunt, arbitrantur, vestimenta et calceamenta eorum non detrita sunt, etiamsi Moyses ita loqui videatur; sed ait, nihil ipsis in solitudine defuisse, quia mercatores frequenter ipsis necessaria subministrabant. Alias enim dicant, quæso, qui potuissent infantes in deserto nati, paternis vestimentis et calceamentis uti, in tanto staturæ discrimine? Qui panes propositionis quotidie recentes conficere jussi fuissent, nisi ipsis mercatores frumentum advexissent?* etc., quæ sane a verisimili non abhorrere nemo non fatetur: et hæc item fuisse videtur Aben-Ezræ sententia. Attamen concors pene omnium opinio est, non sine miraculo Hebræorum vestimenta in deserto illæsa, et non detrita, per annos quadraginta mansisse. Atque huic standum opinioni putamus.

IV. Quoad paradisi voluptatis situm, veterum narrationi Cosmas paria tradit. Nam cum, ut supra diximus, terram putet ille quadram et oblongam esse, Oceano undique circumfusam; ultra Oceanum alteram terram comminiscitur, quæ totum Oceanum undequaque ambiat, quæque ab extremis sui partibus cœlo jungatur. In hac vero extrema terra paradisum voluptatis situm fuisse putat. Quatuor autem fluvios ex paradiso subterraneis meatibus Oceani spatia decurrentes, ad nostram terram permeare, et ubi fluviorum scaturigines habentur ex terræ penetralibus emergere, Gehon videlicet, quem esse Nilum æstimat, in Æthiopia; Tigrim et Euphraten, in Persarmenia; Phison, quem esse Gangem arbitratur, in India. Huic pene similia tradunt Philostorgius l. III, c. 10, et Theodoretus *in Genesin*, qui perinde quatuor paradisi fluvios ingenti spatio sub terra meantes, ad loca denique scaturiginum deportari narrant, et foras erumpere.

V. Ait (*b*) Hebræis Paulum Hebraice scripsisse: Epistolam autem ejus in Græcam linguam translatam fuisse vel a Luca vel a Clemente; similiterque Evangelium secundum Matthæum.

VI. Animas hominum circumscriptas esse pugnacissime defendit. Verum si argumenta perpendas quibus eam sententiam asserere nititur, id unum Cosmas vult comprobare, animas scilicet hominum vere in loco esse; ita ut, v. g., anima cujuspiam hominis in hoc conclavi vere exsistat, nec extra reperiatur: neque ita vult animam in loco degere, ut pars parti respondeat; quod ta-

(*a*) P. 195.

(*b*) P. 255.

Digitized by Google

men necesse foret ut anima vere circumscribi diceretur. Atque ita planum videtur inter Cosmam et adversarios, in quos ille tamen acriter invehitur, de solo nomine quæstionem esse.

VII. Observatu porro digna sunt quæ de Natalis Domini die habet Cosmas; nam de ritu Ægyptiorum et Hierosolymitanorum talia fatur: *Cum Zacharias decima septimi mensis ingressus esset in templum, secundum legis traditionem, ac nuntium accepisset de Joanne sibi ex Elizabet nascituro, sexto illius mense Virgo quoque nuntium accepit; ita ut tunc primi mensis initium esset. Nam cum decima septimi mensis Zacharias nuntium acceperit, et eodem mense Elizabet conceperit, palam sane est sex anni menses tunc præteriisse, ac sex reliquos fuisse, exceptis decem illis diebus; vel fortasse duobus aliis, aut tribus, aut septem, donec Zacharias abiret domum, ita ut dies superessent* 168, *aut* 167, *aut* 163. *Initium itaque conceptionis Domini, id est, initium primi mensis, sextus mensis Elisabetæ erat secundum Evangeliorum traditionem: nam hunc ordinem Deus semper servavit et servat. Hinc vero liquet, quod omnes ortum Christi nono decurso mense a primi mensis initio celebremus, id est, Choiac* 28; *Hierosolymitani vero quasi ex B. Lucæ auctoritate, qui ait Christum baptizatum fuisse incipientem quasi annorum triginta, in die Epiphaniæ Natalem celebrant. Et vere quidem tam Lucas, quam Hierosolymitani supputant: at accurata ratio non sic habet: sed tamen in ipso ortus die baptisma contigit, ut aiunt Lucas et Hierosolymitani. Verum Ecclesia ab antiquis temporibus, ne duas illas solemnitates eo ipso die celebrans, alterutrius oblivionem induceret, præcepit, ut, secundum numerum apostolorum, duodecim dies intercederent, atque tunc Epiphaniæ solemnitas celebraretur: quemadmodum etiam quadraginta dierum jejunium Domini, quod ante pugnam cum diabolo initam persolvit, resurrectione Domini claudi jussit; ut et nos secundum exemplar pro facultate pugnantes, et Christum imitantes, excipiamus passionem et resurrectionem Domini, etiamsi non iisdem diebus contigerit. Simili itaque modo Epiphania Domini nostri Jesu jussit post duodecim a Natali ejus dies celebrari. Soli autem Hierosolymitani ex conjectura probabili, nec tamen ex accurata ratione, in Epiphaniis Natale agunt; in die autem Natali memoriam celebrant Davidis et Jacobi apostoli: non quod ambo eadem ipso die mortui sint, sed, ut arbitror, ne ipsi extra festum cognatorum Christi neglecti maneant, eorum memoriam omnes colunt.*

Quod habet Cosmas, Zachariam Joannis patrem, decima septimi mensis in templum ingressum esse, in epistolis Cyrilli Jerosolymitani ad Julium papam, et in ἀμοιβαίαις Julii, ad eumdem prorsus modum enarratur: unde fortasse Cosmas hanc opinionem mutuatus est. Illæ vero mutuæ Cyrilli et Julii epistolæ in epist. Joannis archiepiscopi Nicæni ad Zachariam Catholicum Armeniæ afferuntur. Ubi videas Natalem Domini diem, ad vicesimam quintam Decembris a Julio papa celebrandam edici. Cujus calculi rationem ex libro quodam Josephi Historiæ scriptoris, Romæ, ut dicitur ibidem, deprehensi, peti et usurpari animadvertas. Hæc porro Josephi verba in testimonium afferuntur, Ὅτι ἐν μηνὶ τῷ ζ', ἐν τῇ ἑορτῇ τῆς Σκηνοπηγίας, εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἱλασμοῦ, ὤφθη ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ. Καὶ κωφωθεὶς ὁ ἱερεύς· id est, *mense septimo, in festo Scenopegiæ, die propitiationis, visus est angelus Dei. Et mutus factus sacerdos*, etc. Sub hæc autem Joannes Nicænus Julium inducit Hebræorum menses cum Romanis conferentem. Quia vero edita computatione, Annuntiationem et Incarnationem, utpote sexto prægnantis Elisabetæ mense factam, in Hebræorum mensem Nisan cadere comperit; hinc colligit natum Christum esse 28 mensis Choiac, sive 25 Decembris. Vide Combefis. *Hist. Monothelitarum*, p. 298. Veteres tamen Ægyptii, et Orientales omnes, ut concors universorum sententia est, pari ritu Epiphaniæ Natalisque Domini festum 6 Januarii celebrabant: ac versus quarti sæculi medium invecta iisdem in regionibus consuetudo fuit, ut vicesima quinta Decembris Natalem diem agerent, unde Athanasius ad 25 Decembris ortum Christi consignat supra, p. 26. Verum priscam illam consuetudinem ad ætatem usque suam in Ecclesia Jerosolymitana obtinere testis est Cosmas: aliis ritum posterius inductum servantibus. Idipsum vero confirmat Joannes Nicænus, dum ait, asseverare Jerosolymitanos, Jacobum fratrem Domini primum Jerosolymorum episcopum, ad Natalem Christi diem celebrandam, Januarii sextam diem assignavisse. Cosmas vero priscum Ægyptiorum ritum, quo non 25 Decembris, sed Januarii 6 Natalem celebrabant, vel prorsus ignoravit, vel consulto tacuit. Tametsi, ut supra dictum est, Orientales ad usque medium sæculi IV ritum celebrandi 25 Decembris ne noverant quidem, ut videre est in sermone Gregorii Nysseni de die Natali, *Nunc per totum orbem habitatum*, inquit, *diem festum celebrantium concors sonus auditur; nunc* scilicet, non antea. In oratione autem de Natali Domini tom. V Operum Chrysostomi, quam putant nonnulli ab eo adhuc presbytero Antiochiæ pronuntiatam, dicitur, a paucis annis Natalis Domini festum in Orientalium notitiam venisse, atque ab Occidentalibus in Orientem advectum fuisse. Apud Occidentales vero nonnisi post Epiphaniæ solemnitatem, Natalis festum institutum fuerat: indeque erat, quod in Occidente et in urbe Roma Natali potior Epiphania haberetur, ut legitur in veteri Ordine Romano, *Nec hoc prætereundum est, quod secunda Nativitas Christi* (quo intelligitur Epiphania), *tot illustrata mysteriis, honoratior sit, quam prima*, videlicet Natalis: quod item ad verbum legitur in libro *De divinis Officiis*, cap. *de Baptismo Domini*, qui Alcuino quidem ascribitur, sed nonnisi post decimum sæculum editus putatur. Nec prætereundum est Cosmam, dum ait, *Ex traditione divinæ legis*, Moysis legem indi-

Digitized by Google

care; putareque Zachariam, in die propitiationis, in sanctuarium ingressum esse, ut in lege præcipitur. In lege porro id muneris uni summo pontifici ascribitur : quo videas eam Cosmæ opinionem esse, Zachariam nimirum Joannis patrem fuisse summum pontificem. Neque mirum est ea fuisse sententia Cosmam, quando idipsum, etsi falsum, a multis antiquorum creditum est. Sic Chrysostomus eodem *de Natali Domini* sermone, Zachariam pro summo pontifice habens, in sanctuarium in festo Tabernaculorum ingressum illum esse colligit; sive potius in die Propitiationis, quæ 4 tantum diebus festum Tabernaculorum antevertit : qua die soli summo pontifici hanc peragere functionem licebat. Hinc forte Cosmas quæ de Zacharia tradit mutuatus est. Cæterum hic Chrysostomi sermo a nonnullis doctis viris in suspicionem νοθείας vocatur : utut vero sit, antiquissimum, et nondum elapso sæculo v conscriptum opusculum fuisse exploratum est : indeque potuit Cosmas ea quæ de Zacharia tradidit expiscari. Quod ad epistolas vero Julii papæ et Cyrilli Jerosolymitani, quæ, uti supra dictum est, a Joanne Nicæno afferuntur, monere ne pigeat, vulgo illas pro suppositiis nec injuria haberi.

VIII. Quisquis baptizabatur (*a*), de sancta Trinitate deque resurrectione carnis, confessionem edebat, qui mos perantiquus erat, ac etiam sancti Athanasii ævo vulgo receptus.

IX. In sacra liturgia sacerdotes non pro vivis modo, sed etiam pro defunctis precabantur hoc pacto : *Animæ hujus, Domine, requiem concede : resuscitans quoque carnem ejus, qua die decrevisti secundum veras tuas promissiones.* Idque, ut ex Cosmæ (*b*) serie deprehenditur pro defunctis quibusdam nominatim recensitis, quorum cognati munera sacerdoti offerebant.

X. Non perinde probandum quod de catholicis Epistolis habet Cosmas : *Silentio autem mittimus*, sic ille, *catholicas Epistolas jam inde a priscis temporibus inter dubias ab Ecclesia reponi. Certe nemo ex iis, qui in divinas Scripturas commentaria ediderunt, catholicarum Epistolarum aliquam rationem habuit. Quinetiam quotquot librorum, qui in divina Scriptura locum habent, canonem texuerunt, illas inter dubia locarunt; nimirum Irenæus Lugdunensis episcopus, vir illustris et spectatissimæ vitæ, qui haud diu post apostolos vixit; Eusebius Pamphili, Athanasius Alexandrinus episcopus, et Amphilochius Iconii episcopus, amicus et familiaris B. Basilii in Iambis suis ad Seleucum scriptis, dubias illas pronuntiarunt. Similiterque Severianus episcopus Gabalorum in libro contra Judæos illas proscripsit. Nam plerique aiunt eas non apostolorum, sed aliorum quorumdam presbyterorum simplicium esse. Quare Eusebius Pamphili in Ecclesiastica Historia dicit, duo sepulcra Ephesi esse, aliud Joannis evangelistæ, aliud Joannis presbyteri, qui duas catholicarum Epistolarum scripsit, secundam et tertiam; in quibus inscriptio sic habet*, Presbyter Electæ Dominæ; *et*, Presbyter Gaio dilecto. *Etenim nonnisi primam Petri et primam Joannis, ipse, ut et Irenæus ait, apostolorum esse; alii vero non apostolorum, sed presbyterorum. Nam prima, secunda et tertia Joannis inscribuntur; quasi manifestum sit tres illas ejusdem personæ esse. Alii vero cum his duabus etiam Jacobi Epistolam admittunt, alii universas recipiunt. Apud Syros autem nonnisi tres prædictæ reperiuntur; videlicet Jacobi, Petri, Joannis : aliæ quippe penes illos ne quidem habentur.* Hic sane Cosmas non accurate rem agit. Nam quod ait, Epistolas catholicas nullis veterum commentariis illustratas fuisse, id perperam dicitur : Didymus enim Alexandrinus integros in septem illas Epistolas commentarios edidit, teste Hieronymo. Quod si illæ non tanta commentariorum frequentia illustratæ sunt, quanta alii multi Scripturarum libri; id etiam de multis aliis, et quidem indubitatis, Scripturæ sacræ libris dici potuit. De Irenæi quidem canone Scripturarum, si quidem illum unquam edidit, nihil superest. Quod ad Athanasii vero canonem, miror Cosmam, qui epistolas ejusdem Festales perlegerat, quarum fragmenta multa libro decimo affert, non advertisse canonem Scripturarum in tricesima nona haberi, ubi Epistolæ septem catholicæ inter Scripturæ sacræ libros, et quidem nulli suspicioni obnoxios recensentur. Quod adjicit autem septem Epistolas ab omnibus Ecclesiis non admitti, nihil earum γνησιότητι officit. Nam fatemur quidem de quibusdam dubitatum esse in aliquot Ecclesiis, ut etiam de nonnullis aliis Scripturæ libris; at demum omnes communi Ecclesiæ calculo admissæ et in canone repositæ fuere.

CAPUT VI.

De epistolis Festalibus Athanasii, et aliis veterum patrum fragmentis, quæ in decimo Cosmæ libro exstant.

I. *De epistolis Festalibus Athanasii.* II. *Cur Paschales dictæ.* III. *De aliis sanctorum PP. locis a Cosma allatis.*

I. Epistolas Festales Athanasii, quarum fragmenta aliquot supersunt, magno olim numero fuisse planum est, quando ex Quadragesima quinta excerpta quædam Cosmas affert. In Vita vero S. Athanasii a Coptis Arabice adornata, cujus versionem Latinam in nupera Athanasii editione attulimus, ad quadraginta octo numerantur. Ex conjectura porro diximus scriptas illas et missas ad populum Alexandrinum fuisse, cum Athanasius in deserto latens, metu Constantii, ageret : neque enim epistolæ nomen præsentis viri sermoni aut homiliæ aptari posse videtur. Attamen epistolæ Festales Theophili Alexandrini et Cyrilli successoris ejus, ab ipsis præsentibus et populo concionantibus recitatæ fuisse putantur, ut semper eadem difficultas supersit, cur scilicet præsentium homiliæ et conciones, epistolarum nomen obtineant.

II. Eædem autem epistolæ Festales, a quibusdam Paschales item dicuntur, quia in diebus maxime paschalibus populo recita-

(*a*) P. 208.

(*b*) P. 299.

Digitized by Google

bantur. Nec modo illas, quæ in ipsis Paschatis solemnitatibus, sed etiam eas, quæ per Quadragesimam, dum Christiani populi jejuniis, vigiliis aliisque bonis operibus, sese ad sanctum Pascha rite celebrandum comparerent, Paschalium sive Festalium nomine insignitas reperias. Sic epistola Festalis Athanasii, quæ apud Cosmam vigesima octava notatur, in die Palmarum imminente paschali solemnitate dicta deprehenditur.

Ex undecim autem Athanasii epistolis Festalibus fragmenta excerpsit Cosmas, nimirum ex secunda, quinta, sexta, vigesima secunda, vigesima quarta, vigesima octava, vigesima nona, quadragesima, quadragesima secunda, quadragesima tertia, quadragesima quinta.

III. Post illa epistolarum Festalium Athanasii excerpta, Gregorii Nazianzeni pauca afferuntur. Deinde excerpta ex epistolis Festalibus Theophili Alexandrini, Severiani episcopi Gabalorum ex homiliis in Hexaemeron, quæ in editione Saviliana Chrysostomi nomine circumferuntur, Epiphanii, Joannis Chrysostomi, Philonis Carpathii ex commentariis *in Cantica* : ejusdem ex commentariis in Hexaemeron, quod opus interiit. Theodosii Alexandrini, qui tempore Cosmæ episcopatum tenuit, tum ejus successoris Timothei junioris, qui, ut ex fragmentis liquet, elegantia et dicendi copia pollebat. De duobus autem postremis loquens, Ecclesiarum Alexandrinarum, in queis concionati erant, nomina recenset. Erant autem illæ, ea quæ Magna Ecclesia dicebatur, τὸ ἱερὸν, sive *templum*, ecclesia S. Serapammonis, qui sub Constantio ab Arianis necatus est, ecclesia S. Theodori, ecclesia Quirini, ecclesia S. Victoris. Hæc de Cosmæ *Topographia* dicta sunto. Verum antequam hanc præfationem claudamus, præstitam nobis in his eruendis ab Antonio Salvinio Florentino operam commemorare jubet animus : qui vir eruditione præstans, et in Græcæ linguæ peritia cum primis numerandus, in exscribendo Cosma solidos mecum dies insumpsit : nec modo semper roganti adfuit, sed optata sæpe mea officio suo antevertit : dignus sane cui lector benevolus promeritas mecum grates rependat.

INDEX LIBRORUM COSMÆ.

ΠΡΟΛΟΓΟΣ Α'.

ΠΡΟΛΟΓΟΣ Β'.

Χριστιανικὴ τοπογραφία περιεκτικὴ παντὸς τοῦ κόσμου, ἀποδείξεις ἔχουσα ἐκ τῆς θείας Γραφῆς, περὶ ἧς ἀμφισβητεῖν Χριστιανοὺς οὐ δέον.

PROLOGUS I.

PROLOGUS II.

Topographia Christiana universi mundi, quæ probatur demonstrationibus petitis ex divina Scriptura, de qua Christianis dubitare non licet.

ΚΟΣΜΑ ΜΟΝΑΧΟΥ ΛΟΓΟΣ Α'.

Πρὸς τοὺς Χριστιανίζειν μὲν βθέλοντας, κατὰ τοὺς ἔξωθεν δὲ σφαιροειδῆ τὸν οὐρανὸν νομίζοντας καὶ δοξάζοντας.

COSMÆ MONACHI LIBER I.

Contra eos qui cum Christiani esse velint, secundum exteros sphæricum esse cælum putant et opinantur.

ΛΟΓΟΣ Β'.

Ὑποθέσεις Χριστιανικαὶ περὶ σχημάτων καὶ τοποθεσίας παντὸς τοῦ κόσμου, ἐκ τῆς θείας Γραφῆς τὰς ἀποδείξεις ἔχουσαι.

LIBER II.

Hypotheses Christianæ de figura et situ totius mundi, quæ ex divina Scriptura comprobantur.

ΛΟΓΟΣ Γ'.

Ὅτι βεβαία ἐστὶ καὶ ἀξιόπιστος ἡ θεία Γραφὴ, καὶ σύμφωνος αὐτὴ ἑαυτῇ καὶ καθ' ἑαυτὴν διηγουμένη Παλαιά τε καὶ Καινὴ Διαθήκη, σημαίνουσα καὶ τὸ χρήσιμον τῶν σχημάτων τοῦ παντὸς κόσμου.

LIBER III.

Quod divina Scriptura firma et fide digna sit, atque ipsa, nempe Vetus et Novum Testamentum, un concordet, dum figurarum totius mundi utilitatem indicat.

ΛΟΓΟΣ Δ'.

Ἀνακεφαλαίωσις σύντομος καὶ διαγραφὴ τῶν σχημάτων τοῦ κόσμου κατὰ τὴν θείαν Γραφὴν, καὶ τῆς σφαίρας ἀνατροπή.

LIBER IV.

Brevis recapitulatio et descriptio figurarum mundi secundum divinam Scripturam, et sphæræ confutatio.

ΛΟΓΟΣ Ε'.

Ἐν ᾧ ἐστι τῆς σκηνῆς ἡ διαγραφὴ, καὶ τῶν προφητῶν καὶ ἀποστόλων ἡ συμφωνία.

LIBER V.

In quo tabernaculi descriptio continetur, et prophetarum apostolorumque concordia comprobatur.

ΛΟΓΟΣ Ϛ', *συνημμένος.*

Περὶ μεγέθους ἡλίου.

LIBER VI, *superadditus.*

De magnitudine solis.

ΛΟΓΟΣ Ζ'.

Περὶ διαμονῆς οὐρανῶν.

LIBER VII.

De cælorum duratione.

Digitized by Google

LIBER VIII.

In canticum Ezechiæ, et in retrogressionem solis.

LIBER IX.

De astrorum cursu.

LIBER X.

Loca Patrum.

LIBER XI.

Indicorum animalium descriptio, et de insula Taprobana.

LIBER XII.

Alius item liber, declarans multos exterorum veterum scriptorum divinarum Scripturarum per Moysen et prophetas editarum antiquitatem testificari : itemque Græcos omnium postremos litteras edidicisse videri, altiusque defixam circa divinas Scripturas incredulitatem retinere.

ΛΟΓΟΣ ΙΓ'.

Εἰς τὴν ᾠδὴν Ἐζεκίου, καὶ εἰς τὸν ἀναποδισμὸν τοῦ ἡλίου.

ΛΟΓΟΣ Θ'.

Περὶ δρόμου ἄστρων.

ΛΟΓΟΣ Ι'.

Χρήσεις Πατέρων.

ΛΟΓΟΣ ΙΑ'.

Καταγραφὴ περὶ ζώων Ἰνδικῶν, καὶ περὶ τῆς Ταπροβάνης νήσου.

ΛΟΓΟΣ ΙΒ'.

Ἕτι ἕτερος λόγος σημαίνων ὅτι πολλοὶ τῶν ἔξωθεν ἀρχαίων συγγραφέων μαρτυροῦσι τῇ ἀρχαιότητι τῶν θείων Γραφῶν τῶν διὰ Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν εἰρημένων, καὶ ὅτι ὕστερον πάντων οἱ Ἕλληνες φαίνονται μεμαθηκότες γράμματα, καὶ περὶ τῶν θείων Γραφῶν ἀρρίζωμένην ἔχοντες τὴν ἀπιστίαν.

Nomina scriptorum qui in hoc opere laudantur, vel quorum fragmenta afferuntur.

Scriptorum indicem multo locupletiorem vide apud Fabricium supra col. 23.

ΚΟΣΜΑ

ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΧΡΙΣΤΙΑΝΙΚΗ ΤΟΠΟΓΡΑΦΙΑ.

—

COSMÆ

ÆGYPTII MONACHI

CHRISTIANA TOPOGRAPHIA,

SIVE

CHRISTIANORUM OPINIO DE MUNDO.

1-113 Hic liber a nobis nuncupatur *Topographia Christiana*, totum mundum complectens.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, unius in tribus hypostasibus adorandæ Deitatis, consubstantialis et vitæ principis Trinitatis unius Dei, a quo omne datum optimum et omne donum perfectum desursum ad nos descendit, balbutientia et tardiloqua labia mea ego peccator et miser aperio, confisus eum, cum ob loquelam petentis humilitatem, tum ad utilitatem audientium largiturum esse Spiritum sapientiæ, et sermonem in apertione oris mei, qui gratiæ Dominus, et omnium bonorum promus est, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.

Αὕτη ἡ βίβλος *Χριστιανικὴ Τοπογραφία* περιεκτικὴ παντὸς τοῦ κόσμου, παρ' ἡμῶν ὀνομασμένη.

Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τῆς μιᾶς τρισυποστάτου καὶ προσκυνητῆς Θεότητος, τῆς ὁμοουσίου καὶ ζωαρχικῆς Τριάδος τοῦ ἑνὸς Θεοῦ, παρ' οὗ πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθεν εἰς ἡμᾶς κάτεισιν, ἀνοίγω τὰ μογιλάλα καὶ βραδύγλωσσα χείλη, ὁ ἁμαρτωλὸς καὶ τάλας ἐγὼ, πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ, ὡς διὰ τὴν τῶν αἰτησάντων τὸν λόγον ταπείνωσιν, καὶ τῶν ἀκουόντων ὠφέλειαν, δώσει πνεῦμα σοφίας, καὶ λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου, ὁ τῆς χάριτος Κύριος, καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν ταμίας, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς, εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Digitized by Google

ΠΡΟΛΟΓΟΣ Α'.

Πρῶτον μὲν πάντων παρακαλῶ τοὺς μέλλοντας ἐντυγχάνειν τῇδε τῇ βίβλῳ, ἵνα μετὰ πάσης προσοχῆς καὶ ἐπιμελείας τὴν ἀνάγνωσιν ποιήσωνται, καὶ μὴ παρέργως αὐτὴν διαδραμεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὺς τόπους καὶ τὰ σχήματα καὶ τὰς ἐγκειμένας ἱστορίας, μετὰ πάσης σπουδῆς φιλοπόνως ἀπομάξωντο· καὶ μετὰ τὸ τέλος δὲ τῆς βίβλου, ἐγκωμιάτωσαν καὶ τῷ τόμῳ τῷ παρ' ἡμῶν γενομένῳ πρὸς τὸν φιλόχριστον Κωνσταντῖνον, ἐν ᾧπερ καταγέγραπται πλατυτέρως πᾶσα ἡ γῆ· ἥ τε πέραν τοῦ Ὠκεανοῦ, καὶ αὕτη, καὶ πᾶσαι αἱ χῶραι, ἔτι τε καὶ τὰ νότια μέρη τὰ ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἕως τοῦ νοτιαίου Ὠκεανοῦ· λέγω δὴ ὁ Νεῖλος ποταμὸς, καὶ αἱ παρακείμεναι χῶραι, καὶ τὰ ἔθνη τῆς τε Αἰγύπτου πάσης, καὶ Αἰθιοπίας, ἔτι τε καὶ Ἀράβιος κόλπος, καὶ αἱ παρακείμεναι χῶραι καὶ ἔθνη ἕως πάλιν τοῦ αὐτοῦ Ὠκεανοῦ, ὁμοίως καὶ ἡ μέση γῆ τοῦ τε ποταμοῦ καὶ τοῦ κόλπου, καὶ αἱ πόλεις καὶ αἱ χῶραι καὶ τὰ ἔθνη τὰ ἐν αὐτῇ, πρὸς τὸ δεῖξαι τὰ παρ' ἡμῶν μὲν λεγόμενα ἀληθῆ, τὰ δὲ τῶν ἐναντίων ψευδῆ· δι' οὓς καὶ ἡ βίβλος καὶ αἱ καταγραφαὶ γεγόνασιν αἱ ἐγκείμεναι, περί τε μεγέθους ἡλίου λέγω, καὶ τῆς διακεκαυμένης καὶ διαβεβωμένης αὐτῶν ἀοικήτου γῆς, ὡς πλάσματα καὶ μύθους ἐρευγομένων. Ζητησάτωσαν δὲ πάλιν τὸν σκάριφον τοῦ παντὸς, καὶ τῆς ἀστρικῆς κινήσεως, τὸν παρ' ἡμῶν γενόμενον κατὰ μίμησιν τῆς ὀργανικῆς τῶν ἔξωθεν σφαίρας, καὶ τὸν περὶ αὐτοῦ λόγον πρὸς τὸν θεοφιλέστατον διάκονον Ὁμόλογον ἀποσταλέντα, καὶ ἐγκωμιάτωσαν, ὅστις τε σὺν Θεῷ ἱκανὸς ὑπάρχει, μάλιστα σὺν ταύτῃ τῇ βίβλῳ, καὶ τῷ τόμῳ, ἐκ βάθρων ἀνελεῖν τῶν Ἑλληνικῶν ὑποθέσεων τὴν πλάνην. Ταῦτα γάρ τις τὰ τρία Χριστιανὸς ὑπάρχων καὶ κτώμενος, καὶ τῇ θείᾳ χάριτι περὶ τὴν θείαν Γραφὴν ἐπιμελῶς κινούμενος, ῥᾳδίως ἐλέγξει τῶν μυθολόγων τὴν ἄνοιαν. Συνίστησι γὰρ δι' αὐτοῦ τοῦ σχήματος, καὶ τῆς τοῦ κόσμου κατασκευῆς καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως τῶν πραγμάτων, τὴν θείαν Γραφὴν ἀληθεστάτην οὖσαν καὶ τῶν Χριστιανῶν τὸ κήρυγμα. Ἔρρωσθε, οἱ Χριστιανοὶ, ἐν Κυρίῳ.

ΠΡΟΛΟΓΟΣ Β'.

Χριστιανικὴ τοπογραφία περιεκτικὴ παντὸς τοῦ κόσμου, ἀποδείξεις ἔχουσα ἐκ τῆς θείας Γραφῆς, περὶ ἧς ἀμφισβητεῖν Χριστιανοὺς οὐ δέον.

Πάλαι μὲν ὤκνουν ἐπιχειρῆσαι τῇ ἀφηγήσει τῇ παρὰ σοῦ μοι ἐνταλθείσῃ, ἣ εἰσφέρεται ἡ τοῦ παντὸς κόσμου σύστασις, ὦ Θεοφιλῆ Θεόφιλέ τε καὶ χριστόφιλε Πάμφιλε. Εἰ γὰρ καὶ ἐβουλόμην, οὐκ ἐδυνάμην, διὰ τὸ, ὡς οἶσθα καὶ αὐτὸς, τῇ πολυχρονίῳ με κατακεῖσθαι νόσῳ. Τῶν δὲ πυκνῶν σου δεήσεων τὴν νόσον πόρρω ἀπ' ἐμοῦ ποιησαμένων, δέχου λοιπὸν τὸ προοίμιον τῶν ἐν τῇ βίβλῳ κεφαλαίων· τοῦτο μὲν ὡς τὴν ὑπακοὴν πληροῦντί μοι· τοῦτο δὲ ὡς τὴν εὐθύνην ἐπτοημένῳ ἐκείνην τὴν τοῦ ὀκνηροῦ δούλου, ἣν ὁ σωτήριος λόγος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἀπεφήνατο. Καὶ μηδεὶς καταγινωσκέτω ὡς τολμηροῦ τὴν σαφήνειαν τῶν λόγων πεζῶς πως καὶ ἀνωμάλως διεξιόντος· καὶ γὰρ ἐννοιῶν ὀρθῶν, οὐ φράσεων δεῖται ὁ Χριστιανός.

PROLOGUS PRIMUS.

Primo quotquot hunc librum lecturi sunt rogo, ut cum omni attentione et sollicitudine lectionem peragant, neque perfunctorie transcurrant; sed loca, figuras et historias hic enarratas cum studio et labore percipiant: atque absoluta hujus libri lectione, adeant tomum a nobis elaboratum, ac Christi amanti Constantino nuncupatum, ubi universa terra latius descripta est, tam ea quæ ultra Oceanum sita est, quam hæc cum omnibus regionibus; et australes partes ab Alexandria usque ad australem Oceanum: videlicet Nilus fluvius regionesque adjacentes, et populi universæ Ægypti et Æthiopiæ: insuperque sinus Arabicus cum regionibus et populis circumpositis usque ad eumdem Oceanum: ad hæc media terra quæ inter fluvium et sinum jacet, cum urbibus, regionibus et populis ipsam incolentibus; idque ad comprobandum vera quidem esse ea, quæ nos referimus; sed falsa proferre adversarios nostros, quorum causa **114** hunc librum et præsentes paragraphos edidimus; nimirum de magnitudine solis, deque terra illa ardore solis adusta et inculta, quam ipsi confictis et fabulosis sermonibus jactitant. Quærant item tabulam et delineationem universi, et astrorum motus, quam nos confecimus ad exemplum organicæ exterorum sphæræ, atque librum quem ea de re editum a nobis ad religiosissimum diaconum Homologum misimus, evolvant: qui sane, opitulante Deo, maxime cum hoc libro ac cum tomo junctus, erit ad Græcarum hypothesium errorem funditus evertendum satis. Etenim si quis Christianus hæc tria opera nanciscatur, si per Dei gratiam in divina Scriptura probe exercitatus fuerit, perfacile poterit fabulatorum amentiam confutare. Per ipsam enim figuram, et mundi compositionem, ipsamque rerum naturam, constat divinam Scripturam et Christianorum prædicationem verissimam esse. Salvete, Christiani, in Domino.

PROLOGUS SECUNDUS.

Topographia Christiana universi mundi, quæ probatur demonstrationibus petitis ex divina Scriptura: de qua Christianos dubitare non licet.

Pigebat quidem olim quam jussisti narrationem aggredi, qua totius mundi compositio describatur, Deo charissime, Dei et Christi amantissime Pamphile. Nam etsi voluissem, per vires non licebat, quod, ut probe nosti, diuturna detinerer ægritudine. Cum autem frequentibus tuis precibus morbo sim recreatus, accipe demum capitulorum, quæ in libro continentur, proœmium: quod quidem transmitto, tum ad obsequentiam tibi præstandam, tum perterritus illa pigri servi damnatione, quam salutaris sermo in Evangeliis protulit. Neque me quispiam ut audacem damnet, quod humili et inæquabili stylo narrationem instituerim: nam rectis cogitationibus, non phrasibus Christiano est opus.

Digitized by Google

Siquidem cum multa tela, galeæ, scuta et bella contra Ecclesiam moveantur, nonnulli qui Christianorum nomine censentur, divinam Scripturam nihili facientes ac despicientes, perinde atque exteri philosophi, cœlum sphærica forma esse opinantur, solaribus ac lunaribus eclipsibus decepti. Totum igitur libri argumentum in quinque partes congruenter distribui. Primo adversus memoratos errores sermo prior instituitur; scilicet non debere eum, qui Christianus esse **115** velit, specioso exterorum errore abduci: cum divina Scriptura diversa proponat. Etenim si quis illas Græcorum hypotheses explorare voluerit, commenta prorsus et fabulosa sophismata, quæ stare nequeant, esse deprehendet. Deinde autem ad Christiani interrogationem, qui sine dubio dicturus est: Illis sublatis, quænam veræ hypotheses inducendæ? secundus liber editus est, qui Christianas hypotheses, ex Scriptura sacra progressus, enarrat, et totius mundi figuram describit, declaratque exterorum veterum nonnullos ejus opinionis fuisse. Hinc rursum, ac si quispiam dubitaturus et dicturus sit: Unde palam sit Moysen et prophetas hæc dicentes, vera protulisse? tertius liber quam fide digni sint Moyses et prophetæ demonstrat, comprobatque eos non ex se, sed afflante divina revelatione locutos esse: ac re opereque probatos, eaque prospicientes, tum Veteris tum Novæ Scripturæ auctores hæc effatos esse: ostenditurque quæ sit mundi tabularum et figurarum utilitas, ac qua occasione exorta sit sphæræ opinio. Postea rursum in eorum gratiam qui mundi figuras perspicere cupiunt, quartus liber editus est; nimirum brevis recapitulatio ac delineatio eorum quæ prius dicta sunt, sphæræ scilicet et antipodum confutatio. Dehinc iterum quintus liber instituitur ejus gratia qui Christianas hypotheses quærat: declarans nos non figmenta, non novas fabulas a nobis excogitatas scripto consignasse; sed ex revelatione et jussu rerum conditoris Dei confectum totius mundi exemplar speculatos; videlicet tabernaculum a Moyse constructum, a Novo pariter Testamento *imago totius mundi* vocatum, quod ille velo apposito dividens, unum duas in partes distribuit: quemadmodum et Deus ab initio regionem unam, scilicet a terra usque ad primum cœlum, firmamento divisit in duas regiones: ac velut in tabernaculo interiori et exteriori; sic ibi superna et inferna regio est: et inferna quidem hic mundus est; superna vero, futurus mundus, quo Dominus Christus, postquam secundum carnem ex mortuis resurrexisset, primus omnium ascendit, ac justi postea ascendent. Et quod ab Adamo usque ad Moysen, a Moyse usque ad Joannem, a Joanne omnes apostoli et evangelistæ; omnes, inquam, una voce, cum verbis, tum figuris, de his duobus statibus verba fecerint: nullusque eorum varia protulerit; neque alium ante hunc statum, ne-

(1) Locus perplexus.

A νός. Πολλῶν γὰρ βολίδων, καὶ κρανῶν, καὶ ἀσπίδων, καὶ πολέμων κινηθέντων κατὰ τῆς Ἐκκλησίας, τινὲς Χριστιανίζειν νομιζόμενοι καὶ τὴν θείαν Γραφὴν μηδὲν λογιζόμενοι, ἀλλὰ περιφρονοῦντες καὶ ὑπερφρονοῦντες, κατὰ τοὺς ἔξωθεν φιλοσόφους, σφαιρικὸν εἶναι τὸ σχῆμα τοῦ οὐρανοῦ ὑπολαμβάνουσιν, ἐκ τῶν ἡλιακῶν καὶ σεληνιακῶν ἐκλείψεων πλανώμενοι. Πᾶσαν τοίνυν τῆς βίβλου τὴν ὑπόθεσιν εἰς πέντε μέρη ἁρμοδίως διειλόμην. Πρῶτον πάντων πρὸς τοὺς εἰρημένους καὶ πλανωμένους ὁ πρῶτος λόγος ἐγένετο, ὡς οὐ δυνατὸν τὸν Χριστιανίζειν ἐθέλοντα ἀπάγεσθαι τῇ πιθανῇ πλάνῃ τῶν ἔξωθεν, ἑτερα τῆς θείας Γραφῆς ὑποτιθεμένης. Καὶ γὰρ ἐάν τις θελήσειεν βασανίσαι τὰς Ἑλληνικὰς ὑποθέσεις, πλάσματα πάντως εὑρήσει καὶ μυθώδη σοφίσματα καὶ ἀδύνατα παντελῶς. Εἶτα λοιπὸν πρὸς τὸν αἰτησάμενον Χριστιανὸν ὀφείλοντα λέγειν· Τούτων ἀναιρουμένων, ποίας χρὴ ἀντεισάγειν ὑποθέσεις ἀληθεῖς; ὁ δεύτερος λόγος ἐγένετο, ἐξηγούμενος τὰς Χριστιανικὰς ὑποθέσεις ἐκ τῆς θείας Γραφῆς προερχόμενος, καὶ δηλῶν παντὸς τοῦ κόσμου τὸ σχῆμα, καὶ ὅτι τινὲς τῶν ἔξωθεν παλαιῶν τοιαύτης δόξης ἐγένοντο. Εἶτα πάλιν ὡσανεὶ τινὸς ἀποροῦντος καὶ λέγοντος· Πόθεν δῆλον εἰ ἀληθεύει Μωσῆς καὶ οἱ προφῆται τοιαῦτα λέγοντες; ὁ τρίτος λόγος τὸ ἀξιόπιστον ἀποδείκνυσι Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν, καὶ ὅτι οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν ἐλάλησαν, ἀλλ' ἐκ θείας ἀποκαλύψεως ἐμπνευσθέντες, καὶ δοκιμασθέντες ἔργῳ καὶ πράγματι, προθεωρήσαντες αὐτὰ οὕτως ἐξεῖπον καὶ οἱ ἐν τῇ Παλαιᾷ καὶ οἱ ἐν τῇ Νέᾳ, καὶ τί τὸ χρήσιμον B τῶν σχημάτων τοῦ κόσμου, καὶ πόθεν ἀφορμὴν καὶ ἀρχὴν ἔσχε τῆς σφαίρας ἡ ὑπόνοια. Εἶτα πάλιν περὶ τῶν ποθούντων ὄψει παραλαβεῖν τὰ σχήματα, ὁ τέταρτος λόγος ἐγένετο, σύντομος ἀνακεφαλαίωσις καὶ διαγραφὴ τῶν προειρημένων ὑπάρχων, καὶ τῆς σφαίρας καὶ τῶν ἀντιπόδων ἡ ἀνατροπή. Ἔτι πάλιν πρὸς τὸν αἰτησάμενον τὰς Χριστιανικὰς ὑποθέσεις ὁ πέμπτος λόγος ἐγένετο· δηλῶν ὡς οὐχ ἑαυτοῖς πλασάμενοι, οὔτε νέους μύθους ἐφευρηκότες, εἰρήκαμεν ἢ διεγράψαμεν (1)· ἀλλ' ἐξ ἀποκαλύψεως καὶ προστάξεως Θεοῦ τοῦ τὸν κόσμον δημιουργήσαντος, θεωρήσαντες τὸ ἐκμαγεῖον τοῦ παντὸς κόσμου· τὴν σκηνὴν λέγω τὴν ὑπὸ Μωσέως κατασκευασθεῖσαν, ἣν καὶ ἡ Νέα συμφώνως *ἐκτύπωμα παντὸς τοῦ κόσμου* αὐτὴν ἔφησεν εἶναι· ἣν καὶ διελὼν ὁ Μωϋσῆς διὰ τοῦ D καταπετάσματος, τὴν μίαν εἰς δύο πεποίηκε, καθάπερ καὶ ὁ Θεὸς ἐξ ἀρχῆς τὸν χῶρον τὸν ἕνα τὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἕως τοῦ πρώτου οὐρανοῦ διὰ τοῦ στερεώματος διεῖλεν εἰς δύο χώρους· ὡς ἐν τῇ σκηνῇ τῇ ἐξωτέρᾳ καὶ ἐσωτέρᾳ, ἐνταῦθα κατώτερος καὶ ἀνώτερος. Καὶ κατώτερος μέν ἐστιν ὁ κόσμος οὗτος· ὁ ἀνώτερος δὲ ὁ μέλλων κόσμος· ἔνθα καὶ ὁ Δεσπότης Χριστὸς κατὰ σάρκα ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, πρῶτος πάντων ἀνελήλυθε, καὶ οἱ δίκαιοι μετὰ ταῦτα πάλιν ἀνελεύσονται. Καὶ ὅτι ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως, καὶ ἀπὸ Μωσέως ἕως Ἰωάννου, καὶ ἀπὸ Ἰωάννου πάντες οἱ ἀπόστολοι καὶ εὐαγγελισταὶ, συμφώνως πάντες, καὶ διὰ λόγων καὶ διὰ τύπων ἐξεῖπον περὶ τῶν δύο τούτων καταστάσεων, καὶ ὅτι οὐδεὶς αὐτῶν,

Digitized by Google

διετώνησεν, οὔτε πρὸ ταύτης ἑτέραν εἰπών, οὔτε μετὰ τὴν δευτέραν τρίτην ὑποθέμενος· ἀλλὰ πάντες ὡς ἐξ ἑνὸς θείου Πνεύματος ἐμπνευσθέντες, τὰς δύο μόνας καταστάσεις ἐξεῖπον. Ὅθεν θαῤῥήσαντες τῇ θείᾳ ὄντως Γραφῇ, κατεγράψαμεν καὶ τὰ σχήματα τοῦ παντὸς κόσμου, καὶ αὐτοὺς τοὺς τόπους ἐν οἷς εὑρήσεις καὶ τὴν ἔξοδον αὐτῶν τῶν Ἰσραηλιτῶν, καὶ τὸ ὄρος ἐν ᾧ τὸν νόμον ἐγγράφως ἐδέξαντο, καὶ τῶν γραμμάτων τὴν πεῖραν ἐδιδάχθησαν, καὶ τῆς Σκηνῆς τὴν διαγραφὴν, καὶ τὴν κατάσχεσιν αὐτῶν τὴν ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας· ἄχρις ἂν ὁ προσδοκώμενος ἐξ αὐτῶν καὶ προκηρυττόμενος διὰ πάντων τῶν ἀρχαίων ἀνθρώπων καὶ προφητῶν, παρεγένετο, ἀναδεικνύων τὴν μέλλουσαν δευτέραν κατάστασιν, ἣν καὶ παραγενόμενος ἐν ἑαυτῷ ἔδειξε πᾶσιν ἡμῖν· εἰσελθὼν εἰς τὴν ἐωτέραν σκηνὴν, εἰς τὸν ἀνώτερον οὐράνιον χῶρον, εἰς ὃν προσκαλεῖται τοὺς δικαίους ἐν τῇ δευτέρᾳ παρουσίᾳ λέγων· *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.* Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A que post secundum, tertium fore supposuerit; sed omnes, utpote uno divino Spiritu afflati, duos duntaxat status declararint. Quamobrem, divinæ Scripturæ **116** prorsus fidentes, totius mundi figuras delineavimus; nec non loca illa, in quibus reperias Israelitarum exitum, montem in quo scriptam legem acceperunt, et litterarum peritia instructi sunt, tabernaculi descriptionem, eorumque in terra promissionis positas sedes: donec is qui ex illa gente oriturus exspectabatur, et ab antiquis omnibus viris et prophetis prædicabatur, advenit, ac futurum illum secundum statum declaravit: quem post adventum suum in seipso nobis omnibus exhibuit, ingressus in interius tabernaculum, in supernam cœlestem regionem, ad quam in secundo adventu B suo justos advocabit dicens: *Venite, benedicti Patris mei, percipite paratum vobis regnum a constitutione mundi* [1]. Ipsi gloria in sæcula. Amen

Αἱ παραγραφαὶ τοίνυν αἱ κείμεναι ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ, πρὸς σαφεστέραν διήγησιν τοῦ κειμένου ἔγκεινται. Ὁ ἀναγινώσκων οὖν πρῶτον τὸ κείμενον, ἀναγνῷ καὶ οὕτως τὴν παραγραφήν.

Paragraphæ igitur hoc in libro positæ, ad lucidiorem rei propositæ enarrationem jacent. Qui igitur textum prius legerit, legat postea paragraphum.

ΚΟΣΜΑ ΜΟΝΑΧΟΥ ΛΟΓΟΣ Α'.

Πρὸς τοὺς Χριστιανίζειν μὲν ἐθέλοντας, κατὰ τοὺς ἔξωθεν δὲ σφαιροειδῆ τὸν οὐρανὸν νομίζοντας καὶ δοξάζοντας.

COSMÆ MONACHI LIBER I.

Contra eos qui cum Christiani esse velint, secundum exteros sphæricum esse cœlum putant et opinantur.

Ὅσοι πόθῳ τῆς ἀληθοῦς γνώσεως ἐφίενται, καὶ ἔρασταὶ φωτὸς ἀληθινοῦ ὑπάρχουσι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι συμπολῖται τῶν ἁγίων σπεύδοσιν εἶναι, οἱ τὴν Παλαιὰν καὶ Καινὴν Διαθήκην θείαν ὄντως Γραφὴν ἡγούμενοι, οἱ Μωϋσῇ καὶ τῷ Χριστῷ πειθόμενοι, οἱ ταῖς ἀρχαῖς ἑαυτῶν μέχρι τέλους ἀκολουθοῦντες, οἱ ἐκ τοῦ μηδαμῇ μηδαμῶς τὸν κόσμον ὑπὸ Θεοῦ παρῆχθαι ὁμολογοῦντες, καὶ πιστεύοντες ἀνάστασιν γίνεσθαι ἀνθρώπων καὶ κρίσιν, καὶ κληρονομεῖν τοὺς δικαίους βασιλείαν οὐρανῶν, περισκοποῦσι πᾶσαν τὴν θείαν Γραφὴν, εἰ γεγραμμένοι τυγχάνουσι παρὰ Μωϋσῇ τῷ συγγραψαμένῳ τὴν κτίσιν, ἢ παρ' ἑτέροις προφήταις, τόποι καὶ σχήματα τῆς κτίσεως πάσης, ἐν οἷς ἐστι σημαινόμενος καὶ ὁ τόπος ἔνθα ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· ἥνπερ ἐπαγγέλλεται ὁ Δεσπότης Χριστὸς δωρεῖσθαι τὸν Θεὸν τοῖς δικαίοις ἀνθρώποις. Εὑρίσκοντες δὲ Παλαιάν τε καὶ Καινὴν Διαθήκην σύμφωνον ἑαυτῇ, μένουσιν ἐν αὐτῇ ἐπιστηριζόμενοι καὶ ἀσάλευτοι, ἐν μηδενὶ ὑπὸ τῶν ἐναντίων περιτρεπόμενοι. Οἱ δὲ τῇ τοῦ κόσμου τούτου σοφίᾳ κοσμούμενοι, καὶ ἑαυτοῖς θαῤῥοῦντες λόγοις σχολαστικοῖς καταλαμβάνειν σχῆμα καὶ θέσιν αὐτοῦ, πᾶσαν τὴν θείαν Γραφὴν ὥσπερ μύθους καταχλευάζουσι· Μωσέα τε καὶ τοὺς προφήτας, τὸν Δεσπότην Χριστὸν καὶ τοὺς ἀποστόλους, σπερμολόγους καὶ φαντασιοσκόπους ἀποκαλοῦντες, καὶ τὰς ὀφρῦς ἐπηρκότες, ὡς τι μέγα κατασοφιζόμενοι τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους, σφαιρικὸν σχῆμα καὶ κυκλοφορικὴν κίνησιν τῷ οὐρανῷ δωροῦνται, καὶ γεωμετρικαῖς μεθο-

Quotquot studio veræ cognitionis affecti et amatores veri luminis sunt, qui in futuro sæculo concives sanctorum esse satagunt, qui Vetus et Novum Testamentum, Scripturam vere divinam existimant, qui Moysi et Christo obtemperant, qui C ipsos a principio ad finem usque sequuntur, qui mundum ex nihilo a Deo productum confitentur, qui credunt hominum resurrectionem et judicium fore, ac justos regnum cœlorum in hæreditatem accepturos esse, ii totam divinam Scripturam circumspiciunt, observantque num apud Moysen, qui creationem scripto narravit, aut apud alios prophetas, descripti reperiantur loci aut figuræ totius rerum opificii: ubi significetur locus ille regni cœlorum, quod justis hominibus Deum daturum esse pollicetur Christus Dominus. Ubi vero compertum habent, Vetus et Novum Testamentum sibi mutuo consonare, in eo firmi immotique consistunt, nullatenusque ab adversariis evertuntur. Contra vero qui sapientia hujus mundi exornati, D confidunt se scholasticis ratiociniis mundi figuram et situm capere posse, ii divinam Scripturam totam veluti fabulas profusis cachinnis deridentes, Moysen et prophetas, **117** Dominum Christum et apostolos, blatherones et figmentorum auctores dictitantes, et quasi cæteris hominibus sapientia antecellant, supercilia extollentes, sphæricum et circularem cœli motum esse tradunt, et geometricis astronomiæ methodis et calculis, ac verbo-

[1] Matth. xxv, 34.

Digitized by Google

rum fuco versutiaque sæculari, ex solaribus et lunaribus eclipsibus, positionem et figuram mundi comprehendere conantur, errantes et alios in errorem inducentes, dum in alia et diversa figura hæc non posse perfici asseverant. Et de his quidem nullus a nobis jam sermo instituetur, cum sese illi mutuo satis superque confutent. Qui autem Christiani censeri volunt, et tamen facundia, sapientia, et multiplici hujus mundi errore exornari expetunt: qui et hæc et illa admittenda esse contendunt, nihil differre videntur ab umbra, quæ intermedio corpore in luce fieri solet; secus vero si intermedium corpus non sit: sed cum corpus undique luce perfunditur, a luce ipsa ubique dejetur.

ἀνκύλας ἐπὶ τοὺς κρίκους, καὶ συνεδέσμευον τὰς δέκα ὁμοῦ, ὡς ἐπὶ τῶν λεγομένων σιγιστροπυλῶν, ἢ στρωματοδέσμων, ἢ ὡς ἐπὶ τῶν δισσακίων. Ὅτε δὲ ἦρον τὴν σκηνὴν ἐν τῇ ἀπαρτίᾳ, πέντε ἦσαν καὶ πέντε, καὶ αὗται διαιρούμεναι καὶ βαστα ζόμεναι. Τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν δευτέρων σκεπασμάτων ἐποίουν, τῶν ἀπὸ αἰγείων ὄντων στυπτῶν, ἃς καὶ δερρεις ἐκάλουν. Ἦσαν μὲν ἥσαν· λ' δὲ πηχῶν ἦν ἡ μία, καὶ λ' πηχῶν πάλιν τὸ πλάτος. Ἦσαν δὲ ὁμοῦ αἱ πέντε, καὶ αἱ ἄλλαι ἐξ ὁμοῦ. Συνήπτοντο πάλιν διὰ τῶν ἀγκύλων καὶ τῶν κρίκων, καὶ ἐγίνετο πάλιν ἡ πᾶσα μία. Τὸ μῆκος οὖν τῆς σκηνῆς πηχῶν ἦν λ'. Εἴκοσι γὰρ στύλοι ἦσαν, ἵνα εἴκῃ, σανίδες ἀπὸ πήχεως μιᾶς ἥμισυ τὸ πλάτος γίνονται πήχεις λ'· εἶτα καὶ τὸ πλάτος στύλοι ἐξ ἀπὸ πήχεως μιᾶς ἥμισυ, γίνονται πήχεις ἐννέα. Καὶ εἰς τὰς γωνίας στύλοι δύο ἀπὸ πήχεως καὶ ἡμίσυ γίνονται τῶν η' στύλων πήχεις ι' [ιβ'] πάντοθεν ἠσφαλισμένοι ἀπὸ τῶν μοχλῶν. Αἱ αὐλαῖαι οὖν συναπτόμεναι αἱ ι' ἐποίουν εἰς πλάτος πήχεις μ', καὶ ἐκάλυπτον ὅλον τὸ μῆκος τῆς σκηνῆς, καὶ τὸν ὄπισθεν τοῖχον, ἔχοντα ὕψος πήχεις ι', ὁμοῦ πήχεις μ'. Οἱ δὲ εἴκοσι ὀκτὼ πήχεις τὸ μῆκος τῶν αὐλαίων ἐκάλυπτον τὸ πλάτος τῆς σκηνῆς πήχεις ι'· καὶ δύο τοίχων τῶν παρ' ἑκάτερα τὸ ὕψος ἀπὸ πήχεων ι' γίνονται· ἄλλοι πήχεις κ', ὁμοῦ πήχεις λ'. Ἦσαν δὲ ἀπὸ κη' εὐθηλον παρὰ ἕνα κῆχυν ἐσκέπασε τὸν ἕνα τοῖχον, καὶ τὸν ἕτερον παρὰ ἕνα κῆχυν· αἱ δὲ δέρρεις αἱ ἀπὸ στυπτῶν καὶ τοὺς ἄλλους δύο πήχεις ἔσκεπον· ἦσαν γὰρ ἀπὸ πηχέων λ' τὸ μῆκος ἑκάστης· ἡ δὲ περισσὴ μία δέρρις εἰς τὴν θύραν τῆς σκηνῆς κατεκρέμαστο. Διαγράφομεν οὖν καὶ αὐτῶν τὸ εἶδος, ἔστιν οὖν οὕτως, ἅμα δὲ καὶ τὰ τρία σκεπάσματα τὰ ἀπὸ δερμάτων.

A circuli, et ad oram alterius, ansulæ. Ansulas vero circulis admovebant, atque decem aulæa una colligabant, ut fit in sigistropylis et in ligaminibus stragularum, necnon in dissaciis. Cum autem in profectu tabernaculum gestarent, quina et quina divisa asportabantur. Quod ipsum etiam in secundis tentoriis agebant, quæ ex caprinis pilis in textis erant, et pelles vocabantur. Erant autem numero **199** undecim, et singula longitudine triginta cubitorum, latitudine item triginta. Eorum vero quinque simul erant, sex reliqua pariter : jungebanturque similiter cum ansulis et circulis, ita ut omnia unum componerent. Longitudo itaque tabernaculi erat cubitorum triginta ; nam viginti columnæ sive asseres, erant unius ac dimidii cubiti latitudine : quæ triginta cubitos conficiunt. Hinc in latitudine columnæ sex, unius et dimidii cubiti singulæ, quæ simul novem cubitos absolvebant. Ad angulos vero columnæ duæ unius et dimidii cubiti : octo autem columnæ erant cubitorum decem [duodecim], ac undique firmabantur vectibus. Aulæa igitur decem conjuncta erant, latitudine quadraginta cubitorum, et operiebant totam tabernaculi longitudinem, ac murum a tergo positum, qui erat altitudine decem cubitorum, quadraginta cubitorum simul. Aulæa vero viginti et octo cubitorum longitudine, totam tabernaculi latitudinem, scilicet decem cubitorum obtegebant. Alii autem duo muri a lateribus 10 cubitos, alii 20 cubitos habebant, qui simul 30 cubitos conficiunt. Erant porro aulæa viginti octo cubitorum, atque uno excepto cubito murum unum contegebant ; itemque alterum, uno item excepto cubito : verum pelles illæ contextæ reliquos duos cubitos obtegebant : erant enim singulæ longitudine cubitorum triginta : pellis autem quæ supererat, ad tabernaculi januam demittebatur. Horum itaque formam delineamus, pariterque trium tentoriorum ex pellibus, quæ sic habent.

B

C

D

Παραγραφή.

Ἐνταῦθα ὁ Μωϋσῆς μετὰ τὸ ἀξιωθῆναι ἐν τῷ ὄρει τῶν φαντασιῶν ἐκείνων τῶν φοβερῶν, προστάττεται παρὰ τοῦ Θεοῦ ποιῆσαι σκηνὴν κατὰ τὸν τύπον ὃν ἑωράκει ἐν τῷ ὄρει, τύπον οὖσαν παντὸς τοῦ κόσμου· *Ὅρα γάρ*, φησί, *ποιήσεις πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δεικθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει.* Ἐπειδὴ οὖν ἐδείχθη αὐτῷ πῶς ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· καὶ τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ καταμέσον ἐποίησε τὸ στερέωμα, καὶ ἐποίησε τὸν ἕνα χῶρον δύο χώρους· καὶ αὐτὸς ὁμοίως κατὰ τὸν τύπον ὃν ἑωράκει, ἐποίησε τὴν σκηνήν, καὶ ἔθηκε καταμέσον καταπέτασμα, καὶ διελὼν ἐποίησε τὴν μίαν σκηνὴν εἰς δύο, ἐσωτέραν καὶ ἐξωτέραν. Ὁ Ἀπόστολος οὖν τὴν ἐξωτέραν τοῦ κόσμου τούτου τύπον ἐξέπε, λέγων οὕτως· *Εἶχε μὲν γὰρ ἡ πρώτη σκηνὴ δικαιώματα λατρείας, τό τε ἅγιον κοσμικόν. Σκηνὴ γὰρ κατεσκευάσθη ἡ πρώτη, ἐν ᾗ ἥ τε λυχνία, καὶ ἡ τράπεζα καὶ ἡ πρόθεσις ἄρτων· ἥτις λέγεται Ἅγια· ὡσανεὶ τύπον ἐπέχει τοῦ κόσμου, τοῦ ἐν ᾧ ἐστιν ἡ γῆ, καὶ οἱ μη-*

Paragrapha

Hic Moyses, postquam terribilibus illis ostentis in monte dignatus fuerat, a Deo jubetur tabernaculum construere secundum exemplar quod viderat in monte, et typus erat totius mundi : *Vide enim*, inquit, *facies omnia secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte* [11]. Quia exhibitum illi fuerat quomodo fecisset Deus cœlum et terram, et secunda die intermedium condidisset firmamentum, ac eo pacto duo loca ex uno fecisset ; ipse quoque similiter, secundum exemplar quod viderat, fecit tabernaculum, in cujus medio velum apposuit, atque ita unum tabernaculum divisit in duo, interius nempe et exterius. Apostolus itaque exterius tabernaculum figuram hujus esse mundi pronuntiavit his verbis : *Habuit enim et primum tabernaculum justificationes cultus, et sanctum sæculare. Tabernaculum enim factum est primum, in quo erat candelabrum, et mensa, et propositio panum, quod dicitur* **200** *Sancta* [12] ; ac si diceret, typum hujus mundi habet, in

[11] Exod. xxv, 30. [12] Hebr. ix, 1, 2.

Digitized by Google

quo est terra, ac menstrui fructus, necnon luminaria. Deinde vero secundum tabernaculum explicans sic habet : *Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non hujus creationis : neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem, introivit semel in Sancta, æterna redemptione inventa*[13]. Ac si diceret : Quemadmodum pontifex semel in anno ingreditur in interius tabernaculum per sanguinem hircorum et vitulorum, Deum populo reddens propitium; sic Christus ingressus est in tabernaculum non manufactum; ac si dicat, in cœlum, æterna redemptione semel inventa; ac rursum : *Non enim in manufacta Sancta ingressus est Christus, exemplaria verorum; sed in ipsum cœlum;* iterumque : *Umbram enim habuit lex futurorum bonorum*[14] : nam quasi adumbrate, per interius tabernaculum, ascensum Christi secundum carnem et justorum hominum ingressum delineabat. Quare his iterum verbis admonet : *Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitu Sanctorum in sanguine Jesu, quam initiavit nobis viam novam et viventem per velamen, id est, per carnem suam, et sacerdotem magnum super domum Dei, accedamus cum vero corde*[15]; rursumque declarans Christum in cœlo esse, ait : *Quem proposuit Deus propitiatorium in sanguine suo*[16]; quia propitiatorium intra secundum tabernaculum jacebat. Similia bene multa in Epistolis Apostoli deprehenduntur, ac in universa Scriptura.

A νιαῖοι καρποὶ καὶ οἱ φωστῆρες. Εἶτα καὶ τὴν δευτέραν ἑρμηνεύων φησὶν οὕτως· *Χριστὸς δὲ παραγενόμενος ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς, οὐ χειροποιήτου, τουτέστιν οὐ ταύτης τῆς κτίσεως, οὐδὲ δι' αἵματος τράγων καὶ μόσχων, διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ Ἅγια, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος·* ὥσπερ, φησί, *Ὥσπερ ὁ ἀρχιερεὺς ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰσέρχεται εἰς τὴν ἐσωτέραν σκηνὴν δι' αἵματος τράγων καὶ μόσχων, ἐξιλεούμενος τὸν λαόν·* οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἀχειροποίητον σκηνήν, ἵνα εἴπῃ, τὸν οὐρανὸν, *ἐφάπαξ αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος·* καὶ πάλιν· *Οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα Ἅγια εἰσῆλθεν ὁ Χριστὸς, ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν· ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανόν·* καὶ πάλιν

B λέγει, *Σκιὰν γὰρ εἶχεν ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν·* ὡς ἐν σκιαγραφίᾳ γὰρ προετύπου διὰ τῆς ἐσωτέρας σκηνῆς τὴν ἄνοδον τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ κατὰ σάρκα, καὶ τῶν δικαίων ἀνθρώπων τὴν εἴσοδον. Ὅθεν πάλιν νουθετῶν ἐπιφέρει, *Ἔχοντες οὖν, ἀδελφοὶ, παρρησίαν εἰς τὴν εἴσοδον τῶν Ἁγίων ἐν τῷ αἵματι Ἰησοῦ, ἣν ἐνεκαίνισεν ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον καὶ ζῶσαν, διὰ τοῦ καταπετάσματος, τουτέστι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ ἱερέα μέγαν ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, προσερχώμεθα μετὰ ἀληθινῆς καρδίας·* καὶ πάλιν δηλῶν ὡς ἔσω εἰς τὸν οὐρανόν ἐστιν ὁ Χριστὸς, λέγει· *Ὃν προέθετο ὁ Θεὸς ἱλαστήριον ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι·* ἐπειδὴ καὶ τὸ ἱλαστήριον ἔσω εἰς τὴν δευτέραν σκηνὴν ἔκειτο. Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ τοιαῦτα ἔγκεινται ταῖς Ἐπιστολαῖς τοῦ

C Ἀποστόλου, καὶ πάσῃ τῇ θείᾳ Γραφῇ.

At fortasse quis iterum opponat : Cur jussit Moyses in oriente tabernaculi ingressum constitui; et interius tabernaculum, id est, Sancta sanctorum, ad occidentem collocari? Verum huic paucis reponetur : Quia ad imaginem totius mundi totum tabernaculum construere jussus a Deo fuerat, secundum exemplar quod ipsi ostensum fuerat in monte, sic ille rem peregit, atque una scripto tradidit Deum, cum hominem efformasset, ejus in mundum ingressus principium in oriente posuisse, ac jussisse eum profectu auctum et multiplicatum extendi et implere universam terram usque ad orientem : ideo tabernaculi janua ad orientem posita fuit. Item, quia ipsum tabernaculum imago erat cœlestium mansionum, in novissimo definitum est, ut per pontificem et omnium regem Dominum nostrum Jesum Christum declaretur jam novissima advenisse. Quia vero hominum genus ab oriente cœpit, et per multiplicationem ad occidentem dilatatum est, ideo secundum tabernaculum, **201** et postremum, ad extrema exhibitum est in occidente. Idcirco Ecclesia ex traditione accepit Christianos unam versus orientem adorationem Deo præstare oportere, utpote qui illic primo hominibus apparuisset : memor scilicet rerum antiquarum, atque nunc gratias agens Deo, ab oriente usque ad occidentem hominum genus multiplicanti et dilatanti.

Ἔτι ἴσως πάλιν ἐρεῖ τις, Διατί ἐν τῇ ἀνατολῇ προσέταξεν ὁ Μωϋσῆς γενέσθαι τὴν εἴσοδον τῆς σκηνῆς, καὶ τὴν ἐσωτέραν σκηνὴν, τουτέστι τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, ἐν τῇ δύσει; Ἀκούσεται ὁ τοιοῦτος συντομώτατα· Ἐπειδήπερ ἐκμαγεῖον τοῦ παντὸς κόσμου τὴν ὅλην σκήνην προσετάγη ποιῆσαι παρὰ τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει· οὕτως καὶ πεποίηκεν· ἅμα δὲ καὶ συνέγραψεν ὡς πλάσας τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς τὴν ἀρχὴν τῆς εἰσόδου αὐτοῦ τὴν ἐν τῷ κόσμῳ εἰς ἀνατολὴν ἐποιήσατο· καὶ οὕτως κελεύει κατὰ πρόσβασιν αὐξανόμενον καὶ πληθυνόμενον, ἐκτείνεσθαι καὶ πληροῦν πᾶσαν τὴν γῆν ἕως δυσμῶν· διὰ τοῦτο ἡ θύρα τῆς σκηνῆς ἐξ ἀνα-

D τολῶν ἐγίνετο. Ἐπειδὴ δὲ πάλιν καὶ αὐτὴ ἐκμαγεῖον ἦν τῶν οὐρανίων μονῶν, ἐπ' ἐσχάτου δὲ τῶν χρόνων ὥρισται ἀναδείκνυσθαι διὰ τοῦ ἀρχιερέως καὶ παμβασιλέως καὶ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς ὕστερα ἐπεγένετο. Ἐπειδὴ δὲ ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἤρξατο γίνεσθαι ὁ κόσμος τῶν ἀνθρώπων, καὶ κατὰ πρόσβασιν, ἐπὶ δυσμὰς ἀνατρέχων ἐξηπλοῦτο, τούτου ἕνεκα ὡς δευτέρα καὶ ἐπ' ἐσχάτων δεικνυμένη, ἐπὶ τὴν δύσιν ἐγένετο. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ Ἐκκλησία παράδοσιν ἔχει πανταχοῦ μίαν προσκύνησιν τοῖς Χριστιανοῖς πνευματικὴν ἐπ' ἀνατολὰς ποιεῖσθαι τῷ Θεῷ· ὡς ἐκεῖ τὸ πρῶτον ἐπιφανέντι τοῖς ἀνθρώποις· μεμνημένη τῶν πάλαι, καὶ νῦν εὐχαριστοῦσα τῷ ἀπὸ ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων πληθύνοντι καὶ ἐξ-

[13] Hebr. IX, 11, 12. [14] Hebr. X, 1. [15] ibid. 19-21. [16] Rom. III, 15.

Digitized by Google

απλώσαντι. Οἱ γὰρ Ἰουδαῖοι, σωματικώτερον περὶ Θεοῦ φρονοῦντες, τὴν προσκύνησιν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, ἔνθα ὁ ναὸς ᾠκοδόμηται, ἐποιοῦντο. Ἔνεστι δὲ μαθεῖν περὶ τούτου ἐκ τῆς κατὰ τὸν Δανιὴλ ἱστορίας, ὃς ἀνοίξας τὰς θυρίδας, τὰς κατὰ Ἱεροσόλυμα βλεπούσας, ἐπὶ τὸν ναὸν προσέχων, τὴν προσκύνησιν ἐποιεῖτο. Ἀμέλει οὖν ὁ ἀνατολικώτερος τῶν Ἱεροσολύμων εὑρισκόμενος, ἐπὶ τὴν δύσιν τὴν προσκύνησιν ποιεῖται· καὶ ὁ δυτικώτερος, ἐπὶ τὴν ἀνατολήν, καὶ ὁ βορειότερος, ἐπὶ τὸν νότον, καὶ ὁ νοτιώτερος ἐπὶ τὸν βορρᾶν· τρόπον τινὰ οἱ τέσσαρες ἀλλήλοις δεικνύμενοι προσκυνοῦντες. Οἱ δὲ Χριστιανοὶ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ μονότροπον μίαν προσκύνησιν πνευματικήν, ὡς ἀπεριγράφου ὄντος τοῦ Θεοῦ, ἐπὶ ἀνατολὰς ποιοῦνται, τῷ ἐξ ἀρχῆς ἐξ ἀνατολῶν αὐτοῖς ἐπιφανέντι καὶ πληρώσαντι αὐτοὺς ἕως δυσμῶν· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. A Nam Judæi corporeo more de Deo sentientes, Jerosolymis, ubi constructum erat templum, cultum persolvebant. Ex Danielis porro historia edisceri licet ipsum, apertis fenestris Jerosolymam spectantibus, ad templum conversum adorationis cultum præstitisse. Sane qui ad orientem Jerosolymorum exsistit, is versus occidentem adorationem persolvit; qui vero ad occidentem, versus orientem id agit; qui ad septentrionem, versus meridiem; qui ad meridiem, versus septentrionem: ita ut quodammodo quatuor illi sese mutuo adorare demonstrentur. Christiani vero non ita; sed uno ritu, unam versus orientem spiritualem adorationem Deo, utpote incircumscripto, præbent: qui ipsis a principio in oriente apparuit, eosdemque usque ad occidentem multiplicavit: ipsi gloria in sæcula. Amen. B

Ἑπτὰ λύχνοι, λάβρες [λαβίδες], ἐπαρυστρίδες.

Αὕτη ἡ λυχνία, ἑπτὰ λύχνους ἔχουσα, εἰς νότον κειμένη τῆς σκηνῆς, τύπος ἦν τῶν φωστήρων· ἐπειδήπερ κατὰ τὸν σοφὸν Σολομῶντα, ἀνατέλλοντες οἱ φωστῆρες, καὶ εἰς νότον διατρέχοντες, ἐπὶ τὸν βορρᾶν τῇ γῇ φαίνουσι. Καὶ πάλιν ἑπτά εἰσι διὰ τὴν ἑβδομάδα τῶν ἡμερῶν· ἐπειδὴ πᾶς ὁ χρόνος ἀπὸ ἑβδομάδων ἀρχόμενος, καὶ μῆνας ἀποτελεῖ καὶ ἐνιαυτούς. Ἐκ τοῦ δὲ ἑνὸς μέρους κελεύει ἀνάπτειν αὐτοὺς, ἐπειδήπερ ἔκειτο κατὰ τὸν βορρᾶν ἡ τράπεζα· ἵνα ἀπὸ τοῦ νότου ἐπὶ τὸν βορρᾶν φαίνωσιν, οὕτως γὰρ καὶ περὶ τῶν φωστήρων ὁ Σολομὼν λέγει, *Ἀνατέλλων αὐτὸς ἐκπορεύεται πρὸς νότον, καὶ κυκλοῖ πρὸς βορρᾶν· κυκλοῖ κυκλῶν, καὶ ἐπὶ κύκλους αὐτοῦ ἐπιστρέφει τὸ πνεῦμα.* Ἀπὸ τῶν οὖν καθολικωτέρων καὶ ὡς Σολομὼν καὶ ὁ Μωϋσῆς ἐξεῖπον περὶ τῶν φωστήρων.

Septem lucernæ, emunctoria, vasa infusoria.

Hoc candelabrum, lucernis septem instructum, ad tabernaculi meridiem positum, luminarium typus erat, quoniam, secundum sapientem Salomonem, orientia luminaria, et ad meridiem discurrentia, a septentrione terræ apparent. Itemque septem numero sunt, ob septenarium dierum numerum: siquidem tempus omne ab hebdomadibus orsum, et menses et annos conficit. Ab una vero parte jubet accendi lucernas, quia ad septentrionem mensa posita erat, ut a meridie ad septentrionem lucem emitterent: nam ita de luminaribus Salomon loquitur: *Oriens sol pergit ad meridiem, et circuit ad septentrionem: circuit circumeundo, et in circulos suos revertitur spiritus* [17]. Ab universalioribus itaque Salomon et Moyses de luminaribus similiter locuti sunt. C

Παραγραφή.

Αὕτη δὲ ἡ τράπεζα τύπος ἐστὶ τῆς γῆς· οἱ δὲ ἄρτοι, οἱ καρποὶ αὐτῆς εἰσι· δώδεκα δὲ σύμβολον τῶν δώδεκα μηνῶν τοῦ ἐνιαυσιαίου κύκλου· αἱ τέσσαρες οὖν γωνίαι, τέσσαρές εἰσι τροπαὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἀπὸ μηνῶν τριῶν· τὸ δὲ κυμάτιον τὸ στρεπτὸν τῷ κύκλῳ, τὴν θάλασσαν πᾶσαν σημαίνει, τὸν λεγόμενον παρὰ τοῖς ἔξω Ὠκεανόν· ἡ δὲ στεφανὴ ἡ πέριξ, τὴν πέραν γῆν τοῦ Ὠκεανοῦ σημαίνει, ἔνθα καὶ ὁ παράδεισός ἐστιν.

Paragrapha.

Hæc mensa, terræ typus est; panes vero, fructus ejus significant; duodecim autem panes sunt, in signum duodecim mensium annui cycli: quatuor anguli, totidem anni tropas sive conversiones adumbrant, ternorum mensium singulas; cymatium circumvolutum, universum mare significat, **202** quod exteri vocant Oceanum; corona circumposita, terram ultra Oceanum sitam indicat, ubi paradisus exstat.

Τὸ κείμενον.

Πάλιν τὸ καταπέτασμα ἐξ ὑακίνθου καὶ πορφύρας, καὶ βύσσου, καὶ κοκκίνου, κελεύει γίνεσθαι, ποικίλον κατὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἤτοι καὶ πρὸς εὐπρέπειαν. Φανερὰ γὰρ καὶ εἰς τύπον ἐγένοντο, φανερὰ γὰρ καὶ εἰς εὐπρέπειαν καὶ εἰς λειτουργίαν. Καὶ τίθησι διὰ μέσου τῆς σκηνῆς, διαιρῶν αὐτὴν εἰς δύο χώρους. Εἰς τὸν δὲ ἐσώτερον χῶρον, ἡ κιβωτὸς τοῦ ἱλαστηρίου ἦν κειμένη, καὶ καλυπτομένη ὑπὸ τοῦ καταπετάσματος, καὶ μὴ ὁρωμένη ὑπό τινος. Τύπος δὲ ἦν τὸ ἱλαστήριον τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ κατὰ σάρκα, καθά φησιν ὁ Ἀπόστολος, *Ὃν προέθετο ὁ Θεὸς ἱλαστήριον ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι·* καὶ πάλιν, ὁ ἀρχιερεὺς D

Textus.

Velum item ex hyacintho, purpura, bysso et coccino fieri jubet, ipsumque variatum secundum quatuor elementa, ad ornamentum videlicet. Palam enim est in figuram confectum esse: nec minus manifestum est ad ornatum etiam et ministerium fuisse concinnatum. Ipsumque in medio posuit, tabernaculum in duo loca dividens. In interiori loco arca propitiatorii jacebat, operta velo, nec ullius oculis patens. Propitiatorium porro typus erat Christi Domini secundum carnem accepti, quemadmodum ait Apostolus: *Quem proposuit Deus propitiatorium in sanguine suo* [18]. Itemque pontifex Do-

[17] Eccle. I, 6. [18] Rom. III, 15.

Digitized by Google

mini Christi typus erat, secundum Apostoli dictum; nam ait: *Quemadmodum pontifex semel in anno ingreditur in interius tabernaculum; ita Christus assistens pontifex futurorum bonorum, per proprium sanguinem introivit semel in Sancta, æterna redemptione inventa*[19]; quæ jam frequenter commemoravi. Est autem arcæ propitiatorii delineatio hujusmodi:

Paragrapha.

Zacharias ergo et Abia sacerdotes ambo erant, qui alternatim per annum ingrediebantur ad remissionem faciendam. Accidit igitur ut, quo tempore conceptus est Dominus, Zacharias sacerdotium obiret, qui ingressus, quemadmodum narrat Lucas, *Vidit visionem angeli, qui et dixit ei: Ne timeas, Zacharia, quia exaudita est oratio tua: et uxor tua Elisabeth pariet tibi filium*[20]; ac si diceret, quia: Huc ingressus es ad postulandam pro populo peccatorum remissionem: ecce evangelizo tibi quia oratio tua implebitur: gignetur enim tibi filius ex Elisabeth, præcursor ejus qui omnimodam peccatorum remissionem mundo largitur. Revera ipse Joannes Dominum Christum digito commonstrans clamabat: *Ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi*[21], ac si diceret, Qui mortalitatem, corruptionem et mutabilitatem aufert et exterminat, ac immortales nos et incorruptos, immutabiles ac non ultra peccatis obnoxios efficit.

Textus.

Tabernaculi porro atrium longitudine erat centum cubitorum viginti columnis instructum; latitudine vero quinquaginta cubitorum, columnas habens duodecim. Cujus latitudinem ad orientem tabernaculi tribus **203** hinc et tribus inde columnis instrui præcepit; et vela quasi vestimenta ex bysso sola, quindecim cubitis, extensa ad tres columnas: ac quatuor alias columnas jussit ad portam ingressus atrii fieri; vela autem quatuor coloribus variegata esse mandavit. Omnia vero vela atrii ex bysso tantum confici jussit. Altitudo porro illorum erat cubitorum quinque. Circulos autem habebat, vectes item et funiculos, quibus extendebantur tum tabernaculi tectum, tum vela atrii: eratque una terribile ac virtute plenum tabernaculi ædificium. Quod hoc modo pro facultate delineare liceat, qua figura sunt vulgo dicti papyliones.

De amictu sacerdotis.

Amictus sacerdotis ita se habet: Tunica fimbriata, superhumerale, poderes, tiara, zona, mitra, lamina, duo superhumeralia, humeris sacerdotis imposita, mutuo conjuncta ac revoluta a sinistris ad dextera, et a dextris ad sinistra, colli ejus nuditatem operientia, ex aureis filis contexta, et ex vera purpura ac ex cæruleo colore, bysso et coccino elaborata et variata erant. Superhumeralibus duo lapides smaragdi ad humeros connexi erant, insculpti no-

A τύπος ἦν καὶ αὐτὸς τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ· Ὥσπερ γάρ, φησίν, ὁ ἀρχιερεὺς ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰσέρχεται εἰς τὴν ἐσωτέραν σκηνήν· οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς παραγενόμενος ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ Ἅγια, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος· ταῦτα δὲ μέμνημαι πολλάκις εἰρηκώς. Ἔστι δὲ ἡ διαγραφὴ τῆς κιβωτοῦ τοῦ ἱλαστηρίου οὕτως·

Παραγραφή.

Ζαχαρίας τοίνυν καὶ Ἀβιὰ ἱερεῖς ἦσαν ἀμφότεροι, εἷς παρὰ εἷς κατ' ἐνιαυτὸν εἰσερχόμενοι τὴν ἄφεσιν ποιήσασθαι. Ἔλαχεν οὖν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ συλληφθῆναι τὸν Κύριον, ἱερατεύειν τῷ Ζαχαρίᾳ· καὶ εἰσελθών, καθὰ γράφει ὁ Λουκᾶς, *Εἶδεν ὀπτασίαν* B *ἀγγέλου, ὃς καὶ εἶπεν αὐτῷ, Μὴ φοβοῦ, Ζαχαρία, διότι εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου· καὶ ἡ γυνή σου Ἐλισάβετ γεννήσει υἱόν σοι*· τοῦτο αὐτὸ αἰνιττόμενος, ὅτι Εἰσῆλθες μὲν ἐνταῦθα παρακαλῶν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν τὸν λαόν, ἰδοὺ οὖν εὐαγγελίζομαί σοι, ὅτι πληροῦνται τὰ τῆς σῆς προσευχῆς· γεννᾶται γάρ σοι υἱὸς ἐκ τῆς Ἐλισάβετ, ὅστις πρόδρομος τυγχάνει τοῦ τὴν παντελῆ ἄφεσιν τῷ κόσμῳ χαριζομένου. Ἀμέλει αὐτὸς ὁ Ἰωάννης δακτυλοδεικτῶν τὸν Δεσπότην Χριστὸν ἐβόα· *Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου*· ἵνα εἴπῃ, Ὁ τὴν θνητότητα καὶ τὴν φθορὰν καὶ τὴν τροπὴν ἀναιρῶν καὶ ἐξαφανίζων, καὶ ποιῶν ἡμᾶς ἀθανάτους καὶ ἀφθάρτους καὶ ἀτρέπτους, μὴ ἐπιδεχομένους ἔτι ἁμαρτεῖν.

Τὸ κείμενον.

C Ἡ δὲ αὐλὴ τῆς σκηνῆς, μῆκος πηχῶν ρ', στύλους ἔχουσα κ'· καὶ πλάτος πηχῶν ν', ἔχουσα στύλους ιβ'. Καὶ τὸ πλάτος τὸ πρὸς ἀνατολὰς τῆς σκηνῆς, τρεῖς καὶ τρεῖς στύλους ἔνθεν κἀκεῖθεν προστάττει γενέσθαι· καὶ τὰ ἱστία ὡσανεὶ τὰ ἱμάτια ἐκ βύσσου μόνης πρὸς ιε' πηχῶν ἐκτεινόμενα ἐπὶ τοὺς τρεῖς στύλους· καὶ τοὺς ἄλλους τέσσαρας στύλους εἰς πύλην γίνεσθαι εἰσόδου τῆς αὐλῆς, καὶ τὰ ἱστία ἐκ τῶν τεσσάρων χρωμάτων προστάττει ἔσεσθαι ποικίλα. Ὅλα δὲ τὰ ἱστία τῆς αὐλῆς ἐκ βύσσου καὶ μόνης. Τὸ δὲ ὕψος αὐτῶν πήχεις πέντε, κρίκους δὲ καὶ πασσάλους καὶ σχοινία ἐν οἷς ἀπετείνοντο ἥ τε σκέπη τῆς σκηνῆς καὶ τὰ ἱστία τῆς αὐλῆς· καὶ ἦν φοβερὸν καὶ ἐνάρετόν τε ἅμα πάσης τῆς σκηνῆς. Ἔστιν οὖν διαγράψαι κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον καὶ ταῦτα, οὕτως ὡς ἐν D τάξει τῶν λεγομένων παπυλεώνων.

Περὶ τῆς στολῆς τοῦ ἱερέως.

Ἡ δὲ στολὴ τοῦ ἱερέως ἐστὶν οὕτως· Χιτὼν κοσύμβωτος, καὶ ἐπωμίς, καὶ ποδήρες, καὶ κίδαρις, καὶ ζώνη, καὶ μίτρα, καὶ πέταλον, δύο ἐπωμίδες ἐπὶ τοὺς δύο ὤμους τοῦ ἱερέως συνέχουσαι αὐτῷ ἑτέρα τὴν ἑτέραν, καὶ ἀνακλώμεναι ἐξ ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δεξιά, καὶ ἀπὸ δεξιῶν ἐπὶ τὰ ἀριστερά, περικαλύπτουσαι τὴν γύμνωσιν τοῦ τραχήλου αὐτοῦ, ἐκ χρυσονήματος καὶ ἀληθινῆς πορφύρας, καὶ κυάνου χρώματος, καὶ βύσσου, καὶ κοκκίνου καθυφασμέναι ἦσαν

[19] Hebr. IX, 11, 12. [20] Luc. I, 13. [21] Joan I, 29.

Digitized by Google

αἱ ἐπωμίδες ποικίλαι. Καὶ δύο λίθοι σμαράγδου ἐπὶ τοὺς δύο ὤμους αὐτοῦ εἰς τὰς ἐπωμίδας, γεγλυμμένοι τὰ ὀνόματα τῶν δεκαδύο φυλῶν, ἓξ εἰς τὸν ἕνα λίθον, καὶ ἓξ εἰς τὸν ἕνα λίθον. Τὸ δὲ λογεῖον τῆς κρίσεως ὑφαντὸν, ἦν ῥάκος σπιθαμῆς τὸ πλάτος τετράγωνον, διπλοῦν ἐκ χρυσονήματος, πάλιν καὶ τῶν τεσσάρων χρωμάτων καθυφασμένον, ποικίλον, ἔχον καὶ λίθους τετράστιχον· ἀπὸ λίθων τριῶν γίνονται ιβ' περικεκαλυμμένα (42) χρυσίῳ, κεκολλημένα τῷ λογείῳ· ἕκαστος λίθος ὄνομα μιᾶς φυλῆς γεγλυμμένον ἔχων ἐν ἑαυτῷ. Ἀσπιδίσκας δὲ δύο χρυσᾶς κελεύει γενέσθαι ἐπὶ τῶν δύο ὤμων, κατὰ τὸ ἔμπροσθεν μέρος, καὶ ἐξ αὐτῶν κροσωτὰ πεπληγμένα ἐκ χρυσοῦ καὶ χρωμάτων, καὶ ἀποκρέμασθαι τὸ λογεῖον ἐπὶ τὸ στῆθος· καὶ πάλιν ἑλύσεσι δυσὶν ἐκ χρυσίου ἐκ τῶν δύο πλευρῶν τοῦ λογείου ἀνακλώμενα κάτωθεν, καὶ ἐξόπισθεν συνδεσμούμενα, ἐναλλὰξ ἐπὶ τὰ δύο πτερύγια τῶν δύο ἐπωμίδων τῶν οὐσῶν κατὰ νώτου τοῦ ἱερέως, ἵνα ὦσιν αἱ ἑλύσεις εἰς τὸν νῶτον τοῦ ἱερέως, ὡς ἐν τάξει χιάστης, συνδεσμεύουσαι τὸ λογεῖον ταῖς ἐπωμίσιν ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν. Καὶ ὑποδύτης ὅλος κυάνεος τὸ χρῶμα ἀπὸ τοῦ στήθους καὶ ἕως τῶν σκελῶν κάτω, τὸ περιστόμιον αὐτοῦ συνεξυφαίνετο. Ἡ δὲ κάτω ὥσα ὡς ἐπὶ λώματος πλατεῖα ἐκ χρωμάτων ποικίλων, καὶ κώδωνας χρυσοῦς, καὶ ῥοΐσκους χρυσοῦς καὶ ἀνθεΐνους ἕνα παρ' ἕνα εἶχεν ἀποκρεμαμένους ἐν τῷ λώματι· καὶ κίδαριν βυσσινῆν, καὶ ζώνην ποικίλην, περιεζώννυεν ἄνωθεν ὑπὸ τὸ στῆθος τὸν ὑποδύτην. Μίτραν δὲ ἐπὶ μετώπου ἐφόρει, καὶ ὑπεράνω τῆς μίτρας (*sic*) κύανον, ὡς ἐπὶ λώματος ἔχον πέταλον χρυσοῦν, ἐν ᾧ ἦν σφραγὶς ἁγιάσματος Κυρίου, ἵνα εἴπῃ, τὸ λεγόμενον τετράγραμμον, καὶ οὕτως εἰσῄει εἰς τὰ Ἅγια. Περισκελῆ δὲ, τουτέστι βομβωνάρια λινᾶ ἐφόρει ἀπὸ ὀσφύος ἕως μηρῶν διὰ τὴν ἀσχημοσύνην. Ἔστιν οὖν καὶ αὐτὸ τὸ σχῆμα τοῦ ἱερέως καταγράψαι τοιόνδε.

Εἰσὶν οὖν φανερὰ τὰ τοῦ σχήματος, τύποι τινῶν πραγμάτων, καὶ φανερὰ πρὸς εὐπρέπειαν καὶ πρὸς φόβον· οἷον οἱ δύο λίθοι τοῦ σμαράγδου, οἱ ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτοῦ βαστάζοντες ἐν οἷς ἦσαν τὰ ὀνόματα τῶν δεκαδύο φυλῶν, σημαίνουσι τὰς δεκαδύο φυλὰς, ἐξ ἑνὸς προπάτορος τοῦ Ἀβραὰμ καταγομένας. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ εἶναι λίθον σμαράγδου τὸν ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν ὤμων αὐτοῦ εἰς δύο γεγονότα. Ἐπ' ὤμων δὲ τοῦ ἱερέως προσέταξεν ἵνα ᾖ τὸ βάρος τῶν δεκαδύο φυλῶν, ἐπὶ τὸν βαστάζοντα καὶ προσερχόμενον περὶ αὐτῶν τῷ Θεῷ. Τὸ δὲ λογεῖον τὸ ἐπὶ τοῦ στήθους, τὸ διπλοῦν, ψυχὴν καὶ σῶμα σημαίνει· διὰ τοῦτο καὶ διπλοῦν καὶ ἐπὶ τῆς καρδίας τιθέμενον. Οἱ δεκαδύο διάφοροι λίθοι· ἐπειδήπερ διαφόρους γνώμας εἶχον ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων, καὶ διάφοροι φυλαὶ ἦσαν· ἐκεῖ μὲν ἐπὶ τῶν ὤμων ὡς ἑνὸς προπάτορος σμάραγδον ἕνα λίθον ἐκέλευσεν· ἐνταῦθα δὲ ἐπειδὴ καὶ αἱ φυλαὶ καὶ αἱ γνῶμαι διάφοροι, διαφόρους λίθους καὶ ἐπὶ τοῦ στήθους κελεύει τεθῆναι· ἐπὶ δὲ τοῦ μετώπου τὸ πέταλον ἁγιάσματος σφραγῖδος Κυρίου, γράμματα λέγει ἀποτετυπωμένα, ἐν οἷς ἐγέγραπτο θεός· ὃ

mina duodecim tribuum; sex nomina in uno lapide et totidem in altero. Rationale autem judicii contextum pannus erat quadrus unius palmi quaquaversum: idque duplex et ex aureis filis confectum, quatuor item coloribus distinctum, quatuor lapidum ordinibus instructum: qui ordines, ternorum lapidum singuli, duodecim simul lapillos conficiebant, qui auro circumornati ac rationali colligati erant, quorum singuli singularum tribuum nominibus insculpti sunt. Scutula item aurea duo duobus humeris jussit imponi ad anteriorem partem, ab iisque complicatas ex auro et coloribus fimbrias, ut annexum rationale a pectore penderet; ac rursus catenulas duas aureas, a duobus rationalis lateribus ab inferiori parte reductas atque retro alternatim colligatas ad oras duorum superhumeralium, quæ a tergo sacerdotis erant, ut catenulæ a tergo sacerdotis decussatæ, rationale a fronte et a tergo superhumeralibus colligarent. Vestis interior tota cærulea erat, a pectore usque ad imas tibias, cui capitium connectebatur; ora vero, quasi fimbriis dilatata, variis coloribus contexta, quæ aurea tintinnabula, et mala punica aurea et floribus distincta circumferebat; cidarin byssinam, et zonam variatam habebat, quæ sub pectore vestem interiorem constringeret. **204** Mitram autem in fronte gestabat, et supra mitram quasi vittam fimbriatam auream lamiuam habentem, in qua erat signaculum sanctificationis Domini, videlicet tetragrammon, ut vocant: atque ita in Sancta ingrediebatur. Femoralia autem, id est, bombonaria linea gestabat, a lumbis usque ad femora, ad operiendam turpitudinem. Sacerdotis porro figura sic delineari potest.

Manifestum igitur est, vestimenti partes rerum aliquarum figuras esse, ad decorem et timorem reverentiamque palam adornatas. Exempli causa, duo lapides smaragdini supra humeros sacerdotis positi, in quibus duodecim tribuum nomina erant, duodecim tribus significant, ex uno atavo Abrahamo oriundas. Id enim significat smaragdi lapis, qui in utroque humero ejus ad duo colliganda usurpatur. Humeris autem sacerdotis duodecim tribuum pondus imponi jussit, utpote qui pro illis omnia gestaret et ad Deum accederet. Rationale vero duplex, pectori hærens, animam et corpus significat; ideoque duplex est et cordi applicatur. Duodecim varii lapides erant, quia singuli hominum sententia variant, et quia variæ tribus erant: hinc quoniam unus atavus erat, unum lapidem smaragdum esse jussit; quia vero tribus atque sententiæ variæ erant, varios lapides in pectore gestari præcepit, in fronte vero laminam sanctificationis sigilli Domini litteris exaratam dicit, nomen *Deus* referentibus, quod Hebraicis litteris tetragrammon vo-

(42) Hic generum grammaticalis ratio non servatur.

Digitized by Google

catur : reliqua demum ad decorem concinnata sunt. Tintinnabula autem aurea et mala punica, ut sonitum ederent : quo signo vetitum erat, ne quis in Sancta ingredi præsumeret, donec ille vocem emisisset. Quemadmodum enim si quis optimates adire velit, nisi quempiam indicantem sibi reperiat, primo pulsat, nec ita facile ingredi audet; ita jubetur hic sacerdos cum tintinnabulis incedere ac sonitum emittere. Et hæc quidem de tabernaculo et de sacerdote descripsimus.

Nubes autem ipsi tabernaculo interdiu imminebat, noctu vero ignis; idque in conspectu totius Israelis, quandocunque proficisci vellent, ut scriptum est. Cum porro mercatores, maxime Ismaelitæ et Madianitæ, commeatum ipsis frequenter adveherent, abunde omnia, Deo ipsis prospiciente, suppeditabantur, ut scriptum est in Deuteronomio : *Agnosce quomodo pertransieris solitudinem hanc magnam et terribilem; ecce quadraginta annis Dominus Deus tuus tecum, et nihil tibi defuit* [22]; idipsum alibi dicit : *Vestimenta tua non detrita sunt, pedes tui non obcalluerunt, ecce quadraginta annis. Et recogitabis* **205** *in corde tuo, quia sicut erudiet homo filium suum, sic Dominus Deus erudiet te* [23]; ac similiter iterum : *Deduxit vos quadraginta annis in deserto : vestimenta vestra non vetustate consumpta sunt, et calceamenta vestra non detrita sunt a pedibus vestris* [24]. Neque enim, ut quidam portentorum fabulatores, maximeque qui ex circumcisione sunt, arbitrantur, vestimenta et calceamenta eorum non detrita sunt, etiamsi Moyses ita loqui videtur; sed ait, nihil ipsis in solitudine defuisse, quia mercatores frequenter ipsis necessaria subministrabant. Alias enim dicant, quæso, qui potuissent infantes in deserto nati, paternis vestimentis et calceamentis uti, in tanto staturæ discrimine? Qui panes propositionis quotidie recentes conficere jussi fuissent nisi ipsis mercatores frumentum advexissent? Scitis eos illa de causa murmurasse ac dixisse : *Nunquid et panem potest dare, aut parare mensam populo suo* [25]? Aut unde ipsis simila, ut placentas facerent, et hyacinthinæ cæruleæque pelles ad tabernaculi tentoria, nisi a mercatoribus emissent? Quia enim ea mercatores, Dei providentia, subministrabant, et tamen illi murmurabant contra Deum et contra Moysen, etsi Ægyptiorum divitias possiderent; ideo ipsis ut ingratis et incredulis mirabilia patrabat : ac modo aquam ex petra large emittebat, modo manna de cœlo, modo coturnicem ex mari per triginta dies suppeditans; rursus eos plagis castigabat, aliquando partem castrorum igne consumens, aliquando viginti duo millia morte afficiens, mox serpentes immittens, mox Dathan, Abiron et Core cum sociis ira divinitus immissa cum tota domo ac jumentis viventes hiatu terræ devorans : docensque ne increduli neque ingrati Deo es-

φασι δι' Ἑβραϊκῶν τὸ τετράγραμμον· λοιπὸν τὰ ἄλλα δι' εὐπρέπειαν. Οἱ δὲ κώδωνες οἱ χρυσοῖ καὶ οἱ ῥοΐσκοι, ἵνα ἐκτελῶσιν ἦχον· ἐδιδάσκετο δὲ διὰ τοῦ συμβόλου, μὴ κατατολμᾷν εἰσιέναι εἰς τὰ Ἅγια, πρὶν ἐξακουστὸν ποιήσῃ τὴν φωνήν. Ὥσπερ γάρ τις παρὰ ἀνθρώποις μεγάλοις εἰσιέναι μέλλων, ἐὰν μὴ εὕρῃ τὸν μηνύοντα, ἄρχεται κρούειν, μὴ τολμῶν ὡς ἔτυχεν εἰσελθεῖν· οὕτως κἀνταῦθα προστάττεται διὰ τῶν κωδώνων βαδίζειν καὶ κτύπον ἀποτελεῖν. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς σκηνῆς καὶ τοῦ ἱερέως κατεγράψαμεν.

Νεφέλη δὲ ἦν ἡμέρας ἐπ' αὐτὴν, καὶ πῦρ τὴν νύκτα, ἐναντίον παντὸς Ἰσραὴλ ἐν πάσαις ταῖς ἀναζυγαῖς αὐτῶν, καθὰ γέγραπται. Συνεχῶς δὲ βασταγαὶ ἐμπόρων, μάλιστα Ἰσμαηλιτῶν καὶ Μαδιανιτῶν πρὸς αὐτοὺς συνερχόντων (*sic*), ὡς ἀφθόνως αὐτοῖς πάντα χορηγεῖσθαι τοῦ Θεοῦ τὰ κατ' αὐτοὺς προνοουμένου, καθὰ γέγραπται ἐν τῷ Δευτερονομίῳ οὕτως· *Διάγνωθι πῶς διῆλθες τὴν ἔρημον τὴν μεγάλην καὶ φοβερὰν ἐκείνην· ἰδοὺ τεσσαράκοντα ἔτη Κύριος ὁ Θεός σου μετὰ σοῦ· οὐκ ἐπεδεήθης ῥήματος·* καὶ πάλιν τὰ αὐτὰ ἑτέρως λέγει, *Τὰ ἱμάτιά σου οὐ κατετρίβη ἀπὸ σοῦ, οἱ πόδες οὐκ ἐτυλώθησαν, ἰδοὺ τεσσαράκοντα ἔτη. Καὶ γνώσῃ τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὡς εἴ τις ἄνθρωπος παιδεύσῃ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, οὕτω Κύριος ὁ Θεός σου παιδεύσει σε·* καὶ πάλιν ὁμοίως, *Ἤγαγεν ὑμᾶς μ' ἔτη ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὐκ ἐπαλαιώθη τὰ ἱμάτια ὑμῶν, καὶ τὰ ὑποδήματα ὑμῶν οὐ κατετρίβη ἀπὸ τῶν ποδῶν ὑμῶν.* Οὐ γὰρ ὥς τινες τερατολόγοι, μάλιστα οἱ τῆς κατατομῆς, ὑπενόησαν, μὴ παλαιωθῆναι ὅλως αὐτόχρημα τὰ ἱμάτια αὐτῶν καὶ τὰ ὑποδήματα, τὸ οὕτως εἰπεῖν τὸν Μωσέα· ἀλλ' ὅτι οὐδὲν αὐτοῖς, φησὶν, ἔλειψεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, τῶν ἐμπόρων συνεχῶς τὰ ἐπιτήδεια προσκομιζόντων. Ἢ γὰρ ἂν κατ' αὐτοὺς τὰ γεννώμενα ἐν τῇ ἐρήμῳ παιδία πῶς ἐνῆν τοῖς πατρικοῖς ἱματίοις καὶ ὑποδήμασι χρῆσθαι, τελείων ὄντων, αὐτῶν δὲ σμικροτάτων; Πῶς δὲ καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως καθ' ἡμέραν νεαροὺς κεκελευσμένοι ποιεῖν, μὴ τῶν ἐμπόρων αὐτοῖς κομιζόντων τὸν σῖτον; Ἴστε γὰρ ὅτι καὶ ἐν τούτῳ ἐγόγγυζον λέγοντες, *Μὴ καὶ ἄρτον δύναται δοῦναι ἢ ἑτοιμάσαι τράπεζαν τῷ λαῷ αὐτοῦ;* Ἢ πόθεν αὐτοῖς σεμίδαλις, ἵνα τὰ λάγανα ποιῶσιν, ἢ λαγχηρὰ δέρματα καὶ κυανᾶ εἰς τὰς διφθέρας τῆς σκηνῆς, εἰ μὴ ἐκ τῶν ἐμπόρων ἠγόραζον; Διὰ τοῦτο γὰρ ὅτι ἐχορήγουν οἱ ἔμποροι προνοίᾳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐγόγγυζον κατὰ τοῦ Θεοῦ καὶ κατὰ τοῦ Μωϋσέως, εἶχον δὲ καὶ τὸν πλοῦτον τῶν Αἰγυπτίων, ὡς ἀχαρίστοις λοιπὸν καὶ ἀπίστοις, παράδοξα ἐποίει, ποτὲ μὲν ὕδωρ ἄφθονον ἐκ πέτρας, ποτὲ δὲ μάννα ἐξ οὐρανοῦ, ποτὲ δὲ ὀρτυγομήτραν ἐκ θαλάττης ἐπὶ λ' ἡμέρας χορηγήσας, αὖθις σωφρονίζων ἐπαίδευε πληγαῖς, ποτὲ μὲν πυρὶ καταναλίσκων μέρος τῆς παρεμβολῆς, ποτὲ δὲ θανάτῳ θραύων κδ' χιλιάδας, ποτὲ δὲ δι' ὄφεων, ποτὲ δὲ καὶ τοὺς περὶ Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν καὶ Κορὲ θεηλάτῳ ὀργῇ ἡ γῆ ζῶντας πανοικεὶ καὶ κτήνεσι κατέπιε· διδάσκων μὴ

[22] Deut. II, 7. [23] Deut. VIII, 5. [24] Deut. XXIX, 4. [25] Psal. LXXVII, 20.

Digitized by Google

ἀπιστεῖν μήτε ἀχαριστεῖν Θεῷ, ἀλλὰ σωφρόνως ζῆν. Λαβόντες δὲ καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸν νόμον ἐγγράφως, καὶ διδασκόμενοι γράμματα νεωστὶ, καὶ ὥσπερ παιδευτηρίῳ ἡσύχῳ ἐν τῇ ἐρήμῳ χρησάμενος ὁ Θεὸς, μ' ἔτη εἴασεν αὐτοὺς καταλαξεῦσαι τὰ γράμματα. Ὅθεν ἔστιν ἰδεῖν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐρήμῳ τοῦ Σιναΐου ὄρους ἐν πάσαις καταπαύσεσι, πάντας τοὺς λίθους τῶν αὐτόθι, τοὺς ἐκ τῶν ὀρέων ἀποκλωμένους, γεγραμμένους γράμμασι γλυπτοῖς Ἑβραϊκοῖς, ὡς αὐτὸς ἐγὼ πεζεύσας τοὺς τόπους μαρτυρῶ. Ἄτινα καί τινες Ἰουδαῖοι ἀναγνόντες διηγοῦντο ἡμῖν λέγοντες γεγράφθαι οὕτως, Ἄπερσις [ἄπαρσις] *τοῦδε, ἐκ φυλῆς τῆσδε, ἔτει τῷδε, μηνὶ τῷδε*, καθὰ καὶ παρ' ἡμῖν πολλάκις τινὲς ἐν ταῖς ξενίαις γράφουσιν. Αὐτοὶ δὲ καὶ ὡς νεωστὶ μαθόντες γράμματα, συνεχῶς κατεχρῶντο καὶ ἐπλήθυνον γράφοντες, ὥστε πάντας τοὺς τόπους ἐκείνους μεστοὺς εἶναι γραμμάτων Ἑβραϊκῶν γλυπτῶν, εἰς ἔτι καὶ νῦν σωζομένων διὰ τοὺς ἀπίστους, ὡς ἔγωγε οἶμαι. Ἐξὸν δὲ τῷ βουλομένῳ ἐν τοῖς τόποις γενέσθαι καὶ θεάσασθαι, ἦγουν ἐρωτῆσαι καὶ μαθεῖν περὶ τούτου, ὡς ἀληθειαν εἴπομεν. Πρώτως οὖν Ἑβραῖοι παρὰ τοῦ Θεοῦ σοφισθέντες καὶ γράμματα διὰ τῶν λιθίνων πλακῶν ἐκείνων παραλαβόντες καὶ μεμαθηκότες μ' ἔτη ἐν τῇ ἐρήμῳ, γειτνιῶσι τοῖς Φοίνιξι παραδεδώκασι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, πρώτῳ Κάδμῳ τῷ Τυρίων βασιλεῖ, ἐξ ἐκείνου παρέλαβον Ἕλληνες, λοιπὸν καθεξῆς πάντα τὰ ἔθνη.

sent, sed temperanter viverent. Cum autem scriptam a Deo legem accepissent, ibi primum litteras edidicerunt, ac solitudine ceu quieto quodam litterario ludo usus Deus, ipsos totis quadraginta annis exarandis litteris exerceri sivit. Quamobrem in deserto Sinai montis, inque omnibus Hebræorum mansionibus, videre est lapides omnes ex montibus delapsos, litteris Hebraicis inscriptos, ut ego qui istac iter habui, testificor. Quas inscriptiones Judæi quidam, qui ipsas legerant, narrabant nobis ita habere : *Profectio talis, ex tribu tali, anno tali, mense tali* ; ut plerumque multi nostro ævo in diversoriis scribere solent. Illi vero, utpote qui nuper litteras edidicissent, frequentius scribebant et litteras multiplicabant ; ita ut isthæc omnia loca litteris Hebraicis insculptis plena sunt : quæ, ut quidem æstimo, incredulorum causa hactenus servantur. Cuivis porro licet loca adire et isthæc inspicere, vel alios scisciatari, ut ediscat nos vera narrare. Cum ergo primum Hebræi a Deo per illas scripto traditas tabulas litteris instituti et eruditi fuissent per moras illas quadraginta annorum in deserto, vicinis suis Phœnicibus ipsas tradiderunt, quo tempore primum Tyriis regnabat Cadmus : ex quo Græci litteras acceperunt, quæ inde ad omnes gentes emanarunt.

Ἐστρατοπέδευον δὲ ἐν τῇ ἐρήμῳ κατὰ τὴν τάξιν τὴν δοθεῖσαν αὐτοῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ, κυκλοῦντες τὴν σκηνὴν ἱερεῖς τε καὶ Λευῖται, καὶ πέριξ αὐτῶν αἱ ιβ' φυλαὶ, εἰς ἀνατολὰς τῆς σκηνῆς τρεῖς· ἐν αἷς μέση ἐτύγχανεν ἡ τοῦ Ἰούδα φυλὴ σὺν Μωϋσῇ καὶ Ἀαρών, ἐξάρχουσα τῶν λοιπῶν, καὶ εἰς νότον τρεῖς, καὶ εἰς δυσμὰς τρεῖς, καὶ εἰς βορρᾶν τρεῖς. Οὕτως καταπαύοντες καὶ οὕτως ἀναίροντες, καὶ βαδίζοντες κατὰ τὴν διαγραφὴν ταύτην.

Castrametabantur autem in deserto, ordine et ritu sibi a Deo tradito : nempe sacerdotes et Levitæ in circuitu tabernaculi ; circum autem illos dodecim tribus, nimirum ad orientem tabernaculi tres, in quarum medio erat Juda tribus, cum Moyse et Aaron, utpote quæ principatum in omnes gereret ; tres item ad meridiem, tres ad occidentem, tres ad septentrionem. Eo scilicet ritu quiescebant, eo proficiscebantur et incedebant secundum præsentem delineationem.

Οὕτως οὖν στρατοπεδεύοντες καθ' ἑκάστην ἐν τῇ ἐρήμῳ, τελευτήσαντος λοιπὸν τοῦ Ἀαρὼν καὶ τοῦ Μωσέως, καὶ παραλαβόντος αὐτῶν τὴν στρατηγίαν τοῦ Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ Ναυῆ, καὶ διαβιβάσαντος αὐτοὺς τὸν Ἰορδάνην παραδόξως, κληρούχους αὐτοὺς κατέστησε τῆς γῆς τῆς ἐπαγγελίας, κατὰ τὰς θεόθεν προρρήσεις τε καὶ διατάξεις. Κατεῖχε ἡ τοῦ Ἰούδα φυλὴ τὴν μητρόπολιν τὴν Ἱερουσαλὴμ, μέχρις οὗ ὁ προσδοκώμενος, καὶ προκηρυττόμενος διὰ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, ἐξ αὐτῶν ἐλήλυθε, δι' οὗ τὴν μεγάλην καὶ αἰώνιον σωτηρίαν καὶ ἀνάκτισιν ὁ Θεὸς τῷ κόσμῳ εἰργάσατο· λέγω δὴ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ κατὰ σάρκα, κατὰ τὰς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ τὰς πρὸς τὸν Ἀβραὰμ γεγενημένας, καὶ τὸν ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς αὐτοῦ σκοπὸν, καθὰ καὶ ὁ Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας Ἐπιστολῇ, ὡς ἐρωτώμενός ὑπό τινος, καὶ λέγοντος· *Τί οὖν ὁ νόμος ;* ὡσανεὶ, Τί οὖν ἐδόθη ὁ νόμος ; ταχύτατα ἀποκρίνεται καί φησι, *Τῶν παραβάσεων χάριν προσετέθη, ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ*

Hoc castrametandi genere in deserto quotidie usos, post Aaronis et Moysis obitum, qui populi principatum excepit, Jesus filius Nave, cum eos modo perquam mirabili trans Jordanem duxisset, hæredes ipsos terræ promissionis constituit, secundum datas divinitus prædictiones ac constitutiones. Tum tribus Juda metropolim Jerosolymam obtinuit, donec ex ea ortum duceret is qui exspectabatur ac per legem et prophetas prænuntiatus fuerat : per quem magnam æternamque salutem ac renovationem Deus mundo intulit ; de Domino Christo secundum carnem loquor, nempe secundum promissa Dei Abrahamo facta, ac secundum propositum, quod jam a principio Deus habuerat, prout etiam Apostolus in Epistola ad Galatas [26], quasi sciscitante quodam, loquitur : *Quid igitur lex ?* ac si diceret : Cur lex data fuit ? continuo respondet his verbis : *Propter transgressiones posita est donec veniret semen quod promiserat, ordinata per angelos in*

[26] Galat. III, 19.

Digitized by Google

munus *mediatoris*; ac si diceret : Ideo lex addita est, ut per illam et per sacerdotium gens illa custodiretur, quæ promissa acceperat, scilicet genus Abraham; ac ne illius commistio ulla cum alia gente fieret, ut hinc is, qui prænuntiatus fuerat, omnibus notus esset : per quem mundus renovatur, ac scopus ille pristinus œconomiaque Dei impletur. Jam olim quippe et a principio scopus et propositum Dei erat aliis etiam exsistentiam ac bonitatis suæ participationem tradere, itemque rationem, cognitionem, immortalitatem, beatitudinem, ac omnis boni, pro facultate et captu, participationem. At quandoquidem Numen solum doceri nequit, ac sola **207** per se vera cognitio est, brutorum vero proprium est, ut naturæ impetu ferantur sine ulla ratione ac vera cognitione, ac cum similiter inanimata omni prorsus motu et impetu atque cognitione careant, ceu medios quosdam rationabiles constituit clemens ille Deus, scientiæ per disciplinam et experientiam capaces probationi tradidit : et secundum pristinum illud propositum, futurum statum, id est, supremum locum, effecit.

Cum autem primo præsentem statum et vitam esse definivisset, qua ceu schola nobis consentanea uteretur, hanc vitam mortalem et mutabilem effecit, ut nos, internoscendi et ratiocinandi vi præditi, bonorum participatione frui et a malis declinare possemus. Quamobrem præsens vita jucundis et tristibus permista est, ut, quotidie in illis versantes, alia fugeremus, alia assequi niteremur. Ideo leges dantur, comminationes et supplicia, quæ appetitum nostrum a malo absterreant. Denique mors ipsa, quæ ab ejus ira profecta videtur, revera quies et hujus calamitosæ vitæ et scholæ cessatio reputanda est : qua ratione illam primo homini Deus ex providentia intulit, ut peccatum illi perosum, justitiam vero desiderabilem redderet, invitans illum, ac ejus opera universos, ad futuram nobis paratam vitam, æternumque regnum, justitiam, sanctificationem, redemptionem et beatitudinem : quod erat pristinum ab initio Dei consilium. Deus igitur sapienter, imo sapientissime peccato primi hominis, ceu ira permotus, mortem injicit, ut ipsi perosum illud redderet. Deinde ne malis obrutus homo in desperationem iret, ejus, tanquam filii pater, curam gerit, ipsique tunicas consuit : hinc Abelis sanguinem ulciscitur, Enochum transfert, ita ut mortis decretum in eum non obtineret, Noe ex mundi naufragio servat, Abrahamum eligit, ex cujus semine mundi renovationem efficit; necnon Isaacum, Jacobum, patriarchas eorumque filios, duodecimque tribus ex illis ortas : quas cum brachio excelso ab Ægyptiorum servitute redimit, in deserto mirabiliter deducit, descriptam ipsis legem tradit : ac populo in cohortes distributo Palæstinam in sortes divisam tradit possidendam. Prophetas ipsis excitavit Davidem primum regem eorum, Samuelem, Eliam tantum

A *σπέρμα ὃ ἐπήγγελται, διαταγεὶς δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ μεσίτου· ἵνα εἴπῃ, ὅτι Διὰ τοῦτο ὁ νόμος προστέθη, ἵνα φυλαχθῇ δι' αὐτοῦ καὶ τῆς περιτειᾶς φρουρούμενον τὸ ἔθνος τὸ τὰς ἐπαγγελίας λαβὸν, τουτέστι τὸ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ μὴ μίξις τις γένηται αὐτοῦ μετὰ ἑτέρου ἔθνους· ὅπως ὁ προκηρυττόμενος ἐξ αὐτοῦ γνώριμος τοῖς πᾶσιν ὑπάρχῃ, δι' οὗ κόσμος ἀνακαινίζεται, καὶ ὁ σκοπὸς καὶ ἡ ἄνωθεν οἰκονομία τοῦ Θεοῦ πληροῦται. Σκοπὸς γὰρ ἦν ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς τῷ Θεῷ ἑτέροις μεταδοῦναι τοῦ εἶναι καὶ μετασχεῖν τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος, λόγου τε καὶ γνώσεως καὶ ἀθανασίας καὶ μακαριότητος καὶ παντὸς ἀγαθοῦ ὅσον ἐνδέχεται μετασχεῖν τὸν μετέχοντα. Καὶ ἐπειδήπερ τὸ Θεῖον μόνον ἀδίδακτον, καὶ αὐτόχρημα ἀληθὴς γνῶσίς ἐστι, τῶν δὲ ἀλόγων ἴδιον φυσικαῖς ὁρμαῖς*

B *κινεῖσθαι ἄνευ λόγου καὶ ἀληθοῦς γνώσεως· ὁμοίως καὶ τῶν ἀψύχων ἀμοιρούντων τὸ παράπαν κινήσεώς τε καὶ ὁρμῆς φυσικῆς καὶ γνώσεως, μέσους τινὰς, ὡς ἐνεδέχετο, εἶναι τοὺς λογικοὺς ποιήσας ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς, δεκτικοὺς ἐπιστήμης διὰ μαθήσεως καὶ πείρας, ἐδοκίμασε, καὶ ἐποίησε κατὰ τὸν ἄνωθεν αὐτοῦ σκοπὸν, τὴν μέλλουσαν κατάστασιν, τουτέστι τὸν ἄνω χῶρον.*

C *Πρῶτον δὲ ὁρίσας ταύτην τὴν κατάστασιν, ἐν ᾗπερ καὶ παιδευτηρίῳ χρησίμῳ χρησάμενος πρὸς τὸ ἡμῖν συμβαλλόμενον, θνητὴν δὲ καὶ τρεπτὴν ἀπεργάσατο, πρὸς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς διακριτικῇ καὶ λογικῇ ἕξει τῶν καλῶν τὴν μετουσίαν κτᾶσθαι, τῶν δὲ κακῶν ἀποστρέφεσθαι. Διὸ καὶ ἡδέα καὶ λυπηρὰ ἔχει ἡ νῦν κατάστασις· ἵνα καθ' ἑκάστην ἐν αὐτοῖς ἀναστρεφόμενοι, τὰ μὲν φεύγωμεν, τῶν δὲ ἀντεχώμεθα. Διὰ τοῦτο καὶ νόμοι, καὶ ἀπειλαὶ, καὶ κολαστήρια, τοῦ κακοῦ τὴν ὁρμὴν ἡμῶν ἀνακόπτοντα. Τελευταῖον δὲ καὶ ὁ δοκῶν μὲν κατ' ὀργὴν εἶναι θάνατος, κατὰ δὲ τὸ ἀληθὲς παῦλαν παρέχων τῇ μοχθηρᾷ ταύτῃ ζωῇ καὶ τῷ παιδευτηρίῳ, καθὰ καὶ τῷ πρώτῳ ἀνθρώπῳ ὁ Θεὸς κατ' οἰκονομίαν ἐπήνεγκε, μισητὴν αὐτῷ τὴν ἁμαρτίαν ἐργαζόμενος, καὶ ποθητὴν ποιῶν τὴν δικαιοσύνην· προτρεπόμενος αὐτόν τε καὶ πάντας δι' αὐτοῦ, εἰς τὴν προητοιμασμένην ἡμῖν κατάστασιν, βασιλείαν τε αἰώνιον καὶ δικαιοσύνην καὶ ἁγιασμὸν καὶ ἀπολύτρωσιν καὶ μακαριότητα, ἅπερ καὶ ὁ σκοπὸς τοῦ Θεοῦ ἐξ ἀρχῆς ἠβούλετο.*

D *Ἐπιῤῥίπτει τοίνυν ὁ Θεὸς σοφῶς, καὶ πάνυ σοφῶς, τῇ ἁμαρτίᾳ τοῦ πρωτοπλάστου ἀνθρώπου τὸν θάνατον, ὡς κατ' ὀργὴν, ἵνα μισητὴν αὐτῷ ταύτην ἀπεργάζηται· εἶτα λοιπὸν πάλιν, ἵνα μὴ ἐκ κακῶν ὁ ἄνθρωπος ἀπελπιστίαν νοσήσῃ, ἐπιμελεῖται αὐτοῦ ὡς πατὴρ τέκνου, καὶ ποιεῖ αὐτῷ χιτῶνας· εἶτα ἐκδικεῖ τὸ αἷμα τοῦ Ἄβελ, τὸν Ἐνὼχ μετατίθησιν, ὥστε καὶ τὴν ἀπόφασιν τοῦ θανάτου μὴ κρατεῖν ἐπ' αὐτοῦ· τὸν Νῶε διασώζει ἐκ τοῦ κοσμικοῦ ναυαγίου, τὸν Ἀβραὰμ ἐκλέγεται, ἀφ' οὗ καὶ διὰ τοῦ σπέρματος ἐργάζεται τὴν ἀνάκτισιν τοῦ κόσμου, τὸν Ἰσαὰκ, τὸν Ἰακὼβ, τοὺς πατριάρχας, καὶ τούτων τὰ τέκνα καὶ τὰς ἐκ τούτων δώδεκα φυλὰς, ἅπερ καὶ μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ λυτροῦται τῆς δουλείας τῶν Αἰγυπτίων, καθοδηγήσας τὴν ἔρημον, θαυμαστῶς*

Digitized by Google

καὶ δοὺς νόμον ἐγγράφως · καὶ ταξιαρχήσας τὸ ἔθνος, κατεκληροδότησεν αὐτοῖς τὴν γῆν Παλαιστίνης · καὶ ἤγειρεν αὐτοῖς προφήτας, τὸν Δαυὶδ τὸν πρῶτον αὐτῶν βασιλέα, Σαμουὴλ, Ἠλίαν τὸν τηλικοῦτον, τὸν τούτου μαθητὴν Ἐλισσαῖον, τοὺς δώδεκα καὶ τοὺς τέσσαρας τοὺς μεγάλους προφητεύσαντας τὴν ἔλευσιν τοῦ ἐξ αὐτῶν ἐγειρομένου κατὰ σάρκα Δεσπότου Χριστοῦ, ἐν ᾧ καὶ δι' οὗ γίνεται καὶ πληροῦται ὁ ἐξ ἀρχῆς σκοπὸς καὶ ἡ οἰκονομία τοῦ Θεοῦ ἡ μεγάλη καὶ σωτηριώδης. Ὥσπερ γὰρ ᾠκονόμησε διὰ τῆς ἁμαρτίας τοῦ πρωτοπλάστου ἀνθρώπου παρεισαγαγεῖν τὸν θάνατον, οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ κατὰ σάρκα, τὴν ἀνάστασιν καὶ τὴν ἀνάκτισιν καὶ τὴν ἀνακεφαλαίωσιν πάσης τῆς κτίσεως. Ὥσπερ γάρ φησιν ὁ Παῦλος, *Δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν* εἰσήχθη ἐν τῇ γῇ. Αὕτη ἡ μεγάλη σωτηρία καὶ οἰκονομία καὶ σοφία τοῦ τὰ πάντα παραγαγόντος καὶ πάλιν ἀνακτίζοντος Θεοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ τὰς δύο καταστάσεις ἐξ ἀρχῆς πεποίηκε, καὶ εἰς τὴν μέλλουσαν μετὰ τὴν ἐνθένδε ζωὴν ἀφορᾷ πᾶς ὁ σκοπὸς τῆς θείας Γραφῆς, καὶ τὸ Χριστιανικὸν κήρυγμα, καὶ ἡ ἐλπὶς τῶν Χριστιανῶν. Διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῷ βαπτίζεσθαι, εἰ μὴ πρῶτον ὁμολογήσειέ τις τὴν τῆς ἁγίας Τριάδος ὁμολογίαν, καὶ τῆς ἡμετέρας σαρκὸς τὴν ἀνάστασιν πιστεύειν, οὐ βαπτίζεται, καὶ συγκαταλέγεται μετὰ Χριστιανῶν, καὶ πιστὸς ἀναγορεύεται. Οὗτος ὁ σκοπὸς πάσης τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, Παλαιᾶς τε καὶ Καινῆς Διαθήκης · καὶ ὅτι κατὰ τύπον τῆς σκηνῆς τῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ ὑπὸ Μωϋσέως κατασκευασθείσης, δύο χώρους πεποίηκεν ὁ Θεὸς τὸν σύμπαντα κόσμον · λέγω δὴ τοῦτον τὸν κόσμον · ἐν ᾧ θνητοὺς καὶ τρεπτοὺς ὡς ἐν παιδευτηρίῳ ἐδοκίμασε πρῶτον ἡμᾶς διάγειν, καὶ πεπειρᾶσθαι λυπηρῶν τε καὶ ἡδέων · χωρὶς γὰρ παιδείας μάθησιν γενέσθαι ἀμήχανον. Πᾶσα γὰρ παιδεία, φησὶ, πρὸς τὸ παρὸν οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης. Εἰς ὕστερον οὖν πεπειραμένοις λογικῶς ἐδοκίμασε παρασχεῖν τὰ αἰώνια αὐτοῦ ἀγαθὰ ἐν τῇ μελλούσῃ καταστάσει, καὶ πληρῶσαι τὸν ἑαυτοῦ ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς σκοπὸν, οἰκονομήσας ὡς Θεὸς τὰ καθ' ἡμᾶς, ὡς αὐτῷ ἔπρεπε, καὶ ἡμῖν συνέφερε. Διαγράφομεν τοίνυν καὶ τὴν στρατοπεδαρχίαν αὐτῶν τῶν Ἰσραηλιτῶν τὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ τὴν διάβασιν τὴν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ἅμα τῷ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Μωσέως, καὶ τὴν κατάπαυσιν αὐτῶν τὴν ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας, καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὅπως ἐκληρονόμησαν τὴν γῆν, καὶ κατέσχον αὐτήν.

Ἐν ταύτῃ τῇ γῇ κατοικοῦσιν, ἤγειρεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς κατὰ καιροὺς προφήτας, τὴν ἔλευσιν τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ κατὰ σάρκα διαγορεύειν, δι' οὗ ἤμελλεν ἀναδείκνυσθαι ἡ μέλλουσα κατάστασις, ὑπομιμνήσκοντας αὐτοὺς τῶν ἐπαγγελιῶν ὧν πρὸς Ἀβραὰμ ἐποιήσατο. Διαγράφωμεν τοίνυν ἕκαστον τῶν πρεσβυτέρων καὶ προφητῶν, ὅπως ἀναχηρύττῃ ἀξιωθεὶς μὲν εἰπεῖν τι περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, εἴτε διὰ λόγων, εἴτε δι' ἔργων ἐπιγράφοντες, καὶ ἀξιωθεὶς εἰπεῖν ἢ ποιῆσαι περὶ αὐτοῦ · συμβάλλεται γὰρ καὶ τοῦτο τῷ ἡμετέρῳ λόγῳ, ὅπως καὶ ἐν τούτῳ δείξωμεν ἀπ' ἀρχῆς ἕως τέλους εἰς ὃν σκοπὸν ἀφορᾷ πᾶσα ἡ θεία Γραφή.

[27] I Cor. xv, 21. [28] Hebr. xii, 11.

illum virum, ejus discipulum Elisæum, duodecim prophetas, quatuor item magnos illos, qui Domini Christi, ab illis secundum carnem prodituri, adventum vaticinarentur : in quo Christo, et per quem scopus ille Dei pristinus et œconomia magna et salutaris impletur. Quemadmodum **208** enim per primi hominis peccatum mortem inducere dispensavit; sic per obsequentiam Domini Christi, secundum carnem, resurrectionem, renovationem restaurationemque totius rerum naturæ fieri providit. Nam quemadmodum ait Paulus : *Per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum* [27] in terram inducta est. Hæc est magna salus, œconomia et sapientia Dei, qui omnia produxit, et omnia iterum restauravit. Quapropter duos illos status ab initio disposuit, totusque divinæ Scripturæ scopus ad futuram vitam post præsentem respicit, necnon Christiana prædicatio et spes Christianorum. Quocirca nemo baptizatur, quin prius sanctam Trinitatem et nostræ carnis resurrectionem se credere confiteatur : alias nec cum Christianis annumeratur, nec fidelis esse prædicatur. Hic totius divinæ Scripturæ scopus tam Veteris quam Novi Testamenti : qui eo spectat etiam, quod, ad exemplum tabernaculi in deserto a Moyse constructi, in duo loca totum mundum Deus distribuerit, hunc scilicet mundum, in quo nos mortales et mutabiles ceu in schola primum degere decrevit, ut tristia simul et jucunda experiamur : nam sine institutione doctrina accedere nunquam potest. Omnis quippe disciplina, inquit, in præsenti non videtur gaudio esse, sed dolori [28] : demum rationabili modo exercitatis, sempiterna bona in futura vita conferre decrevit, et sic suum a principio scopum perficere; cum utpote Deus, nostra uti se decebat, nobisque consentaneum erat, providerit. Castra itaque Israelitarum in deserto delineamus, necnon transitum Jordanis, qui sub Jesu filio Nave post Moysis obitum contigit, itemque ipsorum in terra promissionis partam requiem, Hierosolymam quoque, et quomodo terram sorte acceperint et obtinuerint.

Dum in ista terra habitarent, Deus illis prophetas variis temporibus excitavit, qui Domini Christi secundum carnem adventum prænuntiarent, a quo futura illa vita commonstranda erat; qui prophetæ in memoriam ipsis revocarent promissiones, quas ad Abrahamum dederat. Singulos itaque seniores et prophetas delineemus, declaremusque quo pacto digni habiti fuerint, qui Domini Christi adventum prædicerent, ac seu verbis seu operibus prænuntiarent ac scriberent : nam id ad hunc librum nostrum respicit, ut ab initio ad calcem usque demonstremus, ad quem scopum et finem tota divina Scriptura collimet.

Digitized by Google

209 ADAM.

Οὗτος ὁ Δεσπότης τῶν ὅλων Χριστὸς, περὶ οὗ πᾶσα προφητεία τοῖς ἀνθρώποις προεμηνύθη· πρὸς ὃν ἀφορᾷ πᾶσα κτίσις, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, εἰς δόξαν Θεοῦ κάμπτουσα γόνυ. Χριστὸς τὸ πέρας πάσης προφητείας, ὁ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν, τὸ φῶς τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· ᾧ πᾶσα ἡ κτίσις ὑποτέτακται ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, ὅστις καὶ δι' ἑαυτοῦ ἐβόα, *Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου προεκήρυξαν τὸν Χριστόν.* Αὐτῷ ἡ δόξα σὺν Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Prologus de apostolis.

Ut itaque promiseramus, nos scilicet demonstraturos esse, priscos viros et prophetas omnes mysterium Christi prænuntiavisse, omnesque a primo parente Adamo usque ad Joannem Baptistam, ad futurum statum respicere, ita præstitum a nobis est : quod etiam Dominus Christus et discipuli apostolique ejus clare deinde prædicarunt, esse videlicet futuram vitam, præsenti multo meliorem, quam in seipso nobis primus exhibuit Dominus Christus, quando a mortuis resurrexit, et in cœlum ascendit : quam etiam prisci illi aliqua ratione et scopo prænuntiarunt, et qui post venerunt clarius deprædicant, neminemque eorum unquam, sive ex recentibus, sive ex antiquis, alium statum et vitam sive antiquiorem sive posteriorem, præterquam illas duas, prædicasse aut **242** commentos esse demonstravimus ; imo etiam Deum rerum omnium naturam condere orsum, hos duos solum status constituisse ; hunc primum esse, in quo versaremur, definiens : deindeque futurum, quem spectat omnis Dei prophetarumque ejus scopus. Pudore itaque suffundantur Græci, qui coæternum Deo mundum esse supponunt, quique vitam priorem constituentes, resurrectionem corporum negant. Confundantur item illorum sequaces, qui Christianismum quidem profi-

Πρόλογος περὶ τῶν ἀποστόλων.

Καθάπερ οὖν ἐπηγγειλάμεθα τοὺς ἀρχαίους ἀνθρώπους δεῖξαι, καὶ τοὺς προφήτας πάντας περὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου προειρηκότας, καὶ ὅτι πάντες ἀπὸ τοῦ πρωτοπλάστου Ἀδὰμ μέχρι; Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ εἰς τὴν μέλλουσαν κατάστασιν ἀφορῶσι, τοῦτο πεποιήκαμεν· ὅπερ καὶ ὁ Δεσπότης Χριστὸς καὶ οἱ τούτου μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι διαῤῥήδην λοιπὸν ἐκήρυξαν· ὡς ἐστί τις μέλλουσα κατάστασις κρείττων τῆς ἐνταῦθα πολὺ, ἣν ἐν ἑαυτῷ πρῶτος ἡμῖν ἔδειξεν ὁ Δεσπότης Χριστὸς ἀναστὰς ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀνελήλυθώς· ἣν καὶ οἱ πρῶτοι σκοπῷ τινι ἐμήνυσαν, καὶ οἱ μετὰ ταῦτα σαφῶς διαγγέλλουσι· καὶ ὅτι οὐδεὶς αὐτῶν πώποτε οὔτε τῶν νεωτέρων, οὔτε τῶν ἀρχαίων, ἑτέραν ποτὲ κατάστασιν, ἢ πρεσβυτέραν, ἢ μεταγενεστέραν τούτων τῶν δύο, ἐκήρυξαν ἢ ἐφαντάσθησαν· ἀλλ' ὅτι ἀρξάμενος ὁ Θεὸς ποιῆσαι τὴν κτίσιν πᾶσαν, τὰς δύο ταύτας μόνον καταστάσεις ἐποίησε· ταύτην πρῶτον ὁρίσας πολιτεύεσθαι, εἶθ' οὕτως τὴν μέλλουσαν, εἰς ἣν ἀφορᾷ πᾶς ὁ σκοπὸς τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν προφητῶν αὐτοῦ. Αἰσχυνέσθωσαν τοίνυν οἱ Ἕλληνες οἱ συναΐδιον τῷ Θεῷ τὸν κόσμον ὑποτιθέμενοι· καὶ προδιοτὴν καταγγέλλοντες, καὶ ἀνάστασιν σωμάτων ἀθετοῦντες. Αἰσχυνέσθωσαν καὶ οἱ τούτων ἑπακόλουθοι, οἱ χριστιανίζειν μὲν δοκοῦντες, τὰ δὲ ἔργα τὰ τῶν Ἑλλή-

[81] Luc. I, 55. [82] Luc. II, 22. [83] ibid. 28-32. [84] Luc. XVI, 16.

Digitized by Google

νων φρονοῦντες, οἱ λέγοντες σφαιροειδῆ εἶναι τὸν οὐ- A teri videntur, re autem, quemadmodum et Græci, sentiunt, dicentes sphæricum esse cœlum : quique nullam aliam quam Græcorum sententiam tuentur; verbi gratia, mundum semper in corruptione corporum versari, resurrectionem corporum nunquam fore, neque alium esse statum. Confundantur Manichæi et Marcionistæ, qui carnem abjiciunt, et eam mali principii opificium esse prædicant. Confundantur omnes qui animas nostras cum mente earum vilipendunt, id est, Eutyches, Arius, Apollinarius, et quotquot illis similes sunt. Pudore afficiantur omnes hæretici, qui non confitentur unum Deum in tribus hypostasibus cognitum et adoratum, cœli et terræ opificem, qui carnis nostræ resurrectionem non confitentur, neque angelum, neque spiritum. Confundantur Judæi increduli, eum, qui exspectabatur, non admittentes, neque Christianam resurrectionem confitentes, sed solum vitam præsenti similem, *in qua nubent et nubentur*. Verum euge, euge, gaudium et exsultatio vere Christianis, qui universæ divinæ Scripturæ, tam Veteri quam Novo Testamento obsequuntur, qui lege ducente, Christo et omnibus quæ ipse prædicavit crediderunt, hisque dictis obtemperaverunt : *Lex et prophetæ usque ad Joannem prædicaverunt*[55]; et : *A diebus Joannis Baptistæ regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud*[56]; ac si dicat : Quotquot sibi vim inferunt, ac juste conversantur, nec propriis cogitationibus obsequuntur, sed Deo fidem habent : hi regnum illud obtinent. Et vero matri Joannis et Jacobi a Domino petenti, ut unus ex filiis suis a dextris ejus, alter vero a sinistris collocaretur in regno ipsius, respondit ille : *Non est meum dare, sed quibus paratum est a Patre meo*[57]; id est, donum quidem Dei ad omnes extenditur, scilicet ut resurgant ex mortuis, et fiant incorrupti, immortales et immutabiles; quod vero alius alii præponatur, id donum non est, sed præparatio Dei iis, qui recte crediderint ac vixerint. Ait quippe iterum Dominus : *Venite, benedicti Patris mei, hæreditate accipite præparatum vobis regnum*[58]; quando autem præparatum fuerit adjicit, *a constitutione mundi*.

ρανόν. Οὐδὲν γὰρ καὶ αὐτοὶ ἕτερον, ὧν οἱ Ἕλληνες καταγγέλλουσιν· ἀεὶ τὸν κόσμον ἐν φθορᾷ τῶν σωμάτων εἶναι, καὶ ἀνάστασιν σωμάτων μηδέποτε γίνεσθαι, μήτε ἑτέραν κατάστασιν. Αἰσχυνέσθωσαν Μανιχαῖοι καὶ Μαρκιωνισταὶ, τὰς σάρκας ἀποβαλλόμενοι, καὶ πονηρᾶς ἀρχῆς αὐτὰς ποιήματα καταγγέλλοντες. Αἰσχυνέσθωσαν πάντες ὅσοι ἀθετοῦσι τὰς ἡμετέρας ψυχὰς σὺν τῷ νοῒ αὐτῶν, τουτέστιν Εὐτυχῆς, Ἄρειος, Ἀπολλινάριος, καὶ πάντες ὅσοι κατ' αὐτούς. Αἰσχυνέσθωσαν πάντες οἱ αἱρετικοὶ, οἱ μὴ ὁμολογοῦντες ἕνα Θεὸν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι γνωριζόμενόν τε καὶ προσκυνούμενον, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς ὑπάρχοντα, καὶ τῆς ἡμετέρας σαρκὸς τὴν ἀνάστασιν μὴ ὁμολογοῦντες, μήτε ἄγγελον, μήτε πνεῦμα. Αἰσχυνέσθωσαν τῶν Ἰουδαίων οἱ ἄπιστοι οἱ τὸν προσδοκώμενον μὴ δεξάμενοι, μήτε Χριστιανικὴν ἀνάστασιν ὁμολογοῦντες· ἀλλὰ τοιαύτην οἵαν νῦν πολιτευόμεθα, *γαμοῦντες καὶ γαμιζόμενοι*. Εὖγε δὲ εὖγε, χαρά τε καὶ ἀγαλλίασις τοῖς ὄντως Χριστιανοῖς, τοῖς πειθομένοις πάσῃ τῇ θείᾳ Γραφῇ, Παλαιᾷ τε καὶ Καινῇ Διαθήκῃ, τοῖς ποδηγηθεῖσιν ἐκ τοῦ νόμου καὶ πιστεύσασι Χριστῷ, καὶ πᾶσιν οἷς ἐκήρυξε, καὶ ἔτι λέγοντι· *Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου προεκήρυξαν*, καὶ, *ἀπὸ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν*· ἵνα εἴπῃ· Ὅτι ὅσοι ἑαυτοὺς βιάζονται, καὶ πολιτεύονται δικαίως, καὶ μὴ ταῖς ἰδίαις ἐννοίαις ἐξακολουθοῦσιν, ἀλλὰ τῷ Θεῷ πιστεύουσιν, ἐκεῖνοι ταύτης τυγχάνουσιν. Ἤμελει καὶ μήτηρ Ἰωάννου καὶ Ἰακώβου αἰτησαμένη τὸν Κύριον, ἵνα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ εἶναι, καὶ ἕνα ἐξ εὐωνύμων ἐν τῇ βασιλείᾳ, ἀπεκρίνατο αὐτῇ, ὅτι *Οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται παρὰ τοῦ Πατρός μου*· ὡς ἂν, Τὸ μὲν δῶρον τοῦ Θεοῦ πᾶσιν ἐφήπλωται, τὸ ἀναστῆναι ἐκ τῶν νεκρῶν καὶ γενέσθαι ἀφθάρτους καὶ ἀθανάτους καὶ ἀτρέπτους· τὸ δὲ προτιμᾶσθαι ἑτέρου, οὐ δῶρον τοῦτο, ἀλλ' ἑτοιμασία τοῦ Θεοῦ τοῖς καλῶς πιστεύουσι καὶ βιοῦσι· πάλιν γὰρ λέγει ὁ Κύριος, *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν*, καὶ πότε ἡτοιμάσθη φησὶν, *ἀπὸ καταβολῆς κόσμου* προσειπών.

Ὁ κοσμογράφος τοίνυν Μωϋσῆς, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες προφῆται, καὶ ἀρχαῖοι ἄνθρωποι, περὶ τῶν δύο τούτων καταστάσεων καὶ μόνων εἰπόντες, καὶ ἑτέρας μὴ μνημονεύσαντες, ἀλλὰ ταῦτα μόνον προκηρύξαντες καὶ συγγραψάμενοι· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ὁ Κύριος παραγεγονὼς, καὶ οἱ τούτου μαθηταὶ, εὐαγγελισταὶ, καὶ ἀπόστολοι οὐδὲν ἕτερον ἀνεκήρυξαν, ἢ τὰς δύο ταύτας καὶ μόνον καταστάσεις· τί ἔτι λείπεται περὶ πίστεως, ὡς ὅτι ταῦτα οὐκ ἔστιν ἀληθῆ; Τίς οὐκ ἐντραπήσεται τὸν ὄχλον τῶν προῤῥήσεων, τὰς ἐκβάσεις τῶν προφητειῶν, τὸν ὄχλον τῶν σημείων καὶ τῶν παραδόξων θαυμάτων, αὐτὴν τὴν πολιτείαν πάντων τῶν ἁγίων καὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, καὶ τῶν αὐτοῦ ἀποστόλων, τὴν συμφωνίαν τῆς Παλαιᾶς

243 Mundi itaque descriptor Moyses ac reliqui omnes prophetæ, priscique viri, cum de duobus solum hisce statibus locuti sint, nec alium memoraverint, sed eos tantum prænuntiaverint ac scripto consignaverint; nec illi duntaxat, sed etiam ipse Dominus, qui ad nos venit, ejusque discipuli, evangelistæ et apostoli, nihil aliud prædicaverint quam duos illos status : quid adhuc superest difficultatis circa fidem, num illa sint vera? Quis non revereatur prædictionum multitudinem, eventus prophetiarum, signorum ac prodigiorum numerum, ipsam omnium sanctorum, Domini Christi et apostolorum ejus conversationem, Veteris Testamenti cum Novo consensum? Quisnam ex illis cum aliis dissensit,

[55] Luc. xvi, 16. [56] Matth. ii, 12. [57] Matth. xx, 24. [58] Matth. xxv, 34.

Digitized by Google

spharicumque cœlum esse narravit? Quis hujus mundi præexsistentiam prædicavit, aut æternum esse mundum pronuntiavit, aut corporum resurrectionem negavit, aut illam Christi œconomiam, qua justi homines in cœlum ascendunt? Verum omnes, quasi uno duce divino Spiritu, eadem ipsa verbis, operibus, figuris prænuntiarunt, omnesque futurum statum respiciunt. Ipse vero Dominus Christus in Evangeliis, quo loco versaturi sint, tum justi perfecti, tum medii, quo item impii, declarat. Et quidem de justis perfectis id ostendit, cum ad se evocans illos sic alloquitur: *Venite, benedicti Patris mei, hæreditate accipite paratum vobis regnum a constitutione mundi* [59]: de impiis autem, cum iis qui a sinistris sunt ait: *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum, paratum diabolo et angelis ejus* [60]; ac si dicat, justis quidem, sursum in cœlum interius, positum ultra visibile hoc firmamentum; impios vero, deorsum in terram, quo diabolus conjectus est. Restat ut eorum qui in medio sunt locum quæramus. Ait itaque in parabola decem virginum, quinque prudentes in thalamum, id est in cœlum, cum sponso ingressas esse, quia, utpote prudentes, virginitatem et misericordiam elegerant, fatuas vero, quæ unam tantum ex illis elegerant, aliam vero despexerant, extra thalamum mansisse, cum clausam januam invenissent, et audivissent: *Discedite a me, nescio vos* [61], neque ingredi permissas, neque cum impiis condemnatas, sed extra thalamum manentes.

Ita igitur unusquisque recta nec dissimulata fide et proba vita instructus, in regnum cum fiducia ingreditur: contra vero, qui nihil eorum habent, neque rectam fidem scilicet, neque probam vitam, ut cum diabolo circa terram degant damnantur. Qui autem aliud quidem habent, alio autem carent, quasi medii sunt, damnati ut extra **244** thalamum, seu extra firmamentum maneant. Species vero sive bonorum sive suppliciorum prorsus scire nequimus, nisi prius intra res ipsas constituamur; sed quasi in figura tantum et exemplo suppliciorum et bonorum hujusce vitæ, futura subindicavit. Neque enim poteramus alio modo, novas res illas nondum experti, intelligere; sed quatenus ænigmatice exprimi poterant, eatenus eas expressit ille: *Simile est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo* [62], suprema omnium hujusce vitæ bona deligens, bonisque illis comparans; similiter, pessima quæque, ignem, vermem, tartarum, stridorem dentium, tenebras, et alia id genus, quia inter hujus vitæ supplicia pro gravioribus habentur, illis suppliciis comparavit: cum non possint bona illa, neque supplicia, neque medius inter ea status cogitatione percipi: sed ille alius status præsenti vita longe præstantior sit, multoque ipsi antecellat;

καὶ Καινῆς Διαθήκης; Τίς ἐξ αὐτῶν διεφώνησε πρὸς τοὺς ἄλλους, σφαιροειδῆ τὸν οὐρανὸν ἐξηγησάμενος, ἢ προϋπαρξιν τούτου τοῦ κόσμου ἐκήρυξεν, ἢ ἄϊδιον εἶναι τὸν κόσμον ἀπεφήνατο, ἢ ἠθέτησε τὴν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν, ἢ τὴν διὰ τοῦ Χριστοῦ γενομένην οἰκονομίαν τοῦ ἀνέρχεσθαι τοὺς δικαίους ἀνθρώπους εἰς τὸν οὐρανόν; Ἀλλὰ πάντες ὡς ἐξ ἑνὸς θείου Πνεύματος ποδηγούμενοι, τὰ αὐτὰ διὰ λόγων, καὶ δι' ἔργων, ἢ τύπων προεμήνυσαν, καὶ πάντες εἰς τὴν μέλλουσαν κατάστασιν ἀφορῶσι. Καὶ αὐτὸς ὁ Δεσπότης Χριστὸς ἐν Εὐαγγελίοις δηλοῖ, ἐν ᾧ μέλλουσιν ἀναστρέφεσθαι οἱ τέλειοι δίκαιοι, καὶ οἱ μέσοι, καὶ οἱ ἀσεβεῖς· καὶ περὶ μὲν τῶν τελείων δικαίων, ὡς ὅταν προσκαλῆται αὐτοὺς πρὸς ἑαυτὸν λέγων· *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου*· περὶ δὲ τῶν ἀσεβῶν, ὡς ὅταν τοῖς ἐξ εὐωνύμων λέγῃ· *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ*· ἵνα εἴπῃ, τοῖς μὲν δικαίοις, ἄνω εἰς τὸν οὐρανὸν ἐσώτερον τούτου τοῦ ὁρωμένου στερεώματος· τοῖς δὲ ἀσεβέσι, κάτω περὶ τὴν γῆν, ἔνθα καὶ ὁ διάβολος κατερρίφη. Λοιπὸν τῶν μέσων ἀνάγκη ζητῆσαι τὸν τόπον. Λέγει τοίνυν ἐν τῇ παραβολῇ τῶν ε' παρθένων, ὡς αἱ ε' φρόνιμοι εἰσῆλθον μετὰ τοῦ νυμφίου εἰς τὸν νυμφῶνα, τουτέστιν εἰς τὸν οὐρανόν· ἐπειδήπερ καὶ τὴν παρθενίαν καὶ τὴν ἐλεημοσύνην, ὡς φρόνιμοι ἐπελέξαντο· αἱ δὲ μωραὶ, φησὶ, τὸ ἓν ἐπιλεξάμεναι, τοῦ δὲ ἑτέρου καταφρονήσασαι, ἔμειναν ἔξω τοῦ νυμφῶνος, κεκλεισμένην εὑροῦσαι τὴν θύραν, καὶ ἀκούσασαι, *Ἀπέλθετε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς*, οὔτε εἰσελθεῖν συγχωρηθεῖσαι, οὔτε μετὰ τῶν ἀσεβῶν κατακριθεῖσαι, ἀλλὰ μείνασαι ἔξω τοῦ νυμφῶνος.

Οὕτως οὖν ἕκαστος ἔχων πίστιν ὀρθὴν ἀνυπόκριτον καὶ βίον καλὸν, μετὰ παῤῥησίας εἰσέρχεται εἰς τὴν βασιλείαν· οἱ δὲ ἐναντίοι, οἱ μηδὲ ἓν τούτων ἔχοντες, μήτε πίστιν ὀρθὴν, μήτε βίον εὐθῆ, μετὰ τοῦ διαβόλου περὶ τὴν γῆν κατακρίνονται. Οἱ δὲ ἐν μὲν ἔχοντες, ἓν δὲ μὴ ἔχοντες, μέσοι τινές εἰσιν, ἔξωθεν μένειν τοῦ νυμφῶνος κατακρινόμενοι, τουτέστι τοῦ στερεώματος. Τὸ δὲ εἶδος τῶν ἀγαθῶν, ἢ τῶν τιμωριῶν ἀδύνατον εἰδέναι ἡμᾶς, εἰ μὴ ἐντὸς αὐτῶν τῶν πραγμάτων γενώμεθα· ὡς ἐν ὑποδείγματι δὲ μόνον τῶν ἐνταῦθα τιμωριῶν καὶ τῶν ἐνταῦθα ἀγαθῶν, ἐσήμανε τὰ μέλλοντα. Οὐδὲ γὰρ ἐνῆν ἡμᾶς ἄλλως ἀκοῦσαι, μήπω πεῖραν εἰληφότας, καινῶν τινων πραγμάτων, ἀλλ' ὅσον ἦν αἰνιγματωδῶς εἰπεῖν, εἶπεν, ὅτι *Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ βασιλεῖ, ὅστις ἐποίησε τῷ υἱῷ αὐτοῦ γάμους*, τὰ πάντων ἀνώτερα τῶν τοῦ βίου τούτου ἀγαθῶν ἐκλεξάμενος, καὶ ὁμοιώσας τοῖς ἐκεῖσε ἀγαθοῖς· ὁμοίως καὶ τὰ χείριστα, πῦρ, σκώληκα, τάρταρον, καὶ βρυγμὸν ὀδόντων, καὶ σκότος καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια, ἐπειδὴ ταῦτα τῶν ἐνταῦθα τιμωρητικῶν δεινότερα τυγχάνουσι, τούτοις αὐτὰ ἐξωμοίωσεν. Οὔτε δὲ τὰ ἀγαθὰ τῶν ἐκεῖ δυνατὸν ἀναλογίσασθαι, οὔτε τὰ δεινὰ, οὔτε τὰ μέσα τούτων· ἀλλ' ἑτέρα τις κατάστασις ἔτι κρείττων πολὺ, καὶ λίαν πολὺ καθόλου ὑπάρ-

[59] Matth. xxv, 34. [60] Ibid. 41. [61] Ibid. 12. [62] Matth. xxii, 2.

Digitized by Google

χουσα, τῶν ἐνταῦθα· ὥσπερ κρείττων ὑπάρχει ὁ βίος A
οὗτος, τοῦ ὅτε ἦμεν ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς μητρὸς ἡμῶν.
Ἀναλογίσασθαι γὰρ δεῖ πῶς ἦμεν ἐσωθεν τῆς κοιλίας
διάγοντες· ἐν σκότῳ, ἐν αἵματι, ἐν φλέγματι, ἐν
χολῇ, καὶ βορβόρῳ, καὶ κόπρῳ, καὶ πάσῃ ἀκαθαρ-
σίᾳ, καὶ δυσωδίᾳ συμφυρόμενοι, καὶ ἐν πάσῃ ἀγνω-
σίᾳ ὑπάρχοντες· παρακύψαντες δὲ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ,
ἕτερά τινα θεωροῦμεν, ὧν τὴν πεῖραν οὔπω παρει-
λήφαμεν, ἀνέσεως ἔκτασιν, ἀέρος ἀναπνοήν, ἀπό-
λαυσιν φωτὸς καλλίστου, κατασκευὴν κόσμου, τεχνί-
του καὶ πανσόφου δημιούργημα, καὶ γνώσεως Θεοῦ
ἐμπιπλάμενοι· ἅπερ πάντα οὔτε εἰδέναι ἡμᾶς δυνα-
τὸν, οὔτε ἐνθυμηθῆναι, οὔτε ἀκοῦσαι, οὔτε ἀπολαῦ-
σαι ἑνὸς τούτων, ἔτι ὄντας ἐν τῇ κοιλίᾳ. Οὕτως καὶ
τὴν μέλλουσαν κατάστασιν καθόλου κρείττονα τυγχά-
νουσαν τῶν ἐνταῦθα, ἀδύνατον ἡμᾶς ἀναλογίσασθαι, B
ἔτι ὄντας ἐν τούτῳ τῷ βίῳ, ἢ ἐνθυμηθῆναι ἢ φαντα-
σθῆναι, εἰ μὴ ἐντὸς αὐτῶν τῶν πραγμάτων γενώμε-
θα· Ἃ *γὰρ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε*, φησὶν, *καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.* Ὥσπερ
τοίνυν ἐνταῦθα κοινὸν δῶρον ἅπασι κεχάρισται ὁ
Θεὸς, τὸν ἥλιον ἀνατέλλων ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους,
καὶ βρέχων ἐπ' ἀγαθοὺς καὶ πονηρούς, οὕτω καὶ ἐν
τῇ μελλούσῃ καταστάσει κοινὸν δῶρον πᾶσι χωρίζε-
ται, ἀθανασίαν, καὶ ἀφθαρσίαν, καὶ ζωὴν, καὶ ἀτρε-
πτότητα· κατὰ δὲ τὰς προτέρας πράξεις ἕκαστος
ἑαυτῷ ἐφέλκεται, εἴτε τὴν βασιλείαν, εἴτε τὴν τιμω-
ρίαν, εἴτε ἄνοδον ἐν οὐρανῷ, εἴτε μονὴν περὶ τὴν
γῆν, εἴτε περὶ τὴν μέσην τάξιν. Πάντα δὲ αἰώνια
καὶ ἀπέραντα τυγχάνει, καὶ τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ τού-
των χείριστα. Καθόλου δὲ ἐκείνη ἡ κατάστασις τῆς
ἐνταῦθα πολὺ καὶ πάνυ πολὺ διενήνοχε. Πρὸς τὰ
ἀγαθὰ τὰ ἡτοιμασμένα τοῖς δικαίοις ἀντιδιαστελλό-
μενα τὰ τῶν ἀσεβῶν, ἐσχάτη τιμωρία καὶ κρίσις
ἀνηλεὴς τυγχάνει· ἀναλογεῖ γὰρ τῇ καταστάσει
ἐκείνῃ ἡ ταύτης κρίσις καὶ τιμωρία. Ἔλθωμεν λοι-
πὸν καὶ ἐπὶ τοὺς εὐαγγελιστὰς καὶ ἀποστόλους, καὶ
δείξωμεν καὶ αὐτοὺς συμφώνως τοῖς παλαιοῖς λέγον-
τας, ταύτας καὶ μόνας τὰς δύο καταστάσεις παρὰ
Θεοῦ γεγενῆσθαι, ταύτην πρώτην ἐν ᾗ καὶ διάγομε
νῦν, καὶ τὴν μέλλουσαν εἰς ἣν πάντες οἱ Χριστιανοὶ
ἀφορῶμεν. Διαγράψωμεν οὖν καὶ τὸν πρῶτον τῶν
εὐαγγελιστῶν Ματθαῖον λέγοντα περὶ τῶν τοιού-
των.

quemadmodum hæc vita longe præstat illi, quam in utero matris agebamus. Nobiscum enim reputare opus est, quo pacto degebamus in utero; in tenebris, in sanguine, in phlegmate, bili, luto, stercore, in immunditiis omnimodis, in fetore versantes, inque omni rerum ignorantia. In hanc autem vitam ingressi, longe alia videmus, quorum experimentum nondum ceperamus, liberiorem extensionem, aeris respirationem, pulcherrimæ lucis voluptatem et usum, mundi compositionem, sapientissimi artificis opus, idque Dei cognitionis lumine repleti; quæ omnia, dum in utero essemus, neque nosse, neque cogitatione assequi, neque audire, neque vel uno eorum frui poteramus. Pari modo futurum statum, præsenti omnino præstantiorem, dum in hac vita sumus, intelligere prorsus aut imaginari nequimus, nisi intra res ipsas constituamur. Nam, inquit, *Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se* [43]. Sicut ergo commune in hac vita donum omnibus Deus clargitus est, dum solem oriri facit super justos et injustos, ac pluit super bonos et peccatores [44]; ita et in futura vita commune donum omnibus impertit, immortalitatem scilicet, incorruptionem, vitam et immutabilitatem: verum quisque secundum pristina opera, sive regnum, sive supplicium, sive ascensum in cœlum, sive commorationem circa terram, aut denique medium quemdam statum sibi procurat et pertrahit. Isthæc porro omnia æterna et infinita sunt, sive bona, sive pessima. Ille vero status a præsenti multum, imo immane quantum differt. Quod si bona justis præparata cum impiorum pœnis comparentur, **245** hæc sane pro extremo supplicio ac pro immitissima damnatione habeantur: damnatio quippe et supplicium ad illam vitam proportione quadam confertur. Restat ut ad evangelistas et apostolos transeamus, ostendamusque eos, cum priscis consonantes, duos illos solum status a Deo adornatos esse declarare; videlicet hunc præsentem in quo nunc degimus, et futurum ad quem Christiani omnes respicimus. Jam a primo evangelistarum Matthæo, his de rebus loquente, scribere aggrediamur.

C

D

ΜΑΤΘΑΙΟΣ Ο ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΗΣ.

Οὗτος πρῶτος τῶν εὐαγγελιστῶν συγγραψάμενος
Εὐαγγέλιον. Εὐαγγέλιον δὲ λέγεται ἀγαθῶν πραγμά-
των ἀγγελία. Οὗτος διωγμοῦ γενομένου ἐν Ἱερο-
σολύμοις ὅτε τὸν Στέφανον ἐλιθοβόλησαν, μέλλων καὶ
αὐτὸς τὰ Ἱεροσόλυμα καταλιπεῖν, αἰτησάντων αὐτόν
τινων τῶν πιστῶν, ἔγγραφον αὐτοῖς διδασκαλίαν
καταλιπεῖν, δοκιμάσας τὴν ἐν σαρκὶ μέλλον ἐπὶ γῆς
διατριβὴν τοῦ Κυρίου, αὐτοῖς ἀνεγράψατο· εἰκόνα
πολιτείας ἐναρέτου, καὶ διαγωγῆς οὐρανίου, καὶ ἐν-
θέου ἀναστροφῆς, αὐτοὺς διδάξαι προθέμενος. Τοῦτον
οὖν τὸν σκοπὸν ἀποσῳζων ἄρχεται ταῖς ἑαυτοῦ συγ-

MATTHÆUS EVANGELISTA.

Hic evangelistarum primus Evangelium suum scripsit. Evangelium autem dicitur bonarum rerum nuntium. Hic facta Hierosolymis persecutione, cum lapidatus Stephanus est, Jerosolymis discessurus, rogantibus quibusdam fidelibus, ut sibi doctrinam scripto consignatam relinqueret, ut experimento noverat, carnalem Domini in terra conversationem eis descripsit, ut probi instituti, cœlestis vitæ, divinæque conversationis imaginem ipsis traderet. Hoc itaque scopo insistens, librum suum sic orditur, *Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii*

[43] I Cor. II, 9. [44] Matth. V, 25.

Digitized by Google

Abraham [66]; ac si diceret : Ad vos, o fidelissimi, sermonem dirigens, stupendæ generationis, optimæ conversationis, cœlestis instituti, novique status librum edo. Quoniam Deus Abrahamo et Davidi pollicitus est, futurum esse ut in semine eorum benedicerentur omnes gentes, ipsumque semen eorum in sæculum regnaret; illius ego ortum describo, per quem ex eorum semine prodeuntem, Deus mundum benedicit et restaurat, æternumque regnum elargitur; quomodo scilicet futuri status princeps sit, novo ac decenti more conceptus ac genitus, atque cum omni justitia et sanctitate sine peccato conversatus. Quemadmodum enim protoplastus Adam Ex terra nondum sata, nec aratro ab homine subacta, divina virtute productus est, sic et ille secundi status princeps, ex hominibus, et ut quis dixerit, ex terra virgine, sine semine, sine viro, virtute Spiritus sancti prodiit: rursumque sicut tunc femina ex masculo producta est, sic contra masculus ex femina producitur: ac quemadmodum item ille a diabolo victus humano generi mortem intulit, sic et iste, devicto hoste, mortem ex humano genere eliminavit, ac immortalitatem vitamque sine termino ipsi procuravit. Hæc porro similiaque cum eloqui in proposito haberet beatus Matthæus, scriptum narrationemque suam sic contexuit, quomodo sine semine conceptus sit ex Spiritu sancto, ac proficiens ætate, sine peccato **246** versatus sit, ac vitæ institutum secundum legem, et Evangelium, omnemque justitiam impleverit: quo pacto tentatori traditus, victor evaserit, ac insuperabilis manserit, atque ultra stadii locum adversarium naturæ humanæ projecerit: hinc vero Judæorum insidiis appetitus ac morti ab iis injuste traditus, eam libenter generis causa susceperit, ut vetus chirographum congruenter discissum, cruci affigeret, ac mortem pro omnibus debitam ipse ut rationabilis hostia lueret, sese inculpatum Deo offerens. Demum vero cum post triduum resurrexisset ex mortuis, mortis solutionem omnibus ostendit, omnesque gaudere jubet, quod ipse imperium mortis sustulerit. Memorat item Matthæus ascensum in cœlum, etiamsi non in fine libri, sed in ipso opere, cum de Joanne Baptista agit his verbis : *In diebus illis venit Joannes Baptista, prædicans in deserto Judææ et dicens : Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum* [66]; ac si diceret, Habitatio illa in cœlis jam prope est ut, adveniente Christo, exhibeatur. Imo etiam in beatitudinibus, et passim in libro suo regni cœlorum meminit, maxime vero quando cum Pharisæis et Sadducæis de resurrectione edisserens Dominus ita loquitur : *Nam in resurrectione neque nubent, neque nubentur; sed sicut angeli Dei in cœlo* [67]. Hunc in libro beati Matthæi evangelistæ scopum deprehendere est.

A γραφαῖς λέγων οὕτως· *Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαυὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ·* τοῦτο λέγων· Πρὸς ὑμᾶς, ὦ πιστότατοι, τὸν λόγον ποιούμενος παραδόξου γενέσεως, καὶ ἀρίστης πολιτείας, καὶ διαγωγῆς οὐρανίου, καινοπρεποῦς καταστάσεως, ὑμῖν ἐκτίθεμαι βίβλον. Ἐπειδήπερ πρὸς τὸν Δαυὶδ καὶ τὸν Ἀβραὰμ ὁ Θεὸς ἐπαγγελίας ἐποιήσατο, ἐνευλογεῖσθαι διὰ τοῦ σπέρματος αὐτῶν πάντα τὰ ἔθνη, καὶ τὸ σπέρμα αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα βασιλεύειν· αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ ἐξ αὐτῶν σπέρματος, δι' οὗ ὁ Θεὸς τὸν κόσμον εὐλογεῖ καὶ ἀνακτίζει, καὶ βασιλείαν αἰώνιον χαρίζεται, τὴν γένεσιν διηγοῦμαι· ὅπως ἀρχηγὸς ἐστι τῆς μελλούσης καταστάσεως, καινοπρεπῶς συλληφθεὶς καὶ τεχθεὶς καὶ ἐν πάσῃ δικαιοσύνῃ καὶ ἁγιότητι ἀναμαρτήτως πολιτευσάμενος. Ὥσπερ γὰρ ὁ B πρωτόπλαστος Ἀδὰμ ἐκ γῆς μήπω σπαρείσης, μηδὲ γεωργηθείσης παρὰ ἀνθρώπου, δυνάμει θείᾳ παρήχθη, οὕτω καὶ ὁ τῆς δευτέρας καταστάσεως ἀρχηγὸς ἐκ τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἄν τις εἴποι, Ἐκ παρθένου γῆς ἀσπόρως, ἄνευ ἀνδρὸς, δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος παρήχθη· καὶ ὥσπερ πάλιν τότε τὸ θῆλυ ἐκ τοῦ ἄῤῥενος παρήχθη, οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ ἄῤῥεν ἐκ τοῦ θήλεος παρήχθη· καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος ἡττηθεὶς ἐκ τοῦ διαβόλου τὸν θάνατον τῷ γένει παρεισήγαγεν, οὕτω καὶ οὗτος νικήσας τὸν θάνατον ἐκ τοῦ γένους κατήργησε, καὶ τὴν ἀθανασίαν καὶ ζωὴν ἀτελεύτητον τῷ γένει προσεκτήσατο. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα σκοπὸν ἔχων εἰπεῖν ὁ μακαρίτης Ματθαῖος, ἐξέθετο τὴν ἑαυτοῦ Γραφήν· ὅπως ἐγένετο συλληφθεὶς ἀσπόρως ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ ὅτι προβὰς ἐν ἡλικίᾳ, C ἀναμαρτήτως ἐπολιτεύσατο, τήν τε κατὰ νόμον πολιτείαν καὶ τὴν εὐαγγελικὴν καὶ πᾶσαν δικαιοσύνην ἐπλήρωσε· παραδοθεὶς δὲ καὶ τῷ πειράζοντι, νικητὴς ἀνεφάνη, ἀήττητος διαμείνας, καὶ ἔξω τοῦ σκάμματος ὑπεραντίσας τὸν ἀντίπαλον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· εἶτα καὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐπιβουλευθεὶς καὶ παραδοθεὶς ἀδίκως εἰς θάνατον, δέχεται καὶ τοῦτον ὑπὲρ τοῦ γένους ἑκοντής· ἵν' εὐλόγως τὸ παλαιὸν χειρόγραφον σχίσας τῷ σταυρῷ προσηλώσῃ, καὶ τὸν ὑπὲρ ἁπάντων ὀφειλόμενον θάνατον ὡς θυσία λογικὴ ἀποτίσῃ, ἑαυτὸν ἄμωμον προσενέγκας τῷ Θεῷ. Τότε λοιπὸν τριήμερος ἀναστὰς ἐκ τῶν νεκρῶν, πᾶσιν ἔδειξε τοῦ θανάτου τὴν κατάλυσιν, καὶ χαίρειν πᾶσι παρεγγυᾷ, τοῦ θανάτου τὸ λοιπὸν τὸ κράτος καθελών. D Μέμνηται δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Ματθαῖος τῆς ἀνόδου τῆς εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ καὶ μὴ ἐν τῷ τέλει, ἀλλ' οὖν γε ἐν αὐτῇ τῇ συγγραφῇ, ἡνίκα λέγει περὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ οὕτως· *Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγίνεται Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς, κηρύσσων ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας, καὶ λέγων· Μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν·* ἵνα εἴπῃ, Τὸ οἰκητήριον τὸ ἐν τοῖς οὐρανοῖς λοιπὸν ἕτοιμόν ἐστι, τοῦ Χριστοῦ παραγινομένου, ἀναδείκνυσθαι. Ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς μακαρισμοῖς καὶ ἐν πάσῃ τῇ συγγραφῇ, μέμνηται βασιλείας οὐρανῶν· ἐξαιρέτως δὲ ὅτε πρὸς τοὺς Φαρισαίους καὶ Σαδδουκαίους διαλεγόμενος περὶ ἀναστάσεως ὁ Κύριος, λέγων οὕτως· *Ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσι, οὔτε ἐκγαμίζονται, ἀλλ' ὡς ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἐν οὐρανῷ.* Οὗτος ὁ σκοπὸς τῆς συγγραφῆς τοῦ μακαρίου Ματθαίου τοῦ εὐαγγελιστοῦ.

[66] Matth. I, 8. [66] Matth. III, 1, 2. [67] Matth. XXII, 30.

Digitized by Google

ΜΑΡΚΟΣ Ο ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΗΣ.

Οὗτος ὁ δεύτερος, Πέτρου ἐν Ῥώμῃ ἐντειλαμένου αὐτῷ, Μάρκος συγγραψάμενος Εὐαγγέλιον· ὃς ἀρχὴν τοῦ Εὐαγγελίου, ἤτοι τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας τὸ βάπτισμα συγγραψάμενος, ὃ τύπος ἦν τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, δι' ἧς εἰς ἀθάνατον καὶ ἄτρεπτον ζωὴν ἀναγεννώμεθα. Εἶτα καὶ αὐτὸς τοὺς πειρασμοὺς εἰρηκὼς, καὶ τὴν νίκην, ὁμοίως καὶ τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ τὸν θάνατον, καὶ τὴν ἀνάστασιν, ἐτέλεσε τὴν αὐτοῦ Γραφήν. Μέμνηται δὲ καὶ αὐτὸς Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ, κηρύττοντος ἐγγικέναι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἅπερ πάντα καὶ αὐτὸς σύμφωνα τῷ μακαρίῳ Ματθαίῳ ἐφθέγξατο. Εἷς γὰρ σκοπὸς ἐστι πάσης τῆς θείας Γραφῆς.

A

MARCUS EVANGELISTA.

Hic Marcus secundus est, qui Romæ jussu Petri Evangelium conscripsit, quique Evangelii, sive evangelicæ conversationis initium duxit a baptismate, quod erat figura resurrectionis ex mortuis, per quam ad immortalem et immutabilem vitam regeneramur. Deinde postquam tentationes ac victoriam et ipse narraverat, atque insidias, mortem et resurrectionem, demum Scripturam suam claudit. Meminit et ipse quoque Joannis Baptistæ, prædicantis appropinquare regnum cœlorum, quæ omnia ille beati Matthæi Evangelio consona enuntiavit. Unus quippe est totius divinæ Scripturæ scopus.

Παραγραφή.

Καὶ οὗτος τῆς Νέας Διαθήκης κήρυξ ὑπάρχων, ταυτὰ τῷ πρὸ αὐτοῦ ἡμῖν συνέγραψεν, ἐκ τῆς κατὰ τὸ βάπτισμα ἱστορίας ἀρξάμενος· ἥτις καὶ τύπος ἐστὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως· λέγω δὴ τῆς καινῆς καὶ οὐρανίου πολιτείας· ὅπως τε ἐβαπτίσθη, καὶ ἐπολιτεύθη, καὶ ἀπεκτάνθη, καὶ ἀνέστη, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνελήλυθεν· ἔνθα ἐστὶ τῆς δευτέρας καταστάσεως ὁ τόπος καὶ ἡ πολιτεία. Δόξα τῷ ἐξ ἀρχῆς ἑτοιμάσαντι καὶ προμηνύσαντι Θεῷ καὶ νῦν πληρώσαντι, καὶ πληροῦντι. Ἀμήν.

B

Paragrapha.

Et hic quoque Novi Testamenti præco, eadem quæ prior ille nobis conscripsit, orsus ab historia baptismi, qui resurrectionis ex mortuis typus est; videlicet novæ et cœlestis vitæ: narratque quomodo baptizatus, et conversatus sit, qua ratione mortuus sit, resurrexerit, et in cœlos ascenderit, ubi ille secundi status et vitæ locus est. Gloria Deo, 247 qui ab initio hæc præparavit et prænuntiavit, et nunc implevit et implet. Amen.

ΛΟΥΚΑΣ Ο ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΗΣ.

Οὗτος Λουκᾶς ὁ τρίτος τῶν εὐαγγελιστῶν, ὃς θεωρήσας πολλοὺς ἐπιχειρηκότας ἀναγράψασθαι Εὐαγγέλια, καὶ ἐκ καρδίας πολλὰ πραττομένους, αὐτὸς τάχιστα πρὸς τὸν ἴδιον μαθητὴν Θεόφιλον συγγράφει λέγων, ἀσφαλιζόμενος μὴ παρασυρῆναι τοῖς ἐκείνων πλάσμασι, μηδὲ παρατραπῆναι ὧν πρώτην μεμάθηκεν· *Ἵνα γνῷς*, φησὶν, *ἀκριβῶς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν*. Διηγεῖται τοίνυν αὐτῷ ὅπερ καὶ παρέδωκεν αὐτῷ, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς γενέσεως Ἰωάννου, τοῦτο διδάσκων, ὅτι καὶ τοῦ Προδρόμου ἡ γένεσις παράδοξος ἦν. Εἶτα τὴν αὐτὴν τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ κατὰ σάρκα, καὶ αὐτὴν παράδοξον, διηγησάμενος γεγενῆσθαι κατὰ τὸν τοῦ προλαβόντος Ματθαίου σκοπὸν, εἰρηκὼς κατὰ ἀναποδισμὸν τοὺς αὐτοῦ προγόνους· ὡς ἐκ τοῦ Δαυὶδ καὶ τοῦ Ἀβραάμ· ἔτι τε παρατείνας ὡς ἐκ τοῦ Ἀδάμ ὑπάρχει· μὴ εὑρηκὼς ὕστερόν τινα, ἐπὶ τὸν Θεὸν λοιπὸν ἀνέδραμε, λέγων, τοῦ Θεοῦ, τουτέστι τοῦ ἀρξαμένου τῆς κτίσεως, κατὰ τὸν ἱεροφάντην Μωϋσέα, καὶ ποιήσαντος τὸν πρωτόπλαστον Ἀδάμ. Εἶτα πάλιν καὶ αὐτὸς ὁμοια τοῖς ἄλλοις εἰρηκὼς, περὶ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τῶν πειρασμῶν, ἔτι τε καὶ τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἀναστάσεως· μετὰ ταῦτα καὶ ἐν αὐτῷ τῷ Εὐαγγελίῳ, καὶ ἐν ταῖς Πράξεσι τὴν ἄνοδον αὐτοῦ τὴν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀπαγγέλλει, καὶ ὅτι οὕτως πάλιν ἐλεύσεται. Καὶ τελειοῖ καὶ αὐτὸς τὴν ἑαυτοῦ συγγραφὴν, εἰς ἕνα σκοπὸν ἀφορῶν ὃν πάντες προσδοκῶσι, τοῦτο διδάσκων καὶ τὸν ἑαυτοῦ μαθητὴν τὸν θεοφιλῆ Θεόφιλον.

C

D

LUCAS EVANGELISTA.

Hic est Lucas, tertius evangelistarum, qui cum videret multos Evangelia describere aggressos esse, ac multa ex se suoque marte confinxisse, statim ad discipulum suum Theophilum rescribit, monens ne eorum confictionibus deciperetur, neu ab iis, quæ prius edidicerat, averteretur, his verbis: *Ut cognoscas*, inquit, *sedulo eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem* [68]. Enarrat igitur ea quæ jam ipsi tradiderat, orsus a Joannis natalibus, narransque Præcursoris quoque ortum admirandum fuisse. Deinde vero Domini Christi quoque secundum carnem natalia, item mirabilibus plena, enarrat, ac, secundum Matthæi scopum, qui ipsum præcesserat, ejus progenitores, retroversus numerando, recenset, ac ex Davide et Abrahamo ortum narrat; hinc vero retrocedens, ex Adamo prodiisse refert: ac cum neminem ultra reperiat, ad Deum denique recurrit, dicens, *qui fuit Dei* [69], qui scilicet creationem orsus est, secundum sacrum præconem Moysen, et protoplastum Adamum condidit. Deinde postquam aliis Evangeliis similia narravit, de baptismate, de tentationibus, præterea vero de morte et de resurrectione; postea, tam in Evangelio, quam in Actibus, ascensum ejus in cœlum enuntiat, additque sic denuo venturum esse. Et sic ille quoque librum suum claudit, ad unum scopum, quem exspectant omnes, respiciens, atque sic erudiens religiosissimum Theophilum discipulum suum.

[68] Luc. I, 4. [69] Luc. III, 38.

Digitized by Google

Paragrapha.

Hic quoque Novi Testamenti præco, eadem quæ alii protulit, ab ortu Præcursoris iniens, hinc ad ejus natalia progressus, filius item vitæ genus enarrans; similiterque de evangelica vita edisserens, nempe de baptismo, de morte, de resurrectione, demumque de ascensu in cœlum, ubi secundi nostri status domicilium exsistit. Gloria Deo qui hæc ab initio præparavit ac prænuntiavit, et jam implevit in diesque implet. Amen.

Paragrapha alia.

Hic item a multitudine exercitus angelorum celebratam Dei gloriam conscripsit, quod illi in ortu secundum carnem Domini Christi præstitere, gaudentes, exsultantes, ac dicentes: *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax, in hominibus beneplacitum* [16]: illam olim eorum tristitiam, quam ob protoplastum 248 hominem susceperant depellentes, ac de secundi Adami natalibus lætantes.

JOANNES THEOLOGUS.

Hic theologus Joannes evangelistarum princeps, a Christo plus omnibus adamatus, qui supra pectus Domini recubuit, atque inde, ceu ex perenni fonte, mysteria hausit; cui Ephesi versanti trium aliorum evangelistarum libri a fidelibus traditi sunt: quos ille acceptos bene habere pronuntiavit: sed quædam in illis omissa fuisse, quæ enarrare necesse esset. Rogatus autem a fidelibus, ipse quoque librum suum edidit, ac quodammodo quod prætermissum fuerat supplevit; exempli causa, de nuptiis in Cana, de Nicodemo, de Samaritana, de regulo, de cæco nato, de Lazaro, de indignatione Judæ, quod mulier Dominum unxisset, de accedentibus Græcis, de lotione pedum, ac de aliis ad doctrinam pertinentibus quæ in medio habentur, de Paracleto; præcipue vero Christi deitatem clare prædicavit, illudque ceu libri sui fundamentum præmisit: quæ omnia ab aliis prætermissa fuerant. A deitate igitur orsus, statim ad humanitatem ejus progressus est, ac ea omnia narravit, quæ jam ab aliis dicta fuerant, baptisma, tentationes, mortem, resurrectionem. Deinde vero ea omnia addit, quæ post resurrectionem fecit: quod scilicet januis clausis ingressus sit, quod manus, pedes et latus ostenderit, quod cum ipsis comederit et biberit, iterque fecerit, quod oculos eorum continuerit ne viderent ipsum: quod quoties vellet confestim evanesceret, quod docentis more Mariæ dixerit: *Ne me tangas* [17], his docens immortalium conversationem cum mortalibus non congruere, sed potius in cœlo esse. Ideoque jubet illam discedere, ac discipulis nuntiare illud: Ascendo in cœlum, quo vos etiam ascensuri estis. Hæc omnia cum scripsisset ille, librum suum clausit, unumque scopum cum aliis evangelistis habet, quod videlicet ex hoc statu in futurum respicere

[16] Luc. II, 14. [17] Luc. XX, 17.

Παραγραφή.

Καὶ οὗτος ὁ κήρυξ τῆς Νέας Διαθήκης τὰ αὐτὰ τοῖς ἄλλοις ἐξεῖπεν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς γενέσεως τοῦ Προδρόμου, ἐλθὼν καὶ ἐπὶ τὴν αὐτοῦ γέννησιν, εἰπὼν δὲ καὶ τὴν αὐτοῦ πολιτείαν· ὁμοίως δὲ καὶ τὴν εὐαγγελικήν, λέγω δὴ βάπτισμα, θάνατον, ἀνάστασιν, εἰς ὕστερον καὶ αὐτὸς τὴν ἄνοδον τὴν εἰς οὐρανὸν κατήγγειλεν, ἔνθα ἐστὶ τὸ τῆς δευτέρας ἡμῶν καταστάσεως κατοικητήριον. Δόξα τῷ ἐξ ἀρχῆς ἑτοιμάσαντι, καὶ προμηνύσαντι περὶ τούτων Θεῷ, καὶ νῦν πληρώσαντι, καὶ πληροῦντι. Ἀμήν.

Παραγραφὴ ἑτέρα.

Οὗτος πάλιν συνέγραψε τοῦ πλήθους τῆς στρατιᾶς τῶν ἀγγέλων τὴν δοξολογίαν, ἐπὶ τῇ γεννήσει τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ κατὰ σάρκα χαιρόντων καὶ ἀγαλλιώντων καὶ λεγόντων· *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ τῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία*· τὴν πάλαι κατήφειαν αὐτῶν, τὴν διὰ τὸν πρωτόπλαστον ἄνθρωπον, νῦν ἀποθέμενοι, χαίροντες ἐπὶ τῇ τοῦ δευτέρου Ἀδὰμ γεννήσει.

ΙΩΑΝΝΗΣ Ο ΘΕΟΛΟΓΟΣ.

Οὗτος ὁ θεολόγος Ἰωάννης ὁ ἔξαρχος τῶν εὐαγγελιστῶν, ὁ πλεῖω πάντων ἀγαπώμενος ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Κυρίου ἀνακεκλιμένος, ὁ ἐκεῖθεν ὡς ἐξ ἀενάου πηγῆς τὰ μυστήρια ἀρυόμενος· ᾧ ἐν Ἐφέσῳ διάγοντι ἐπεδόθησαν τῶν ἑτέρων τριῶν εὐαγγελιστῶν ὑπὸ τῶν πιστῶν αἱ συγγραφαί· καὶ δεξάμενος εὖ ἔχειν αὐτὰς ἀπεφήνατο· τινὰ δὲ ἐν αὐτοῖς παραλελεῖφθαι ἔφη, ἅτινα καὶ ἀναγκαῖον ἦν διηγήσασθαι. Καὶ παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν πιστῶν, ἐξέθετο καὶ αὐτὸς τὴν ἑαυτοῦ συγγραφήν, τρόπον τινὰ παραλελειμμένον ἀνεπλήρωσε· οἷον περὶ τοῦ ἐν Κανᾷ γάμου, περὶ Νικοδήμου, περὶ τῆς Σαμαρείτιδος, περὶ τοῦ βασιλικοῦ, περὶ τοῦ ἐκ γενετῆς τυφλοῦ, περὶ τοῦ Λαζάρου, περὶ τοῦ τὸν Ἰούδαν ἀγανακτεῖν, διὰ τὴν ἀλείψασαν τὸν Κύριον μύρῳ, περὶ τῶν προσελθόντων Ἑλλήνων, περὶ τοῦ νιπτῆρος, καὶ περὶ ἑτέρων διδασκαλιῶν, ἐν μέσῳ εἰρημένων, περὶ τοῦ Παρακλήτου· ἐξαιρέτως δὲ καὶ περὶ τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ φανερῶς κηρύξας, θεμέλιον τῆς αὐτοῦ συγγραφῆς αὐτῷ προτάξας· ἅπερ ἅπαντα παραλελειμμένα τοῖς ἄλλοις ἦν. Ἀρξάμενος τοίνυν ἀπὸ τῆς θεότητος, μετελήλυθεν εὐθέως καὶ ἐπὶ τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ· εἰπὼν καὶ αὐτὸς ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοις προείρητο, βάπτισμα, πειρασμούς, θάνατον καὶ ἀνάστασιν. Εἶτα πάλιν πρωστίθησιν ὅσα μετὰ τὴν ἀνάστασιν πεποίηκεν, ὡς τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰσῆλθεν, ὡς ἔδειξε τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας καὶ τὴν πλευράν, ὡς συνέφαγε καὶ συνέπιεν αὐτοῖς, ὡς συνωδοιπόρησεν, ὡς ἐκράτει τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ ὁρᾶν αὐτὸν, ὡς ὅτε ἐβούλετο ἄθροον πάλιν ἀπελιμπάνετο, ὡς διδασκαλικῶς τῇ Μαρίᾳ ἔλεγε· *Μή μου ἅπτου*, διδάσκων διὰ τούτων ὡς τῶν ἀθανάτων ἡ διαγωγὴ μετὰ θνητῶν οὐχ ἁρμόζει, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν οὐρανῷ ἐστι τῶν ἀθανάτων ἡ διαγωγή. Διὰ τοῦτο καὶ λέγει αὐτῇ ἀπελθεῖν, καὶ εἰπεῖν τοῖς μαθηταῖς, ὅτι Ἀναβαίνω εἰς τὸν οὐρανὸν, ἔνθα καὶ ὑμεῖς μέλλετε

Digitized by Google

ἀνέναι. Ταῦτα πάντα συγγραψάμενος καὶ αὐτὸς, ἐτέλεσε τὴν ἑαυτοῦ γραφήν· ἵνα σκοπὸν ἔχων σὺν τοῖς ἄλλοις εὐαγγελισταῖς, δοξάζει, ὅτι ἐκ ταύτης τῆς καταστάσεως ἐπὶ τὴν μέλλουσαν δεῖ ἀφορᾷν, πρὸς ἣν ἀφορᾷ πᾶσα ἡ θεόπνευστος Παλαιά τε καὶ Καινὴ Διαθήκη. A

Παραγραφή.

Καὶ οὗτος τῆς Νέας Διαθήκης κήρυξ ἀναφανείς, τὰ παραλελειμμένα τοῖς ἄλλοις εὐαγγελισταῖς συγγραψάμενος, καὶ ἀναπληρώσας τὰ λοιπὰ τοῖς ἄλλοις· ὁμοίως ἐξέθετο, βάπτισμα, πολιτείαν, θάνατον, καὶ ἀνάστασιν, καὶ ἄνοδον τὴν εἰς τὸν οὐρανόν· ἔνθα ἐστὶ τῶν ἀθανάτων καὶ δικαίων ἀνθρώπων καὶ ἀγγέλων τὸ κατοικητήριον, τουτέστι τῆς δευτέρας καταστάσεως ὁ τόπος. Δόξα τῷ ταῦτα ἑτοιμάσαντι, καὶ προμηνύσαντι, καὶ ἔτι πληροῦντι. Ἀμήν.

Paragrapha.

Et hic quoque Novi Testamenti præco declaratus, ea quæ ab aliis evangelistis omissa fuerant conscripsit, et quæ in aliis deerant implevit: similiterque narravit baptisma, conversationem, mortem, resurrectionem et ascensum in cœlum, ubi est immortalium et justorum hominum, angelorumque domicilium, sive locus secundi 249 status. Gloria ei qui hæc paravit, et prænuntiavit, ac jam implet. Amen.

ΠΕΤΡΟΣ Ο ΑΠΟΣΤΟΛΟΣ.

Οὗτος Πέτρος ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων, ὁ τὰς κλεῖς τῶν οὐρανῶν πιστευθείς, ὁ ἐν τῇ ἑαυτοῦ ὁμολογίᾳ τεθεμελιωμένην ἔχων τὴν Ἐκκλησίαν, ὁ τρίτον ἀρνησάμενος καὶ τρίτον ὁμολογήσας, ὁ γενναίως τὸν σταυρὸν κατακάραν παρακαλῶν ὑπομεῖναι, καὶ οὗτος τὸν αὐτὸν τοῖς εὐαγγελισταῖς ἀποσώζων σκοπὸν, οὕτως ἐν ταῖς Πράξεσιν ἔφη· *Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, ἄνδρα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι, καὶ τέρασι, καὶ σημείοις, οἷς ἐποίησε δι' αὐτοῦ ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ ὑμῶν, καθὼς αὐτοὶ οἴδατε· τοῦτον τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ Θεοῦ ἔκδοτον λαβόντες, διὰ χειρῶν ἀνόμων προσπήξαντες, ἀνείλετε· ὃν ὁ Θεὸς ἀνέστησε, λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου·* εἶτα πάλιν κατιών, *Τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ἀνέστησεν ὁ Θεὸς, οὗ πάντες ἡμεῖς ἐσμεν μάρτυρες. Τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ Θεοῦ ὑψωθείς, τήν τε ἐπαγγελίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος λαβὼν παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἐξέχεε τοῦτο, ὃ νῦν ὑμεῖς βλέπετε καὶ ἀκούετε. Οὐ γὰρ Δαυὶδ ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς· λέγει δὲ αὐτὸς, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι Κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε.* Σκοπητέον ἐνταῦθα, πῶς πᾶσαν τὴν ὑπόθεσιν τῶν εὐαγγελιστῶν εἰς ὀλίγους πάνυ στίχους περιέγραψεν, εἰπὼν περὶ αὐτοῦ καὶ τὴν θρεψαμένην αὐτὸν Ναζαρὲτ, καὶ ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἀνὴρ τυγχάνει, ὡς δεύτερος Ἀδάμ, καὶ ὅτι δι' αὐτοῦ τὰ θαυμάσια εἰργάζετο ὁ Θεὸς, καὶ ὅτι συγχωρήσει ἰδίᾳ ἀπεκτάνθη ὑπὸ τῶν ἀνόμων, καὶ ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἀνέστησεν ἀθάνατον καὶ ἄτρεπτον, τοῦτο γὰρ ἔφη, λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, καὶ ὅτι τῇ θείᾳ δυνάμει ὑπερυψωθεὶς εἰς οὐρανὸν ἀνελήλυθε, κἀκεῖθεν κατέπεμψε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οὐ γὰρ ἕτερός τις ἀνελήλυθεν εἰς τὸν οὐρανὸν, ἢ Δαυὶδ, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος, περὶ οὗ καὶ ὁ Δαυὶδ εἶπεν· *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου·* καὶ, *Ἀσφαλῶς Κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ἐποίησεν.*

PETRUS APOSTOLUS.

Hic est Petrus apostolorum coryphæus, cui concreditæ sunt claves regni cœlorum, qui in confessione sua fundatam habet Ecclesiam, qui ter negavit, et ter confessus est, qui generose crucem inverso capite sustinere rogavit, qui et ipse eumdem quem evangelistæ scopum servat, sic in Actibus verba faciens: *Jesum Nazarenum, virum approbatum a Deo in vobis, virtutibus, et prodigiis et signis, quæ fecit Deus per illum in medio vestri, sicut et vos scitis: hunc definito consilio et præscientia Dei traditum apprehendentes, et per manus iniquorum affigentes, interemistis: quem Deus suscitavit, solutis doloribus mortis* [74]. Sub hæc autem: *Hunc Jesum suscitavit Deus, cujus omnes nos testes sumus. Dextera igitur Dei exaltatus, et promissione Spiritus sancti accepta a Patre, effudit hunc, quem vos videtis et auditis. Non enim David ascendit in cœlos; dicit autem ipse: Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Certissime ergo sciat omnis domus Israel, quia Dominum et Christum eum Deus fecit, hunc Jesum, quem vos crucifixistis* [75]. Hic porro observes velim, eum totum evangelistarum argumentum paucis versiculis circumscripsisse, cum de ipso loquens Nazaretam, quæ ipsum aluerat, memoravit, aitque ipsum a Deo virum esse, utpote secundum Adamum, ejusque opera Deum mirabilia patrasse: item quod permissione propria occisus sit ab iniquis, et quod Deus ipsum, ut immortalem et immutabilem (id enim ait), suscitaverit, solutis doloribus mortis, et quod divina virtute exaltatus, in cœlum ascenderit, atque inde Spiritum sanctum emiserit. Neque enim alius quispiam, vel ipse David, ascendit in cœlum, sed ipse Dominus, de quo ait David: *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* [76], et, *Certissime Dominum ipsum et Christum fecit* [77].

Ἔτι δὲ πάλιν λέγει πρὸς Κορνήλιον οὕτως· *Ἰησοῦν*

Ait iterum ad Cornelium: *Jesum a Nazaret, quo-*

[74] Act. II, 22-24. [75] Ibid. 32-36. [76] Psal. CIX, 1. [77] Act. II, 36.

Digitized by Google

modo unxit eum Deus Spiritu sancto et virtute : qui pertransiit benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo, quia Deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium quæ fecit in regione Judæorum et in Jerusalem : quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc Deus suscitavit tertia die, et dedit eum manifestum fieri, non omni populo, sed testibus præordinatis a Deo, nobis, qui manducavimus et bibimus cum illo, postquam resurrexisset a **250** *mortuis. Et præcepit nobis prædicare populo, et testificari, quia ipse est qui definitus est a Deo judex vivorum et mortuorum. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen ejus omnes, qui credunt in eum* [76]. Similiter, quando claudum sanavit, ita dixit : *Pœnitemini igitur et convertimini, ut deleantur peccata vestra, ut cum venerint tempora refrigerii, a facie Domini ; et miserit eum, qui prædicatus est vobis, Jesum Christum, quem oportet quidem cœlum suscipere usque in tempora restitutionis omnium, quæ loculus est Deus per os omnium sanctorum ejus prophetarum* [77]. Memorat item Moysis locum illum : *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus* [78]. Et iterum infert : *Et omnes prophetæ a Samuel et deinceps, qui locuti sunt, annuntiaverunt dies istos. Vos estis filii prophetarum, et testamenti, quod disposuit Deus ad patres nostros, dicens ad Abraham : Et in semine tuo benedicentur omnes familiæ terræ. Vobis primum Deus suscitans Filium suum Jesum, misit eum benedicentem nos, dum convertimini singuli a nequitiis vestris* [79]. His omnibus testimonium perhibet beatus Petrus, quemadmodum et evangelistæ, ac declarat omnes prophetas hæc omnia prænuntiasse, quod scilicet Deus secundum alium statum novum effecerit et efficiat, quem per os omnium prophetarum prænuntiavit ; neque dixit alium, ante hunc, statum exstitisse, neque post futurum, alium fore denuntiavit : sed cum omnibus una prophetis et apostolis, duos tantum esse, hunc scilicet et futurum, declaravit.

A τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ, ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς Πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει, ὃς διῆλθεν εὐεργετῶν καὶ ἰώμενος πάντας τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ὅτι ὁ Θεὸς ἦν μετ' αὐτοῦ. Καὶ ἡμεῖς ἐσμεν μάρτυρες πάντων ὧν ἐποίησεν ἔν τε τῇ χώρᾳ τῶν Ἰουδαίων καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ· ὃν ἀνεῖλον κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου. Τοῦτον ὁ Θεὸς ἤγειρε τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἔδωκεν αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι, οὐ παντὶ τῷ λαῷ, ἀλλὰ μάρτυσι τοῖς προκεχειροτονημένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἡμῖν, οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ, μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Καὶ παρήγγειλεν ἡμῖν κηρύξαι τῷ λαῷ, καὶ διαμαρτύρασθαι ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν. Τούτῳ πάντες οἱ προφῆται μαρτυροῦσι, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ πάντα τὸν πιστεύοντα εἰς αὐτόν. Ὁμοίως πάλιν, ὅτε τὸν χῶλον ἰάσατο, οὕτως φησί· Μετανοήσατε οὖν καὶ ἐπιστρέψατε εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας, ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως, ἀπὸ προσώπου τοῦ Κυρίου, καὶ ἀποστείλῃ τὸν προκεκηρυγμένον ὑμῖν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων, ὧν ἐλάλησεν ὁ Θεὸς διὰ στόματος πάντων ἁγίων αὐτοῦ προφητῶν. Καὶ μέμνηται τῆς χρήσεως Μωϋσέως τὸ, Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεός· καὶ πάλιν ἐπιφέρει, Καὶ πάντες δὲ οἱ προφῆται ἀπὸ Σαμουὴλ, καὶ τῶν καθεξῆς, ὅσοι ἐλάλησαν καὶ προκατήγγειλαν τὰς ἡμέρας ταύτας· ὑμεῖς ἐστε υἱοὶ τῶν προφητῶν καὶ τῆς διαθήκης, ἧς διέθετο ὁ Θεὸς πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, λέγων πρὸς Ἀβραάμ· Καὶ τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηθήσονται πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῆς γῆς. Ὑμῖν πρῶτον ὁ Θεὸς ἀναστήσας τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ἀπέστειλεν αὐτὸν εὐλογοῦντα ὑμᾶς, ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν. Τούτοις πᾶσι μαρτυρεῖ καὶ ὁ μακαρίτης Πέτρος, ὥσπερ καὶ οἱ εὐαγγελισταὶ, καὶ ὅτι πάντες οἱ προφῆται προκατήγγειλαν ταῦτα πάντα, ὅτι ὁ Θεὸς δευτέραν τινὰ κατάστασιν καινὴν πεποίηκε καὶ ποιεῖ, ἣν καὶ προκατήγγειλε διὰ στόματος πάντων τῶν προφητῶν, καὶ οὔτε πρὸ ταύτης τῆς καταστάσεως εἶπεν ἑτέραν εἶναι, οὔτε μετὰ τὴν μέλλουσαν, ἑτέραν ἀπεφήνατο, ἀλλὰ μετὰ πάντων τῶν προφητῶν καὶ ἀποστόλων δύο μόνας ἐξεῖπε, ταύτην καὶ τὴν μέλλουσαν.

B

C

Paragrapha.

Cum in turris constructione homines olim cum Deo concertantes, in cœlum conscendere vellent, eorum divisis linguis Deus ipsos re infecta dimisit. In novissimo autem temporum, cum ad hominum salutem venisset, et naturam nostram in cœlum deduxisset ; hinc in die Pentecostes, reliquorum hominum in cœlum ascensum prænuntians, linguas iterum, in unum cœlitus coactas, apostolis concessit. Tum vero Petrus, Novi hujusce Testamenti magnus præco constitutus, in medio prædicans, et eas quæ sibi a Christo concreditæ fuerant cœlorum claves gestans, cum fiducia clamabat, eadem ipsa proferens, quæ evangelistæ conscripserunt :

D

Παραγραφή.

Ἐπὶ τῆς πυργοποιΐας θεομαχοῦντές ποτε οἱ ἄνθρωποι ἐβούλοντο εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν, τούτων τὰς γλώσσας σχίσας ὁ Θεὸς, ἀπράκτους πεποίηκεν. Ἐπ' ἐσχάτου δὲ τῶν καιρῶν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων παραγεγονὼς, καὶ τὴν ἡμετέραν φύσιν εἰς οὐρανὸν ἀναγαγὼν, τῇ ἡμέρᾳ τῆς ν' προμηνύων καὶ τῶν λοιπῶν τὴν ἄνοδον, διὰ Πνεύματος ἁγίου οὐρανόθεν πάλιν τὰς γλώσσας συνάξας, τοῖς ἀποστόλοις δίδωσι. Καὶ σταθεὶς ὁ τῆς Νέας ταύτης Διαθήκης μέγας κήρυξ Πέτρος, ἐν μέσῳ δημηγορῶν, καὶ ἃς ἐπιστεύθη παρὰ Χριστοῦ κλεῖδας τῶν οὐρανῶν βαστάζων, ἐδόα μετὰ παῤῥησίας ἃ καὶ οἱ εὐαγγελισταὶ συνεγράψαντο· βάπτισμα, πολιτείαν, θάνατον, ἀνά-

[76] Act. x, 38-43. [77] Act. iii, 19-21. [78] Deut. xviii, 15. [79] Act. iii, 24-26.

Digitized by Google

στασιν, ἀθανασίαν, χάριν καὶ ἀφθαρσίαν. Τοῦτο γὰρ βούλεται λέγειν, *Λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου*· καὶ ὁμοίως τὴν ἄνοδον τὴν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ καιροὺς ἀναψύξεως καλεῖ τὴν μέλλουσαν κατάστασιν, καὶ ταύτην λέγει τὴν προεπηγγελμένην εὐλογίαν τῷ Ἀβραάμ· καὶ διὰ πάντων τῶν προφητῶν αὐτὴν κηρυττομένην ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἀρχηγὸν αὐτῆς τὸν Δεσπότην Χριστὸν εἶναι, δι' οὗ πάντα τὰ ἔθνη εὐλογοῦνται καὶ δοξάζονται παρὰ Θεοῦ. Δόξα τῷ ταῦτα ἑτοιμάσαντι. A

nempe baptismum, conversationem, mortem, resurrectionem, immortalitatem, gratiam et incorruptionem. Id enim sibi vult illud : *Solutis mortis doloribus*[80]; ac similiter ascensum in cœlum atque tempora refrigerii nuncupat futurum illum statum, quem dicit esse illam ante promissam Abrahamo benedictionem ; **251** aitque illum ab omnibus prophetis prædicatum fuisse omnibus gentibus ; ejusque principem esse Dominum Christum, per quem omnes gentes benedicuntur, et a Deo gloria afficiuntur. Gloria ei qui hæc præparavit.

ΣΤΕΦΑΝΟΣ.

Οὗτος ὁ Στέφανος ὁ τῆς Νέας Διαθήκης πρωτομάρτυς, καὶ πρωτοδιάκονος, ὁ τὸν μέγαν Παῦλον, ἔτι ζηλωτὴν ὑπάρχοντα τοῦ νόμου, φονέα ἴδιον κεκτημένος, ὁ μόνος μετὰ πίσης συναγωγῆς ἀγωνιζόμενος, ὁ τὸν ἀγωνοθέτην πρὸς τὴν θέαν ἐξαναστήσας. Οὗτος ὁ θεωρῶν τοὺς οὐρανοὺς διηνοιγμένους, καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. Πάσης γὰρ θείας Γραφῆς καθήμενον λεγούσης, οὗτος ἑστῶτα εἶδεν· ἡ γὰρ σφοδρότης τοῦ ἀγῶνος ἐπὶ τὴν θέαν τὸν ἀγωνοθέτην ἐξανέστησεν. Ὅθεν καὶ παρ' αὐτοῦ προτρεπόμενος ἀνιέναι εἰς ἐκείνην τὴν δόξαν, ἠύχετο τοῖς αὐτὸν λιθάζουσι λέγων, *Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην*, ἀλλὰ σὺ αὐτὸς δέξαι τὸ πνεῦμά μου. Ἰδοὺ καὶ οὗτος τὰ αὐτὰ τοῖς ἄλλοις καὶ εἶδε καὶ κηρύττει, ὡς εἰς τὸν οὐρανόν ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὁ τῆς δευτέρας καταστάσεως ἀρχηγὸς, ὃν παρακαλεῖ καὶ αὐτὸν αὐτόθι δέξασθαι. B

STEPHANUS.

Hic Stephanus, primus Novi Testamenti martyr, ac primus diaconus, qui magnum Paulum, adhuc legis studiosissimum, interfectorem habuit, qui solus adversus totam Synagogam pugnavit, qui agonothetam ad sui spectaculum excitavit. Hic est qui vidit cœlos apertos et Filium hominis stantem a dextris Dei. Nam cum reliqua omnis divina Scriptura ipsum sedere dicat, hic stantem vidit : vis quippe certaminis agonothetam ad spectaculum surgere fecit. Quare hortante illo ut in eam gloriam ascenderet, ipse pro lapidantibus se precabatur his verbis : *Domine, ne statuas illis hoc peccatum*[81] ; sed tu ipse accipe spiritum meum. Ecce hic quoque eadem, quæ alii, videt et prædicat, videlicet Christum secundi status principem in cœlis esse, quem rogat ut se istic recipiat.

Παραγραφή.

Καὶ οὗτος τῆς Νέας Διαθήκης κήρυξ καὶ ἀγωνιστὴς θερμὸς ὑπάρχων αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἐθεάζετο πνευματικώτερον τὸν Ἰησοῦν ἑσωθεν ὄντα τοῦ στερεώματος, ὃν καὶ λιθαζόμενος παρακαλεῖ δέξασθαι αὐτοῦ τὸ πνεῦμα. Οὗτος πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἐξέτεινε μεγάλην δημηγορίαν, ἐν ᾗ αὐτοὺς ἤλεγξε φονέας τοῦ Ἰησοῦ γεγονότας. Διὰ τούτου καὶ αὐτὸς πιστούμενος ἡμᾶς, ὅσαπερ καὶ οἱ πρῶτοι εἰρήκασι, θάνατον, ἀνάστασιν καὶ ἄνοδον εἰς τὸν οὐρανόν. Δόξα τῷ ταῦτα ἑτοιμάσαντι καὶ προκαταγγείλαντι, καὶ νῦν πληρώσαντι καὶ πληροῦντι. Ἀμήν. C

Paragrapha.

Et hic quoque Novi Testamenti præco et strenuus athleta, ipsis oculis Jesum vidit spirituali more, intra firmamentum positum, quem lapidatus rogat suscipere spiritum suum. Hic Judæis longam instituit concionem, qua illos ut Jesu parricidas coarguit. Hisque nobis ea fide digna exhibuit, quæ priores tradiderant, nempe mortem, resurrectionem, ascensum in cœlum. Gloria ei qui hæc omnia præparavit ac prænuntiavit, ipsaque implevit, in diesque implet. Amen.

ΠΑΥΛΟΣ Ο ΑΠΟΣΤΟΛΟΣ.

Οὗτος ὁ μέγας Παῦλος ὁ ἀπόστολος, ὁ τῆς οὐρανίου φάλαγγος ταξιάρχης, ὁ ἐν ἑαυτῷ ἔχων τὸν Χριστὸν λαλοῦντα, ὁ τὰ στίγματα τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέρων, ὁ μέγας διδάσκαλος τῆς Ἐκκλησίας, ὁ μυρίους θανάτους καθ' ἑκάστην ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας ὑπομένων, ὁ ἐν Κυρίῳ καυχώμενος, καὶ ἐν ταῖς ἰδίαις ἀσθενείαις, ὁ τὴν χάριν τοῦ Χριστοῦ ἐν ἑαυτῷ βλύζουσαν ἔχων, ὁ γλώσσαις λαλῶν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ὁ ποτὲ διώκτης, νῦν δὲ διωκόμενος, ὁ ποτὲ ἁμαρτωλὸς, νῦν δὲ ἠλεημένος, ὁ ἕως τρίτου οὐρανοῦ ἁρπαγεὶς, καὶ πάλιν εἰς τὸν παράδεισον, ὁ τῶν ἀῤῥήτων ῥημάτων ἀκουστὴς, ὁ τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων κεκρυμμένος δικαστὴς· ὁ μέγας κανονάρχης, καὶ ὑπερβαίνων τοὺς λοιποὺς διδασκάλους τῆς Ἐκκλησίας Παῦλος· οὗ ὁ ἀσπασμὸς ἐν πάσαις ταῖς ἐπιστολαῖς αὐτοῦ, ὡς ἐν τάξει σημείου, χάρις ἐστὶ τοῦ D

PAULUS APOSTOLUS.

Hic est magnus Paulus apostolus, cœlestis phalangis dux, qui Christum in se loquentem habet, qui stigmata Christi in corpore suo circumfert ; magnus ille doctor Ecclesiæ, qui sexcentas mortes quotidie pro Ecclesia tolerabat, qui in Domino gloriabatur et in propriis infirmitatibus, qui Christi gratiam in se scaturientem possidebat, qui variis linguis omnes gentes alloquebatur, qui olim persecutor, nunc persecutionem patitur ; olim peccator, nunc misericordiam consecutus, qui usque ad tertium cœlum raptus est, ac rursus in paradisum, arcanorum verborum auditor, spiritualium charismatum occultus judex, magnus canonum et statutorum princeps, reliquos Ecclesiæ **252** doctores exsuperans Paulus : cujus salutatio in Epistolis omnibus, quasi signaculum, est gratia Domini.

[80] Act. II, 24. [81] Act. VII, 59.

Digitized by Google

Hic in cunctis Epistolis suis, quasi jam in secundo illo statu fuerit, lætus et fiducia plenus agit et perseverat : *Conresuscitavit*, dicens, *et consedere fecit in cœlestibus* [84] ; et : *Spe salvi facti sumus* [85] ; et sexcenta alia, quæ jam recensere in promptu non est : nonnulla tamen memorabimus, ne longius excurrat sermo. Hoc igitur modo in prima ad Corinthios Epistola loquitur : *Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus* [86]. Sed quid, Paule, post hanc vitam, quam aliam speramus ? Etiam, inquit, est alia vita melior, solidior et cœlestis, a Deo cum juramento promissa ; ait enim : *In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilii sui, interposuit jusjurandum : ut per duas res immobiles, in quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, et incedentem usque ad interiora velaminis, ubi præcursor pro nobis introivit Jesus, secundum ordinem Melchisedec pontifex factus in æternum* [87] ; ac rursum : *Cognoscentes vos habere in vobis ipsis meliorem et manentem substantiam in cœlis* [88] ; iterumque : *Quare regnum immobile percipientes* [89] ; ac rursum : *Non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus* [90] ; et iterum : *Præterit enim figura hujus mundi* [91] ; ac rursum : *Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, et futuræ* [92] ; iterumque : *Fratres, ego me nondum arbitror comprehendisse. Unum autem, quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero quæ ante sunt extendens meipsum, secundum scopum persequor ad bravium supernæ vocationis Dei, in Christo Jesu. Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus* [93] ; item : *Nostra autem conversatio in cœlis est : unde etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui transformabit corpus humilitatis nostræ, ut fiat conforme corpori gloriæ suæ* [94] ; iterumque : *Exspectantes beatam spem et adventum gloriæ magni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi* [95] ; et : *Igitur si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram* [96] ; et : *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in jussu et in voce archangeli, et in tuba Dei descendet de cœlo, et mortui in Christo resurgent primum. Deinde nos qui vivimus, qui relinquimur,* **253** *simul cum illis rapiemur in nubibus, obviam Domino in aera ; et sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini invicem in verbis istis* [97] ; ac rursum : *Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. Et si quidem ipsius meminissent de*

Κυρίου. Οὕτως καθόλου ἐν πάσαις ταῖς ἑαυτοῦ ἐπιστολαῖς, ὡς ἤδη γενόμενος ἐν τῇ β' καταστάσει, γεγηθὼς καὶ πεποιθὼς διατελεῖ· Συνήγειρε, *καὶ συνεκάθισε, φάσκων, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις*, καὶ, Τῇ ἐλπίδι ἐσώθημεν, καὶ ἄλλα μύρια, ἃ νῦν καταλέγειν οὐκ εὐχερές. Ἐνίων δὲ μνημονεύσομεν, ἵνα μὴ τὸν λόγον μηκύνωμεν. Λέγει τοίνυν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ Ἐπιστολῇ οὕτω, *Εἰ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἠλπικότες ἐσμὲν ἐν Χριστῷ μόνον, ἐλεεινότεροι πάντων ἀνθρώπων ἐσμέν.* Ἀλλά τί, Παῦλε, μετὰ τὴν ἐνταῦθα ζωὴν, ποίαν ἄλλην ἐλπίζομεν ; Ναί, φησὶν, ἔστι τις κρείττων ζωὴ, ἰσχυρὰ καὶ οὐράνιος, μεθ' ὅρκου παρὰ Θεοῦ ἐπαγγελλομένη· φησὶ γὰρ, *Ἐν ᾧ περισσότερον βουλόμενος ὁ Θεὸς ἐπιδεῖξαι τοῖς κληρονόμοις τῆς ἐπαγγελίας τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς αὐτοῦ, ἐμεσίτευσεν ὅρκῳ· ἵνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεὸν, ἰσχυρὰν παράκλησιν ἔχωμεν, οἱ καταφυγόντες κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος· ἣν ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς, ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν, καὶ εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος· ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν Ἰησοῦς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ ἀρχιερεὺς γενόμενος εἰς τὸν αἰῶνα·* καὶ πάλιν, *Γινώσκοντες ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς κρείττονα ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς καὶ μένουσαν·* καὶ πάλιν, *Διὸ βασιλείαν ἀσάλευτον παραλαμβάνοντες·* καὶ πάλιν, *Οὐ γὰρ ἔχομεν ὧδε μένουσαν πόλιν, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητοῦμεν·* καὶ πάλιν, *Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου·* καὶ πάλιν, *Ἡ δὲ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστιν, ἐπαγγελίαν ἔχουσα ζωῆς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης·* καὶ πάλιν, *Ἀδελφοὶ, ἐγὼ ἐμαυτὸν οὔπω λογίζομαι κατειληφέναι· ἓν δὲ, τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, κατὰ σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ Θεοῦ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ὅσοι οὖν τέλειοι, τοῦτο φρονῶμεν·* καὶ πάλιν, *Ἡμῶν δὲ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ Σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν· ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ·* καὶ πάλιν, *Προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ·* καὶ πάλιν, *Εἰ οὖν συνηγέρθητε τῷ Χριστῷ, τὰ ἄνω ζητεῖτε, οὗ ὁ Χριστός ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καθήμενος, τὰ ἄνω φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς·* καὶ πάλιν, *Τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ Κυρίου, ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας. Ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ· καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον. Ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες,*

[84] Ephes. II, 6. [85] Rom. VIII, 24. [86] I Cor. XV, 19. [87] Hebr. VI, 17-20. [88] Hebr. X, 34. [89] Hebr. XII, 28. [90] Hebr. XIII, 14. [91] I Cor. VII, 31. [92] I Tim. IV, 3. [93] Philipp. III, 13-15. [94] ibid. 20, 21. [95] Tit. II, 13. [96] Coloss. III, 1, 2. [97] I Thess. IV, 14-17.

Digitized by Google

οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις, εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα· καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα. Ὥστε παρακαλεῖτε ἀλλήλους ἐν τοῖς λόγοις τούτοις· καὶ πάλιν, Οἱ γὰρ τοιαῦτα λέγοντες, ἐμφανίζουσιν ὅτι πατρίδα ἐπιζητοῦσι. Καὶ εἰ μὲν ἐκείνης ἐμνημόνευον, ἀφ' ἧς ἐξῆλθον, εἶχον ἂν καιρὸν ἀνακάμψαι· νυνὶ δὲ κρείττονος ὀρέγονται, τουτέστιν ἐπουρανίου. Διὸ οὐκ ἐπαισχύνεται αὐτοὺς ὁ Θεὸς, Θεὸς ἐπικαλεῖσθαι αὐτῶν· ἡτοίμασε γὰρ αὐτοῖς πόλιν· καὶ πάλιν, Ἐξεδέχετο γὰρ τὴν τοὺς θεμελίους ἔχουσαν πόλιν, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός· καὶ πάλιν, Τῶν ἁγίων λειτουργὸς καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἔπηξεν ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος. Ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς Πράξεσιν ὅταν τῷ Φήστῳ καὶ τῷ Ἀγρίππᾳ ἐπὶ βήματος διελέγετο, ταῦτά φησι, Περὶ ἧς ἐλπίδος ἐγκαλοῦμαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων. Τί ἄπιστον κρίνεται παρ' ὑμῖν, εἰ ὁ Θεὸς νεκροὺς ἐγείρει; καὶ πάλιν, Ἕνεκα τούτων οἱ Ἰουδαῖοι συλλαβόμενοι ἐν τῷ ἱερῷ, ἐπειρῶντο διαχειρίσασθαι. Ἐπικουρίας οὖν τυχὼν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης ἕστηκα, μαρτυρούμενος μικρῷ τε καὶ μεγάλῳ, οὐδὲν ἐκτὸς λέγων, ὧν τε οἱ προφῆται ἐλάλησαν, μελλόντων γίνεσθαι, καὶ Μωσῆς· εἰ παθητὸς ὁ Χριστὸς, εἰ πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν φῶς μέλλει καταγγέλλειν τῷ λαῷ καὶ τοῖς ἔθνεσι. Καὶ εἰ θελήσομεν πάσας τὰς χρήσεις τοῦ Ἀποστόλου ἀναλέξασθαι περὶ τούτου, σχεδὸν τὰς ιδ' αὐτοῦ Ἐπιστολὰς ὅλου εὑρήσομεν περὶ τούτου λεγούσας, ὅτι ἐκ ταύτης τῆς καταστάσεως ἐπὶ τὴν μέλλουσαν ἐπειγόμεθα δραμεῖν· ὅθεν καὶ παραγγέλλει λέγων, Σπουδάσωμεν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν· κατάπαυσιν αὐτὴν εἰρηκὼς ὡς ἑτέρας μὴ οὔσης μετ' αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ βασιλείαν ἀσάλευτον, ἵνα εἴπῃ, διαδοχὴν μὴ ἔχουσαν.

A qua exierunt, habebant utique tempus revertendi; nunc autem meliorem appetunt, id est, cœlestem. Ideo non confunditur Deus, vocari Deus eorum: paravit enim illis civitatem [96]. Ac rursum: Expectabat enim fundamenta habentem civitatem, cujus artifex et conditor Deus [97]; ac rursum: Sanctorum minister, et tabernaculi veri, quod fixit Dominus, et non homo [98]. Imo etiam in Actibus, cum Festo et Agrippæ loqueretur ad tribunal, hæc ait: De qua spe accusor a Judæis. Quid incredibile judicatur apud vos, si Deus mortuos suscitat [99]? iterumque: His de causis me Judæi, cum essem in templo, comprehensum tentabant interficere. Auxilio autem adjutus Dei, usque in hodiernum diem sto, testificans B minori atque majori, nihil extra dicens, quam ea quæ prophetæ locuti sunt futura esse, et Moyses: si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus est populo et gentibus [1]. Quod si vellemus omnia Apostoli loca hac de re colligere, totas fere quatuordecim Epistolas deprehenderemus de hoc argumento verba facere, quod ex hoc statu ad futurum currere festinemus. Unde et præcipit his verbis: *Festinemus ingredi in illam requiem* [2]; requiem dicens, quasi alia post illam non exsistat, sed regnum immobile, id est, quod successionem non habeat.

Παραγραφή.

Τί δεῖ λέγειν καὶ περὶ τούτου τοῦ σκεύους τῆς ἐκλογῆς, τῆς ἠχούσης μεγάλης σάλπιγγος νέας ἐν τοῖς ἔθνεσι, τῆς συναγούσης τὰ ἔθνη καὶ τὸν Ἰσραὴλ εἰς μίαν Ἐκκλησίαν· ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ πρώτη αὐτοῦ ἐκλογὴ ἐξ οὐρανοῦ τοῦ Ἰησοῦ προσκαλεσαμένου ἐγένετο, καὶ μαθὼν, οὐκ ἠπείθησε τῇ οὐρανίῳ ὀπτασίᾳ; Οὗτος πάλιν ἁρπαγεὶς περιὼν ἐν τῇ νῦν καταστάσει ἕως τρίτου οὐρανοῦ, τῶν ἀγγέλων τὰς τάξεις ἐθεάσατο, τῶν ἀοράτων δυνάμεων τὴν λειτουργίαν κατώπτευσε, τῶν Ἀρχῶν, καὶ τῶν Ἐξουσιῶν, καὶ Κυριοτήτων, καὶ πασῶν τῶν δυνάμεων τῶν κατωνομασμένων, ἐμβατεύσας καὶ κατοπτρισθεὶς τὴν διακονίαν ἐβόα· Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν. Οὕτω καὶ τὴν ποτε τάξιν τοῦ ἀντικειμένου, ὡς τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος ὑπῆρχεν, ἐξεῖπε, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ τύφου ἐξ οὐρανῶν πτῶσιν ἀνήγγειλεν. Οὗτος πάλιν ἐβόα, Οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν; καὶ πάλιν, Οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρίνουσιν. Οὗτός ἐστιν ὁ ἐν πάσαις ταῖς Ἐπιστολαῖς ἑαυτοῦ παραγγέλλων οὐράνια φρονεῖν καὶ οὐράνια ζητεῖν, καὶ σπεύδειν δραμεῖν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπείγεσθαι τῶν ἄνω τυχεῖν. Οὗτός ἐστιν ὁ τὴν πόλιν καὶ τὸ οἰκητήριον τῶν δικαίων ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων καὶ πάσης ὁμοῦ τῆς Ἐκκλησίας τὸν

Paragrapha.

Quid dictu opus est de hoc electionis vase, de magna illa nova tuba in gentibus clangente, omnes gentes et Israelem in unam Ecclesiam congregante: quoniam et ipsa prima ejus electio, de cœlo Jesu evocante facta est, atque edoctus ille, non fuit cœlesti visioni inobsequens? Hic item, dum in hac vita superstes esset, raptus usque ad tertium cœlum, angelorum ordines vidit, ac invisibilium virtutum ministerium, nempe Principatuum, Potestatum, Dominationum, atque omnium memoratarum virtutum officium, postquam eo ascenderat, contemplatus, exclamabat: *Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi, propter eos qui hæreditate accepturi sunt salutem* [3]? Ita et illum olim adversarii ordinem, qui potestatem aeris habuit, enarravit, ejusque ex superbia lapsum e cœlis enuntiavit. Hic item clamabat: *Nescitis quia angelos judicabimus* [4]? et rursum: *Sancti mundum judicant* [5]. **254** Hic est qui in omnibus Epistolis suis præcipit ut cœlestia sentiamus, et cœlestia quæramus ac festinemus currere in cœlum, maturemusque superna consequi. Hic est qui cum civitatem et habitaculum justorum, angelorum et hominum totiusque Ecclesiæ, cœlum esse declaraverit, caput totius corporis Dominum Christum secundum carnem,

[96] Hebr. xi, 14, 15. [97] ibid. 10. [98] Hebr. viii, 2. [99] Act. xxvi, 7, 8. [1] ibid. 21-23. [2] Hebr. iv, 11. [3] Hebr. i, 14. [4] I Cor. vi, 3. [5] ibid.

Digitized by Google

carnem, ut supremum, appellavit. Nam dixit esse super omnem principatum, potestatem, virtutem, dominationem et omne nomen appellatum, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro : ac, ut paucis dicam, hic est cœlestium ordinum et Ecclesiæ doctor magnus et interpres, ipseque præsentis et futuri solum status mentionem facit, atque immortalitatis, immutabilitatis omniumque bonorum supernorum, quorum vim æstimare non valemus. Gloria Deo, qui hæc præparavit ac prænuntiavit, itidemque implevit et in dies implet, in sæcula. Amen.

A οὐρανὸν ἐξειπών, κεφαλὴν ὅλου τοῦ σώματος, ὡς ἀνώτερον τὸν Δεσπότην Χριστὸν κατὰ σάρκα προσειπών. Ὑπεράνω γὰρ εἶπε πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως, καὶ κυριότητος, καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου, οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· καί, συντόμως εἰπεῖν, οὗτός ἐστιν ὁ τῶν οὐρανίων ταγμάτων καὶ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλος μέγας καὶ ἐξηγητής, καὶ αὐτὸς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης μόνον καταστάσεως μνημονεύων καὶ τῆς ἀθανασίας, καὶ τῆς ἀτρεπτότητος, καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν τῶν ὑπερκοσμίων, ὧν τὴν δύναμιν λογίσασθαι οὐ δυνάμεθα. Δόξα τῷ ταῦτα προετοιμάσαντι, καὶ προμηνύσαντι, καὶ νῦν πληρώσαντι, καὶ πληροῦντι Θεῷ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Paragrapha alia.

Statim a principio Romanorum fidem in toto B mundo prædicatam laudibus effert Paulus, eosque unius secum fidei vocat. Corinthios autem, utpote qui nuper hujus mundi philosophi fuissent, arguit, quod, cum jam quidem resurrectioni Domini Christi fidem habuerint, id ipsis inutile evadat, cum resurrectioni pariter nostræ non credant. Jure itaque illum seminiverbium vocabant Athenienses, utpote qui superstitionis suæ zizania convelleret. Galatas stultos appellat, qui instar inanimatarum rerum facile sententiam mutassent, ac post baptismum decepti, circumcisi fuissent. Ephesiis omne Dei consilium annuntiat, ac se istic quasi cum feris pugnasse declarat, hæc vaticinans, venturos esse postea ceu lupos quosdam, qui illos discerperent : quibuscum ait ex ipsis Ephesiis exsurrecturos quosdam, qui instar luporum Ecclesiam discerpturi essent. Philippenses admodum miratur, laudans eos, ut qui soli multam sollicitudinem et dilectionem erga se exhibuerint, sive in vinculis, sive in defensione sua, ac plerumque sibi ad usum necessaria miserint. Colossenses item laudat de fide, si quidem in illa permaneant et charitatem erga sanctos omnes habeant. Thessalonicenses fratrum amantes dicit, ac persecutionem ærumnasque pro pietate passos affirmat; quemadmodum et Hebræos fideles prædicat, quos perinde atque Corinthios confirmat circa resurrectionem mortuorum, similiterque circa secundum Christi adventum. Hebræos, utpote Hebræus, D et unus ex illis, eorum res sibi communes asserens, sanctos fratres, vocatos et **255** cœlestium participes appellat, atque pro pietate vexatos et passos asserit; si tamen, inquit[a], eam ab initio usque ad finem firmam teneamus : ipsosque monet et confirmat, ne metu persecutionis emolliantur, et ad infideles redeant. Timotheo item Ephesi versanti litteris præcipit, ut caveat ab alienæ doctrinæ magistris, nec eorum fabulis attendat : ipsumque confirmat in dogmatibus, canonesque ecclesiasticos tradit ei : *Ut cognoscas*, inquit, *quomodo oporteat in domo Dei conversari*[b]. Ait item aliquot

Παραγραφὴ ἑτέρα.

Ῥωμαίων μὲν εὐθὺς ἐν προοιμίοις ὁ Παῦλος τὴν πίστιν ἐπαινεῖ καταγγελλομένην ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, καὶ ὁμοπίστους ἀποκαλεῖ. Κορινθίους δέ, ὡς πρώην φιλοσόφους τοῦ κόσμου τούτου ὄντας, μέμφεται, πιστεύσαντας μὲν ἤδη περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, ἀνώνητον δὲ αὐτοῖς τοῦτον ἀποφαίνονται, μὴ καὶ τῆς ἡμετέρας ἀναστάσεως πιστευομένης παρ' αὐτῶν. Δικαίως οὖν οἱ Ἀθηναῖοι σπερμολόγον αὐτὸν προσηγόρευον, ὡς ἀνορύττοντα τῆς δεισιδαιμονίας αὐτῶν τὰ ζιζάνια. Γαλάτας ἀνοήτους ἀποκαλεῖ, καὶ δίκην ἀψύχων εὐχερῶς μετατιθεμένους, καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα ἀπατηθέντας καὶ περιτμηθέντας. Ἐφεσίοις πᾶσαν τὴν βουλὴν τοῦ Θεοῦ ἐξαγγέλλει καὶ σχεδὸν ἐκεῖσε θηριομαχήσας παρατίθεται αὐτοῖς προφητεύων καὶ λέγων, μετὰ ταῦτα τινὰς C πρὸς αὐτοὺς ὡς λύκους ἐρχομένους καὶ διασπῶντας αὐτοὺς, μεθ' ὧν ἔφη, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀνίστασθαί τινας ὁμοίως τοῖς λύκοις διασπῶντας τὴν Ἐκκλησίαν. Φιλιππησίους πάνυ θαυμάζει ἐπαινῶν ὡς μόνους πολλὴν φροντίδα καὶ ἀγάπην τιθεμένους πρὸς αὐτὸν ἔν τε τοῖς δεσμοῖς αὐτοῦ, καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ, καὶ πολλάκις αὐτῷ πέμψαντας τὰ πρὸς τὴν χρείαν. Κολασσαεῖς δὲ πάλιν καὶ αὐτοὺς ἐπαινεῖ ἐν τῇ πίστει, εἴ γε ἐπιμένουσι, καὶ ἀγάπην ἔχοντας εἰς πάντας τοὺς ἁγίους. Θεσσαλονικέας φιλαδέλφους λέγει, καὶ διωκομένους καὶ πάσχοντας ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας· ὥσπερ καὶ τοὺς Ἑβραίους πιστοὺς, καὶ ἐπιστηρίζει αὐτοὺς ὥσπερ καὶ τοὺς Κορινθίους περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν, ἅμα καὶ περὶ τῆς δευτέρας τοῦ Κυρίου παρουσίας. D Ἑβραίοις ὡς Ἑβραῖος καὶ ὡς εἷς ἐξ αὐτῶν κοινοποιούμενος τὰ αὐτῶν, ἁγίους ἀδελφοὺς, καὶ κλητοὺς καὶ μετόχους τῶν οὐρανίων γεγονότας ὀνομάζει, καὶ διωκομένους καὶ πάσχοντας ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας, πλὴν, φησὶν, ἐάνπερ τὴν ἀρχὴν μέχρι τέλους βεβαίαν κατασχῶμεν· καὶ ἀσφαλίζεται, μὴ τῷ φόβῳ τοῦ διωγμοῦ ἐκλυθῆναι καὶ παλινδρομῆσαι πρὸς τοὺς ἀπίστους. Τιμοθέῳ πάλιν ἐν Ἐφέσῳ παραγγέλλει γράφων, ἀσφαλίζεσθαι τοὺς ἑτεροδιδασκάλους, καὶ μὴ προσέχειν τοῖς αὐτῶν μύθοις· καὶ στηρίζειν ἐν τοῖς δόγμασι, καὶ κανόνας παραδίδωσιν ἐκκλησιαστικούς, Ἵνα γνῷς, φησὶν, ὡς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι. Λέγει δὲ καί τινας αἱρέσεις ἀναδεικνυμένας

[a] Hebr. III, 6, 14. [b] I Tim. III, 15.

Digitized by Google

ἐπ' ἰσχάτου, καὶ ἀποστρεφομένας τὴν ἀλήθειαν. Καὶ προλέγει, ὅτι οὐ προκόψουσιν ἐπὶ τὸ κρεῖττον, ἀλλὰ φανεραὶ γενήσονται, καὶ ἡ ἄνοια αὐτῶν ἔκδηλος ἔσται πᾶσι. Τίτῳ πάλιν καὶ αὐτῷ ἐν τῇ Κρήτῃ κανόνας ἐκκλησιαστικοὺς παραδίδωσι, καὶ ἐπιστηρίζει ἐν τοῖς δόγμασι, καὶ ἐπιτιμήσει κέχρηται πρὸς τοὺς Κρῆτας, ὡς ψεύστας, καὶ κούφους, καὶ δολίους καὶ ὑπὸ τῶν ἐκ περιτομῆς πλανωμένους. Φιλήμονι μαρτυρεῖ πολλὴν πίστιν, εὐσέβειαν καὶ ἀγάπην ἔχοντι πρὸς τοὺς ἁγίους· οὗ τὸν δοῦλον Ὀνήσιμον, ἄχρηστον ὄντα, μετέβαλε, καὶ εὐσεβῆ πεποίηκε, καὶ τὸν αὐτοῦ δεσπότην ὁ μέγας Ἀπόστολος παρακαλεῖ δέξασθαι, μηκέτι ὡς δοῦλον, ἀλλ' ὡς ἀδελφόν. Ἐν πάσαις δὲ ταῖς ἐπιστολαῖς αὐτοῦ εἰς τὸ τῶν οὐρανῶν οἰκητήριον πάντας προτρέπεται διὰ πίστεως ὀρθῆς καὶ βίου καλοῦ εἰσέλθειν, καὶ μὴ ἀποτυχεῖν τῶν ἀποκειμένων τοῖς δικαίοις ἀγαθῶν· μεθ' ὧν καὶ ἡμᾶς ἀναξίους ὄντας, ἀξίωσον, ὁ τὴν εὐσπλαγχνον ἔχων ἀγαθότητα, Κύριε ὁ Θεός, ὁ τῶν ὅλων ποιητής. Ἀμήν. Ἔτι τοῖς Ἑβραίοις ὁ Παῦλος Ἑβραῖστὶ γεγράφηκεν ὡς Ἑβραῖος· μετεστράφη δὲ εἰς τὴν Ἑλληνίδα γλῶτταν, ὥς φασιν, ὑπὸ Λουκᾶ, ἢ ὑπὸ Κλήμεντος· ὡς ὁμοίως καὶ τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον.

A hæreses in novissimo emersuras, atque veritatem subversuras. At prædicit non in melius profecturas esse, sed manifestas fore, et amentiam earum palam fore omnibus. Tito item, in Creta versanti, canones ecclesiasticos tradit, et in dogmatibus confirmat, atque adversus Cretenses increpatione utitur, quasi mendaces, leves, subdolos, et ab iis, qui ex circumcisione erant, deceptos. Philemoni scribens testificatur eum multam habere fidem, pietatem, et charitatem erga sanctos, cujus servum Onesimum, qui inutilis erat, in melius mutavit, et pium effecit : ejusque dominum magnus Apostolus rogat ut eum excipiat, non ultra quasi servum, sed quasi fratrem. In omnibus autem epistolis suis omnes hortatur, ut ad cœlorum habitaculum per fidem rectam et bonam vitam introeant, neque bonorum justis destinatorum jacturam faciant. Quibuscum nos etiam, indignos licet, misericors et clemens Dominus Deus, universorum opifex, connumerari digneris. Amen. Cæterum Hebræis Paulus, utpote Hebræus, Hebraice scripsit, in Græcam vero linguam translata ejus epistola fuit, vel a Luca, ut fertur, vel a Clemente : similiterque Evangelium secundum Matthæum.

B

Τὸ κείμενον.

Textus.

Σκοπῆσαι δεῖ, ὦ θεοφιλέστατε, τὴν συμφωνίαν τοῦ κοσμογράφου Μωϋσέως, καὶ πάντων τῶν προφητῶν, καὶ τῶν εὐαγγελιστῶν, καὶ ἀποστόλων, ὡς πάντες συμφώνως δύο καταστάσεις διηγοῦνται τὸν Θεὸν πεποιηκέναι τὸν σύμπαντα κόσμον. Διὰ τοῦτο γὰρ ἀρξάμενος ὁ Θεὸς τὴν κτίσιν ποιῆσαι, τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τὸ στερέωμα πεποίηκε, καὶ συνέδησε τῷ πρώτῳ οὐρανῷ, κατὰ μέσον τοῦ ὕψους τοῦ ἀπὸ τῆς γῆς ἕως τοῦ οὐρανοῦ διελὼν τὸν ἕνα χῶρον εἰς χώρους δύο· καὶ τὸν ἕνα τὸν κατώτερον τοῦτον τὸν κόσμον ἔταξεν εἶναι· τὸν δὲ ἀνώτερον τὸν μέλλοντα κόσμον ἡτοίμασεν ἐξ ἀρχῆς, κατὰ τὸν ἄνωθεν αὐτοῦ σκοπόν. Οὐ γὰρ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ τῇ προσκαίρῳ ἐστὶν ἡ ἡμετέρα ἐλπὶς, ἀλλ' ἐν τῇ μελλούσῃ τῇ ἀτελευτήτῳ· ἐν ᾗ υἱοθεσία, καὶ ἀπολύτρωσις, καὶ ἀτρεπτότης, καὶ δικαιοσύνη, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ μακαριότης ὑπάρχει, καὶ τελεία γνῶσις, καὶ δόξα, καὶ πᾶν ὁτιοῦν καλὸν ἡμῖν ἀπόκειται λαμβάνειν παρὰ τοῦ Θεοῦ· πεπειραμένοι ἀπ' ἐντεῦθεν καλῶν καὶ κακῶν· ἵν' εἰδείημεν τῶν παραγενομένων ἡμῖν ἀγαθῶν τὴν δύναμιν, καθὼς ἐνδέχεται, τρόπον τινὰ υἱοὶ Θεοῦ γινόμενοι, καὶ δοξαζόμενοι δόξῃ καὶ χαρᾷ ἀνεκλαλήτοις. Διὰ τοῦτο καὶ ἐνταῦθα οἱ πιστοὶ συμβολικῶς τῶν μυστηρίων μεταλαμβάνομεν τοῦ σώματος τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ μετὰ τὸ βάπτισμα· ἵνα μετὰ τὴν ἀνάστασιν, προσέχοντες τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ, μεταλάβωμεν τῆς αὐτοῦ δόξης, ἐφελκόμενοι δόξαν ἀπὸ τῆς αὐτοῦ δόξης. Διὰ τοῦτο καὶ μετάληψις λέγεται, καθὰ καὶ ἐν τῷ Ἀποστόλῳ γέγραπται οὕτως, *Ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος*· ἵνα εἴπῃ, Ἡνίκα ὁ Κύριος παραγίνεται,

Observanda, vir religiosissime, est Moysis mundi descriptoris cum omnibus prophetis, evangelistis et apostolis, concordia : quomodo scilicet omnes uno consensu, totum mundum in duos status a Deo divisum fuisse narrent. Ideo enim orsus Deus rerum naturam condere, secunda die firmamentum effecit, ac primo cœlo conjunxit, in medio a terra ad cœlum spatio interpositum; atque unum locum in duos distribuens; alterum, inferiorem, nempe hunc mundum esse constituit; superiorem vero, futurum esse mundum ab initio destinavit, secundum priorem scopum suum. Neque enim spes nostra in hac temporaria vita sita est, sed in futura et interminabili : in qua est adoptio filiorum et redemptio, immutabilitas, justitia, sanctificatio, beatitudo, perfecta cognitio, **256** gloria et quodvis aliud bonum repositum nobis et a Deo accipiendum est, cum antea hic bona malaque experti fuerimus, ut pro facultate illorum nobis tribuendorum bonorum vim et præstantiam cognoscamus, quodammodo filii Dei effecti, ac gloria gaudioque inenarrabili affecti. Quamobrem hic fideles mysteriorum corporis Domini Christi, post baptismum symbolice participes sumus, ut post resurrectionem Domino Christo animum adhibentes, ejus gloriæ consortes simus, gloriam ex ejus gloria attrahentes. Propterea participatio dicitur, quemadmodum et in Apostolo scriptum est : *Nos vero omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur a gloria in gloriam, tanquam a Domini Spiritu* [1]; ac si diceret : Cum Dominus accedit, omnes fideles manifestissime, sine operimento, gloriam Domini quasi in speculo conspicimus, et in eamdem, quam Dominus habet, imaginem transforma-

[1] II Cor. III, 18.

Digitized by Google

mur, ejus gloriæ, ad nostram gloriam, participantes. Id enim significat participatio mysteriorum ejus, quia cum corpori ejus glorificato participamus, quasi in speculo conspicimus gloriam ejus, eique participes sumus. Nam *ex plenitudine ejus nos omnes accipimus* [8]; ipso largiente, nec tamen imminuto. Illud autem, *Tanquam a Domini Spiritu*, hoc significat: Sicut Moyses a Domino accepit, sic et nos a Spiritu sancto accipimus.

νομεν, χορηγοῦντος αὐτοῦ καὶ μὴ μειομένου. Τὸ δὲ, λέγειν, ὅτι Καθάπερ Μωσῆς ἔλαβε παρὰ Κυρίου, ἡμεῖς διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου λαμβάνομεν.

Paragrapha.

Quemadmodum in hoc mundo nati, lacte parentum nutrimur, id est, ex carne et sanguine eorum ad vitam constituimur; ita jubemur corporis et sanguinis Domini Christi alimentum mystico more sumere, quandoquidem secundum Scripturæ sententiam in futuro sæculo Pater noster est, quia ab eo et per eum gloriam accipimus, ac aliquo modo regeneramur ad vitam æternam. Hic vero prima natalia sunt, lactisque nutrimentum, quod eum qui generatur in mysteriis, congruenter ad vitam firmat et constituit; nempe typus regenerationis per aquam et spiritum, et mysticus cibus corporis et sanguinis Christi, qui credentem iisque participantem, ad vitam æternam invitat et attrahit; in futuro autem resurrectio a mortuis, qua ceu ex utero ex sepulcris resurgimus, regeneramur et reformamur: proprieque est participatio glorificati, immortalis, incorruptibilis et immutabilis Christi corporis et animæ. Gloria creatori ac restauratori universi Deo in sæcula. Amen.

257 *Textus.*

Divinæ Scripturæ mos est, creationem ceu a Patre factam efferre, incarnationem, quasi a Filio; regenerationem ex mortuis, quasi a Spiritu sancto. Non quod Pater hoc solum faciat, Filius vero illud, Spiritus sanctus aliud; sed universim sancta Trinitas creationem, incarnationem et resurrectionem efficit. Nam, quemadmodum dictum est, solet divina Scriptura, ad declarandum unum esse Deum in tribus hypostasibus, hoc pacto distinguere, ut Patri velut causæ ascribat, quod sit auctor totius mundi; Filio autem, utpote proli, incarnationem attribuat, quia dignam adoptionem obtinet, et fons cognitionis est; Spiritui autem sancto, quippe ex Patre procedenti, ac utpote virtuti vivificanti et sanctificanti, regenerationem, redemptionem, et sanctificationem futuri status. Quemadmodum enim sol vim in se illuminandi et calefaciendi habet, nec potest sine illis videri; ita et Pater duas virtutes ex se habet, nec sine illis conspicitur, Filium scilicet et Spiritum sanctum: ac quemadmodum sol igneum corpus est, quod aliam illuminandi, aliam calefaciendi vim habet; neque illuminandi vis, calefaciendi facultas est; neque calefaciendi facultas,

[8] Joan. I, 16.

πάντες οἱ πιστοὶ φανερώτατα ἄνευ καλύμματος, τὴν δόξαν τοῦ Κυρίου ὡς ἐν ἐσόπτρῳ κατοπτριζόμεθα, καὶ εἰς τὴν αὐτὴν εἰκόνα, ἣν ὁ Κύριος ἔχει, μεταμορφούμεθα ἀπὸ τῆς αὐτοῦ δόξης εἰς ἡμετέραν δόξαν μεταλαμβάνοντες. Τοῦτο γὰρ σημαίνει καὶ ἡ μετάληψις τῶν μυστηρίων τοῦ μεταλαβεῖν τοῦ δεδοξασμένου αὐτοῦ σώματος, ὥσπερ ἐν ἐσόπτρῳ κατοπτριζόμενοι καὶ μεταλαμβάνοντες τῆς δόξης αὐτοῦ. Ἐκ γὰρ *τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες μεταλαμβάνομεν, Καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος*, τοῦτο βούλεται λέγειν, ὅτι Καθάπερ Μωσῆς ἔλαβε παρὰ Κυρίου, ἡμεῖς διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου λαμβάνομεν.

Παραγραφή.

Ὥσπερ ἐνταῦθα γεννώμενοι ἐκ τοῦ γάλακτος σιτιζόμεθα τῶν ἡμετέρων γονέων, τουτέστιν ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτῶν καὶ τῶν αἱμάτων πρὸς ζωὴν συνιστάμενοι· οὕτως προσετάχθημεν σιτίζεσθαι μυστικώτερον τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ· ἐπειδήπερ καὶ Πατὴρ ἡμῶν ἐστιν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, καθὰ τῇ Γραφῇ δοκεῖ· παρ' αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ δόξαν λαμβάνοντες, καὶ τὸ πῶς εἶναι ἀναγεννώμενοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. Ἐνταῦθα γέννησις ἀρχικὴ καὶ γάλακτος τροφὴ καταλλήλως εἰς ζωὴν συνιστῶσα τὸν γεννώμενον ἐν τοῖς μυστηρίοις, τύπος ἀναγεννήσεως δι' ὕδατος καὶ πνεύματος, καὶ μυστικὴ τροφὴ σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ εἰς ζωὴν αἰώνιον προτρεπομένη καὶ ἑφελκομένη τὸν πιστεύοντα καὶ μεταλαμβάνοντα· ἐν τῷ μέλλοντι ἀνάστασις ἀπὸ νεκρῶν, ὡς ἀπὸ γαστρὸς ἐκ τῶν τάφων ἀνιστάμενοι καὶ ἀναγεννώμενοι καὶ ἀναπλαττόμενοι, καὶ κυρίως, μετάληψις τοῦ δεδοξασμένου, ἀθανάτου, καὶ ἀφθάρτου, καὶ ἀτρέπτου σώματος καὶ ψυχῆς Χριστοῦ. Δόξα τῷ κτίσαντι, καὶ ἀνακαινίσαντι τοῦ παντὸς Θεῷ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Τὸ κείμενον.

Εἴωθε δὲ ἡ θεία Γραφὴ τὴν δημιουργίαν ὡς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς λέγειν γενέσθαι, τὴν δὲ ἐνανθρώπησιν, ὡς ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ· τὴν δὲ ἀναγέννησιν τὴν ἀπὸ τῶν νεκρῶν, ὡς ἀπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου. Οὐχ ὅτι ὁ Πατὴρ τόδε μόνον ποιεῖ, ἡ ὁ Υἱὸς τόδε, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τόδε· ἀλλὰ καθόλου ἡ ἁγία Τριὰς καὶ τὴν δημιουργίαν, καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν, καὶ τὴν ἀνάστασιν ἐργάζεται. Καθάπερ γὰρ εἴρηται, εἴωθεν ἡ θεία Γραφὴ, πρὸς τὸ παραστῆσαι τὸν ἕνα Θεὸν ἐν τρισὶν εἶναι ὑποστάσεσιν, οὕτω διαστέλλειν· τῷ μὲν Πατρὶ ὡς αἰτίῳ, τὴν αἰτίαν τοῦ εἶναι τὸν κόσμον· τῷ δὲ Υἱῷ ὡς γεννήματι, τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως αἰτίαν, ὡς ἀξίαν υἱοθεσίαν ἐχούσης, καὶ πηγῆς γνώσεως οὔσης· τῷ δὲ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευομένῳ, ζωοποιοῦ καὶ ἁγιαστικῆς αὐτοῦ δυνάμεως οὔσης, τὴν ἀναγέννησιν, καὶ τὴν ἀπολύτρωσιν, καὶ τὸν ἁγιασμὸν τῆς μελλούσης καταστάσεως. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἥλιος ἔχει ἐν ἑαυτῷ φωτιστικήν τε δύναμιν καὶ θερμαντικήν, καὶ χωρὶς αὐτῶν οὐ δύναται θεωρεῖσθαι· οὕτω καὶ ὁ Πατὴρ τὰς δύο δυνάμεις ἐξ ἑαυτοῦ ἔχει, ἐκτὸς αὐτῶν μὴ δυνάμενος θεωρεῖσθαι, τόν τε Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ ὥσπερ ὁ ἥλιος σῶμα μὲν πύρινόν ἐστιν, ἑτέρα δὲ αὐτοῦ ἐνέργεια

Digitized by Google

ἐστὶν ἡ φωτιστική, ἑτέρα δὲ ἡ θερμαντική· καὶ οὔτε ἡ θερμαντική, φωτιστική ἐστιν, οὔτε ἡ φωτιστική, θερμαντική· ἐν ἀλλήλοις δέ εἰσιν ἀχωρίστως ὅ τε ἥλιος καὶ αἱ τούτου δυνάμεις· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, εἷς ἐστι Θεὸς ὁ Πατὴρ, μετὰ τῶν δύο ἑαυτοῦ δυνάμεων, ἀχωρίστως ἐν ἀλλήλοις ὄντες, καὶ ἰδιοϋποστάτως θεωρούμενοι νῷ. Ἐνταῦθα γὰρ ἀσώματος κυρίως ὁ Θεὸς, τὸ δὲ ὑπόδειγμα ἀμυδρὸν, ὡς ὑπόδειγμα. Ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ψυχῆς τῆς ἡμετέρας παράδειγμα λαβεῖν. Ὥσπερ γὰρ ἡ ψυχὴ ἔχει ἐν ἑαυτῇ ἐνδιάθετον λόγον καὶ νοῦν, καὶ ἕτερόν ἐστι τὸ λογικὸν, καὶ ἕτερον τὸ νοερὸν, καὶ πρόεισιν ὁ λόγος ἐκ τῆς ψυχῆς ἀχωρίστως, μὴ τεμνόμενος ἐξ αὐτῆς· ὁμοίως καὶ ὁ νοῦς, ἀλλ' ἐν αὐτῇ, καὶ ἐξ αὐτῆς, καὶ σὺν αὐτῇ εἰσιν· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ. A

illuminandi vis, sed tamen inseparabiles mutuo sunt sol et virtutes ejus; sic in Patre, Filio et Spiritu sancto, unus est Deus Pater cum duabus suis virtutibus, quæ inseparabiliter in se mutuo sunt; atque in propriis hypostasibus mente conspiciuntur. Hic enim Deus proprie incorporeus est, exemplar autem, utpote exemplar, obscurum est. Ab anima quoque nostra potest exemplum assumi. Quemadmodum enim anima insitum in se habet verbum et mentem, atque alia est ratiocinandi, alia intelligendi facultas, verbumque ex anima inseparabiliter prodit, nec ab ea dissecatur (similiterque mens): sed in ipsa, ex ipsa et cum ipsa sunt; ita quoque de Deo cogitandum.

Ὅθεν καὶ Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς, τούτῳ τῷ παραδείγματι χρησάμενος, λόγον ἐκάλεσε τὸν Υἱὸν, ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς προϊόντα, καὶ σὺν τῷ Πατρὶ ὄντα, καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα· ὁ δὲ ἀπόστολος Παῦλος σωματικώτερον, ἀπαύγασμα αὐτὸν ἐκάλεσε, τῷ παραδείγματι τοῦ ἡλίου χρησάμενος. Ἡ δὲ παλαιὰ Γραφὴ, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον*, λέγει, *κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν*· τὸ μὲν, *Ποιήσωμεν*, καὶ τὸ, *ἡμετέραν*, πληθυντικῶς ἐξεφώνησε· τὸ δὲ, *κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν*, οὐ τὸ αὐτὸ λέγει, ἀλλ' ἕτερόν ἐστι τὸ, *κατ' εἰκόνα*· ἕτερον τὸ, *καθ' ὁμοίωσιν*. Καὶ τὸ μὲν, *κατ' εἰκόνα*, ταύτην ἔχει τὴν ἔννοιαν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος καὶ μόνος, ὡς πάντα ἔχων ἐν ἑαυτῷ ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, νοητά τε καὶ αἰσθητὰ, φθαρτά τε καὶ ἄφθαρτα, δείκνυσιν ἕνα τινὰ εἶναι δημιουργὸν πάντων τῶν ὄντων τὸν Θεόν· καὶ κατὰ τοῦτο εἰκών ἐστι τοῦ Θεοῦ, διὰ τὸ γνωρίζειν αὐτὸν ἕνα τοῦ παντὸς εἶναι δημιουργὸν, καθὰ καὶ ὁ Ἀπόστολος βοᾷ· *Ἀνὴρ μὲν γὰρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλὴν, εἰκὼν καὶ δόξα τοῦ Θεοῦ ὑπάρχων*· διαῤῥήδην τὸν ἄνθρωπον εἰς δόξαν Θεοῦ γεγενῆσθαι φήσας, καὶ κατὰ τοῦτο εἰκόνα καλέσας, ὡς μόνος ὁ ἄνθρωπος δυνάμενος γνωρίσαι ἕνα εἶναι τοῦ παντὸς τὸν Θεὸν δημιουργὸν, τὸν ἐξ ἁπασῶν τῶν φύσεων ἕνα ζῶον τὸν ἄνθρωπον κατασκευάσαντα· τὸ δὲ, *καθ' ὁμοίωσιν*, ταύτην ἔχει τὴν ἔννοιαν, ὅτιπερ ὁ Ἀδὰμ πατὴρ ἐγένετο καὶ οὐχ υἱὸς, προβάλλων ἐκ τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας, ἐκπορευτικῶς μὲν τὴν Εὔαν, μήτε υἱὸν προσαγορευομένην, μήτε ἀδελφὴν, καὶ γεννητικῶς τὸν Ἴδιον υἱὸν Σὴθ πάλιν ἐκ τῆς αὐτοῦ οὐσίας· τὸν μὲν γεννητικῶς προβάλλων, τὴν δὲ ἐκπορευτικῶς, ἑτέρως καὶ ἑτέρως προβαλλόμενος· ἐκ τῆς αὐτοῦ οὐσίας τοὺς δύο. Ἀλλὰ τοῦ μὲν Ἀδὰμ, ὡς ἀρχὴν ἐσχηκότος, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ ἀρχὴν ἔχουσι· τοῦ δὲ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὡς ἀνάρχου, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ ἀνάρχως προῆλθον συνόντες αὐτῷ ἀϊδίως, ὥσπερ τὸ ἀπαύγασμα, καὶ ἡ θερμὴ τῷ ἡλίῳ· καὶ ὥσπερ ὁ λόγος καὶ ὁ νοῦς τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ, κατὰ τὰ τῆς θείας Γραφῆς παραδείγματα. Ἐχρήσαντο δὲ καί τινες Πατέρες παραδείγματι σωματικώτερον ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, οἱ μὲν ὡς ἀπὸ ἀενάου πηγῆς καὶ ἐξ αὐτῆς δύο ποταμοὺς προχεομένους, οἱ δὲ δένδρῳ, ὡς ῥίζῃ, καὶ κλά- B

Quamobrem Joannes evangelista, hoc exemplo usus, Filium vocavit Verbum; utpote qui ex Patre procedat et cum Patre sit, atque ex eadem substantia, apostolus vero Paulus corporeo more, splendorem ipsum vocavit, solis usus exemplo. Vetus autem Testamentum ait: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*[9]; ubi illud, *faciamus*, et illud, *nostram*, plurariter pronuntiavit; illud autem, *ad imaginem et similitudinem*, non idipsum significat; sed aliud est, *ad imaginem*; aliud vero, *ad similitudinem*. Atque illud quidem, *ad imaginem*, 258 hoc sensu dicitur; quod scilicet homo solus, quia omnia cum visibilia tum invisibilia, cum intelligibilia tum sensibilia, cum corruptibilia tum incorruptibilia in se habet, ostendit unum esse omnium rerum creatorem Deum. Atque eatenus imago Dei est, quatenus novit unum esse universi creatorem, quemadmodum clamat Apostolus: *Vir quidem non debet velare caput, cum sit imago et gloria Dei*[10], palam enuntians hominem ad gloriam Dei factum esse, ac ea ratione imaginem vocans, quasi scilicet solus homo nosse valeat, unum esse mundi opificem Deum, qui ex omnibus naturis animal unum, scilicet hominem, composuerit; illud vero, *ad similitudinem*, hoc significat, quod nempe Adam pater fuerit, non vero filius, produxeritque ex substantia sua, modo quidem procedendi, Evam, quæ neque filius, neque sorer vocatur; gignendi vero ratione, proprium filium Seth, ex sua item substantia: alium gignendi, aliam procedendi more producens, alio alioque modo duos illos emittens ex substantia sua. Verum Adami, utpote qui initium habuerit, illii et ipsi initium habent; at contra Deo et Patre initio carente, qui ex eo prodeunt, sine initio procedunt, ac æternum cum illo sunt; quemadmodum splendor et calor cum sole, ac quemadmodum verbum et mens cum anima nostra, secundum exempla divinæ Scripturæ. Quidam vero Patres aliis ad corporeum morem propius accedentibus exemplis sunt usi circa sanctam Trinitatem; alii quidem quasi ex perenni fonte promanantes duos fluvios esse aiunt; alii arbori ex radice, ra- C D

[9] Gen. I, 26. [10] I Cor. XI, 7.

Digitized by Google

mis et fructu constanti ipsos comparant; omnes autem sive apostoli, sive Patres, utpote homines, corporeo more, afflante Spiritu sancto, locuti sunt, exemplis usi divina substantia longe inferioribus. In futuro autem statu, quia spirituales resurgemus, accuratiorem Dei notitiam obtinebimus.

Sic igitur istis in locis divina Scriptura, hypostases declarare volens, hac sermonis proprietate frequenter usa est, quasi a Patre creationem esse narrans, a Filio incarnationem, a Spiritu sancto resurrectionem. Verumtamen sancta Trinitas omnia operatur. Beatus vero Moyses, quasi Deo loquente, sic habet, *Faciamus hominem*, quæ vox pluralis quidem est, potestque tamen de duobus tantum intelligi. Quoniam igitur visum Deo fuit nobis sanctæ Trinitatis confessionem non ab initio tradere; ne illa, ut corpora, corporeo more intelligeremus, aut suspicaremur tres esse deos; cum ad creationem hominis accessit, tunc ænigmatice plurali voce locutus est, quæ possit etiam de duobus **259** intelligi. Elapso autem quodam tempore, pluraliorem profert vocem, dicens: *Venite, descendentes confundamus linguas eorum* [11], quod non tantum de duobus intelligi valet; sed etiam de tribus ac de pluribus. Deinde igitur multis intercurrentibus annis, ne majorem esse multitudinem inferremus, de Trinitate vocem ænigmatice per Isaiam constituit atque firmavit, ter dicens, *Sanctus*, idque ad unum Deum reducens his verbis, *Dominus Sabaoth, plena est omnis terra gloria ejus* [12]; una trium hypostasium numerum, et deitatis unitatem declarans. Sub Domino autem Christo secundum carnem, hæc palam ipse docuit: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* [13]; unum quidem nomen proferens, sed in tres hypostases dividens. Et quoniam hæc clare per servi formam prædicaturus erat, hæc in creatione hominis prænuntians pluralem vocem primum emisit, *Faciamus hominem*. Cum itaque de cœlo veniet Dominus, fideles, justos atque dignos secum inducet in regnum cœlorum, cum angelos tum homines: ex reliquis autem alios extra firmamentum sinet, cæterosque inferius circa terram, quemadmodum in Evangeliis de consummatione loquens ait: *Tunc erunt duo in agro, unus assumetur, et unus relinquetur; duæ molentes in mola, una assumetur, et una relinquetur* [14]; ac si diceret, eos qui in agro sunt, nempe omnes hujus mundi homines, sive divites, sive pauperes, sive mediæ fortunæ, scilicet ex quavis conditione, si qui digni reperiantur, assumendos esse in cœlum; sin indigni, relinquendos in terra. Deinde vero eos qui in mola sunt, nempe servos, memorat: qui si digni reperiantur, assumentur in cœlum; sin indigni sint, relinquentur in terra. Quod autem primo masculino genere, deinde feminino utatur, generis differentiam notat; nempe,

A δῳ, καὶ καρπῷ. Πάντες δὲ εἴτε Πατέρες, ὡς ἄνθρωποι, σωματικώτερον ἐκ τοῦ Πνεύματος ἐμπνευσθέντες, ἐξεῖπον, ὡς ἐν παραδείγμασι, λειπόμενα μέντοι πάνυ τῆς θείας οὐσίας· ἐν τῇ δὲ μελλούσῃ καταστάσει ὡς πνευματικοὶ ἀνιστάμενοι πάλιν, ἀκριβέστερον γνωσόμεθα περὶ Θεοῦ.

Οὕτως οὖν ἐνταῦθα τὰς ὑποστάσεις παραστῆσαι βουλομένη ἡ θεία Γραφὴ, κέχρηται πολλάκις τῷ ἰδιώματι τούτῳ, ὡς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς λέγουσα τὴν δημιουργίαν, καὶ τοῦ Υἱοῦ τὴν ἐνανθρώπησιν, καὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου τὴν ἀνάστασιν. Ἀλλ' οὖν γε τὰ πάντα ἡ ἁγία Τριὰς κατεργάζεται. Ὁ δὲ μακάριος Μωϋσῆς εἶπεν ὡς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον*· καὶ πληθυντικὴ μέν ἐστιν ἡ φωνὴ, δυναμένη
B δὲ καὶ ἐπὶ δύο μόνων νοεῖσθαι. Ἐπειδὴ οὖν ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεὸς ἐδοκίμασε μὴ παραδοῦναι ἡμῖν τὴν τῆς ἁγίας Τριάδος ὁμολογίαν, ἵνα μὴ ὡς σώματα σωματικώτερον αὐτὰ νοήσωμεν, καὶ ὑποπτεύσωμεν τρεῖς εἶναι θεούς· ἐπὶ τῆς δημιουργίας τοῦ ἀνθρώπου ἐλθὼν, τότε αἰνιγματωδῶς πληθυντικὴν φωνὴν ἐξεφώνησε, δυναμένην δὲ καὶ ἐπὶ δύο μόνων νοεῖσθαι. Μετὰ δὲ χρόνον πάλιν ἔτι πληθυντικωτέραν φωνὴν ἀποφαίνεται λέγων, *Δεῦτε, καταβάντες συγχέωμεν αὐτῶν τὰς γλώσσας*· οὐκ ἔτι ἐπὶ δύο μόνων δύναται νοεῖσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τριῶν καὶ πλειόνων. Πάλιν οὖν μετὰ πολλὰ πάνυ ἔτη, ἵνα μὴ εἰς πλῆθος ἐξενεχθῶμεν,
C ἔστησε τὴν φωνὴν πάλιν αἰνιγματωδῶς ἐπὶ τῆς Τριάδος διὰ Ἡσαΐου, τριχῶς λέγων τὸ, *Ἅγιος*· συνάπτων δὲ εἰς ἕνα Θεὸν, καὶ λέγων· *Κύριος Σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ*, καὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων δηλώσας τὸν ἀριθμὸν, καὶ τῆς θεότητος τὸ μοναδικόν. Ἐπὶ δὲ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ κατὰ σάρκα φανερῶς ἐδίδαξε λέγων, *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*· ἓν ὄνομα μὲν εἰπὼν, εἰς τρεῖς δὲ ὑποστάσεις διελών. Καὶ ἐπειδήπερ ἤμελλε ταῦτα φανερῶς κηρύττειν διὰ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς προμηνύων,
D ἐπὶ τῆς δημιουργίας τοῦ ἀνθρώπου τὴν πληθυντικὴν φωνὴν πρώτως ἐξεφώνησε τὸ, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον*. Ἡνίκα τοίνυν παραγίνεται ἐξ οὐρανοῦ ὁ Κύριος, τοὺς μὲν πιστοὺς καὶ δικαίους καὶ ἀξίους μεθ' ἑαυτοῦ εἰσφέρει εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἀγγέλους τε καὶ ἀνθρώπους· τοὺς δὲ λοιποὺς, τοὺς μὲν ἔξωθεν τοῦ στερεώματος ἐᾷ· τοὺς δὲ κάτω περὶ τὴν γῆν, καθάπερ καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λέγει ἐν τῇ συντελείᾳ οὕτως· *Τότε ἔσονται δύο ἐν τῷ ἀγρῷ, ὁ εἷς παραλαμβάνεται, καὶ ὁ εἷς ἀφίεται, δύο ἀλήθουσαι ἐν τῷ μύλωνι, μία παραλαμβάνεται, καὶ μία ἀφίεται*· ἵνα εἴπῃ, τοὺς ἐν τῷ ἀγρῷ πάντας τοὺς ὄντας ἐν τῷ κόσμῳ εἴτε πλουσίους, εἴτε πτωχοὺς, εἴτε καὶ μέσους, δηλονότι ἐν οἱῳδηποτοῦν τάξει εὑρηταί τις ἄξιος, παραλαμβάνεται ἐν τῷ οὐρανῷ· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἄξιος, ἀφίεται ἐν τῇ γῇ. Εἶτα καὶ τοὺς ἐν τῷ μύλῳ, τοὺς δούλους λέγει· ὅτι καὶ ἀπὸ τῶν δούλων ἐὰν εὑρεθῶσιν ἄξιοι, παραλαμβάνονται ἐν τῷ οὐρανῷ· οἱ δὲ ἀνάξιοι ἀφίενται ἐν τῇ γῇ. Τὸ δὲ ἀῤῥενικῶς ἐπὶ τῶν πρώτων

[11] Gen. xi, 7. [12] Isa. vi, 3. [13] Matth. xxviii, 19. [14] Matth. xxiv, 40.

Digitized by Google

εἰπών, καὶ τὸ θηλυκῶς ἐπὶ τῶν δευτέρων, ἐσήμανε τὴν διαφορὰν τοῦ γένους, εἴτε ἄρρενες εὑρεθήσονται, εἴτε θήλειαι, εἴτε τοὺς δικαίους εἴτε τοὺς ἁμαρτωλούς.

A sive mares sive feminæ, sive justi sive peccatores sint.

Καὶ ὁ ἀπόστολος δὲ Παῦλος σημαίνει ἐν τῇ πρὸς Θεσσαλονικεῖς δευτέρᾳ Ἐπιστολῇ λέγων οὕτως, *Ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἀπ' οὐρανοῦ μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ, ἐν πυρὶ φλογὸς διδόντος ἐκδίκησιν τοῖς μὴ εἰδόσι Θεὸν, καὶ τοῖς μὴ ὑπακούουσι τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· οἵτινες δίκην τίσουσιν, ὄλεθρον αἰώνιον, ἀπὸ προσώπου τοῦ Κυρίου, καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ· ὅταν ἔλθῃ ἐνδοξασθῆναι ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, καὶ θαυμασθῆναι ἐν πᾶσι τοῖς πιστεύσασι·* δηλῶν καὶ αὐτὸς, ὅτι τοῖς πιστοῖς ἁγίοις μεγάλαι καὶ ἀνεκλάλητοι δόξαι ἀπόκεινται· τοῖς δὲ ἀπίστοις, δίκη ὀλέθριος, τουτέστιν, ἀνάλογος τιμωρία τῆς καταστάσεως ἐκείνης. Ἐν ὀλέθρῳ γὰρ καὶ ἰσχάτῃ τιμωρίᾳ καὶ μεταμελείᾳ πολλῇ εὑρίσκεται πᾶς ὃς οὐκ ἀπολαύει τῶν ἁγίων καὶ τῶν δοξῶν καὶ τῆς μακαριότητος τῆς ἀποκειμένης τοῖς δικαίοις. Ὀφείλει τοίνυν πᾶς Χριστιανὸς δουλαγωγῆσαι ἑαυτὸν καὶ ὑποτάξαι ἀπεντεῦθεν τῷ Θεῷ, καὶ πιστεύειν πάσῃ τῇ θείᾳ Γραφῇ, Παλαιᾷ τε καὶ Καινῇ Διαθήκῃ, καὶ φύλαξ εἶναι δογμάτων ἀκριβὴς, καὶ βίον ἔχειν κατάλληλον τῇ πίστει· ἀποθέσθαι δὲ καθὰ καὶ μέλλοντες προσιέναι τῷ βαπτίσματι ὡμολογήσαμεν καὶ ἀποτάσσεσθαι πάσῃ Σατανικῇ τε καὶ Ἑλληνικῇ πλάνῃ, καὶ ἀπιστίᾳ, καὶ ματαιότητι, καὶ ἐλπίδι ἀνελπίστῳ. Τὰ μέγιστα γὰρ βλαβήσονται ἐκείνοις ἐμμένοντες, ὡς μάθημα θεῖον τὰς ἐκλείψεις ψηφίζοντες καὶ προλέγοντες, περαιτέρω τούτου ἐλπίδα μὴ κεκτημένοι· ἀλλὰ πλανῶντες καὶ πλανώμενοι· εἴπου γε καί τις ἀποσυληθεὶς ἱμάτιον ἢ ἕτερόν τι, ὡς προφήτας τούτοις προσιὼν, ἤκουσε παρ' αὐτῶν ἢ ἐπέτυχε ψευσαμένων ἀληθειαν· εἰ δὲ μή, οὐδὲ τοῦτο. Τοιαῦται τῶν ματαιοφρόνων τῶν τὸ σφαιρικὸν σχῆμα τῷ οὐρανῷ δωρουμένων αἱ ἐλπίδες· οὐ δύνανται δὲ περαιτέρω τούτων τι ἐλπίζειν, οὔτε ἀνάστασιν, οὔτε βασιλείαν οὐρανῶν, οὔτε κρείττονα κατάστασιν· ἐπείπερ ἐξεῶσι τὴν σφαῖραν, καὶ αὐτὴν ἣν ἔχουσιν ἐλπίδα ἀπολλύουσι. Γένοιτο δὲ ἡμᾶς, ὦ τιμία κεφαλὴ, ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εὐχαῖς τῆς δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων πατριαρχῶν, προφητῶν, ἀποστόλων, μαρτύρων, ὁμολογητῶν, διδασκάλων, συναριθμίους τοῖς ἐκ δεξιῶν γενέσθαι, καὶ μετ' αὐτῶν ἀκοῦσαι τὴν ἐξαίρετον καὶ μακαρίαν ἐκείνην φωνὴν λέγουσαν· *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.* Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Apostolus vero Paulus in secunda ad Thessalonicenses hæc indicat: *In revelatione Domini Jesu de cœlo, cum angelis virtutis ejus, in flamma ignis, dantis vindictam iis qui non noverunt Deum, et qui non obediunt Evangelio Domini nostri Jesu Christi: qui pœnas dabunt, interitum æternum a facie Domini, et a gloria fortitudinis ejus, cum venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt* [15]: ipse quoque declarans fidelibus sanctis magnam et ineffabilem gloriam repositam esse; infidelibus autem, pœnam æternam, B id est, congruens illi statui supplicium. Nam in pernicie, extremo supplicio et pœnitentia magna **260** versatur, quisquis sanctis donis, gloria et beatitudine justis reposita, non fruitur. Opus itaque est ut quivis Christianus in hac vita sese servituti tradat, et subjiciat Deo, credatque toti divinæ Scripturæ, tam Veteri, quam Novo Testamento; accurate dogmata servet, atque vitam fidei consentaneam ducat; omnem vero Satanicum et Græcum errorem, prout ad baptismum accessuri promisimus et confessi sumus, depellat, ipsique abrenuntiet, necnon infidelitati, vanitati, et desperatæ illi spei. Magnum enim detrimentum accipient si iis immorentur: eclipses ceu divinam disciplinam ex calculis tradentes ac prænuntiantes, neque ulteriori spe instructi: sed errantes et alios in errorem inducentes; si quis cum aut vestimentum aut aliud quidpiam furto sublatum sibi est, ad eos, ceu ad prophetas, se confert, aß iis responsum accipit; ac vel, iis veritatem ementientibus, casu amissam rem consequitur; sin minus, ne hoc quidem. Hæc spes est vanorum hominum, qui sphæricam formam cœlo ascribunt: nec quidpiam ultra sperare possunt, neque resurrectionem, neque regnum cœlorum, neque statum meliorem: quandoquidem et sphæram illam amittunt, et spei quam habebant jacturam faciunt. Faxit Deus, o venerandum caput, ut in revelatione Domini nostri Jesu Christi, precibus Dominæ nostræ Deiparæ et omnium sanctorum, patriarcharum, prophetarum, D apostolorum, martyrum, confessorum, doctorum, cum iis qui in dextera positi erunt annumeremur, cum iis item audiamus præstantem illam et præclaram vocem: *Venite, benedicti Patris mei, hæreditate recipite paratum vobis regnum a constitutione mundi* [16]. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

Παραγγραφή.

Ὁ σκοπὸς ὅλος τῆς συγγραφῆς καὶ τῆς διαγραφῆς, πρὸς τὸ δεῖξαι ὅτι ἀπ' ἀρχῆς ὁ Θεὸς διὰ πάντων τῶν ἀρχαίων ἀνθρώπων, ἔτι τε καὶ τοῦ κοσμογράφου Μωϋσέως, καὶ πάντων τῶν προφητῶν καὶ ἀποστόλων ἐδήλωσε δύο καταστάσεις, ταύτην καὶ τὴν μέλλουσαν,

Paragrapha.

Totus hujusce operis et delineationum scopus est, ut ostendamus Deum ab initio, omnium priscorum hominum, Moysis item mundi descriptoris, omniumque prophetarum et apostolorum testimonio, duos illos status declarasse, præsentem scilicet et

[15] II Thess. I, 7-9. [16] Matth. XXV, 34.

Digitized by Google

futurum; hujus mundi universi figuram explicantes, declarantesque Christianos principiis suis magis insistere eaque sequi, atque finem eorum principiis esse consentaneum : et in hoc Dei bonitatem commonstravimus, quæ huic ludo et palæstræ, certaminibus, corruptioni et morti, finem imposuit. Ostendimus autem in Domino Christo immortalitatem, incorruptionem, immutabilitatem, beatitudinem, sanctificationem, justitiamque sempiternam omnibus hominibus parari, quemadmodum a constitutione mundi **261** præparaverat, secundum videlicet locum in cœlis, et secundum statum, eodem prorsus modo, quo per tabernaculum in figura prænuntiavit nobis. Declaravimus item Græcorum sententiam omni spe carere, qui neque secundum statum et vitam exspectant, neque fore credunt corporum nostrorum resurrectionem : sed errant simul et alios in errorem inducunt, una cum sphæra sua mentibus suis circumvoluti : rati non posse Deum omnium hominum corpora resuscitare; cum tamen, utpote sapientes, nosse debeant quod, si quidem Deus cogitationum et cordium universorum hominum judex sit, possitque cogitationes singulorum quæ a sæculo fuerunt discernere, multo magis poterit singulorum hominum corpora secernere : nam si spiritualia discernere valet, quanto magis corpora? siquidem in consummatione omnem creaturam commovebit a fundamentis, cœlum nempe, ac terram et reliqua elementa, quorum singula quæ ex humanis corporibus habent, ejus virtute discernente, restituent. Sicut cribrum agitans quispiam, quod quærit inveniet; sic, concussa et agitata universa rerum natura, qui quæruntur in medio comparebunt. Nam *adhuc semel*, inquit per prophetam, *ego agitabo non modo terram, sed etiam cœlum*[17]. Cum autem ait *adhuc semel*, rerum agitatarum, utpote factarum, mutationem, secundum Apostolum, significat; ut tandem illæ immotæ maneant. Quamobrem *cum regnum immobile accipiamus, gratiam habemus, per quam Deo placentes serviamus cum reverentia, pietate et obsecratione*[18].

Dominus vero de consummatione ita loquitur : *Et stellæ cadent de cœlo, et virtutes cœlorum movebuntur. Et tunc apparebit signum Filii hominis in cœlo : et tunc plangent omnes tribus terræ, et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli cum potestate et gloria multa. Et mittet angelos suos cum tuba vocis magnæ; et congregabunt electos ejus a quatuor ventis, a summis cœlis usque ad summum cœlum*[19]. Rursumque Apostolus in prima ad Thessalonicenses Epistola ait : *Quoniam ipse Dominus in jussu, in voce archangeli, et in tuba Dei descendet de cœlo, et mortui in Christo resurgent primum. Deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, rapiemur cum ipsis in nubibus obviam Domino in aera, et sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini invicem in verbis istis*[20]. Similiter habet in Epistola ad Corinthios prima : *In momento, in ictu oculi, in novissima tuba : canet enim tuba, et mortui resur-*

δηλώσαντες καὶ τὸ σχῆμα παντὸς τοῦ κόσμου, καὶ ὅτι οἱ Χριστιανοὶ μᾶλλον ἕπονται ταῖς ἑαυτῶν ἀρχαῖς δεικνύοντες, καὶ τὰ τέλη ἀκόλουθα ταῖς ἑαυτῶν ἀρχαῖς, καὶ ἐν τούτῳ μηνύοντες τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ, τὴν παρέχουσαν παῦλαν τῷ παιδευτηρίῳ τούτῳ καὶ τοῖς ἀγῶσι, καὶ τῇ φθορᾷ, καὶ τῷ θανάτῳ. Ἀναδείξαντες δὲ ἐν τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ ἀθανασίαν, ἀφθαρσίαν, ἀτρεπτότητα, καὶ μακαριότητα, ἁγιασμὸν, καὶ δικαιοσύνην αἰώνιον πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις, ὥσπερ ἦν ἑτοιμάσας ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, τὸν δεύτερον χῶρον, τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τὴν δευτέραν κατάστασιν, καθάπερ καὶ διὰ τῆς σκηνῆς πάλιν ἐν τύπῳ προεδήλωσεν ἡμῖν. Καὶ ὅτι ἀνέλπιστός ἐστιν ἡ τῶν Ἑλλήνων δόξα, μήτε δευτέραν κατάστασιν προσδοκώντων, μήτε πιστευόντων ἀνάστασιν ἔσεσθαι τῶν ἡμετέρων σωμάτων, ἀλλὰ πλανώντων καὶ πλανωμένων, μετὰ τῆς ἑαυτῶν σφαίρας ἅμα κυλιόμενοι ταῖς φρεσίν· ἀδύνατον νομίζοντες εἶναι τῷ Θεῷ ἀναστῆσαι τὰ σώματα πάντων τῶν ἀνθρώπων· ὀφείλοντες ὡς σοφοὶ γνῶναι, ὅτι εἰ κριτής ἐστιν ὁ Θεὸς ἐννοιῶν καὶ καρδιῶν πάντων ἀνθρώπων, καὶ δύναται διακρῖναι τὰς ἐννοίας ἑκάστου τὰς ἀπ' αἰῶνος, πῶς οὐχὶ μᾶλλον δύναται σώματα διακρῖναι ἑκάστου ἀνθρώπου. Εἰ γὰρ τὰ τοῦ πνεύματος δύναται διακρῖναι, πολλῷ μᾶλλον τὰ σώματα. Τινάσσει γὰρ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐκ θεμελίων οὐρανὸν καὶ γῆν ἅμα καὶ τὰ λοιπὰ στοιχεῖα ἐν τῇ συντελείᾳ· καὶ ἕκαστον αὐτῶν ἀποδίδωσιν ὃ κατέχει σῶμα ἀνθρώπειον, διακρινόμενον ὑπὸ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως. Ὥσπερ ἐν κοσκίνῳ κοσκινεύων τις τὸ ζητούμενον μὴν εὑρήσει, οὕτως σαλευομένης πάσης τῆς κτίσεως, οἱ ζητούμενοι μέσοι εὑρεθήσονται. *Ἔτι γὰρ ἅπαξ ἐγὼ σείσω*, φησὶ διὰ τοῦ προφήτου, *οὐ μόνον τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανόν*. Τὸ δὲ, *ἔτι ἅπαξ*, εἰπὼν, ὁ Ἀπόστολος δηλοῖ τὴν τῶν σαλευομένων μετάστασιν ὡς πεποιημένων, ἵνα μείνῃ τὰ μὴ σαλευόμενα. Διὸ *βασιλείαν ἀσάλευτον παραλαμβάνοντες, ἔχωμεν χάριν δι' ἧς λατρεύωμεν εὐαρέστως τῷ Θεῷ μετ' αἰδοῦς, καὶ εὐλαβείας, καὶ δέησεως.*

Καὶ ὁ Κύριος περὶ συντελείας λέγων, οὕτω φησί· *Καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ πεσοῦνται, καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται· καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ τότε κόψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς, καὶ ὄψονται τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. Καὶ ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης, καὶ ἐπισυνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν δ' ἀνέμων, ἀπ' ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρου οὐρανοῦ.* Καὶ πάλιν ὁ Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτῃ φησίν· *Ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον. Ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου*

[17] Agg. ii, 7. [18] Hebr. xii, 28. [19] Matth. xxiv, 29 seqq. [20] I Thess. iv, 16 seqq.

Digitized by Google

ἰς ἀέρα, καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα· ὥστε παρακαλεῖτε ἀλλήλους ἐν τοῖς λόγοις τούτοις. Ὁμοίως πάλιν λέγει ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ Ἐπιστολῇ· Ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι, σαλπίσει γάρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι, καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα. Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν. Ταῦτα τῶν Χριστιανῶν τὰ εὐαγγέλια, αὕτη τῶν πιστῶν αἱ μεγάλαι καὶ θαυμασταὶ ἐλπίδες, ἀνάστασις νεκρῶν καὶ βασιλεία οὐρανῶν ἡτοιμασμένη ἀπὸ καταβολῆς κόσμου τοῖς ἀνθρώποις· οἱ καὶ πρῶτον ἀθανασίαν, καὶ ἀφθαρσίαν, καὶ ἀτρεπτότητα κομιζόμενοι, μετάρσιοι ἀεροβατοῦντες σὺν Χριστῷ βασιλείαν οὐρανῶν κληρονομοῦσι, σὺν Χριστῷ βασιλεύσουσι, σὺν Χριστῷ οἰκητήριον τὸν οὐρανὸν κέκτηνται, σὺν Χριστῷ τῆς ἀχειροποιήτου σκηνῆς τὴν εἴσοδον συγχωρούμενοι πατεῖν, σὺν Χριστῷ τῆς ἐπουρανίου Ἱερουσαλὴμ πολῖται σὺν ἁγίοις ἀγγέλοις ἀναγορευόμενοι, σὺν Χριστῷ χαίροντες, σὺν Χριστῷ ἀγαλλιώμενοι, σὺν Χριστῷ ὑψούμενοι, σὺν Χριστῷ στεφανηφοροῦντες, σὺν Χριστῷ δοξαζόμενοι, σὺν Χριστῷ τοῦ θρόνου τῆς χάριτος ἀπολαύοντες, σὺν Χριστῷ δικαιοσύνης, καὶ ἁγιασμοῦ, καὶ ἀπολυτρώσεως, καὶ μακαριότητος, καὶ παντὸς αἰωνίου καὶ ἀνεκλαλήτου ἀγαθοῦ ἀπολαύοντες. Ποῖον ἔθνος, ἢ ποία αἵρεσις, τοιαύτας ἐλπίδας πιστεύουσα κέκτηται, εἰ μὴ μόνον Χριστιανοί;

gent incorrupti, et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere **262** *immortalitatem*[99]. Hæc sunt Christianorum evangelia, hæc magna et mirabilis fidelium spes, resurrectio mortuorum, et regnum cœlorum, paratum hominibus a constitutione mundi: qui homines, cum prius immortalitatem, incorruptionem et immutabilitatem nacti fuerint, sublimes per aerem delati, cum Christo regnum cœlorum in hæreditatem accipient, cum Christo regnabunt, cum Christo cœlum in domicilium possidebunt, cum Christo in tabernaculo non manufacto ambulare permittentur, cum Christo cœlestis Jerosolymæ cives una cum sanctis angelis appellabuntur, cum Christo gaudentes, cum Christo exsultantes, cum Christo exaltati, cum Christo coronas gestantes, cum Christo gloria affecti, cum Christo throno gratiæ fruentes, cum Christo justitia, sanctificatione, redemptione, beatitudine, omnique æterno et ineffabili bono gaudentes. Quæ gens, quæ secta tantam spem credendo obtineat, præter Christianos?

Ἕλληνες ἀπιστοῦσιν, ἀνέλπιστοι ὄντες, σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου ἀγαπῶντες, ἥτις μᾶλλον οὐδὲ ἓν τῶν πραγμάτων ἐξισχύει καταλαβεῖν ἀφ' ἑαυτῆς, εἰ μὴ θεία τις ἔλλαμψις παρακολουθήσῃ. Ὁμοίως καὶ Ἰουδαῖοι ἀπιστήσαντες τῷ φανέντι Χριστῷ τῷ ταῦτα φανερῶς κηρύξαντι, καὶ συστήσαντι, καὶ δι' ἑαυτοῦ καὶ διὰ τῶν ἀποστόλων, τούτων πάντων ἀπέτυχον. Σαμαρεῖται δὲ καὶ Μοντανοὶ σκληροτράχηλοι ὑπὲρ τοὺς Ἰουδαίους ὄντες, ἐκ Μωϋσέως καὶ τῶν σχημάτων τοῦ κόσμου μὴ δυνάμενοι παιδευθῆναι, ἀλλὰ καὶ τοῖς προφήταις ἀπιστοῦντες, μήτε ἄγγελον, μήτε πνεῦμα, μήτε ψυχὴν λογικὴν ἀθάνατον ὁμολογοῦντες, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ἴσα τῶν Ἑλλήνων, ἀνάστασιν σωμάτων ἀθετοῦντες, τούτων πάντων ἀποτυγχάνουσιν. Ὁμοίως καὶ Μανιχαῖοι πάλιν, τὰ σώματα μισοῦντες, καὶ τούτων ἀνάστασιν μὴ ὁμολογοῦντες, ἀλλὰ πονηροῦ Θεοῦ αὐτὰ δημιουργήματα ὑποτιθέμενοι, καὶ ἀπώλειαν αὐτῶν προσδοκῶντες, πάντων τῶν ἀγαθῶν καὶ αὐτοὶ στερίσκονται, μεθ' οὗ ἐχειροτόνησαν ἑαυτοῖς θεοῦ περὶ τὴν γῆν, ὡς ἀσεβεῖς κατακεχριμένοι. Ὁμοίως καὶ πάντες οἱ αἱρετικοὶ ὅσοι ἀθετοῦσι τὴν ἀνάληψιν τῆς ἡμετέρας σαρκὸς, καὶ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐνανθρωπήσεως, καὶ ὅσοι ἀθετοῦσι κολοβοῦντες τὴν θεότητα τοῦ Υἱοῦ, καὶ σμικρύνοντες τὴν θεότητα τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τούτων πάντων τῶν ἀγαθῶν καὶ αὐτοὶ στερίσκονται. Μόνοι γὰρ οἱ ὁμολογοῦντες ἕνα Θεὸν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν, ἄναρχον, ἀΐδιον, ἀπερίγραφον, ἀόρατον, ἀναφῆ, ἄφθαρτον, ἀθάνατον, ἀπαθῆ, ἀσώματον, ἀπεριόριστον, ἀκατάληπτον, ἀσύνθετον, ἀμερῆ, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων· ἐν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι γνωριζόμενόν τε καὶ προσκυνούμενον, καὶ ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν

Græci non credunt ac sine spe degunt, sapientiam hujus mundi diligentes, quæ ne unam quidem rerum capere per se valeat, nisi divina quæpiam illustratio subsequatur. Similiter Judæi Christo apparenti non credentes, qui hæc tam per se, quam per apostolos suos palam prædicavit et confirmavit, horum omnium jacturam fecerunt. Samaritani et Montanistæ, duriore quam Judæi cervice, cum a Moyse et a mundi figuris erudiri et institui non possent, neque prophetis crederent, neque angelum, vel spiritum, vel animam rationalem immortalem esse confitentes, sed pari cum Græcis sententia resurrectionem corporum negantes, hæc omnia amittunt. Similiter et Manichæi, qui corpora oderunt eorumque resurrectionem non confitentur; sed ea mali dei opificia esse comminiscuntur: cumque illa peritura exspectent, omnium et ipsi bonorum jacturam faciunt, cum deo illo, quem sibi in terra constituerunt, ut impii condemnati. Ita pariter omnes hæretici, quotquot carnis et animæ nostræ assumptionem in tempore incarnationis factam negant, quotquot etiam Filii deitatem tollunt, et Spiritus sancti deitatem minuunt, his omnibus et ipsis bonis privantur. Illi quippe tantum, qui unum Deum in tribus hypostasibus confitentur, sine principio, æternum, incircumscriptum, invisibilem, intactilem, incorruptibilem, immortalem, impassibilem, incorporeum, indefinitum, incomprehensibilem, incompositum, sine partibus, cœli et terræ, visibilium et invisibilium opificem, in Patre et Filio et Spiritu sancto cognitum et adoratum: qui in novissimo dierum, incarnationis **263** tempore, mundum, quem creaverat, restaurare volens, accepta ex

[99] I Cor. xv, 52, 53.

Digitized by Google

beata Virgine massæ nostræ particula, Deus Verbum, cum Patre et Spiritu sancto, sine semine, ut parvum mundum, viuculum omnis creaturæ, hominem videlicet, restauraret : ipsi ex simplici voluntatis inclinatione unitus est unione præstantissima et indissolubili, ita ut assumptio unioni anteire non intelligatur, sed simul eodemque tempore formatio, assumptio et unio exsistant, pati quoque voluit et occidi : cumque hominem per resurrectionem consummasset, in cœlum reduxit illum, et sessione ad dexteram ipsum honoravit, atque universi judicem constituit : cum hoc item qui recte vitam instituunt, in thalamum una cum sponso ingrediuntur : qui scilicet neque deitatem, neque humanitatem ipsi adimunt; li cum Christo choreas agunt, ac cum ipso regnant in cœlo, audientes ab illo in consummatione : *Venite, benedicti Patris mei, hæreditate accipite paratum vobis regnum a constitutione mundi* [21].

A ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἀνακτίσαι βουλόμενος ὄνπερ ἔκτισε κόσμον, λαβὼν πάλιν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας ἐκ τοῦ ἡμετέρου φυράματος ὁ Θεὸς Λόγος, σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, ἄνευ σπορᾶς, ἀνακτίσαι τὸν μικρὸν κόσμον, τὸν σύνδεσμον πάσης τῆς κτίσεως, τουτέστι τὸν ἄνθρωπον, καὶ αὐτῷ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀκαριαίας ῥοπῆς, ἑνώσει ἐξαιρέτῳ, καὶ ἀναφαιρέτῳ, ὡς μὴ προεπινοεῖσθαι τὴν λῆψιν τῆς ἑνώσεως, ἀλλ' ἅμα διάπλασις, καὶ λῆψις, καὶ ἕνωσις· συνεχώρησέ τε παθεῖν, καὶ ἀποκτανθῆναι· καὶ τελειώσας διὰ τῆς ἀναστάσεως, εἰς οὐρανὸν ἀνήγαγε, καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ καθέδρας ἐτίμησε, καὶ κριτὴν αὐτὸν τοῦ παντὸς κατέστησεν· ὁμοίως σὺν τούτῳ καὶ οἱ βιοῦντες καλῶς, εἰσέρχονται εἰς τὸν νυμφῶνα ἅμα τῷ νυμφίῳ, μὴ καλοβοῦντες μήτε τὴν θεότητα, B μήτε τὴν ἀνθρωπότητα· οὗτοι συγχορεύουσι τῷ Χριστῷ, καὶ συμβασιλεύουσιν αὐτῷ ἐν τῷ οὐρανῷ, ἀκούοντες παρ' αὐτοῦ ἐν τῇ συντελείᾳ· *Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.*

De consummationis autem die nemo novit, nisi unus Deus. Dicunt autem mundum non consummandum esse, donec homines sint angelis numero æquales : nam dicit Moyses : *Constituit terminos populorum, secundum numerum angelorum Dei* [22]; ac si diceret, Terminum populorum in hoc constituit, ut sint angelis numero pares. Sane Apostolus quoque ait : *Cum autem plenitudo gentium ingressa fuerit, sic omnis Israel salvabitur* [23], clare de consummatione verba faciens. Imo etiam Dominus hac de re adumbrate loqui videtur, cum ait : *In resurrectione pares angeli sunt* [24]. Quotquot ergo Christiani estis, et huic spei patrociuamini, Christumque in exemplum et typum habetis, cum hunc librum legetis, orate pro me peccatore, ut universorum Dominus ne me despiciat, sed miseratus, me vobiscum annumeret cum iis qui a dextris ejus erunt, peccatorum scilicet nostrorum oblitus, et ne illa ineffabili beatitudine excidam, precibus et obsecrationibus vestris, per misericordiam, clementiam et gratiam omnium nostrum Servatoris Christi, cum quo Patri gloria cum sancto Spiritu et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Περὶ δὲ τῆς συντελείας τὴν ἡμέραν οὐδὲ εἷς ἐπίσταται, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός. Φασὶ δὲ εἰ μὴ συναριθμιοι γένωνται οἱ ἄνθρωποι τοῖς ἀγγέλοις, οὐ συντελεῖται ὁ κόσμος· λέγει γὰρ ὁ Μωϋσῆς, *Ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ*· ὡσανεὶ, Τὸν ὅρον τῶν ἐθνῶν ἐν τούτῳ ἔστησεν, ἐν τῷ συναριθμίους γενέσθαι τοῖς ἀγγέλοις. Ἀμέλει καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει, *Ὅταν δὲ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, καὶ οὕτω πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται*, σαφῶς C περὶ συντελείας εἰπών. Ἀλλὰ καὶ ὁ Κύριος φαίνεται αἰνιττόμενος περὶ τούτου, καὶ λέγων, *Ἐν τῇ ἀναστάσει ἰσάγγελοί εἰσιν.* Ὅσοι τοίνυν Χριστιανοὶ ὑπάρχετε, καὶ ταύτης τῆς ἐλπίδος ἀντιλαμβάνεσθε, καὶ δεῖγμα καὶ τύπον ἔχετε τὸν Δεσπότην Χριστὸν, ἀναγινώσκοντες τὴν βίβλον, εὔξασθε ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὅπως ὁ πάντων Κύριος μή με ὑπερίδῃ, ἀλλ' ἐλεήσας συναρίθμιόν με ποιήσῃ μεθ' ὑμῶν σὺν τοῖς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, παρορῶν τὰ ἡμέτερα πλημμελήματα, καὶ μὴ ἀποτύχω ταύτης τῆς μακαριότητος τῆς ἀνεκλαλήτου, εὐχαῖς καὶ δεήσεσιν ὑμετέραις, εὐσπλαγχνίᾳ δὲ καὶ φιλανθρωπίᾳ καὶ χάριτι τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, καὶ νῦν, καὶ πάντοτε, καὶ D εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Christiani *Christiana Topographia* totum mundum complectens.

Χριστιανοῦ *Χριστιανικὴ Τοπογραφία* περιεκτικὴ παντὸς τοῦ κόσμου.

LIBER VI. *Superadditus.*

ΛΟΓΟΣ Ϛ'. *Συνημμένος.*

264 *De magnitudine solis.*

Περὶ μεγέθους ἡλίου.

Post absolutum librum, quidam adversum nos circa figuram mundi quæstiones moverunt, his verbis : Quomodo potest, ut vestra fert sententia, sol abscondi sub borealibus terræ partibus, cum multis partibus terræ magnitudinem excedat? Nam secundum sphæram nostram, quantumcunque sol terra sit major, nihilo minus umbram efficiet ad oppositam ejusdem terræ partem. Quibus nos brevissime

Τινὲς μετὰ τὸ πέρας εἰληφέναι τὴν βίβλον, ἐκίνησαν λόγους πρὸς ἡμᾶς περὶ τοῦ σχήματος τοῦ κόσμου, λέγοντες, Πῶς δύναται κρύπτεσθαι τὸν ἥλιον καθ' ὑμᾶς ὑπὸ τὰ βόρεια μέρη τῆς γῆς τὰ ὑψηλὰ, πολλοῖς τοῖς μέτροις ὑπερέχοντα τὸ μέγεθος αὐτῆς; Ἐπὶ γὰρ τῆς λεγομένης παρ' ἡμῶν σφαίρας, ὅσῳ δήποτε μείζων ἐστὶν ὁ ἥλιος τῆς γῆς, πάντως ποιήσει σκιὰν κατὰ τὸ ἕτερον μέρος αὐτῆς. Πρὸς οὓς

[21] Matth. xxv, 34. [22] Deut. xxxii, 8. [23] Rom. xi, 25. [24] Luc. xx, 36.

Digitized by Google

συντομώτατα εἰρήκαμεν, ψευδὲς εἶναι καὶ πλάσμα τὸ τοιοῦτον· ἀποδείξαντες πρῶτον ἐξ αὐτῶν τῶν παρ' αὐτοῖς ὁμολογημένων κλιμάτων, ὡς ἀδιαφόρους ἔχει σκιάς. Ἔπειτα καὶ ἐξ ὧν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ἐθεασάμεθα ἐπὶ τὰ μέρη Ἀξώμεως ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ. Ἐν τῇ γὰρ ἀρχῇ τῆς θερινῆς τροπῆς κατὰ τὴν εἰκοστὴν πέμπτην τοῦ Παῦνὶ μηνὸς, ὥραν ἕκτην τῆς ἡμέρας, ὄντος ἤδη περὶ τὸ μεσουράνημα τοῦ ἡλίου, σαφῶς εἴδομεν ὡς ὅτι ἡ σκιὰ τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τὸν νότον κλίνει. Λαβὼν δὲ καὶ αὐτὸς ἐνταῦθα τῇ Ἀλεξανδρείᾳ κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν, λέγω δὴ Παῦνὶ εἰκοστῇ πέμπτῃ καὶ ἕως Θὼθ λ', ὥραν ἕκτην τῆς ἡμέρας, σταθέντες ὑποκάτω τοῦ ἡλίου, ἔδειξα τὴν σκιὰν ἐπὶ τὰ βόρεια μέρη πόδα ἕνα κλίνουσαν καὶ μόνον. Καὶ ἔστι κατ' αὐτοὺς ἡ Ἀλεξάνδρεια τρίτον κλῖμα. Εὑρεθεὶς δὲ ἐνταῦθα ὁ τὰ πάντα θεοσεβέστατος καὶ θαυμαστὸς ἀββᾶς Στέφανος, ὁ κατὰ Ἀντιόχειαν πρεσβύτερος, Χριστιανικώτατος, τῶν τελείων καὶ ἀληθινῶς ὑπάρχων, ἠσκημένος δὲ ἀκριβῶς καὶ τὴν ψῆφον τῆς σελήνης, κατὰ τὸ σχῆμα μέντοι καὶ αὐτὸς ὃ ὑπεθέμεθα κατὰ τὴν θείαν Γραφὴν, ξυνάμενός τε προλέγειν εὐχερῶς καὶ ἐκλείψεις ἡλιακὰς, καὶ σεληνιακὰς, ἠβουλήθη περὶ τοῦτο ἀσχολεῖσθαι. Ὅθεν ἀπαιτηθεὶς τῷ Θὼθ μηνὶ, τῆς παρούσης δεκάτης ἰνδικτιῶνος, παρὰ ἀνδρὸς ἐπιστήμονος, Ἀναστασίου τοὔνομα, μηχανικοῦ ἀνδρὸς λογίου, καὶ ὑπὲρ πολλοὺς ἐμπείρου, προειπεῖν ἔκλειψιν ἡλίου· ἔφη γενέσθαι ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ κατὰ τὴν δωδεκάτην τοῦ Μεχὶρ μηνός· ἥτις καὶ γέγονε· καὶ σεληνιακὴν Μεσορὶ κθ' πάλιν τῷ αὐτῷ καιρῷ. Καὶ θαυμάσας, πάλιν ἀπῄτησε γεγονυίας ἐκλείψεις· καὶ ταύτας πάλιν ἐξειπόντος ἐθαύμασεν ὁ ἀνήρ. Παρῆσαν δὲ καὶ οἱ ἕτεροί τινες μηχανικοὶ καὶ τῶν ἡμετέρων φίλων, ἐφ' ὧν ταῦτα ἐλαλήθησαν. Αὐτὸς οὖν ὁ θεοφιλὴς ἀνὴρ πεῖραν καὶ πεῖσιν ἔχων περὶ τῶν τοιούτων, ἔν τε τῇ Ἀντιοχέων καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει παραγεγονὼς, καὶ πολλὰ ἔτη διατρίψας, ἔλεγε καὶ αὐτὸς μεμετρηκέναι καὶ ἐν ἀμφοτέροις τόποις τὰς σκιάς· καὶ ἐν μὲν τῇ Ἀντιοχείᾳ πόδα ἕνα ἡμισυ ἔχειν τὴν σκιὰν ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ, διεβεβαιοῦτο· ἐν δὲ τῷ Βυζαντίῳ πόδας δύο. Ἔστι δὲ ἡ Ἀντιόχεια τοῦ κλίματος τοῦ διὰ Ῥόδου· λέγω δὴ τοῦ τετάρτου· τὸ δὲ Βυζάντιον τοῦ ε' ἐπέκεινα μικρόν. Οὕτω γὰρ διαιροῦσι τὰ κλίματα· πρῶτον κλῖμα τὸ κατὰ Μερόην φασὶ, δεύτερον τὸ κατὰ Συήνην, τρίτον τὸ κατὰ Ἀλεξάνδρειαν, τέταρτον τὸ κατὰ Ῥόδον, πέμπτον τὸ κατὰ Ἑλλήσποντον, ἕκτον τὸ κατὰ μέσον τοῦ Πόντου, ἕβδομον τὸ κατὰ Βορυσθένους ποταμοῦ, καὶ τῆς Μαιώτιδος λίμνης· λοιπὸν ὁ Ὠκεανός. Εἰ τοίνυν, καθὰ καὶ αὐταῖς ὄψεσιν ἐθεασάμεθα, τὴν σκιὰν ἐνταῦθα ἐν τῷ τρίτῳ κλίματι, ὡς αὐτοὶ ὑποτίθενται, πόδα ἕνα κλίνειν μόνον ἐπὶ βορρᾶν, καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ πόδα ἕνα ἡμισυ, καὶ ἐν τῷ ε' δύο, πῶς οὐ φανερόν ἐστιν ὅτι κατὰ κλῖμα ποδὸς τὸ ἡμισυ προστίθεται, ἢ ἀφαιρεῖται; Καὶ εἰ τοῦτο ἀληθὲς, ὥσπερ οὖν καὶ ἀληθὲς ἐστὶν, εὑρεθήσεται ὁ ἥλιος δύο κλιμάτων μέγεθος καὶ μόνον ἔχων. Εἰ γὰρ ἐν τῷ τρίτῳ κλίματι πόδα ἕνα ἔχει, ἐν τῷ δευτέρῳ πάντως ἡμισυ ποδὸς ἔχει, ἐν δὲ τῷ πρώτῳ καὶ ἄσκιοι παντελῶς εὑρισκόμεθα. Καθάπερ

respondimus falsum esse figmentum eorum: ostendimusque primo ex climatibus, ut ab ipsis in confesso habetur, eum minime diversas umbras habere. Postea vero idipsum commonstravimus ex iis, quæ nos in partibus Axomis in Æthiopia observavimus. Nam in principio æstivæ conversionis, vicesima quinta die mensis Pauni, hora sexta, cum jam sol circa medium cœlum advenisset, clare vidimus umbram hominis ad meridiem declinare. Hic porro, Alexandriæ scilicet, constitutus, eodem tempore recurrente, scilicet vicesima quinta mensis Pauni, usque ad mensis Thoth tricesimam, hora sexta diei, cum sub sole consisteremus, ostendi umbram uno tantum pede ad septentrionales partes declinare. Secundum illos vero Alexandria tertium clima est. Cum autem hic tum degeret religiosissimus ille et mirabilis abbas Stephanus, presbyter Antiochenus, Christianissimus homo et inter perfectos vere numerandus, in lunaribus calculis versatissimus, qui, secundum schema mundi illud ex divina Scriptura a nobis expositum, solares et lunares eclipses facile prænuntiare possit, iis sese tunc exercitare voluit [Vide in Præfatione]. Quare in mense Thoth decimæ præsentis indictionis, rogatus ab erudito Anastasio, viro mechanico et docto, multos peritia rerum superante, ut solis eclipsin prænuntiaret, dixit ille futuram tali tempore duodecima die mensis Mechir: quæ etiam accidit: lunarem vero fore prædixit vicesima quarta Mesori, notata similiter hora. Ille vero rem miratus, rogavit ut præteritas item eclipses indicaret: quas cum ille pariter enuntiasset, obstupuit Anastasius. Aderant item alii mechanici ex amicorum nostrorum numero: quibus præsentibus hoc colloquium habitum est. Ille itaque vir religiosus, tum experimento rerum hujusmodi, tum studio permotus, Antiochiæ et Constantinopoli multis annis commoratus, **265** se in utraque urbe umbras dimensum testificabatur: atque Antiochiæ umbram sesquipede eo ipso tempore extendi declarabat, Byzantii vero duobus pedibus. Est porro Antiochia eodem climate sita, quo Rhodus, scilicet quarto: Byzantium vero quintum clima paulum excedit. Nam sic climata dividunt: primum clima in Meroe situm aiunt, secundum Syene, tertium Alexandriæ, quartum Rhodi, quintum in Hellesponto, sextum in medio Ponti [Euxini], septimum ad Borysthenem fluvium et ad Mæotidem paludem. Deinde Oceanus adest. Si igitur, ut nos ipsis oculis vidimus, hic in tertio, ut ipsi supponunt, climate, uno pede tantum umbra declinat ad septentrionem; in quarto autem, sesquipede; in quinto, duobus pedibus: qui non palam fuerit, ad singula climata dimidium pedis adjici, aut detrahi? Quod si hoc verum sit, ut revera est, hinc sane deprehendatur, solem duorum tantum climatum magnitudinem obtinere. Etenim si in tertio climate pedis unius umbram efficit, in secundo sane dimidii pedis efficiet; in primo autem nulla fuerit umbra. Quemadmodum

Digitized by Google

autem in secundo libro jam dicere occupavimus, terræ spatia multa sunt a Meroe ad australem usque Oceanum : nam a Cataractis usque ad Oceanum, mansiones sunt plus minus septuaginta, ut nos dixisse meminimus. Climata porro, quæ illi supponunt, ad viginti fere tantum numerant. In climate vero Axomeos, quæ est Æthiopum civitas, umbra plus uno pede ad meridiem declinare deprehenditur; ita ut ad omnem modum sol, cum inter Syenem et Axomim æstivam conversionem decurrit, duorum tantum climatum magnitudinem habeat. Qua ratione igitur ea, quæ ab ipsis de sole dicuntur, non falsa et fabulosa fuerint, quod scilicet terra major exsistat? Quomodo item cum terram sphæricam esse dicant, umbra in convexis terræ partibus non variat? Nam cum zonam illam adustam in medio reponant, necesse est ea, quæ ad utrumque latus sunt, multum devexa esse. Aiunt autem posse neminem in adusta illa zona habitare; imo etiam illam, quam nos incolimus, terram, ad septentrionalem terræ partem longissimis spatiis a zona illa adusta distare. Mirorque plane quod in hujusmodi, secundum illorum hypothesin, convexa terræ figura, ea proportione umbræ procedere queant, ut ad singula climata dimidio pede accrescant aut minuantur, ut, Deo juvante, commonstravimus, ipsisque oculis percepimus, ac ostendimus iis, qui nobiscum versabantur hominibus, sane non imperitis, sed eruditis admodum, et hac in re strenue concertantibus. 268 Illi vero iterum dicebant et affirmabant, cum corpus illuminans majus, illuminatum vero minus sit, utrumque autem sphæricum, conicam prorsus umbram effici; nam radii majoris sphæræ ultra minorem isthac illac transeuntes, necessario in acutissimum conum desinere, atque delineatis demonstrationibus nos circumscribere conabantur. Verum hac in re falsum ab illis proferri ipsis oculorum experimentis comprobavimus : allata quippe parva sphæra lignea, defixoque clavo quo illam manibus teneremus, eamdemque soli opponentes, rotundam ejus umbram esse vidimus, non autem conicam. Tum eos ita compellavimus : En quam parva hæc sphæra est, quam tenemus, sol autem secundum vos ingentis magnitudinis, et tamen non conicam, sed rotundam et cylindricam umbram efficit. Experimentum vero illius, modo ex breviore, mox ex longiore intercapedine cepimus : neque demonstrata sunt quæ illi effutiebant; sed captiosis ipsi verbis multos decipiunt. Rursum autem allato conico vase, commonstravimus illis, conicum corpus conicam itidem umbram efficere. Ac, ut veritate præsente loquor, Pater religiosissime, illi hianti ore, tristes attonitique, per virtutem Christi, abscesserunt, a nobis ex ipsis suis figmentis pudefacti. Ecce jam pro illorum more et arte, lineas describentes, unam cuilibet climati, Deo juvante, assignare possumus, certis argumentis commonstrantes, solem non esse duobus climatibus majorem; ut hac in re discant non recta cervice superbire, sed divinæ Scripturæ obsequi.

Δὲ προλαβόντες ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ εἴπομεν ἡμεῖς, τὰ διαστήματα τῆς γῆς ἀπὸ τῆς Μερόης ἕως τοῦ Ὠκεανοῦ, κατὰ τὸν νότον, πολλὰ διαστήματα ἔχειν· ἀπὸ τῶν καταρακτῶν ἕως τοῦ Ὠκεανοῦ, μονὰς ο', πλέον ἢ ἔλαττον, μεμνήμεθα εἰπόντες ἔχειν τὸ διάστημα τῆς γῆς. Τὰ δὲ αὐτοὶ ὑποτίθενται κλίματα ἀπὸ κ' μόνον ἔγγιστα ὑποτίθενται. Εὑρίσκεται οὖν πάντως ἐν τῷ κατὰ τὴν Ἀξώμην τῶν Αἰθιόπων πόλιν κλίματι, πλέον ποδὸς κλίνουσα ἐπὶ τὸν νότον ἡ σκιά· ὥστε παντὶ τρόπῳ, εἰ ἀναμέσον ἐστὶ Συήνης καὶ Ἀξώμεως, δύο κλιμάτων ἔχει μέγεθος, τὴν θερινὴν τροπὴν διατρέχων ὁ ἥλιος. Πῶς οὖν οὐ ψευδῆ καὶ μυθώδη τὰ λεγόμενα παρ' αὐτῶν περὶ τοῦ ἡλίου, ὡς ὅτι μείζων ὑπάρχει τῆς γῆς; Πῶς δὲ καὶ τὴν γῆν σφαιροειδῆ φασκόντων, οὐ διαλλάττει ἡ σκιὰ ἐν τῷ κοιλώματι τῆς γῆς; Μέσην μὲν γὰρ ὑποτιθεμένων τὴν διακεκαυμένην ζώνην, ἀνάγκη τὰ παρ' ἑκάτερα κοιλότερα εἶναι. Φασὶ δὲ μὴ δύνασθαι οἰκεῖν τινας κατὰ τὴν κεκαυμένην ζώνην· ἀλλὰ καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην εἶναι ἐπὶ τὸ βόρειον μέρος τῆς γῆς, ἀπέχουσαν διαστήματα πολλὰ τῆς διακεκαυμένης ζώνης. Καὶ θαυμάζω πάλιν, εἰ ἐν τούτοις τοῖς κοιλώμασι τῆς γῆς, κατὰ τὴν αὐτῶν ὑποθήκην, δύνανται οὕτως ἀναλογεῖν αἱ σκιαί, ὡς ὑπὸ ἡμισυ ποδὸς καθ' ἕκαστον κλῖμα εἶναι, ὡς σὺν Θεῷ παρ' ἡμῶν ἀποδέδεικται, αὐταῖς ὄψεσι θεασαμένων, καὶ δειξάντων οἷς διαλεγόμεθα ἀνθρώποις, οὐκ ἀμυήτοις, ἀλλ' ἐμπείροις οὖσι, καὶ ἐν τούτῳ στερεῶς διαμαχομένοις. Ἔτι πάλιν ἔλεγον διϊσχυριζόμενοι, ὅτι ἡνίκα μέγα σῶμα ᾖ τὸ φωτίζον, τὸ δὲ φωτιζόμενον μικρὸν, ἀμφότερα δὲ σφαιροειδῆ, κῶνον πάντως ἀποτελεῖσθαι τὴν σκιάν· αἱ ἀκτῖνες γὰρ τῆς μεγάλης σφαίρας διήκουσαι ἔνθεν κἀκεῖθεν τῆς μικρᾶς σφαίρας, ὀξύτατον κῶνον πάντως ἀποτελοῦσι· καὶ ἐπείρουν γραμμικαῖς ἀποδείξεσι δῆθεν ἡμᾶς περιγράφειν. Κατὰ τοῦτο δὲ πάλιν συντομώτατα αὐταῖς ὄψεσιν ἐδείξαμεν ψευδὲς τὸ λεγόμενον· ἐνέγκαντες γὰρ βραχυτάτην σφαῖραν ξυλίνην, ἐνεδάλομεν ἧλον καθηλωτὸν, ἐξ οὗ καὶ κατέχομεν χερσὶ, καὶ ἐκτείνοντες ἐπὶ τὸν ἥλιον, στρογγύλην σκιὰν ἐθεωροῦμεν, καὶ οὐχὶ κωνοειδῆ. Ἐλέγομεν δὲ αὐτοῖς, Ἰδοὺ πῶς μικρά ἐστιν ἣν κατέχομεν σφαῖραν, καὶ μέγας, μάλιστα καθ' ὑμᾶς, ὁ ἥλιος, καὶ οὐκ ἀποτελεῖ κωνοειδῆ σκιὰν, ἀλλὰ στρογγύλην. Καὶ ἀπ' ἐγγύθεν γὰρ ἐδοκιμάσαμεν, καὶ μακρόθεν· καὶ οὐχ εὗρον ἀποδεῖξαι ἃ λέγουσιν· ἀλλὰ μᾶλλον πιθανοῖς ἀπάταις τοὺς πολλοὺς ἀπατῶσιν. Ἐνέγκαντες πάλιν ἡμεῖς κωνοειδὲς σκεῦος, τότε ἀπεδείξαμεν αὐτοῖς ὡς τὸ κωνοειδὲς καὶ κωνοειδῆ σκιὰν ἀποτελεῖ. Καὶ ὡς ἐπὶ τῆς ἀληθείας λέγω, Πάτερ θεοφιλέστατε, διὰ τῆς δυνάμεως τοῦ Χριστοῦ, ἀχανεῖς καὶ σκυθρωποὶ τὰ, ὄψεις ἀνεχώρησαν, παρ' ἡμῶν αἰσχυνόμενοι ἐπὶ τοῖς ἑαυτῶν πλάσμασιν. Ἰδοὺ δὲ καὶ ἡμεῖς κατὰ τὴν αὐτῶν τέχνην, γραμμὰς βαλόντες καὶ ἐντυπώσαντες, ὡς ἔθος αὐτοῖς ποιεῖν, ἑκάστῳ κλίματι μίαν δυνάμεθα δεῖξαι, τῇ θείᾳ δυνάμει πρῶτον ὠχυρωμένοι· ὡς οὐκ ἔστι μείζων δύο κλιμάτων ὁ ἥλιος· ἵνα καὶ ἐν τούτῳ μάθωσιν μὴ ὑψαυχενεῖν, ἀλλ' ὑποκύπτειν τῇ θείᾳ Γραφῇ.

Digitized by Google



Ἡ κατ' εὐθεῖαν γραμμή ἐστιν ἡ γῆ· αἱ δὲ θ' ὀρθαὶ γραμμαὶ, σώματά εἰσι καθ' ἕκαστον κλῖμα ἱστάμενον ἐν· αἱ δὲ ἀπὸ τοῦ ἡλίου κατερχόμεναι ἐπὶ τὰ σώματα, ἀκτῖνές εἰσι τοῦ ἡλίου ἔνθεν κἀκεῖθεν συμπίπτουσαι τοῖς σώμασιν, ἀποτελοῦσιν, ὥσπερ τὰς ἀπὸ μέλανος ἐχαράξαμεν σκιάς. Ἡ δὲ μία γραμμὴ ἡ ὀρθίως καταβαίνουσα, ἐπειδήπερ κατὰ κορυφῆς ἐστι

Recta linea est terra; novem autem lineæ rectæ ad perpendiculum, totidem erecta corpora, nempe ad singula climata unum repræsentant. Lineæ vero a sole ad corpora decidentes, solares radii sunt, qui hinc et inde ad corpora delapsi, umbras, ut atramento designavimus, efficiunt. Una autem ex lineis, recta descendens, quia ad perpendiculum

Nota ad schema solis. Solem deflexo capite delineavit Cosmas, quia cum in ejus de mundo systemate, multo plura versus septentrionem, quam versus meridiem, climata sint, non poterat eam quæ in novem hisce lineis media est, ad perpendiculum vultus solis depingere, ut τὸ ἄσκιον, id est, locum ubi sol nullam efficit umbram, indicaret. Advertas porro velim, in schemate dimidium pedis curva lineola indicari : siquidem, ut in Analectis Græcis observavimus, hac figura ἥμισυ, sive dimidium significatur.

Digitized by Google

capiti imminet, nullam efficit umbram ; quia major corpore radius, totum circumquaque collustrat.

Id testificatur Dominus in Evangeliis cum terminos terræ vocat Homeritem, qui a Barbaria trajectu maris non plus bidui distat. Idque liquet ex climatibus, ut apud illos in confesso sunt : et ex locis, ut ait Ptolemæus, qui Æthiopiam debellavit ; cujus mentionem fecimus in secundo libro. Palam item est ex umbris in quolibet climate exstantibus, solem duorum climatum magnitudinem non excedere : ac etiam terram esse explicatam, non vero sphæricam, ut in delineatione ejus exhibetur.

A τοῦ σώματος, ἄσκιον αὐτὸ ἀποτελεῖ, ὡς μείζων οὖσα τῷ σώματι καὶ ὅλον περιλάμπουσα.

Μαρτυρεῖ καὶ ὁ Κύριος ἐν Εὐαγγελίοις, πέρατα τῆς γῆς καλῶν τὸν Ὁμηρίτην, ἀπέχοντα τῆς Βαρβαρίας οὐ πλεῖον δύο ἡμερῶν διὰ θαλάσσης δρόμον. Εὔδηλον ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς ὡμολογημένων κλιμάτων, καὶ τῶν τόπων, ὡς μαρτυρεῖ καὶ Πτολεμαῖος ὁ τὴν Αἰθιοπίαν πολεμήσας, οὗ καὶ μνήμην ἐποιησάμεθα ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ. Καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν σκιῶν τῶν εἰς ἕκαστον κλῖμα γενομένων, ὡς ὅτι πλέον ϛ' κλιμάτων οὐκ ἔχει τὸ μέγεθος ὁ ἥλιος· ἀλλὰ καὶ ἡ γῆ ἐξηπλωμένη τυγχάνει, καὶ οὐχὶ σφαιροειδής, ὡς ἡ καταγραφὴ δείκνυσιν.

268 *Tractatus, quo manifestius ac brevius comprobatur, nos a tota divina Scriptura doceri, Deum duos paravisse status : hunc scilicet, et futurum.*

B *Ἔτι σαφέστερος λόγος καὶ περιεκτικώτερος σκοπός, καὶ ὅτι διὰ πάσης τῆς θείας Γραφῆς διδασκόμεθα δύο καταστάσεις πεποιηκέναι τὸν Θεόν· ταύτην, καὶ τὴν μέλλουσαν.*

Id demonstratur primo ex ipsa universi constructione, qua Deus unum locum divisit, a terra nempe usque ad primum cœlum, intermedio posito firmamento, id est secundo cœlo, atque uno loco in duo loca distributo.

Πρῶτον πάντων ἐξ αὐτῆς τῆς κατασκευῆς τοῦ παντὸς, ὡς διεῖλεν ὁ Θεὸς τὸν ἕνα χῶρον τὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἕως τοῦ πρώτου οὐρανοῦ, καταμεσόθεν θεὶς τὸ στερέωμα, τουτέστι, τὸν δεύτερον οὐρανὸν, καὶ ποιήσας τὸν ἕνα χῶρον δύο χώρους.

Secundo, ex hominis structura, quem ex duobus constituit ; ex mortali videlicet et immortali : illum manifeste per contraria illa certamini objiciens, ut postea muneribus exornaret.

Δεύτερον πάλιν, ἐξ αὐτῆς τῆς κατασκευῆς τοῦ ἀνθρώπου, ὡς ἐκ δύο τινῶν συνίστησι, λέγω θνητοῦ καὶ ἀθανάτου· προδήλως αὐτὸν διὰ τῶν ἐναντίων εἰς ἀγῶνα προβαλλόμενος, ὅπως μετὰ ταῦτα δωρεῶν ἀξιώσῃ.

Tertio, ex duobus lignis in medio paradisi positis, ostendit duos esse status : alium mortalem et mutabilem, immortalem vero et immutabilem alium. Nam lignum scientiæ boni et mali, typus et figura est hujus mundi, in quo instituimur et exercemur : lignum autem vitæ, futuri status figura est : in quo neque mors, neque mutatio obtinet.

Τρίτον, διὰ τῶν δύο ξύλων τῶν ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου, δείκνυσι δύο τινὰς καταστάσεις· μίαν θνητὴν καὶ τρεπτὴν, καὶ μίαν ἀθάνατον καὶ ἄτρεπτον. Τὸ γὰρ ξύλον τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, τύπος ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου, τοῦ παιδευτηρίου· καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, τύπος ἐστὶ τῆς μελλούσης καταστάσεως, ἐν ᾗ οὔτε θάνατος, οὔτε τροπὴ κρατεῖ.

Quarto, quod hominem ex paradiso expulerit, et hæc monita verbaque dederit, *Ne forte extendat manum suam, et tangat lignum vitæ, et comedat, ac vivat in æternum* [28] ; hæc, inquam, erudientis sunt, ac subindicantis, aliquod hominibus, post hujus vitæ certamen, immortalis vitæ donum repositum esse.

Τέταρτον, ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ ἐκβαλεῖν τοῦ παραδείσου τὸν ἄνθρωπον, καὶ μνησθῆναι καὶ εἰπεῖν, *Μήποτε ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ἅψηται τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ φάγῃ, καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα*, παιδεύοντός ἐστι καὶ αἰνιττομένου, ὡς δωρεά τις ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις μετὰ τὸν ἐνταῦθα ἀγῶνα, ζωῆς ἀθανάτου.

Quinto, a Lamecho id docemur, qui de Noe vaticinatur et dicit, hunc liberaturum nos esse a laboribus et a maledictione, atque ad meliorem statum deducturum.

Πέμπτον πάλιν, διδασκόμεθα διὰ τοῦ Λάμεχ τοῦ πατρὸς Νῶε, προφητεύοντος καὶ λέγοντος, ἀπαλλάσσεσθαι ἡμᾶς μόχθων καὶ κατάρας, καὶ εἰς βελτίονα ἀπόλαυσιν προκόπτειν.

Sexto, ab ipso Noe ediscimus nos homines a prima illa terra mala et spinosa, in hanc terram, quam nunc incolimus, translatos esse : quæ quidem melior est, ac prope paradiso æqualis : hincque docemur primi et secundi status discrimen.

Ἕκτον ἔτι πάλιν, διὰ τούτου τοῦ Νῶε, ὡς ἀπὸ τῆς πρώτης γῆς μοχθηρᾶς τε καὶ ἀκανθώδους μεθισταμένους εἰς ταύτην τὴν γῆν, ἣν νῦν κατοικοῦμεν οἱ ἄνθρωποι, κρείττονα τυγχάνουσαν καὶ σχεδὸν ἴσην τοῦ παραδείσου, διδασκόμενοι πρώτης καὶ δευτέρας καταστάσεως διαφοράν.

Septimo, quod Deus Abrahamum elegerit, ac ex Chaldæorum terra in Palæstinam transtulerit, magnaque ipsi dona pollicitus sit, et terræ illius possessionem ; licet ipsi ne vestigium quidem pe-

Ἕβδομον, ὅτι καὶ τὸν Ἀβραὰμ ἐκλεξάμενος ὁ Θεὸς ἐκ τῆς γῆς τῶν Χαλδαίων, καὶ εἰς τὴν τῶν Παλαιστίνων μεταστήσας, ἐπαγγειλάμενός τε αὐτῷ δωρεὰς μεγάλας δώσειν, καὶ κατάσχεσιν γῆς, καὶ μήτε βῆμα

[28] Gen. III, 22.

Digitized by Google

παδὸς αὐτῷ δοὺς, κατὰ τὴν θείαν Γραφὴν, παρεσκεύασε πιστὸν, ἐπιστάμενον ἀψευδῶς ἐλπίζειν τὰς μετὰ ταῦτα δωρεὰς τοῦ Θεοῦ. Ὁμοίως καὶ διὰ τοῦ Ἰσραὴλ καὶ τοῦ Ἰσαὰκ, ἐδήλου τῶν δύο Διαθηκῶν τὴν ἀξίαν, ὅτι ἡ μὲν δούλη, ἡ δὲ ἐλευθέρα.

Ὄγδοον, πάλιν διὰ τοῦ Ἰσαὰκ καὶ τῆς Ῥεβέκκας δίδυμα αὐτῶν γεννησάντων ἐρρήθη, ὅτι *Ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι*· διὰ τούτου πάλιν δηλῶν δύο καταστάσεις, μίαν δούλην καὶ μίαν ἐλευθέραν.

Ἔνατον, ἐπὶ τοῦ Ἰακὼβ πάλιν καὶ τοῦ Ἰωσὴφ, μὴ ἀνασχομένων αὐτῶν ταφῆναι εἰς Αἴγυπτον, ἀλλ' ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας, ἐδηλοῦτο ἑπ' ἀμφοτέρων, ὡς ἐπόθουν ἐκείνης τῆς ἐλπίδος τῆς ἐπηγγελμένης αὐτοῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ τυχεῖν, τουτέστι τῆς δευτέρας καταστάσεως.

Δέκατον, καὶ αὐτὴ ἡ ἐπὶ Μωϋσέως ἔξοδος, καὶ λύτρωσις γενομένη ἐκ τῆς δουλείας τῶν Αἰγυπτίων, καὶ ἐλευθερία καὶ εἴσοδος, διὰ τοῦ Ἰησοῦ τοῦ Ναυὴ γενομένη, ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας, διαῤῥήδην τὰς δύο καταστάσεις προεγράφετο.

Ἑνδέκατον, ὁμοίως τὴν κατασκευὴν τῆς σκηνῆς καὶ τοῦ ναοῦ, ὡς μεσάσαν τὸ καταπέτασμα καὶ δύο σκηνὰς τὴν μίαν πεποιηκὸς ἐσωτέραν καὶ ἐξωτέραν, ταύτην καὶ τὴν μέλλουσαν προετύπου.

Τί δὲ δεῖ λέγειν καὶ τὰς διὰ τῶν ἐναρέτων ἀνδρῶν γενομένας οἰκονομίας, εὐθέως τοῦ Ἄβελ τὴν μετὰ θάνατον παῤῥησίαν, ὃς ἔτι λαλεῖ βοῶν ἐκ τῆς γῆς ζωῆς παλινδρομίαν ὠδίνων.

Τοῦ Ἐνὼχ τὴν μετάθεσίν τις ἐνθυμούμενος, ὃς διὰ τῆς εὐαρεστήσεως μετετέθη, τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον, προδηλότατα γινώσκει κρείττονά εἶνα κατάστασιν ἔσεσθαι διὰ τῆς τοιαύτης τάξεως· τοῦ Ἡλίου τὴν ἀνάληψιν καὶ τὸν διὰ τοῦ πυρίνου ἅρματος δρόμον τις κατανοῶν ἐκπληττόμενος σκοπήσειεν, ὡς τετίμηται τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις διδασκομένη καὶ ἐλπίζουσα οὐρανοβατεῖν.

Τῆς στρατιᾶς τῶν οὐρανίων ταγμάτων τὴν πληθὺν χορεύουσαν καὶ χαίρουσαν καὶ εὐφραινομένην ἐπὶ τῇ γεννήσει τοῦ Δεσπότου ἡμῶν Χριστοῦ κατὰ σάρκα, τίς ἐνηχούμενος λέγουσαν, *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ τῇ γῇ εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία*· ὑπερθαυμάσειε λογιζόμενος οὐρανίων καὶ ἐπιγείων μίαν ὁμολογίαν γεγενῆσθαι, καὶ εὐδοκίαν Θεοῦ ἐν τοῖς ἀνθρώποις.

Τὴν δύναμιν τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως αὐτοῦ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ θεασάμενός τις, ἀνακινῶν τὴν διάνοιαν τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Θεὸν ἀπαύστως ἀνυμνήσειε τὸν παύσαντα τὸν ἀγῶνα τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς, ὡς ἀμφότερα ἐναντία ὄντα εἰς ὁμόνοιαν ἤγαγε, πνευματικὰ ἀνάλογα ἀλλήλοις ἐργασάμενος.

Τὴν ἄνοδον τοῦ Δεσπότου ἡμῶν Χριστοῦ κατὰ σάρκα τὴν εἰς τὸν οὐρανόν τις κατοπτεύων, καὶ τοὺς ἀγγέλους λευχειμονοῦντας καὶ πρὸς τοὺς ἀποστόλους λέγοντας πάλιν τὴν ἔλευσιν αὐτοῦ, τὸν Ἰησοῦν μεγαλύνων διατελέσει, τὸν δείξαντα καὶ φανερώσαντα

A dis dederit, secundum divinam Scripturam : ipsumque fidelem effecerit, ita ut futura Dei dona firmiter speraret. Similiterque per Ismaelem et Isaacum duorum Testamentorum dignitatem declara vit, quod videlicet illud servum, istud liberum esset.

Octavo, iterum per Isaacum et Rebeccam, qui gemellos genuerunt, dictum est, *Major serviet minori* [26] ; hinc rursum duo status declarantur, alius servus, liber alius.

269 Nono, in Jacobo et in Josepho, qui non in Ægypto, sed in terra promissionis sepeliri voluerunt, declaratum est, quanto uterque desiderio ferebatur erga spem illam, sibi a Deo datam, scilicet secundum statum.

B Decimo, ipse quoque tempore Moysis exitus, redemptio ex servitute Ægyptiorum, libertas item et ingressus, Jesu filio Nave duce, in terram promissionis, duos illos status clare præsignificant.

Undecimo, similiter constructio arcæ et templi, ac velum, quod unum tabernaculum in duo dividebat, interius scilicet et exterius, hunc et futurum statum præsignificabat.

Quid dicamus de quorumdam proborum hominum dispensatione : de Abelis scilicet, etiam post mortem, fiducia, qui adhuc loquitur de terra clamans, et reditum ad vitam parturiens.

Enochi translationem si quis secum reputet, qui C scilicet quod placeret Deo, translatus est, ne videret mortem, palam ex hujusmodi ordinatione cognoscat meliorem quemdam statum esse futurum. Eliæ assumptionem et illum in curru igneo cursum quispiam videns obstupescat sane, et animadvertat quantum honoris hominum naturæ tribuatur, quippe quæ doceatur et speret se cursum ad cœlum dirigere posse.

Si quis cœlestium ordinum exercitus multitudinem choreas agentem, gaudentem et exsultantem de ortu Domini nostri Christi secundum carnem, audiat dicentem, *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax, in hominibus beneplacitum* [26a], summopere sane miretur, secum reputans cœlestium et terrenorum unam confessionem editam, ac Dei placitum D in hominibus esse.

Si quis virtutem resurrectionis ipsius Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi ex mortuis contempletur, erecta mente sua, universorum Servatorem Deum incessanter celebret, qui certamini corporis cum anima finem imposuit, qui hæc ambo contraria invicem ad concordiam deduxit, et spiritualia mutuo consona effecit.

Domini nostri Christi in cœlum secundum carnem ascensum si quis consideret, angelosque veste candida apostolis secundum ejus adventum prænuntiantes, Jesum magnificare non desistet, qui hominibus ascensum ad futurum cœlestem statum

[26] Gen. xxv, 23. [26a] Luc. II, 14.

Digitized by Google

commonstravit et aperuit, quem præparavit a constitutione mundi.

Si quis descensum Spiritus sancti ad apostolos conspicetur, magnique Petri in medio omnium positi concionem perpendat, **270** universorum largitori Deo supplicans, ipsum laudibus extollet, qui talem arrham et pignus futuri status hominibus contulit.

Magni Pauli cœlitus factam vocationem ejusque raptum ad tertium cœlum, ac rursus in paradisum, si quis contempletur, hæc ad Deum clamabit : Gloria tibi qui per omnia et in omnibus dona largiris hominibus.

Si quis chori prophetarum, sacerdotum, justorum, insuperque apostolorum et evangelistarum scripta legerit, cum prodigiis, vaticiniis, et veris eventibus, is deprehendet eos primum et secundum statum duntaxat memoravisse, neque ante primum neque post secundum, aliorum catalogum texuisse. Gloria Deo qui eorum omnium ministerio locutus est, et futura prænuntiavit, in sæcula. Amen.

Si quis secundi, illustris et gloriosi adventus Domini et Salvatoris nostri Christi memoriam in imo pectore conservet, necnon beatæ a mortuis resurrectionis, mutationis mundi in melius, ac ineffabilis gaudii et spei hominibus repositæ rationem mente concipiat, omnium causam, creatorem, restauratorem universi celebrabit, ac mirabilem prædicabit; imo potius non poterit pro dignitate compellare eum, qui omni laude, gloria et canticis superior est, qui ex summa bonitate a principio duos status creavit, ac in primo statu humanum genus instituit tradidit, et per disciplinam sermonemque temperanter agere docuit, ac ipsum, et per ipsum omnem quoque creaturam, ad secundum statum deduxit. Gloria tibi, gloria tibi, gloria tibi, ter sancte, creator, opifex omnium, et restaurator universi, in sæcula sæculorum. Amen.

His omnibus commonstratur, Christianorum dogma omnium optimum, structuræ mundi consentaneum ac verissimum esse. Quia ab initio Deus, non intempestive, sed utiliter et apposite, unum locum in duo loca divisit : hunecque paravit ac disposuit ad præsentem statum; alium vero, ad futurum; ut veri et non ficti Christiani constitentur. Græci itaque, qui æternum esse mundum supponunt, ac resurrectionem corporum, eorumque in cœlum ascensum negant, stultitiamque reputant; honoribus hujusmodi, ascensuque in cœlum, secundum hypothesin suam, jure privantur. Judæi qui Moysen et prophetas legunt, neque tamen magnam illam et sapientem Dei œconomiam intelligunt, qua in prophetis declaratur, Deum ab initio duos status ad utilitatem hominum paravisse; neque principem item hujus secundi status receperunt; imo etiam in offendiculum

τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἔνδοξον τῆς μελλούσης οὐρανίου καταστάσεως, ἣν προητοίμασεν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.

Τὴν κάθοδον τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν εἰς τοὺς ἀποστόλους τις κατιδὼν γενομένην, καὶ τοῦ μεγάλου Πέτρου τὴν ἐν μέσῳ πάντων δημηγορίαν, τὸν δοτῆρα τῶν ὅλων Θεὸν ἱκετεύων ἀνυμνήσειε, τὸν δόντα τοιοῦτον ἀρραβῶνα καὶ ἐνέχυρον τῆς μελλούσης καταστάσεως τοῖς ἀνθρώποις.

Τοῦ μεγάλου Παύλου τὴν οὐρανόθεν κλῆσιν, καὶ τὴν ἕως τρίτου οὐρανοῦ ἁρπαγήν, καὶ πάλιν τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ, τίς κατοπτρισθείς, βοήσει πρὸς Θεὸν λέγων· Δόξα σοι τῷ διὰ πάντων καὶ πᾶσι χαριζομένῳ δωρεὰς τοῖς ἀνθρώποις.

Τοῦ χοροῦ τῶν προφητῶν, καὶ ἱερέων, καὶ δικαίων, ἔτι τε καὶ τῶν ἀποστόλων καὶ εὐαγγελιστῶν τὰ συγγράμματά τις ἀναγνοὺς, τὰ μετὰ θαυμάτων καὶ προρρήσεων καὶ ἀληθινῶν ἐκβάσεων, εὑρήσει πρώτης καὶ δευτέρας μόνον καταστάσεως αὐτοὺς μεμνημένους, καὶ μήτε πρὸ πρώτης, μήτε μετὰ τὴν β' ἑτέρων κατάλογον πεποιημένους. Δόξα τῷ διὰ πάντων λαλήσαντι καὶ προμηνύσαντι Θεῷ, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Τῆς δευτέρας καὶ ἐπιφανοῦς καὶ ἐνδόξου παρουσίας τοῦ Δεσπότου ἡμῶν καὶ Σωτῆρος Χριστοῦ τὴν μνήμην τις ἐνστερνισάμενος, καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν μακαρίας ἀναστάσεως, καὶ μεταβολῆς τοῦ κόσμου τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον, καὶ τῆς ἀνεκλαλήτου χαρᾶς καὶ ἐλπίδος τῆς ἀποκειμένης τοῖς ἀνθρώποις κατὰ νοῦν τις τὸν λόγον λαβών· τὸν πάντων αἴτιον, τὸν κτίστην, καὶ ἀνακαινιστὴν τοῦ παντὸς πολλαχῶς ἀνυμνήσειε καὶ ὑπερθαυμάσειε· μᾶλλον δὲ οὐ δυνήσεται κατ' ἀξίαν προσειπεῖν τὸν παντὸς ἐπαίνου καὶ δόξης καὶ ὕμνων ἀνώτερον, τὸν ἁρμοδίως ἐξ ἄκρας ἀγαθότητος ἀπ' ἀρχῆς τὰς β' καταστάσεις κτίσαντα, καὶ παιδεύσαντα ἐν τῇ πρώτῃ καὶ διὰ μαθήσεως καὶ λόγου σωφρονίζοντα, καὶ ἄγοντα ἐν τῇ δευτέρᾳ καταστάσει τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, δι' αὐτοῦ δὲ καὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν. Δόξα σοι, δόξα σοι, δόξα σοι, τρισάγιε, κτιστὰ καὶ δημιουργὲ τῶν ἁπάντων, καὶ ἀνακαινιστὰ τοῦ παντὸς, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ἐκ τούτων πάντων δείκνυται τὸ δόγμα τῶν Χριστιανῶν κρεῖττον πάντων, καὶ ἀκόλουθον καὶ ἁρμόδιον τῇ κατασκευῇ τοῦ κόσμου, καὶ ἀληθινώτερον ὑπάρχον. Ὅτι ἀπ' ἀρχῆς ὁ Θεὸς, οὐκ ἀκαίρως, ἀλλὰ χρησίμως, εἰς δύο χώρους τὸν ἕνα χῶρον διεῖλεν, ἑτοιμάσας καὶ προκατασκευάσας, τοῦτον μὲν εἰς ταύτην τὴν κατάστασιν, τὸν δὲ ἄλλον εἰς τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι, καθάπερ οἱ ἀληθινοὶ, καὶ οὐκ ἐπίπλαστοι, Χριστιανοὶ ὁμολογοῦσιν. Ἕλληνες τοίνυν ἄϊδιον τὸν κόσμον ὑποτιθέμενοι, καὶ τὴν ἀνάστασιν τῶν σωμάτων, καὶ τὴν εἰς οὐρανὸν αὐτῶν ἄνοδον ἀθετοῦντες, μωρίαν αὐτὸ ἡγούμενοι, τῶν μελλόντων τιμῶν καὶ τῆς ἀνόδου τῆς εἰς τὸν οὐρανὸν ἁρμοδίως κατὰ τὴν αὐτῶν ὑποθήκην στερίσκονται. Ἰουδαῖοι, τὸν Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας ἀναγινώσκοντες, καὶ μὴ συνιέντες τὴν μεγάλην καὶ σοφὴν οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ, τὴν διὰ τῶν προφητῶν δηλοῦσαν, ὅτιπερ δύο καταστάσεις ἐξ ἀρχῆς πεποίηκεν ὁ Θεὸς

Digitized by Google

ἐπὶ χρησίμῳ τοῖς ἀνθρώποις, οὔτε τὸν ἀρχηγὸν αὐτῆς τῆς δευτέρας καταστάσεως ἐδέξαντο· ἀλλὰ καὶ σκάνδαλον αὐτοῖς ἐγένετο, οὔτε ἕως τοῦ νῦν ἄνοδον ἐν οὐρανῷ τῶν ἀνθρώπων πιστεύουσιν ἔσεσθαι· ἀλλ' αὐτοὶ δῆθεν τὸν ἐρχόμενον προσδοκῶσιν, ὃν καὶ Ἠλειμμένον καλοῦσιν, βασιλεύειν ἐπὶ γῆς αὐτῶν ἐλπίζουσιν, καὶ ὑποτάσσειν αὐτοῖς πάντα τὰ ἔθνη, οὐρανιά τινα μηδόλως φρονεῖν, ἀθετοῦντες τοῦ Θεοῦ τὴν βουλὴν, καὶ ἀκαίρως κατεσκευάσθαι νομίζοντες τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς οἰκητήρια· ὅπερ Μωϋσῆς οὐκ ἀκαίρως δείκνυσιν γεγονέναι λέγων τῇ β' ἡμέρᾳ, καὶ μεσάζειν τὸ στερέωμα καὶ γίνεσθαι β' χώρους· ἐκπίπτουσι καὶ αὐτοὶ τούτου τοῦ κατοικητηρίου. Σαμαρεῖται ὁμοίως τὰ αὐτὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἀγνοοῦντες καὶ ἀπιστοῦντες, ἔτι δὲ καὶ περὶ ἀναστάσεως σωμάτων ἀμφιβάλλοντες, καὶ περὶ ἀθανασίας ψυχῆς καὶ αὐτοὶ ὁμοίως τοῦ οὐρανίου κατοικητηρίου ἐκδιώκονται. Μανιχαῖοι παραπλήσια τοῖς Ἕλλησι φρονοῦντες, τόν τε οὐρανὸν καὶ αὐτοὶ σφαιροειδῆ νομίζοντες, καὶ τῶν σωμάτων ἀπώλειαν προσδοκῶντες, μετὰ τοῦ πονηροῦ ἐαυτῶν θεοῦ, οὗ ἑαυτοῖς ἐχειροτόνησαν περὶ τὴν γῆν, κατακρίνονται, τῆς ἄνω πόλεως ἧς ἠθέτουν ἀπελαυνόμενοι. Ὁμοίως καὶ πᾶσα αἵρεσις ἡ μὲν ἀθετοῦσα τὴν τελείαν ἀνθρωπότητα τοῦ Χριστοῦ, λέγω δὴ ψυχὴν λογικὴν ἔννουν, καὶ σῶμα, καὶ πάντα τὰ ἰδιώματα τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος μὴ ὁμολογοῦσα, ἀλλ' ἐνδοιάζουσα· ἡ δὲ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ ἀθετοῦσα καὶ κολοβοῦσα, καὶ ἧττονα τοῦ Πατρὸς λέγουσα, ἥ καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, αὗται πᾶσαι τῶν οὐρανίων μονῶν ἀποτυγχάνουσιν. Μακάριοι γοῦν εἰσιν ὅσοι διὰ τῶν θείων Γραφῶν, Παλαιᾶς τε καὶ Καινῆς Διαθήκης γνωρίζουσι τὸν τῶν ἁπάντων δημιουργὸν ἕνα Θεὸν εἶναι ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι, Πατρὸς λέγω καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, ἁγίαν Τριάδα, ὁμοούσιον, ἰσοδύναμόν τε καὶ ἰσοσθενῆ, καὶ ἰσοκλεᾶ, καὶ ἰσότιμον, καὶ συνάναρχον, καὶ τὴν μεγάλην καὶ σοφὴν καὶ παντοδύναμον οἰκονομίαν αὐτοῦ τοῦ πάντων αἰτίου· ὡς σοφῶς καὶ ἁρμοδίως ἔκτισε τὰς β' καταστάσεις ἐξ ἀρχῆς, ταύτην τε καὶ ἐκείνην· καὶ διὰ τῆς τελείας ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ τῆς ἡμῖν κατὰ πάντα ὁμοουσίου κατά τε ψυχὴν καὶ σῶμα χωρὶς ἁμαρτίας, πολιτευσαμένης ἐν ἰσχάτοις τοῖς καιροῖς, ἀναδείξαντα καὶ φανερώσαντα τὴν μέλλουσαν κατάστασιν καὶ πίστιν παρασχόντα πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὴν ἐκ νεκρῶν. Ὅσοι οὖν τέλειοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχοῦσιν, εἰρήνη ἐπ' αὐτοὺς καὶ ἔλεος, καὶ ἐπὶ τὴν κρίσιν τοῦ Θεοῦ οὗτοι ἀκούσονται δικαίως ἐν τῇ μελλούσῃ καταστάσει παρὰ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ ἐξ οὐρανοῦ λέγοντος· *Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.* Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ἅπας οὖν ὁ σκοπὸς τῆς οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ οὗτός ἐστι· δεῖ γὰρ ὡς ἐν ἀνακεφαλαιώσει συντομώτερον αὐτὸν ἐξειπεῖν· ἠβουλήθη ὁ Θεὸς ἐξ ἀγαθότητος ἑτέρως μεταδοῦναι τοῦ εἶναι, δυνάμεώς τε καὶ λόγου καὶ γνώσεως· ἐπειδὴ δὲ οἱ ἐκ μετοχῆς τούτων

A 271 ipsis fuit: hactenusque ascensum hominum in cœlum aliquando fore non credunt, sed venturum quempiam exspectant, quem Unctum vocant, qui in terra ipsorum regnaturus sit, speratque illum gentes omnes sibi subjecturum esse, nulloque cœlestium sensu affectum fore putant, Dei consilium negantes: rati quoque domicilium illud in cœlis paratum, inopportune supponi: quod tamen Moyses non inopportune dicit secunda die factum, ac firmamentum intermedium positum, sicque duo loca confecta esse; ideoque ipsi ab hoc domicilio excidunt. Samaritani pariter, eadem qua Judæi ignorantia ducti, non credentes, ac de resurrectione corporum deque immortalitate animæ dubitantes; similiter et ipsi ex cœlesti domicilio pelluntur. Manichæi Græcis paria sentientes, æstimantesque sphæricum cœlum esse, corporumque extremam corruptionem exspectantes, cum malo deo suo, quem sibi circa terram constituerunt, condemnantur, a cœlesti civitate, quam abnegarunt, ejecti. Similiterque omnis hæresis, quæ perfectam esse Christi humanitatem negat, videlicet quæ animam rationalem mente præditam, corpus, et omnes tum corporis tum animæ proprietates non confitetur, sed dubitat; sive etiam quæ deitatem Christi negat, et minuit, ac minorem Patre ipsum vel Spiritum sanctum dicit; hæ, inquam, omnes hæreses, a cœlestibus mansionibus excidunt. Beati ergo sunt quotquot per divinas Scripturas, cum Veteris tum Novi Testamenti, universorum opificem unum esse Deum agnoscunt in tribus hypostasibus, Patris, inquam, et Filii et Spiritus sancti: sanctam Trinitatem consubstantialem, paris potentiæ, fortitudinis, gloriæ, honoris ac sine principio: itemque sapientem et omnipotentem œconomiam ejus, qui omnium causa est; quod sapienter congruenterque duos illos status ab initio creaverit, hunc scilicet et illum: ac per Christi perfectam humanitatem per omnia nobis, tam secundum animam, quam secundum corpus, similem, excepto peccato, quæ in novissimis temporibus cum hominibus conversata est, futurum illum statum declaravit et ostendit, atque omnibus hujusce rei fidem fecit, cum ipsam a mortuis suscitavit. Quotquot ergo perfecti hac regula insistunt, pax illis et misericordia, et in judicio Dei futuro jure audient a Domino Christo ex cœlo loquente: *Venite, benedicti Patris mei, hæreditate accipite paratum vobis regnum a constitutione mundi* [27]. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Universus itaque Dei œconomiæ scopus hic est: nam operæ pretium fuerit, illum 272 breviter repetere. Deus ex bonitate sua voluit essentiam, virtutem, rationem et cognitionem aliis communicare: quia vero ii qui his participant, non possunt in

[27] Matth. xxv, 34.

Digitized by Google

unum collecta omnia nosse et habere (nam id Deo soli proprium est, sine disciplina et experientia omnia cognoscere : quod ille per se sit, virtus, ratio et cognitio ; contra vero res factæ ex conditoris sui participatione hæc omnia obtineant) ; fecit ille duos hosce status ; primum, mortalem et mutabilem, ad experimentum et institutionem rationabilium, ut universi varietate, et contrariorum conjunctione exercitati, dulcia et amara experiremur ; secundum vero statum, immortalem, et immutabilem, ad fruendum gratia ipsius ; ut discernendi vi instructi priorum participationem amplectamur. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A τυγχάνοντες, ἀδυνάτως ἔχουσιν ὑφ' ἓν γνῶναι καὶ ἔχειν πάντα · ἐπείπερ τοῦτο μόνον ἴδιον Θεοῦ, τὸ δίχα μαθήσεως καὶ πείρας ταῦτα πάντα εἰδέναι, αὐτόχρημα ὢν καὶ δύναμις καὶ λόγος καὶ γνῶσις · γενητῶν δὲ τὸ ἐκ τοῦ πεποιηκότος μετέχειν τούτων ἁπάντων, πεποίηκεν ἅμα τὰς β' ταύτας καταστάσεις, τὴν πρώτην μὲν θνητὴν καὶ τρεπτήν, πείρας ἕνεκα καὶ παιδεύσεως τῶν λογικῶν, ἵνα τῇ ποικιλίᾳ τοῦ παντὸς καὶ τῇ παραθέσει τῶν ἐναντίων γυμναζόμενοι, πειραθῶμεν ἡδέων καὶ λυπηρῶν · τὴν δὲ δευτέραν, ἀθάνατον καὶ ἄτρεπτον ἀπόλαυσιν τῆς χάριτος αὐτοῦ, πρὸς τὸ διακριτικῇ ἕξει τῶν πρώτων τὴν μετουσίαν δέξασθαι ἡμᾶς. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Nulla igitur secta, non Judæus, non Samaritanus, non Græcus, non Manichæus credit aut sperat resurrectionem hominum, aut ascensum eorum in cœlum ; sed ex iis quotquot cœlum esse sphæram æstimant, id est, Græci et Manichæi, opinioni suæ consentaneam incredulitatem obtinent. In qua enim sphæræ suæ parte possunt regni cœlorum locum assignare ? Jure igitur illi resurrectionem corporum negant, solasque animas aiunt, aut gloria aut supplicio affici post vitam præsentem ; vel animas una cum sphæra circumvolvi, omniaque videre, ut quidam eorum dictitant, vel ad tartarum damnari. Quidam autem animarum in alia corpora translationem perpetuo fieri affirmant ; alii vero animæ immortalitatem prorsus negant, iique omnes nullam de corpore post hanc vitam spem habent. Quæ vero sectæ, sphæram esse non credunt, scilicet Judæi et Samaritani, atque firmamentum, quod in medio interpositum, et locum unum in duo dividit, intempestive factum dicunt, consequenter et ipsi incredulitate detinentur : Samaritanis neque resurrectionem, neque ascensum in cœlum confitentibus, neque immortalem animam esse dicentibus, sed perpetuam generis nostri successionem affirmantibus ; Judæis vero resurrectionem quidem hominum fatentibus, sed eos semper in terra versaturos, comesturos, bibituros ; matrimonia inituros esse docentibus : quemadmodum et Sadducæi in Evangeliis Domino quæstionem proponebant his verbis, *In resurrectione cujus septem illorum erit mulier* [28] ? quos errare Dominus brevissime, ac Scripturam divinam, in qua virtus Dei continetur, ignorare comprobavit dicens : *In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur : sed erunt sicut angeli Dei in cœlo* [29]. Illi **273** ergo tum ex scriptis, tum ex figura « præparati a constitutione mundi » arguuntur, superiorem illum locum non intempestive factum esse, sed esse quemdam secundum statum cœlestem paratum a constitutione mundi. Similiter autem omnis hæresis apud Christianos : nam aliæ apud Græcos, nempe Manichæi, cœlum esse sphæram putant ; aliæ vitam huic præeuntem amplectuntur ; aliæ in

dignatus, atque mirabiliore alio signo confirmatus, videlicet solis retrogressione, cujus signi causam mox exponam; tunc canticum Deo cecinit, in quo singula, quæ supra diximus recenset, nam sic ait: *Ego dixi: In celsitudine dierum meorum vadam* [35]; ac si diceret, Hanc semper penes me cogitationem servavi dicens, Semper vivam, et nunquam moriar. Nam illud, *In celsitudine dierum meorum vadam*, indicat dies ejus nunquam præcidendos esse; ac quasi quispiam tacite roget: Hæc te cogitante, quid accidit tibi? infert et ait: *In portis inferi relinquam annos residuos* [36]; ac si dicat: Hæc me cogitante, repente in gravem lapsus morbum, novi primæ cogitationi non ultra insistendum; sed in inferno annis reliquis manendum esse. Deinde: *Non amplius videbo salutare Dei in terra* [37]. Salutare Dei hic Christum significat: ita enim et Simeon in Evangeliis, cum Christum in ulnis suscepisset, Deum rogabat ut ex hac vita dimitteretur, quandoquidem oculi ejus viderant salutare Dei, ac si diceret, ipsum Christum; nam responsum acceperat a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Dominum [37]. Hoc **303** igitur hic vult Ezechias indicare, scilicet, Non tantum a tali animi sensu abscessi, atque a magnificis illis de meipso cogitationibus cessavi; sed neque ipsum Christum in terra videre merui, cum vitæ anni quindecim solum mihi supersint. Non amplius videbo hominem ex cognatione mea; ac si diceret: Nam postquam quindecim annos pristinæ vitæ meæ adjectos a Deo accepi, in morte non modo ipsum videre non dignus habebor; sed nec ex hominibus, nec ex cognatione mea quempiam videbo. *Reliqui residuum vitæ meæ;* ac si dicat, Rejecta priore cogitatione, ac deinde probe et ut par erat cogitans, agnovi me finem vitæ habiturum esse.

Postea dicit: *Exiit et abiit a me, quemadmodum is qui solvit tabernaculum, quod fixerat* [38]; videlicet, tam longe abest a præsenti mente et sententia mea prior illa superbiæ cogitatio, ac si quis tabernaculum figens, confestim solvat illud. *Spiritus meus apud me fuit, quasi telæ proxime succidendæ* [39]. Parum abfuit quin anima mea me descereret, quasi tela, quam texit mulier, quæque proxime succidenda est. *In die illa traditus sum usque mane quasi leoni: sic contrivit omnia ossa mea: a die usque ad noctem traditus sum* [40]; ac si dicat: In illo itaque tempore infirmitatis meæ, quasi leoni terribili conterenti ossa, ita febri traditus sum indesinenter a matutino usque ad vesperam, a vespera usque ad matutinum contritus ab ipso. *Sicut hirundo sic vociferabor; et sicut columba, ita meditabor* [41]; id est, in illo tempore ita vocem emittebam, sicut hirundo acutas ac tremulas voces edit: atque ita in laboribus gemebam, ut columbis mos est meditari. Illud

ἀξιωθείς, καὶ ἑτέρῳ σημείῳ παραδοξοτέρῳ πιστωθείς, λέγω δή, τῷ ἀναποδισμῷ τοῦ ἡλίου· οὗ τὴν αἰτίαν μικρὸν ὕστερον ἐρῶ· τότε ᾖσε τὴν ᾠδὴν τῷ Θεῷ, δηλῶν ἐν αὐτῇ ἕκαστα τῶν προειρημένων· φησὶ γὰρ οὕτως· *Ἐγὼ εἶπα· Ἐν τῷ ὕψει τῶν ἡμερῶν μου πορεύσομαι·* ὡσανεί, Τοῦτον ἀεὶ τὸν λογισμὸν ἔσωζον παρ' ἐμαυτῷ, λέγων ὅτι ἀεὶ ζῶ, καὶ οὐδέποτε τελευτῶ. Τῷ γὰρ εἰπεῖν, *Ἐν τῷ ὕψει τῶν ἡμερῶν μου πορεύσομαι*, ἐδήλωσεν ὡς οὐδέποτε κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι αὐτοῦ· καὶ ὡς τινος κατὰ ἀποσιώπησιν αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι Ταῦτά σου ἐνθυμουμένου, τί σοι συμβέβηκεν; ἐπάγει καί φησιν· *Ἐν πύλαις ᾅδου καταλείψω τὰ ἔτη τὰ ἐπίλοιπα·* ὡσανεί, Ταῦτά μου διαλογιζομένου, ἀθρόως; ἀῤῥωστίᾳ δεινῇ περιπεσών, ἔγνων μηκέτι τοῦ λογισμοῦ τοῦ προτέρου ἔχεσθαι, ἀλλ' ἐν τῷ ᾅδῃ διατρίβειν τὰ ἔτη τὰ ἐπίλοιπα. Εἶτα, *Οὐκέτι οὐ μὴ ἴδω τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τῆς γῆς.* Τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ ἐνταῦθα τὸν Χριστὸν σημαίνει· οὕτω γὰρ καὶ Συμεὼν ἐν Εὐαγγελίοις δεξάμενος τὸν Χριστὸν εἰς τὰς ἀγκάλας, τὸν Θεὸν παρεκάλει ἀπολυθῆναι τῆς ζωῆς, ἐπεὶ ἑωράκασιν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ· ὡσανεί, αὐτὸν τὸν Χριστόν· ἦν γὰρ αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τοῦ Πνεύματος μὴ ἰδεῖν θάνατον, ἕως οὗ ἴδῃ τὸν Χριστὸν Κύριον. Τοῦτο οὖν ἐνταῦθα ὁ Ἐζεκίας βούλεται δηλοῦν· ὅτι οὐ μόνον ἀπέστην τοῦ λογισμοῦ ἐκείνου, καὶ πέπαυμαι τὰ ὑπὲρ ἐμὲ φαντάζόμενος· ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸν τὸν Χριστὸν ἀξιοῦμαι ἰδεῖν ἐπὶ τῆς γῆς, πέντε καὶ δέκα μόνον ἔτη λοιπὸν ἔχων ζῆσαι. Οὐκέτι οὐ μὴ ἴδω ἄνθρωπον ἐκ τῆς συγγενείας μου· ἵνα εἴπῃ· Μετὰ γὰρ τὰ δεκαπέντε τῆς προθεσμίας ἔτη ἔλαβον παρὰ τοῦ Θεοῦ, τελευτῶν οὐ μόνον ἔτι ἐκεῖνον οὐκ ἀξιοῦμαι ἰδεῖν· ἀλλ' οὐδέ τινα τῶν ἀνθρώπων, οὐδὲ τῆς συγγενείας μου. *Κατέλιπον τὸ λοιπὸν τῆς ζωῆς μου·* ἵνα εἴπῃ· Ἀποβαλλόμενος τοίνυν τὸν πρότερον λογισμὸν, καὶ τὸ δέον τοῦ λοιποῦ λογισάμενος, ἔγνων ὅτι τέλος ζωῆς ἔχω.

Εἶτά φησιν· *Ἐξῆλθε καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' ἐμου, ὥσπερ ὁ καταλύων σκηνὴν, πήξας·* ἵνα εἴπῃ· Καὶ τοσοῦτον ἀπέστη τῆς ἡμετέρας διανοίας ὁ πρότερος τῆς ὑπερηφανίας λογισμὸς, ὡς ἂν τις πήξας σκηνὴν, εὐθέως αὐτὴν καταλύσῃ. *Τὸ πνεῦμά μου παρ' ἐμοὶ ἐγένετο, ἐριθου ἐγγιζούσης ἐκτεμεῖν·* παρ' ὀλίγον δὲ καὶ αὐτὴ ἡ ψυχή μου κατέλιπέ με, ὥσπερ ἱστὸς γυναικὸς ἐριθουμένης ἕτοιμος τοῦ τμηθῆναι. *Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ παρεδόθην ἕως πρωΐ ὡς λέοντι, οὕτως συνέτριψε πάντα τὰ ὀστᾶ μου· ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἕως νυκτὸς παρεδόθην·* ἵνα εἴπῃ· Ἐν ἐκείνῳ τοίνυν τῷ καιρῷ τῆς ἐμῆς ἀῤῥωστίας ὥσπερ λέοντι φοβερῷ συντρίβοντι ὀστᾶ, οὕτω τῷ πυρετῷ παρεδόθην ἀδιαλείπτως, ἀφ' ἑωθεν ἕως ἑσπέρας, ἀπὸ ἑσπέρας ἕως πρωΐ συντριβόμενος ὑπ' αὐτοῦ. *Ὡς χελιδὼν, οὕτω ψωτήσω, καὶ ὡς περιστερὰ, οὕτω μελετήσω·* τουτέστιν, ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ οὕτως ἦμην ἀφιεὶς τὴν φωνὴν, ὥσπερ ἡ χελιδὼν ἀφίησιν ὀξείας καὶ διατρόμους φωνὰς,

[35] Isa. xxxviii, 10. [36] ibid. [37] ibid. 11. [37] Luc. ii, 26. [38] Isa. xxxviii, 12. [39] ibid. [40] ibid. 13 [41] ibid. 14.

Digitized by Google

καὶ οὕτως ἥμην τοῖς πόνοις ὀδυρόμενος, ὥσπερ ἔθος ταῖς περὶ ταῖς μελετᾷν. Τὸ δὲ φωνήσω, καὶ, μελετήσω, ἀντὶ τοῦ, ἐφώνησα καὶ ἐμελέτησα, κεῖται, χρόνος ἀντὶ χρόνου, ὥσπερ καὶ πολλαχοῦ ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ κεῖται τὸ τοιοῦτον ἰδίωμα· ὡς ὅταν ὁ Ἡσαΐας λέγῃ, *Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη*, ἀντὶ τοῦ, ἀχθήσεται. *Ἐξέλιπον γάρ μου οἱ ὀφθαλμοὶ τοῦ βλέπειν εἰς τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ πρὸς τὸν Κύριον, ὃς ἐξείλατό με, καὶ ἀφείλατό μου τὴν ὀδύνην τῆς ψυχῆς. Κύριε· περὶ αὐτῆς γὰρ ἀνηγγέλη σοι.* Ἵνα εἴπῃ· Καὶ τοσοῦτον ἀνέτεινον τὸ ὄμμα τῆς διανοίας μου ἀποβλέπων εἰς τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ, πρὸς σὲ τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Θεὸν ἀνατιθέμενος τὴν τῆς ἐμῆς ψυχῆς ὀδύνην, ἣν καὶ ἀφείλου παρ' ἐμοῦ, ἀντιστρέψας τὸ τῆς ὑπερηφανίας εἶδος εἰς ταπείνωσιν καὶ ὑπακοὴν θεοσεβείας, ὑπὲρ ἧς καὶ διαπαντὸς, ὦ Δέσποτα, εὐχαριστήσω σοι. *Καὶ ἐξήγειράς μου τὴν πνοήν, καὶ παρακληθεὶς ἔζησα. Εἶλου γάρ μου τὴν ψυχήν, ἵνα μὴ ἀπόληται, καὶ ἀπέρριψας ὀπίσω μου πάσας τὰς ἁμαρτίας μου.* Ἵνα εἴπῃ· Ἐξήγειράς μου γὰρ τὴν πνοὴν τῇ σῇ παρακλήσει, καὶ ἔζησα, συστρέψας μου τὴν ψυχὴν ἀπολλυμένην, τὰς ἁμαρτίας εἰς τὰ ὀπίσω ἀπέστρεψας, μὴ ἐάσας ἔτι ταύτας ἐκτεινέσθαι ἔμπροσθέν μου. *Οὐ γὰρ οἱ ἐν ᾅδου αἰνέσουσί σε, οὐδὲ οἱ ἀποθανόντες εὐλογήσουσί σε, οὐδὲ ἐλπιοῦσιν οἱ ἐν ᾅδῃ τὴν ἐλεημοσύνην σου. Οἱ ζῶντες εὐλογήσουσί σε, ὃν τρόπον κἀγώ·* ἵνα εἴπῃ· Εἰ γὰρ οὐ συνεχώρησάς με τοῦ ζῆν ἔτι, πῶς ἂν εἶχον ἐπιστρέψαι, ἢ μετανοῆσαι καὶ σωθῆναι, ἢ ἐλπίσαι τὸ παρὰ σοῦ ἔλεος τῶν ἐν ᾅδου νεκρῶν οὐ δυναμένων τι τοιοῦτον ποιῆσαι, ἀλλὰ σὺ μᾶλλον τῇ σῇ εὐσπλαγχνίᾳ χαρισαμένου;

Τὸ κείμενον.

Κοῦφον τὴν σκιὰν κλῖναι δέκα ἀναβαθμούς· οὐχὶ, ἀλλὰ ἐπιστραφήτω ἡ σκιὰ ἐ ἀναβαθμοὺς εἰς τὰ ὀπίσω. Μετὰ τὸ κλῖναι οὖν τὴν σκιὰν προβάντος τοῦ ἡλίου τοὺς ἐ ἀναβαθμούς, τότε δυνάμει θείᾳ διὰ τῆς προσευχῆς τοῦ προφήτου, ἀπεστράφη εἰς τοὐπίσω ὁ ἥλιος, καὶ γέγονε πάλιν μεσουράνιος· καὶ εὑρέθη ἀναδραμοῦσα ἡ σκιὰ τοὺς ι' ἀναβαθμοὺς κατὰ τὸ Γράμμα τὸ ἱερόν. Εἰ γὰρ ἦν τὸ ἔμπαλιν τρίτη ὥρᾳ τῆς ἡμέρας, οὔτε ἡ σκιὰ ἤδη δραμοῦσα ἀνέτρεχεν, οὔτε ὁ ἥλιος ἀνεπόδιζεν εἰς τοὐπίσω· εἰ καὶ συνέβη τὴν θύραν καὶ τοὺς ἀναβαθμοὺς τοῦ οἴκου Ἐζεκίου ἐπὶ τὴν δύσιν ὁρᾶν. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς θέσεως τοῦ οἴκου. Ἡ αἰτία δὲ τοῦ τοιούτου σημείου αὕτη ἐστίν· ὅτιπερ τὰ πολλὰ τῶν ἐθνῶν, τάχα δὲ πάντα, τῇ στρατιᾷ μᾶλλον τοῦ οὐρανοῦ δουλεύοντα, τὸν ἥλιον τιμῶσιν, ὡς μείζονα ἁπάντων Θεὸν, καὶ πατέρα τῶν φωτῶν ὄντα. Τοῦτον οὖν ἀναποδίσαι κελεύσας ὁ Θεὸς, ἐδήλωσε πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ἑαυτὸν μὲν εἶναι τοῦ παντὸς Δεσπότην, δοῦλον δὲ τοῦτον ὑπάρχειν, καὶ οὐ Θεόν. Εἰ γὰρ τὸ τηλικοῦτον στοιχεῖον ἀναποδίσαι παρὰ τὴν συνήθειαν προσέταξε, πόσῳ μᾶλλον τοῖς ἥττοσιν ὡς ἰδίοις δούλοις κεχρημένος κελεύειν δύναται! Ἐρῶ δὲ σὺν Θεῷ καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν κέρδος ἐγένετο. Ἀναδραμόντος τοίνυν

A autem, *vociferabor*, et, *meditabor*, perinde est ac, vociferatus et meditatus sum, tempusque aliud pro alio jacet, quemadmodum plerumque in divina Scriptura hoc ipsum idioma occurrit. Ut cum Isaias dicit : *Sicut agnus ad occisionem ductus est*[42]; id est, ducetur. *Defecerunt enim oculi mei respiciendo in altitudinem cœli ad Dominum ; qui eripuit me, et abstulit dolorem animæ meæ, Domine, de ipsa enim annuntiatum est tibi*[43]; ac si dicat : Ita intendi oculos mentis meæ aspiciendo in altitudinem cœli, ad te omnium servatorem Deum reponens animæ meæ dolorem, quem a me abstulisti; superbia mea in humilitatem et obsequentiam religionis conversa : qua de re semper, o Domine, gratias agam tibi. *Et excitasti mihi halitum, et consolatus vixi. Eruisti enim animam meam, ut non periret, et abjecisti retro me omnia peccata mea*[44]; ut dicat : Consolatione quippe tua excitasti spiritum meum, et vixi : convertens animam meam mortuam, **304** peccata retro vertisti, nec permisisti ut illa ante me extenderentur. *Neque enim qui in inferno sunt laudabunt te, neque mortui benedicent tibi, neque sperabunt qui in inferno sunt misericordiam tuam. Viventes benedicent tibi, sicut et ego*[45]; ac si dicat : Nisi enim mihi adhuc vitam concessisses, qui potuissem converti aut pœnitere et salutem consequi, aut misericordiam tuam sperare, cum mortui, qui in inferno sunt, nihil hujusmodi præstare possint, sed tu maxime ex commiseratione tua id concesseris?

Textus.

Leve est umbram decem gradibus inclinare : non, sed retrovertatur umbra decem gradibus[46]. Postquam ergo sole procedente umbra decem gradibus declinasset, tunc divina virtute, per prophetæ orationem sol retro conversus, ac in medium cœlum denuo regressus est, umbramque decem gradibus retrogressam fuisse compertum fuit, secundum sacram Scripturam. Nam si hora diei tertia fuisset, neque umbra postquam processerat retrogressa fuisset, neque sol retro measset : etiamsi contigisset januam et gradus ædium Ezechiæ ad occidentem respicere. Et hæc quidem de domus situ et positione. Tanti vero signi et miraculi causa hæc est : quod scilicet gentes multæ, et fortassis omnes, exercitui cœli maxime servientes, solem, ut deorum maximum et patrem luminum, honorarent. Hunc porro cum retrocedere jussit Deus, omnibus sane gentibus declaravit, se quidem universi Dominum, hunc vero servum, non Deum esse. Nam si tantum elementum præter consuetudinem retrogredi jussit; quanto magis minoribus aliis, ut propriis famulis, imperare valet! Dicam vero, favente Deo, quid inde emolumenti evenerit. Sole igitur retrogresso, res in omnium notitiam gentium usque ad extrema

[42] Isa. LIII, 7. [43] Isa. XXXVIII, 14. [44] ibid. 17. [45] ibid. 14. [46] IV Reg. XX, 10.

Digitized by Google

terræ venit; ita ut Babyloniæ rex Merodach filius Baladan, procul positus signumque conspicatus, in stuporem et horrendi mirabilisque spectaculi investigandi curiositatem venerit. Stupor enim ac tremor cum regem ipsum, tum optimates ejus occupaverat, ita ut maxima cura omnes, astronomiæ videlicet deditos, tanti et tam horrendi prodigii causam ediscere flagitarent. Multa vero perquisitione facta, edidicit Ezechiam Judææ regem, in ægritudinem ac vitæ desperationem lapsum, rogasse Deum, qui ipsi et sanitatem, et annorum vitæ quindecim additamentum concessisset; atque ut promissioni suæ fidem faceret, magnum illud ac terribile prodigium edidisse : quia ipse **305** est Deus deorum, qui fecit cœlum et terram et omnia quæ in eis sunt. ἐστιν Θεὸς τῶν θεῶν, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν

Hæc cum didicisset Babylonius, ipso opere edoctus illum esse universi Deum, confestim multa dona et legationem ad Ezechiam misit, utpote qui vere Dei universorum servus atque ab eo dilectus esset. Hinc item edocetur, cœlum non sphæram, quæ volvatur, esse, ut fert Babyloniorum opinio : in quam illi suspicionem in constructione turris in alto positi, inciderunt; verum stare cœlum in terra defixum, quasi fornicem. Nam si sphæra exsisteret, nequaquam sane, cum universum ad anteriora declinet et volvatur, sol contrarium cursum teneret, cum universo non circumvolutus; ita ut trium horarum spatio, id est quarta diei parte, retrocederet, et rursus alia quarta parte, donec ad eumdem locum rediret, unde retrogredi cœperat. De his porro omnibus figuris in *Cosmographia Christiana*, ut ipse, vir admirande, nosti, hortante religioso Pamphilo Hierosolymitano, scripsimus. Ipse namque propheta, cujus ministerio solis retrogressio facta est : cum per tremendum illud miraculum Babyloniorum opinionem re et opere confutans, probasset cœlum non esse sphæram se circumvolventem, sed eos falsam sententiam tenere, non diu postea cœli figuram ita descripsit : *Qui statuit cœlum sicut fornicem;* ac rursum : *Dominus Deus qui fecit cœlum et fixit illud* [17], simul figuram declarans, quod scilicet sit sicut fornix, quod statuerit et fixerit ipsum, et quod non volvatur. His porro dictis manifestum est ipsum Babyloniis utilem fuisse : quod sane cuique volenti ediscere liceat ex iis, quæ Cyri Persarum regis tempore gesta sunt. Nam cum piæ manibus acceptum Isaiæ librum legeret, clausulam illam reperit, ubi quæ ad ipsum Cyrum pertinent prænuntiantur : ait quippe ibidem Isaias : *Hæc dicit Deus christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut obediant in conspectu ejus gentes, et robur regum dirumpam. Aperiam coram eo januas, et urbes non claudentur. Ego ante te ibo, et montes complanabo : portas æreas conteram, et vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros occultos, absconditos, et invisibiles; ut cognoscas quia ego Dominus Deus tuus, qui voco nomen*

[17] Isa. XL, 22.

τοῦ ἡλίου, πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς γνωστὸν γέγονεν, ὥστε καὶ τὸν Βαβυλώνιον βασιλέα Μεροδὰχ υἱὸν τοῦ Βαλαδὰν, πόῤῥωθεν ὄντα καὶ θεωρήσαντα τὸ σημεῖον, εἰς ἔκπληξιν, καὶ ἔρευναν ἐλθεῖν τοῦ φοβεροῦ καὶ παραδόξου θαύματος. Θάμβος γὰρ καὶ φόβος περιεῖχεν αὐτὸν τὸν βασιλέα καὶ τοὺς αὐτοῦ μεγιστᾶνας, μετὰ σπουδῆς ζητοῦντας, περὶ τὴν ἀστρονομίαν πάντας ἐπτοημένους, τοιούτου φοβεροῦ καὶ μεγάλου σημείου τὴν αἰτίαν μαθεῖν. Πολλῆς δὲ ζητήσεως γενομένης, μανθάνει ὡς Ἐζεκίας ὁ βασιλεὺς τῆς Ἰουδαίας ἀῤῥωστίᾳ περιπεσὼν καὶ εἰς ἀπόγνωσιν ἐλθὼν ηὔξατο πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ δέδωκεν αὐτῷ ὑγείαν καὶ προσθήκην ζωῆς ἐτῶν ιε'· ἕνεκα τούτου πρὸς πίστωσιν τῆς ἐπαγγελίας ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸ μέγα καὶ φοβερὸν σημεῖον τοῦτο, ὅτι αὐτός γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς.

Ταῦτα μαθὼν, καὶ παιδευθεὶς ἔργῳ ὁ Βαβυλώνιος αὐτὸν εἶναι Θεὸν τοῦ παντὸς, τάχιστα πολλὰ δῶρα καὶ πρεσβείαν τῷ Ἐζεκίᾳ ἐπέστειλεν, ὡς δούλῳ γνησίῳ καὶ ἠγαπημένῳ παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων. Ἐν τούτῳ δὲ πάλιν διδάσκεται ὡς οὐ σφαῖρα στρεφομένη κατὰ τὴν τῶν Βαβυλωνίων δόξαν, ἣν ὡς ἀπὸ τῆς πυργοποιίας ἐφ' ὑψηλοῦ ποτε γενόμενοι πρῶτον ὑπώπτευσαν, ὁ οὐρανὸς ὑπάρχει, ἀλλ' ἱστάμενος καὶ πεπηγὼς εἰς γῆν, ὡς καμάρα. Εἰ γὰρ ἦν σφαῖρα, οὐκ ἂν τοῦ παντὸς ἐπὶ τὰ πρόσω στρεφομένου, ὁ ἥλιος τὴν ἐναντίαν ἐβάδιζε μὴ συμπεριφερόμενος τῷ παντὶ, ὥστε ὡρῶν τριῶν διάστημα, τουτέστι τέταρτον ἡμέρας, ἀναποδίσαι· καὶ πάλιν ἕτερον τέταρτον, ἕως ὅτε ἦλθεν εἰς τὸν τόπον, ἐξ οὗπερ τὴν ὑποστροφὴν ἐποιήσατο. Περὶ τούτων δὲ πάντων τῶν σχημάτων ἐν τῇ *Χριστιανικῇ Κοσμογραφίᾳ*, ὡς οἶσθα καὶ αὐτὸς, θαυμάσιε, κατεγράψαμεν, τοῦ θεοφιλοῦς Παμφίλου τοῦ Ἱεροσολυμίτου ἡμᾶς εἰς τοῦτο προτρεψαμένου. Αὐτὸς γὰρ ὁ προφήτης δι' οὗ γέγονεν ὁ ἀναποδισμὸς τοῦ ἡλίου, ἔργῳ ἀνελὼν διὰ τοῦ φοβεροῦ σημείου τὴν ὑπόνοιαν τῶν Βαβυλωνίων, ὡς οὐκ ἔστι σφαῖρα στρεφομένη ὁ οὐρανὸς, ἀλλὰ πεπλασμένην δόξαν δοξάζουσι, μετ' οὐ πολὺ αὐτοῦ τοῦ οὐρανοῦ τὸ σχῆμα λέγει οὕτως· *Ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν*· καὶ πάλιν· *Κύριος ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, καὶ πήξας αὐτόν*· ὁμοῦ καὶ τὸ σχῆμα δηλώσας, ὅτι ὡς καμάρα ἐστὶ, καὶ στήσας καὶ πήξας, καὶ μὴ στρεφόμενον, εἰπών. Τὰ τοιαῦτα δὲ συγγραψάμενος, εὔδηλον ὡς καὶ τοὺς Βαβυλωνίους ὠφέλησεν· ἔνεστι γὰρ μαθεῖν τῷ βουλομένῳ, ἐκ τῶν κατὰ τὸν βασιλέα Περσῶν Κῦρον γενομένων. Λαβὼν γὰρ μετὰ χεῖρας τὴν βίβλον Ἡσαΐου, καὶ ἀναγνοὺς εὗρε τὴν περιοχὴν τὴν περὶ αὐτοῦ προῤῥηθεῖσαν γεγραμμένην· φησὶ γὰρ Ἡσαΐας ἐν τῇ περιοχῇ οὕτως· *Τάδε λέγει ὁ Θεὸς τῷ χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς, ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἐθνῶν, καὶ ἰσχὺν βασιλέων διαῤῥήξω. Ἀνοίξω ἔμπροσθεν αὐτοῦ θύρας, καὶ πόλεις οὐ συγκλεισθήσονται. Ἐγὼ ἔμπροσθέν σου πορεύσομαι, καὶ ὄρη ὁμαλῶ, θύρας χαλκᾶς συντρίψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συγκλάσω. Καὶ δώσω σοι θησαυροὺς σκοτεινοὺς, ἀποκρύφους,*

Digitized by Google

δοράτους ἀνοίσω σοι, ἵνα γνῷς ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός σου, ὁ καλῶν τὸ ὄνομά σου, ὁ Θεὸς Ἰσραήλ. Ἕνεκεν τοῦ παιδός μου Ἰακὼβ, καὶ Ἰσραὴλ τοῦ ἐκλεκτοῦ μου, ἐγὼ καλέσω σε τῷ ὀνόματί σου, καὶ προσδέξομαί σε. Καὶ μετ' ὀλίγα· Ἐγὼ ἤγειρα αὐτὸν μετὰ δικαιοσύνης βασιλέα. Καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ εὐθεῖαι. Οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πόλιν μου καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ μου ἐπιστρέψει, οὐ μετὰ λύτρων, οὐδὲ μετὰ δώρων, εἶπε Κύριος Σαβαώθ. Καὶ θαυμάσας τὴν πρόγνωσιν καὶ τὴν πρόρρησιν καὶ εὑρών, καὶ τὸ ἴδιον ὄνομα διαρρήδην ὑπὸ τοῦ προφήτου προκηρυχθὲν, ἐκέλευσε τὸν λαὸν ἀνελθεῖν ἐν Ἱεροσολύμοις, ἄφεσιν ποιησάμενος τῆς αἰχμαλωσίας, δοὺς καὶ δαπανήματα εἰς οἰκοδομὴν τῆς πόλεως καὶ τοῦ ναοῦ. Οὐ μόνος δὲ αὐτὸς πεποίηκε τοῦτο, ἀλλὰ καὶ οἱ μετ' αὐτὸν, ἕως οὗ ἐτελειώθη ἡ πόλις καὶ ὁ ναός.

A *tuum, Deus Israel. Propter puerum meum Jacob et Israel electum meum ego vocabo te nomine tuo, et accipiam te*[58]. Et paulo post : *Ego suscitavi eum cum justitia regem. Et omnes viæ ejus rectæ. Hic ædificabit civitatem meum, et captivitatem populi mei reducet, non cum pretio et muneribus, dixit Dominus Sabaoth*[59]. Qui præscientiam illam et prædictionem admiratus, cum nomen suum **306** diserte a propheta prænuntiatum reperisset, jussit populum ascendere Hierosolymam, et captivitatis dimissionem concessit, ad constructionem urbis et templi sumptus suppeditans. Nec ipse solus id præstitit, sed etiam qui post illum fuerunt, donec urbs et templum absolverentur.

Ἔστι δὲ καὶ ἡ πρόσταξις Κύρου ἐγγράφως ἐν ταῖς Παραλειπομέναις καὶ ἐν τῷ Ἔσδρᾳ τεταγμένη, παρακελεύουσα πάντα τὸν λαὸν ἀνελθεῖν, λέγουσα οὕτως· Ἔτους πρώτου Κύρου τοῦ βασιλέως Περσῶν, τοῦ τελεσθῆναι λόγον Κυρίου ἀπὸ στόματος Ἱερεμίου, ἐξήγειρε Κύριος τὸ πνεῦμα Κύρου βασιλέως Περσῶν, καὶ παρήγγειλε φωνὴν ἐν πάσῃ τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, καὶ γε ἐν γραπτῷ λέγων· Οὕτως εἶπε Κύρος βασιλεὺς Περσῶν· Πάσας τὰς βασιλείας τῆς γῆς ἔδωκέ μοι Κύριος ὁ βασιλεὺς τοῦ οὐρανοῦ· καὶ αὐτὸς ἐπεσκέψατο ἐπ' ἐμὲ τοῦ οἰκοδομῆσαι οἶκον αὐτῷ ἐν Ἱερουσαλὴμ τῇ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ. Τίς ἐν ὑμῖν ἀπὸ παντὸς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ; καὶ ἔσται ὁ Θεὸς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ, καὶ ἀναβήτω. Ὅρα, θαυμάσιε, πῶς ἑαυτῷ ὁμολογεῖ ἀνεγνωκέναι τὴν βίβλον Ἡσαΐου, καὶ πεπιστευκέναι τοῖς γεγραμμένοις, καὶ μετὰ πάσης σπουδῆς καὶ δαπάνης πληρῶσαι τὰ γεγραμμένα ἐν τῇ Γραφῇ. Πῶς οὐκ εὔδηλον τυγχάνει, ὅτι ἐκ τούτων πάντων ὠφέλεια πολλὴ θεοσεβείας γέγονε πᾶσι τοῖς ἔθνεσι; Πῶς δὲ καὶ οἱ τοσαύτην πίστιν ἰσχηκότες εἰς τὴν Γραφὴν τοῦ Ἡσαΐου, ἀπιστήσειαν καὶ περὶ τοῦ σχήματος τοῦ οὐρανοῦ, λέγοντες ἐν αὐτῇ· Ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν; Μάλιστα καὶ παρῶν ὢν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν γενομένων θαυμάτων τῶν κατὰ τῆς Σεναχηρείμ, καὶ τοῦ ἀνατολισμοῦ τοῦ ἡλίου· ὅθεν καὶ πάντες οἱ ἔνδοξοι αὐτῶν πεπεισμένοι περὶ τούτων τῶν διαβοήτων σημείων, καὶ ἐκ τῆς προρρήσεως τοῦ Ἡσαΐου, συνέθεντο τῇ γνώμῃ τοῦ βασιλέως ἀπολύσαντες τὸν λαὸν μετὰ πάσης τιμῆς. Πρῶτοι οὖν πάντων στοχασαμένων καὶ ὑποπτευσάντων Βαβυλωνίων, σφαῖραν εἶναι τὸν οὐρανὸν, πρῶτοι πάλιν ἐδιδάχθησαν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, ὡς οὐ σφαῖρα τυγχάνει, ἀλλὰ καμάρα. Ἐξ ὧν καὶ ἡμεῖς παραλαβόντες τὰ σχήματα πάντα κατεγράψαμεν ἐν τῇ Χριστιανικῇ Τοπογραφίᾳ, ὀνομάσαντες τὸν διδάσκαλον ἐν τῷ προοιμίῳ, τὸν κ παραδόντα· λέγω δὴ τὸν μέγαν πατρίκιον, τὸν ἐκ γῆς Χαλδαίων ἐνταῦθα παραγενόμενον. Καὶ ταῦτα πάλιν περὶ τούτων.

B

Est vero ipsum Cyri decretum scripto consignatum in Paralipomenis et in libro Esdræ, jubens universum populum ascendere, his verbis : *Anno primo Cyri regis Persarum, ut compleretur verbum Domini ex ore Jeremiæ, suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, ac pronuntiavit vocem in omni regno suo, etiam per scripturam, dicens : Sic dixit Cyrus rex Persarum : Omnia regna terræ dedit mihi Dominus rex cæli, et ipse respexit in me, ut ædificarem ei domum in Jerusalem, quæ est in Judæa. Quis in vobis ex universo populo ejus? et erit Deus cum ipso : ascendat*[60]. Vide, vir admirande, quo C pacto fateatur se librum Isaiæ legisse, et scriptis ejus credidisse, ita ut cum multa cura et sumptu quæ in Scriptura ferebantur impleret. Qui non palam sit, ex his omnibus multum utilitatis ad religionem universis gentibus obvenisse? Quomodo autem ii, qui tantam fidem in Isaiæ Scripturam habuerunt, de cœli figura non ipsi crediderint, cum ait, *Qui statuit cælum sicut fornicem*[61]? cum maxime illo tempore miracula contra Senacherim edita, atque solis retrogressio adhuc recentia essent : unde omnes eorum optimates ex hisce ubique celebratis signis, necnon ex prædicatione Isaiæ persuasi, Regis sententiæ consenserunt, populo cum nullo non honore dimisso. Cum primi itaque Babylonii D conjectarent ac suspicarentur cœlum esse sphæram, primi item edocti sunt per Isaiam prophetam, non esse sphæram, sed fornicem. Unde nos quoque schemata omnia accipientes, ea in *Topographia Christiana* descripsimus, ubi doctorem, qui illa nobis tradidit enuntiavimus; dico autem magnum patricium, qui ex terra Chaldæorum huc profectus est. Et hæc his de rebus dicta sunto.

Ἐλθόντων δὲ τῶν πρεσβευτῶν τοῦ Βαβυλωνίου πρὸς τὸν Ἐζεκίαν, πάλιν ἀνθρώπινον ὑπομείνας, καὶ ἐπαρθεὶς τὴν διάνοιαν, τούτους μετὰ πάσης χαρᾶς

Oratoribus regis Babyloniæ Ezechiam adeuntibus, rursum ille humanum quidpiam passus, elatusque animo, ipsos cum omni gaudio, rem si[illegible]

[58] Isa. xlv, 1-4. [59] Ibid. 13. [60] I Esdr. i, 1-5. [61] Isa. xl, 21.

Digitized by Google

gloriosam esse ratus, excepit : præter voluntatem vero Dei in regiam intromisit, thesauros atque divitias suas omnes ostendit. Tunc rursum Isaias ad ipsum mittitur, qui mentem ejus corrigat, eumque ironice sic affatur : *Quid dicunt homines isti? et unde ad te venerunt? Respondit* **307** *Ezechias : Ex terra procul venerunt ad me ex Babylone. Dixit iterum Isaias : Quid viderunt in domo tua*[81]? Ille autem, videns eum ut gnarum interrogare, vera dicit et sic eum alloquitur. *Omnia quæ sunt in domo mea viderunt : nihilque est in domo mea, quod non viderint : sed etiam thesauros meos*[82]. Tunc comminantis more, mentis elationem ejus castigans, quæ ipsi futura sunt prænuntiat, his verbis : *Audi sermonem Domini exercituum : Ecce dies veniunt, et auferentur omnia quæ sunt in domo tua, et omnia quæ condiderunt patres tui, usque ad diem hanc, in Babylonem : et non relinquetur verbum, quod dixerit Dominus. Et filii tui qui egredientur ex te, quos gignes, assumet, et erunt eunuchi in domo regis Babyloniorum*[83]; ac si dicat : Quid rursum cogitationibus extolleris ad propriam, non vero ad Dei gloriam accipiens legatos Babylonii? Oportuit te ex pristinis exemplis erudiri : nam ad gloriam, non tuam, sed meam, signa magna edita sunt; ut etiam gentes erudirentur, ac magnificentiam meam ediscerent : quam rursum despiciens, elatus es, nec gratias retulisti. Sed cum sine me oratores illos receperis, ipsisque quas a me divitias obtines ostenderis; ideo abhinc ediscas, in posterum, successorum tuorum tempore, me omnes divitias tuas in rapinam et captivitatem Babyloniis traditurum, quia gloriam nostram neglexisti, teque mihi prætulisti. Quoniam tamen probus semper et pius fuisti, id temporibus tuis non continget. His auditis ac re intellecta, Ezechias humiliatus, utpote justus et Deo obsequens, gratias agens dixit ad Isaiam : *Bonus est sermo Domini, quem locutus est; sit pax in diebus meis*[84].

Quod autem omnia secundum prophetæ sermonem evenerint, palam est : quia Nabuchodonosor Babylonius, vastatis Hierosolymis, omnia in Babylonem exportavit, atque ex regia stirpe adlectis sibi pueris, Danielem, Ananiam, Azariam, et Misaelem, abscissis genitalibus, ad ministerium sibi destinavit. Mos quippe est ut reges tales sibi pueros ad famulatum assumant : nam cum ipso versabantur. Siquidem ne unius quippe eorum matrimonium, aut liberi, aut quid simile in divina Scriptura memoratur, vel auditum uspiam est. Verum et traditio et consuetudo, secundum prophetiam, imberbes illos et leni facie in imaginibus repræsentat. Quod autem in hisce miracula multa, prodigia, revelationes, vaticinia facta sint, atque magna hinc utilitas Babyloniis, Medis et Persis

A ὑπεδέξατο, εἰς οἰκεῖον κλέος· εἰσήγαγε δὲ αὐτοὺς καὶ παρὰ γνώμην Θεοῦ εἰς τὰ βασίλεια, δείξας αὐτοῖς τοὺς θησαυροὺς καὶ πάντα τὸν πλοῦτον αὐτοῦ. Τότε πάλιν ἀπεστάλη Ἡσαΐας πρὸς αὐτὸν ἐπανορθῶν τὴν διάνοιαν αὐτοῦ, καὶ φησι πρὸς αὐτὸν, εἰρωνευόμενος· *Τί λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι οὗτοι; καὶ πόθεν ἦκασι πρὸς σέ; Καὶ εἶπεν Ἐζεκίας· Ἐξ γῆς πόρρωθεν ἥκασι πρός με ἐκ Βαβυλῶνος. Εἶπε πάλιν Ἡσαΐας· Τί εἶδοσαν ἐν τῷ οἴκῳ σου;* Ὁ δὲ, ἐγνωκὼς ὅτι εἰδὼς ἐρωτᾷ, τὴν ἀλήθειαν λέγει, καὶ φησι πρὸς αὐτόν· *Πάντα τὰ ἐν τῷ οἴκῳ μου εἶδοσαν, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ οἴκῳ μου, ὃ οὐκ εἶδοσαν· ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν τοῖς θησαυροῖς μου.* Τότε λέγει πρὸς αὐτὸν ὡς ἐν τάξει ἀπειλῆς, κολαφίζων αὐτοῦ τὴν ἔπαρσιν τῆς διανοίας, τὰ μέλλοντα

B *μετ' αὐτὸν γίνεσθαι, καί φησιν· Ἄκουσον τὸν λόγον Κυρίου σαβαώθ· Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, καὶ ληφθήσεται πάντα τὰ ἐν τῷ οἴκῳ σου, καὶ ὅσα ἐθησαύρισαν οἱ πατέρες σου ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης εἰς Βαβυλῶνα, καὶ οὐχ ὑπολειφθήσεται ῥῆμα ὃ εἶπε Κύριος. Καὶ οἱ υἱοί σου, οἳ ἐξελεύσονται ἐκ σοῦ, οὓς γεννήσεις, λήψεται, καὶ ἔσονται εὐνοῦχοι ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ βασιλέως τῶν Βαβυλωνίων·* ἵνα εἴπῃ· *Τί πάλιν ἐπαίρῃ τοῖς* λογισμοῖς εἰς οἰκεῖον κλέος, καὶ οὐκ εἰς δόξαν Θεοῦ, δεξάμενος τοὺς πρεσβευτὰς τοῦ Βαβυλωνίου; Ἔδει σε γὰρ παιδεύεσθαι ἐκ τῶν προλαβόντων, ὅτι οὐ τοσοῦτον εἰς δόξαν σὴν, ἀλλ' εἰς δόξαν ἐμὴν, τὰ μεγάλα σημεῖα γεγόνασι, πρὸς τὸ καὶ τὰ ἔθνη παιδεύεσθαι τὴν ἐμὴν μεγαλειότητα· ἧς πάλιν καταφρονῶν

C ἐπήρθης μὴ εὐχαριστήσας. Ἀλλ' ἄνευ ἐμοῦ δεξάμενος καὶ δείξας τοῖς πρέσβεσιν ὧν παρ' ἐμοῦ ἐκτήσω πλοῦτον· τοιγαροῦν ἀπαντεῦθεν μαθήσῃ ὡς· μετὰ ταῦτα, ἐπὶ τῶν σῶν διαδόχων, πάντα τὸν σὸν πλοῦτον εἰς ἁρπαγὴν καὶ αἰχμαλωσίαν παραδώσω τοῖς Βαβυλωνίοις· ὅτι ἠμέλησας πάλιν τῆς ἡμετέρας δόξης, σαυτὸν προτιμήσας ἐμοῦ. Ἐπειδὴ δὲ εὐάρεστος γέγονας καὶ εὐσεβὴς, ἐπὶ τῶν καιρῶν σου οὐδὲν τούτων συμβήσεται. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἐζεκίας καὶ συνιεὶς καὶ ταπεινωθεὶς, ὡς δίκαιος καὶ ὑπήκοος Θεῷ, εὐχαριστήσας εἶπε πρὸς Ἡσαΐαν·

D *Ἀγαθὸς ὁ λόγος Κυρίου, ὃν ἐλάλησεν· ἔστω εἰρήνη ἐν ταῖς ἡμέραις μου.*

Ὅτι δὲ πάντα κατὰ τὸ ῥῆμα τοῦ προφήτου γέγονασιν, εὔδηλον· ὡς Ναβουχοδονόσορ ὁ Βαβυλώνιος πορθήσας τὰ Ἱεροσόλυμα, πάντα ἔλαβεν ἐν Βαβυλῶνι· καὶ ἐκ τοῦ γένους δὲ τοῦ βασιλικοῦ ἐκλεξάμενος νεανίσκους, τοὺς περὶ Δανιὴλ, καὶ Ἀνανίαν, καὶ Ἀζαρίαν, καὶ Μισαὴλ, καὶ τὰ γεννητικὰ τῆς φύσεως ἐκτεμὼν ἀπ' αὐτῶν μόρια, πρὸς ἰδίαν ὑπηρεσίαν κατέστησεν. Ἐκ τοιούτων γὰρ ἔθος ἐστὶν ὑπηρετεῖσθαι τὸν βασιλέα· μετ' αὐτοῦ γὰρ καὶ ἀνεστρέφοντο. Οὔτε γὰρ γάμος ἑνὸς ἐξ αὐτῶν φέρεται παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ, οὐδὲ τέκνον, οὔτι τῶν τοιούτων ἠκούσθη περὶ αὐτῶν. Ἀλλ' ἡ παράδοσις καὶ ἡ συνήθεια κατὰ τὴν προφητείαν, ἀγενείους καὶ λείους ἐν ταῖς εἰκόσιν ἀναγράφουσιν. Ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ τούτων πολλὰ θαύματα, καὶ παράδοξα, καὶ ἀποκαλύψεις, καὶ προρρήσεις καὶ πολλὴ ὠφέλεια παρά τε

[81] Isa. xxxix, 3. [82] ibid. 4. [83] ibid. 5-7. [84] ibid. 8.

Digitized by Google

Βαβυλωνίοις, καὶ Μήδοις, καὶ Πέρσαις γέγονεν, οὐκ ἀγνοεῖς, ὦ θαυμάσιε Πέτρε, ὥστε τοὺς βασιλέας αὐτῶν τιμᾶν αὐτοὺς μεγάλως, καὶ ἐκτίθεσθαι δόγματα θεοσεβείας εἰς τοὺς ἰδίους λαοὺς περὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων, ὅτι Θεὸς θεῶν ἐστι, καὶ Κύριος τῶν κυρίων· καὶ τοὺς λέγοντας βλασφημίαν κατ' αὐτοῦ τιμωρεῖσθαι προσέταξαν. Οὕτως ἀεὶ ὁ Θεὸς οἰκονομῶν τὰ πράγματα, διὰ τοῦ ἰδίου λαοῦ παιδεύει πάντα τὰ ἔθνη, δικαιοπραγοῦντας μὲν αὐτοὺς δοξάζων, ἁμαρτάνοντας δὲ κολάζων, καὶ αἰχμαλωσίαις παραπέμπων· δι' ἑκατέρου παιδεύων τὰ ἔθνη, τὴν ἑαυτοῦ ἀγαθουργίαν καὶ μεγαλειότητα· ὅπως καὶ αὐτὰ μεταλάβωσι θεοσεβείας, προγυμναζόμενα εἰς τὴν μέλλουσαν ἀποκαλύπτεσθαι πίστιν τὴν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οὔτε γὰρ μία κεραία τῆς Γραφῆς οὔτε ἰῶτα ἐν ἀκαίρως συνεγράφη· ἀλλὰ πάντα χρησίμως καὶ πρὸς κοινὴν καὶ ποικίλην ὠφέλειαν τῶν ἀνθρώπων συνεγράφησαν. Διὸ παρακαλῶ, φιλόχριστε, διὰ σοῦ καὶ τοὺς ἐντυγχάνοντας ταύτῃ ἡμῶν τῇ Γραφῇ, συνεχῶς ἀναγινώσκειν τὴν θείαν Γραφὴν, καὶ τὸ ἐκ ταύτης κέρδος καρποῦσθαι, ὠφελεῖν δυνάμενον πάντα ἄνθρωπον τὰ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα πράγματα. Γένοιτο δὲ ἡμᾶς τῶν θείων εὐλογιῶν καὶ ἐπαγγελιῶν ἐπιτυχεῖν, εὐχαῖς τῶν ἡμετέρων διδασκάλων καὶ τῆς σῆς ἀδελφότητος, τὰ πάντα φιλόχριστε.

A obvenerit, non ignoras, admirande Petre; ita ut reges eorum ipsos summo in honore habuerint, atque decreta pro **308** pia religione, circa Deum universorum populis emiserint, fatentes esse Deum deorum et Dominum dominorum: ac de iis qui blasphema in ipsum dicta proferrent, supplicium sumi jusserint. Ita semper Deus res probe dispensans, per populum suum gentes omnes erudit, quando eos juste sese gerentes gloria afficit, peccantes vero castigat, et in captivitatem mittit: ac utroque modo gentes instituit ad bonitatem ac munificentiam suam agnoscendam; ut et ipsæ ad piam religionem accedant, prius exercitatæ ad fidem per Dominum nostrum Jesum Christum revelandam. Neque enim vel unus apex vel iota unum in Scri- B ptura abs re et temere positum est; sed omnia utiliter et ad commune variumque hominum emolumentum conscripta sunt. Quamobrem, o Christi amantissime, rogo per te omnes qui hanc lucubrationem nostram lecturi sunt, ut frequenter divinam Scripturam legant, et inde provenientem lucrentur utilitatem, quæ in divinis humanisque rebus cuivis homini conferri potest. Faxit Deus ut divinas benedictiones et promissiones nanciscamur, precibus doctorum nostrorum et fraternitatis tuæ, o Christi per omnia amantissime.

(49)



Τὸ κείμενον.

Ὥσπερ οἱ δώδεκα ἄρτοι τῆς προθέσεως, οἱ ἐν τῇ τραπέζῃ κείμενοι, τύπος εἰσὶ τοῦ ἐνιαυσιαίου κύκλου καὶ τῶν καρπῶν τῆς γῆς, καθάπερ προείρηται μὲν ἐν τῇ σκηνῇ, κατεγράφη δὲ ἐν τῷ ἐννάτῳ λόγῳ· οὕτω καὶ νῦν κατεγράψαμεν τὸν κύκλον τῶν δώδεκα

C

Textus.

Quemadmodum duodecim panes propositionis, in mensa jacentes, annui cycli et fructuum terræ typus sunt, ut dictum est cum de tabernaculo ageretur, ac in nono libro describitur; sic et nunc duodecim anni mensium cyclum delineavimus.

(49) Montis conici, qui noctes et eclipses efficit, jam supra positum schema, hic rursus delineat Cosmas, quia ad eorum quæ superius dixit, et ad noni de cursu astrorum mox sequentis libri intelligentiam multum conferre putat.

Digitized by Google

nec non singulorum mensium fructus, omnium largitori Deo gratias agentes, ut et David **309** Spiritu sancto movente sic Deum alloquitur : *Benedic coronæ anni benignitatis tuæ* [56] : miro sane modo duodecim anni mensium cyclum coronam anni nuncupans, utpote qui terram desuper pulchritudine coronent, eamque ex elementorum temperatione, quam invisibiles virtutes perficiunt, augeant, et menstruos fructus ejus maturescere faciant. Ideo rursum adjecit : *Et campi tui replebuntur ubertate* [57] ; ac rursum : *Parasti cibum illorum, quoniam ita est præparatio* [58] ; alibi quoque sic habet : *Omnia ad te exspectant, ut des illis escam in tempore* [59], ac si diceret, singulis temporibus congruenter, sua probe enutritos parans. Alibi autem de perquam necessaria nobis esca, quam æstiva conversio efficit, et ad tres subsequentes menses elargitur, sic ait : *A fructu frumenti, vini et olei sui multiplicati sunt* [60] ; miro item modo in gratiarum actione rerum ordinem servans, ac primo frumentum, secundo vinum, tertio oleum memorans : quemadmodum ex benedictione Dei per rationabiles ordines, angelos scilicet et homines, ad tres æstatis menses ordine parantur. Opus itaque est Christianos omnes non ex transcursu neque perfunctorie divinam Scripturam legere, quemadmodum a principio hortatus sum ; sed cum studio et ordine condecenti ; ut divina gratia, voluntatem et conatum nostrum excipiens, auxilio nobis sit, ut magnalia Dei cognoscere valeamus. Ipsi gloria in sæcula. Amen. Salvete, Christiani, in Domino.

μηνῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ (50), ἑκάστου μηνὸς τοὺς καρποὺς, εὐχαριστοῦντες τῷ πάντων δοτῆρι Θεῷ, καθάπερ καὶ Δαυὶδ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ κινούμενος λέγει ἐν ψαλμῷ πρὸς τὸν Θεὸν οὕτως· *Εὐλόγησον τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητός σου* · θαυμασίως στέφανον χρηστότητος τὸν κύκλον τῶν δώδεκα μηνῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰπών, ὡς στεφανοῦντα μὲν ἄνωθεν τῷ κάλλει τὴν γῆν, αὐξάνοντα δὲ καὶ πεπαίνοντα διὰ τῆς τῶν στοιχείων κράσεως, ἣν αἱ ἀόρατοι δυνάμεις ἐκτελοῦσι, τοὺς μηνιαίους αὐτῆς καρπούς. Διὰ τοῦτο πάλιν ἐπήγαγε· *Καὶ τὰ πεδία σου πλησθήσονται πιότητος* · καὶ πάλιν, *Ἡτοίμασας τὴν τροφὴν αὐτῶν, ὅτι οὕτως ἡ ἑτοιμασία* · καὶ ἑτέρωθι δὲ πάλιν φησὶν οὕτως, *Πάντα πρὸς σὲ προσδοκῶσι δοῦναι τὴν τροφὴν αὐτῶν εἰς εὔκαιρον*· ὡσανεί, Ἑκάστῳ καιρῷ ἁρμοδίως ἡμᾶς ἑτοιμάζων ἐκτρέφεις. Ἀλλαχοῦ δὲ περὶ τῆς ἀναγκαιοτάτης ἡμῶν τροφῆς, ἣν ἡ τροπὴ τοῦ θέρους ἀπεργαζομένη, εἰς τοὺς τρεῖς μῆνας ἐφεξῆς δίδωσι, φησὶν οὕτως· Ἀπὸ *καρποῦ σίτου καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου αὐτῶν ἐπληθύνθησαν* · ἐξαισίως πάλιν ἐν τῇ εὐχαριστίᾳ τὴν τάξιν φυλάξας, καὶ πρῶτον μὲν εἰπὼν τὸν σῖτον, δεύτερον τὸν οἶνον, καὶ τρίτον τὸ ἔλαιον · καθάπερ ἐξ εὐλογίας Θεοῦ διὰ τῶν λογικῶν ταγμάτων, ἀγγέλων λέγω καὶ ἀνθρώπων, εἰς τοὺς τρεῖς μῆνας τοῦ θέρους ἐφεξῆς κατεργάζονται. Χρὴ οὖν πάντα Χριστιανὸν μὴ παέργως μηδ' ὡς ἔτυχε τὴν θείαν Γραφὴν ἀναγινώσκειν, καθὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς παρεκάλεσα· ἀλλὰ μετὰ σπουδῆς καὶ τάξεως τῆς προσηκούσης · ἵνα καὶ ἡ θεία χάρις, τὴν προαίρεσιν ἡμῶν ἀναδεξαμένη, συνεργὸς ἡμῶν γένηται, εἰς τὸ δύνασθαι γινώσκειν τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Ἔρρωσθε, Χριστιανοὶ ἐν Κυρίῳ.

LIBER IX.

De astrorum cursu.

Duodecim mensium cyclus superior est ; huic inferior, solis ; huic item inferior, lunæ. Id vero Scriptura per candelabri structuram significat, ex ternis hinc inde ad utramque ejus partem positis calamis, qui in circulum procedunt, ita ut alter alteri præcurrat. Et solis quidem circulus duodecim mensium, quotidie una portione præcurrit ; ita ut sol triginta diebus unum mensem decurrat, atque sic duodecim mensibus annum perficiat, deficiente tamen, ut dictum est, una portione in singulos dies. Cyclum vero lunæ cyclus solis præcurrit duodecim portionibus ad singulos dies ; ita ut luna totum triginta dierum circulum, id est mensem unum, absolvere nequeat. Quod si quis facta comparatione **310** rem considerare voluerit, lunæ cyclus a solis cyclo ad singulos dies duodecim portionibus et aliquot minutis deficit, a cyclo autem omnibus superiore, id est, duodecim mensium, cyclus solis quotidie una portione deficit. Hæc porro invisibiles potestates, cum ordine et ratione, secun-

ΛΟΓΟΣ Θ'.

Περὶ δρόμου ἄστρων.

(51) Ὁ κύκλος τῶν δεκαδύο μηνῶν ἀνώτερος ὑπάρχων, καὶ τούτου κατώτερος ὁ τοῦ ἡλίου, καὶ τούτου πάλιν κατώτερος ὁ τῆς σελήνης. Σημαίνει δὲ τοῦτο ἡ θεία Γραφὴ διὰ τῆς κατασκευῆς τῆς λυχνίας, διὰ τῶν ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν αὐτῆς τριῶν καὶ τριῶν καλαμίσκων κυκλοειδῶν προϊόντων, εἰς τοῦ ἑνὸς προτρέχει. Καὶ τοῦ μὲν ἡλίου καθ' ἡμέραν ὁ τῶν δώδεκα μηνῶν κύκλος προτρέχει μοῖραν μίαν· ὡς εὑρίσκεσθαι τὸν ἥλιον ἐν τριάκοντα ἡμέραις διατρέχοντα τὸν ἕνα μῆνα, καὶ οὕτως ἐν δώδεκα μησὶν ἀποτελεῖν τὸν ἐνιαυτόν· ὑστεροῦντα, ὡς εἴρηται, καθ' ἡμέραν μοῖραν μίαν. Τὸν δὲ κύκλον τῆς σελήνης, ἡ τοῦ ἡλίου προτρέχει μοίρας δώδεκα καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ὡς εὑρίσκεσθαι τὴν σελήνην ἐν τριάκοντα ἡμέραις ὑστεροῦσαν ἀποτελεῖν ὅλον τὸν κύκλον, τουτέστι, μῆνα ἕνα. Εἰ δέ τις ἐξ ἀντιστρόφου βουληθείη νοεῖν, τοῦ μὲν ἡλίου ὁ τῆς σελήνης κύκλος ὑστερεῖ καθ' ἑκάστην ἡμέραν μοίρας δεκαδύο καὶ λεπτά τινα· τοῦ δὲ ἀνωτέρου πάντων κύκλου, τουτέστι, τῶν δεκαδύο μηνῶν, ὑστερεῖ ὁ κύκλος τοῦ ἡλίου καθ' ἑκάστην ἡμέραν,

[56] Psal. LXIV, 12. [57] ibid. [58] ibid. 10. [59] Psal. CIII, 27. [60] Psal. IV, 8.

(50) Duodecim mensium, fructuumque in singulis nasci solitorum schema inferius habes ad tabulam a nobis editam explicationem.

(51) Hæc in tabula de cursu astrorum explicamus

Digitized by Google

μοῖραν μίαν. Ταῦτα δὲ κινοῦσιν αἱ ἀόρατοι δυνάμεις, εὐτάκτως καὶ λογικῶς κατὰ βούλησιν Θεοῦ· νόμον τοῦτο εἰληφότες, καθὰ γέγραπται ἐν τῷ Δαυΐδ· *Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πάντες ἄγγελοι αὐτοῦ, δυνατοὶ ἰσχύι, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ, τοῦ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς τῶν λόγων αὐτοῦ. Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ, λειτουργοὶ αὐτοῦ, ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ.* Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A dum voluntatem Dei movent : hac scilicet accepta lege, ut scriptum est in Davide : *Benedicite Domino, omnes angeli ejus, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus. Benedicite Domino, omnes virtutes ejus, ministri ejus qui facitis voluntatem ejus*[61]. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Καὶ ταύτας κατὰ τὸ μῆκος τῶν τριῶν κύκλων πορείας τῶν δώδεκα οἴκων τῶν ἀστέρων καὶ τῶν δύο μεγάλων φωστήρων, ἔκ τε θείας βοηθείας κινούμενοι, ἔκ τε τῶν φαινομένων διὰ τῆς ὄψεως συλλογιζόμενοι, ὡς ἐνῆν ἡμῖν Χριστιανικῶς εἰπεῖν, ἐξηγησάμεθα· περὶ δὲ τῆς κατὰ πλάτος τῶν δύο μεγάλων φωστήρων πορείας, μεταβάσεών τε, ἀνόδων τε καὶ καθόδων, συνόδων καὶ πανσελήνων, συνδέσμων τε καὶ ἐκδιαμέτρων δρόμων, παραλλάξεών τε καὶ φάσεων, καὶ ὁμαλῶν κινήσεων καὶ ἀνωμάλων, καὶ βορείου πέρατος καὶ νοτίου, καὶ λοιπῶν ὀνομάτων ὧν βούλονται οἱ ἐκτὸς ὀνομάζειν, ἐν οἷς τὰς ἐκλείψεις τῶν αὐτῶν φωστήρων ψηφίζουσι, τοῖς εἰδόσι καὶ φιλοσοφοῦσι περὶ τὰ τοιαῦτα τὴν ψῆφον παραχωροῦμεν, ψηφίζειν τε καὶ προλέγειν ἐκλείψεις· μηδὲν ἡμεῖς ἐκ τούτου βλαπτόμενοι, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ συνιστάμενοι. Εἰ γὰρ τὰ τοιαῦτα ὀνόματα, τὰς μεταβάσεις λέγω, καὶ ἀνόδους καὶ καθόδους, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα ἐν τῷ ἡμετέρῳ σώζονται σχήματι, ἄκαιρος ἡ φιλονεικία. Οὐδὲν γὰρ ἕτερον δεικνύναι ἐσπουδάσαμεν διὰ ταύτης ἡμῶν τῆς πραγματείας, ἢ ὅτι καὶ αὗται αἱ ἐκλείψεις ἀμφοτέρων τῶν φωστήρων συμβαίνουσί τε καὶ ἁρμόζουσιν ἐν τούτῳ τῷ ἡμετέρῳ σχήματι· αὐτοῦ τοῦ οὐρανοῦ μηδόλως κινουμένου ἀπὸ ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμάς, ἢ ἀπὸ δυσμῶν ἐπὶ ἀνατολάς, μήτε σφαιροειδοῦς ὄντος, ἢ σφαιρῶν πολλῶν· ἀλλὰ τῶν ἄστρων καὶ τῶν φωστήρων ἐν τῷ ἀέρι διὰ τῶν λογικῶν δυνάμεων καὶ τὸν δρόμον καὶ τὴν τάξιν ἐκτελούντων, καὶ τοῦ σχήματος τῶν δύο οὐρανῶν καὶ τῆς γῆς σωζομένων, κατὰ τὴν θείαν Γραφήν. Ἐν ᾧ τὰς δύο καταστάσεις, τήν τε νῦν καὶ τὴν μέλλουσαν, ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεὸς εἰργάσατο· τοὺς κύκλους τούτους, οὓς κατεγράψαμεν, οὐκ οὐρανοὺς σφαιροειδεῖς, συνεχεῖς καὶ ναστοὺς τοῖς σώμασι καὶ διαφανεῖς, κατὰ τὴν ἔξωθεν λημψίαν.

Et hos duodecim domorum totidem astrorum, necnon duorum grandium luminarium cursus, secundum trium cyclorum longitudinem, sive divino moti auxilio, sive ex iis quæ oculis apparent æstimantes, pro virili nostra Christiano more explicavimus. De cursu vero duorum magnorum B luminarium secundum latitudinem, deque eorum transitionibus, ascensibus, descensibus, conjunctionibus, pleniluniis, nodis, et diametralibus cursibus, parallaxibus, phasibus, planis motibus, et tortuosis, itemque de boreali et australi termino, aliisque nominibus, queis exteris placet illa vocare, in quibus eorumdem luminarium eclipses calculis supputant, nos rerum peritis atque hac de re philosophantibus calculum deferimus, ut supputent et eclipses prænuntient. Nihil quippe detrimenti nobis hinc emergit ; imo potius hinc nostra nobis ratio constat. Nam si nomina hujusmodi, nempe transitiones, ascensus et descensus et reliqua omnia in nostro schemate servantur, inopportuna sane contentio fuerit. Nihil quippe aliud hoc in C nostro opere demonstrare curavimus, quam quod amborum luminarium eclipses concurrant, et nostro quoque schemati conveniant ; etsi cœlum nullatenus ab oriente ad occidentem moveatur, neque sphæricum aut multis ex sphæris compositum sit : sed astra et luminaria in aere, rationabilium virtutum ministerio, cursum et ordinem expleant, ac cœlorum duorum terræque figura, secundum divinam Scripturam servetur. Ubi duos status, præsentem scilicet et futurum, ab initio Deus effecit, hos scilicet circulos quos descripsimus ; non autem cœlos sphæricos, continuos, corpore solidos ac pellucidos, secundum exterorum nugacitatem.

Ἐν τῷ β' λόγῳ μεμνήμεθα εἰπόντες, τοὺς ἀγγέλους κινεῖν τοὺς φωστῆρας, καὶ τὰ ἄστρα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ὡς πρὸς διακονίαν τῶν ἀνθρώπων τεταγμένους· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ σχῆμα κατεγράψαμεν, ὡς ἐνδέχεται αὐτὸ γραφῇ παραδοῦναι. Ἔχομεν γὰρ μαρτυρίας ἐκ τῆς θείας Γραφῆς, σημαινούσας ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει. Ὅτι μὲν γὰρ κυκλοφορητικῶς κινοῦνται, ὁ μακάριος Δαυΐδ σημαίνει λέγων· *Εὐλογήσεις τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητός σου·* θαυμαστῶ; τὸν κύκλον τῶν ιβ' μηνῶν στέφανον ἐξεικών, ὡς στεφανοῦντα τῷ κάλλει ἄνωθεν τὴν γῆν, ὅθεν ἐπήνεγκεν, *Καὶ τὰ πεδία σου πλησθήσονται πιότητος.* Τῷ γὰρ κύκλῳ καὶ τῇ διαδοχῇ τῶν τροπῶν, αἱ καρποὶ τῆς γῆς αὔξουσί τε καὶ πεπαίνον-

D Nos dixisse meminimus in secundo libro, angelos, luminaria et astra aliaque omnia movere, utpote ad ministerium hominum deputatos. Hic porro schema delineavimus, **311** quantum describere licet. Nobis quippe testimonia ex Scriptura divina suppeditantur, queis constat rem ita se habere. Nam quod in circulum moveantur beatus David significat dicens : *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ*[62] ; miro sane modo duodecim mensium circulum, coronam vocans, eo quod superne terram pulchritudine quasi coronet ; quare subjunxit, *Et campi tui replebuntur ubertate.* Nam ex circulo et conversionum successione fructus terræ crescunt et maturescunt. Quin etiam Moyses in typo terræ,

[61] Psal. cii, 21, 22. [62] Psal. lxiv, 12.

Digitized by Google

id est, in mensa, in circulum desuper duodecim propositionis panes reposuit, tres nempe ad angulum quemlibet : angulis quidem significans quatuor conversiones, mensium trium singulas; circulo duodecim menses; panibus vero, annuos terræ fructus : atque ænigmatice curavit, ut menses superne terram in circulum coronarent. Similiterque duodecim tribus in circuitu tabernaculi disposuit, tres ad orientem, tres ad meridiem, tres ad occasum, et ad septentrionem totidem : ab oriente incipiens, ad meridiem ascendens, rursum descendens ad occidentem, deinde vero septentrionem percurrens, secundum astrorum motum et terræ positionem.

Hunc porro circulum exteri zodiacum vocant, quem nos secundum illorum hypothesin secundo delineavimus. Alias vero septem stellas, quas planetas vocant, in candelabro Moyses ænigmatice, septem scilicet lucernas, locavit, candelabro ad meridiem reposito; ita ut mensæ colluceret versus aquilonem, hebdomadem dierum indicans : ac per hæc omnia, dies, hebdomadas, menses, conversiones, annum significans : nimirum quotidianis panibus, qui singulis diebus novi apponebantur, dies denotans; septem lucernis, hebdomadem; duodecim panum numero, duodecim menses; quatuor angulis, conversiones; circulo, annum : de quibus in Epistola ad Hebræos divinus Apostolus sic ait : *Si ergo esset super terram, nec esset sacerdos, cum sacerdotes essent qui offerrent secundum legem munera : qui exemplari et umbræ deserviunt cœlestium; sicut responsum est Moysi, cum tabernaculum perfecturus esset. Vide, inquit, omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte* [63]. Salomon autem : *Oritur sol, et occidit sol, et in locum suum trahit. Oriens ipse illuc procedit ad meridiem, et circumit circumeundo, et in circulos suos procedit spiritus* [64]. Hic quoque eadem quæ Moyses et David tradidit; videlicet solem ab oriente ascendere ad meridiem, ac per aquilonem circumeundo, conversiones et magnum anni circulum explere, in aere percurrentem; id enim sibi vult illud, *procedit* **312** *spiritus*, ac si dicat, in aere. Quod autem ab invisibilibus virtutibus moveantur, id item significat Scriptura divina, his verbis : *Vanitati enim creatura subjecta est, non volens, sed propter eum qui subjecit eam in spe : quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei* [65]; id est, in consummatione angeli a tali servitute liberantur, et a ministerio, quod propter homines obeunt : hominibus videlicet immortalibus et immutabilibus effectis, neque tali officio egentibus, ut in Evangeliis de consummatione loqueus Dominus ait : *Nam virtutes cœlorum movebuntur* [66], virtutes cœlorum vocans angelos : illud vero, *movebuntur*, ab ordine et deputatione sua dicit. Aperte igitur angelis, qui et astra et re-

ται. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ Μωσῆς ἐν μὲν τῷ τύπῳ τῆς γῆς, τουτέστι τῇ τραπέζῃ, ἄνωθεν ἔθηκε κύκλῳ τοὺς ιβ' τῆς προθέσεως ἄρτους κατὰ γωνίαν τρεῖς· σημαίνων μὲν διὰ τῶν γωνιῶν τὰς δ' τροπὰς ἀπὸ μηνῶν γ', διὰ δὲ τοῦ κύκλου τοὺς ιβ' μῆνας, διὰ δὲ τῶν ἄρτων τοὺς ἐνιαυσίους καρποὺς τῆς γῆς, αἰνιγματωδῶς κύκλον τοὺς μῆνας ἐργασάμενος ἄνωθεν στεφανοῦντα τὴν γῆν. Ὁμοίως καὶ τὰς ιβ' φυλὰς κύκλῳ πάλιν τῆς σκηνῆς ἔταξεν, εἰς ἀνατολὰς τρεῖς, καὶ εἰς νότον τρεῖς, καὶ εἰς δυσμὰς τρεῖς, καὶ εἰς βορρᾶν τρεῖς· ἐξ ἀνατολῶν ἀρξάμενος, ἀνιὼν ἐπὶ τὸν νότον· καὶ πάλιν κατιὼν ἐπὶ τὴν δύσιν, εἶτα καὶ τὸ λοιπὸν τὸν βορρᾶν διατρέχων, κατὰ τὴν κίνησιν τῶν ἄστρων καὶ τῆς θέσεως τῆς γῆς.

Τοῦτον δὲ τὸν κύκλον οἱ ἔξωθεν ζωδιακὸν καλοῦσιν· ὅπερ καὶ αὐτοὶ κατὰ τὴν αὐτῶν ὑποθήκην δεύτερον κατεγράψαμεν. Τοὺς δὲ ἄλλους ἑπτά, οὓς καλοῦσι πλανήτας, ἐν τῇ λυχνίᾳ ὁ Μωϋσῆς αἰνιγματωδῶς ἑπτὰ λύχνους ἔθηκε· στήσας αὐτὴν εἰς τὸν νότον, ὥστε φαίνειν τῇ τραπέζῃ ἐπὶ τὸν βορρᾶν, σημαίνων ἅμα δι' αὐτῶν ἑβδομάδα ἡμερῶν· διὰ πάντων σημαίνων ἡμέρας, ἑβδομάδας, μῆνας, τροπὰς, ἐνιαυτόν. Διὰ μὲν τῶν ἐφημερινῶν ἄρτων τῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν νεαρῶν τιθεμένων ἡμέρας δηλῶν, διὰ δὲ τῶν ἑπτὰ λύχνων, ἑβδομάδα, διὰ δὲ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ιβ' μῆνας, διὰ δὲ τῶν δ' γωνιῶν, τὰς τροπὰς, διὰ δὲ τοῦ κύκλου, τὸν ἐνιαυτόν· περὶ ὧν ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ὁ θεῖος Ἀπόστολος οὕτω φησίν· *Εἰ μὲν οὖν ἐπὶ γῆς, οὐδ' ἂν ἱερεὺς, ὄντων τῶν ἱερῶν τῶν προσφερόντων κατὰ τὸν νόμον τὰ δῶρα· οἵτινες ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ λατρεύουσι τῶν ἐπουρανίων, καθὼς κεχρημάτισται Μωσῆς, μέλλων ἐπιτελεῖν τὴν σκηνήν. Ὅρα γάρ, φησὶ, ποιήσεις πάντα κατὰ τὸν τύπον, τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει.* Ὁ δὲ Σολομών· *Ἀνατέλλει ὁ ἥλιος, καὶ δύνει ὁ ἥλιος, καὶ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ἕλκει. Ἀνατέλλων αὐτὸς ἐκεῖ πορεύεται πρὸς νότον, καὶ κυκλοῖ κυκλῶν καὶ ἐπὶ κύκλους αὐτοῦ πορεύεται τὸ πνεῦμα.* Καὶ οὗτος τὰ αὐτὰ τῷ Μωϋσῇ καὶ τῷ Δαυὶδ ἐξειπὼν, ὅτι ἀπὸ μὲν ἀνατολῶν, ἄνεισιν ἐπὶ τὸν νότον, καὶ διὰ τοῦ βορρᾶ κυκλεύων τὰς τροπὰς καὶ τὸν μέγαν κύκλον τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀπεργάζεται ἐν τῷ ἀέρι διατρέχων· τοῦτο γὰρ λέγει, *Πορεύεται τὸ πνεῦμα*, ὡσανεὶ, ἐν τῷ ἀέρι. Ὅτι δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ἀοράτων δυνάμεων κινοῦνται, καὶ τοῦτο σημαίνει ἡ θεία Γραφὴ, λέγουσα οὕτως· *Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι, ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ*· τουτέστιν, ἐν τῇ συντελείᾳ ἐλευθεροῦνται οἱ ἄγγελοι ἀπὸ ταύτης τῆς δουλείας, καὶ τῆς λειτουργίας ἧς ποιοῦσι διὰ τοὺς ἀνθρώπους· τῶν ἀνθρώπων, ἀθανάτων καὶ ἀτρέπτων γινομένων, καὶ μηκέτι δεομένων τῶν τοιούτων· καθὰ καὶ ἐν Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος οὕτω περὶ συντελείας λέγει· *Αἱ γὰρ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν*

[63] Hebr. viii, 4, 5. [64] Eccle. i, 5, 6. [65] Rom. viii, 20. [66] Matth. xxiv, 19.

Digitized by Google

σαλευθήσονται, τὰς δυνάμεις τῶν οὐρανῶν τοὺς ἀγγέλους καλῶν· τὸ δὲ, σαλευθήσονται, ἀπὸ τῆς αὐτῶν τάξεως λέγει. Σαφῶς οὖν ἐλευθερουμένων τῶν ἀγγέλων, τῶν αὐτὰ τὰ ἄστρα καὶ τὰ λοιπὰ κινούντων τῆς τάξεως καὶ τῆς λειτουργίας ταύτης, πίπτειν εἰς γῆν ἔφησε τὰ ἄστρα.

A liqua movent, ab ordine et ministerio hoc suo liberatis, stellas in terram esse lapsuras dicit.

Καὶ τὸ παρὰ τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένον τό· *Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς λειτουργίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν*· σαφέστερον δηλοῖ, πάντας αὐτοὺς διὰ τοὺς ἀνθρώπους λειτουργοῦντας καὶ διακονοῦντας νύκτας τε καὶ ἡμέρας, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐργαζομένους εἰς ἀνάπαυσιν καὶ χρείαν τῶν ἀνθρώπων. Ὅτε γὰρ τούτων οὐκέτι χρῄζωμεν, ἐκεῖνοι τῆς δουλείας ταύτης καὶ τῆς διακονίας ἐλευθεροῦνται ἐξοῦντες (1) τὰ ἄστρα ἐπὶ τὴν γῆν. Πάλιν τοῦ ἀποστόλου Παῦλου πολλοὺς κόπους καὶ θλίψεις καὶ διωγμοὺς ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας ὑπομένοντος, καὶ λοιπὸν ἐκ τοῦ πλήθους τῶν ἐπηρτημένων κινδύνων κατολιγωρεῖν ἀναγκαζομένου, ἡ θεία χάρις δι' ὀπτασιῶν συχνῶν αὐτὸν παρεμυθεῖτο, μὴ ἀπειπεῖν, ἀλλ' ἐπιμένειν, καὶ διακονεῖν πρὸς αὔξησιν καὶ πληθυσμὸν τῆς Ἐκκλησίας. Διηγεῖται οὖν ἡμῖν αὐτὸς ἐκ τούτων δύο αἰτίας, αἵτινες σημαίνουσιν ἡ μὲν περὶ κόπου, ἡ δὲ περὶ μισθοῦ. Τί γάρ φησιν; *Οἶδα ἄνθρωπον ἐν Χριστῷ πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων· εἴτε ἐν σώματι, οὐκ οἶδα· εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα, ὁ Θεὸς οἶδεν· ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον ἕως τρίτου οὐρανοῦ*· καὶ πάλιν φησί· *Καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον ὅτι ἡρπάγη ἕως τρίτου οὐρανοῦ, καὶ ἤκουσεν ἄρρητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι*· διαῤῥήδην τὰ καθ' ἑαυτὸν ὡς εἰς ἄλλου πρόσωπον διηγούμενος· Οἶδα, φησὶν, ἐμαυτὸν, ὦ Κορίνθιοι, εἰ χρὴ ὅλως ἐλθεῖν εἰς ὀπτασίας καὶ ἀποκαλύψεις Κυρίου, παραδόξως πως καὶ ὑπὲρ λόγον ἁρπαγέντα εἰς ὕψος πολὺ, λέγω δὴ, τοῦ διαστήματος τοῦ ἀπὸ τῆς γῆς ἕως τοῦ στερεώματος, δίμοιρον, ὡς περιλείπεσθαί μοι τοῦ παντὸς ὕψους τοῦ οὐρανοῦ τὸ τρίτον. Καὶ τί τὸ αἴτιον τῆς ἁρπαγῆς ταύτης σὺν Θεῷ λέξω. Ἐπειδὴ αἱ ἀόρατοι δυνάμεις κατὰ τὸ ὕψος τοῦτο ἔνθα ὁ Παῦλος ἡρπάγη διακονοῦσαι τῷ θείῳ προστάγματι διὰ τοὺς ἀνθρώπους κινοῦσι τὰ ἄστρα ἀκαταπαύστως καὶ ἀνενδυάστως νυκτὸς καὶ ἡμέρας, τούτων ἕνεκα καὶ τὸν Παῦλον ἁρπάσας ἀνήγαγεν ἕως ἐκεῖ· δεικνύων αὐτῷ τὴν ἀνένδοτον αὐτῶν λειτουργίαν ἣν διὰ τοὺς ἀνθρώπους ποιοῦσιν· ὡς λογικῶς, καὶ εὐτάκτως, καὶ εὐρύθμως, καὶ σοφῶς μετὰ πολλοῦ κόπου καὶ σπουδῆς καὶ μερίμνης δουλεύοντες, ἐκτελοῦσι· τρόπον τινὰ τὸν Παῦλον παραμυθούμενος, μὴ ἀπειπεῖν κάμνοντα ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας· ἀλλ' ἐπιμένειν τῇ διακονίᾳ· καθάπερ καὶ τοὺς ἀγγέλους ἐθεάσατο ποιοῦντας. Ὅθεν κατεθάῤῥησεν εἰπεῖν ὁ Παῦλος καὶ τὴν τούτων τάξιν, Ἀρχὰς λέγων, καὶ Ἐξουσίας, καὶ Δυνάμεις, καὶ Θρόνους, καὶ Κυριότητας. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν τὸ ἔργον ἐκτελοῦσιν· οἱ δὲ τοῖς ἐργαζομένοις ἐπιστατοῦσιν· ἕτεροι κατεξουσιάζουσι ταξιαρχοῦντες· καὶ, ἁπλῶς εἰπεῖν, πάντες

Αὕτη οὖν ἡ Σιελεδίβα, μέση πως τυγχάνουσα τῆς Ἰνδικῆς, ἔχουσα δὲ καὶ τὸν ὑάκινθον, ἐξ ὅλων τῶν ἐμπορίων δέχεται, καὶ ὅλοις μεταβάλλει, καὶ μέγα ἐμπόριον τυγχάνει. Ποτὲ γοῦν τις ἀπὸ τῶν ἐνταῦθα πραγματευομένων ὀνόματι Σώπατρος, ὃν ἴσμεν πρὸ λ' ἐτῶν τελευτήσαντα, εἰσελθὼν ἐν τῇ Ταπροβάνῃ νήσῳ πραγματείας ἕνεκα, ἔτυχε καὶ ἀπὸ Περσίδος ὁρμῆσαι πλοῖον. Κατῆλθον οὖν οἱ ἀπὸ Ἀδούλης, μεθ' ὧν ἦν ὁ Σώπατρος, κατῆλθον καὶ οἱ ἀπὸ Περσίδος, μεθ' ὧν ἦν καὶ πρεσβύτης Περσῶν. Εἶτα κατὰ τὸ ἔθος οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ τελῶναι, δεξάμενοι τούτους, ἀποφέρουσι πρὸς τὸν βασιλέα. Ὁ δὲ βασιλεὺς δεξάμενος, καὶ προσκυνηθεὶς, κελεύει αὐτοὺς καθεσθῆναι· εἶτα ἐρωτᾷ, Πῶς αἱ χῶραι ὑμῶν, καὶ πῶς τὰ πράγματα ; Οἱ δὲ εἶπον, καλῶς. Εἶτα ὡς ἐν τῷ μεταξὺ, ἠρώτησεν ὁ βασιλεὺς, Ποῖος τῶν βασιλέων ὑμῶν μειζότερος καὶ δυνατώτερος ; Ὁ δὲ Πέρσης ἁρπάσας τὸν λόγον ἔφη· Ὁ ἡμέτερος, καὶ δυνατώτερος καὶ μειζότερος, καὶ πλουσιώτερος, καὶ βασιλεὺς βασιλέων ἐστί· καὶ εἴ τι θέλει, δύναται. Ὁ δὲ Σώπατρος ἐσώπα. Εἶτα φησὶν ὁ βασιλεύς· Σὺ, Ῥωμαῖε, οὐδὲν λαλεῖς ; Ὁ δὲ Σώπατρος, Τί ἔχω εἰπεῖν, τούτου ταῦτα εἰπόντος ; Εἰ θέλεις μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν, ἔχεις ἀμφοτέρους τοὺς βασιλέας ἐνταῦθα· κατανόησον ἕκαστον, καὶ ὁρᾷς ποῖος λαμπρότερος, καὶ δυνατώτερός ἐστιν. Ἐκεῖνος ἀκούσας ἐξενίσθη λόγῳ, πῶς ἔχω τοὺς ἀμφοτέρους βασιλέας ἐνταῦθα ; Ὁ δὲ εἶπεν, ἔχεις ἀμφοτέρων τὰς μονίτας, τοῦ μὲν τὸ νόμισμα, τοῦ δὲ τὴν δραχμὴν, τουτέστι τὸ μιλιαρίσιον· κατανόησον τῇ εἰκόνι ἑκάστου, καὶ ὁρᾷς τὴν ἀλήθειαν. Ὁ δὲ ἐπαινέσας καὶ ἐπινεύσας, ἐκέλευσεν ἐνεχθῆναι ἀμφότερα. Ἦν οὖν τὸ νόμισμα εὐρύζον, λαμπρὸν εὔμορφον· τοιαῦτα γὰρ ἐκλεκτὰ προχωροῦσιν ἐκεῖ· ἦν δὲ καὶ τὸ μιλιαρίσιον ἁπαξ εἰπεῖν, ἄργυρος, καὶ ἀρκεῖ, μὴ συγκρινόμενος τῷ χρυσίῳ. Στρέψας δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ ἀντιστρέψας, καὶ κατανοῶν ἀμφότερα, ἐπαινέσας πάνυ τὸ νόμισμα, ἔφη, ὄντως οἱ Ῥωμαῖοι καὶ λαμπροὶ καὶ δυνατοὶ καὶ φρόνιμοι. Ἐκέλευσεν οὖν τὸν Σώπατρον τιμηθῆναι μεγάλως, καὶ καθίσας αὐτὸν εἰς ἐλέφαντα, μετὰ τυμπά-

Digitized by Google

ων τὴν πόλιν περιῆγεν ἐν τιμῇ πολλῇ. Ταῦτα ὁ Σώπατρος ἡμῖν διηγήσατο, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ὄντες ἐν τῇ νήσῳ ἐκείνῃ ἀπὸ Ἀδούλης ἐπελθόντες. Τούτων δὲ γενομένων, ὡς ἔφησαν, ὁ Πέρσης πάνυ ἐνετράπη.

Μεταξὺ δὲ τῶν λαμπρῶν ἐμπορίων τῶν προρρηθέντων, εἰσὶ καὶ ἕτερα ἐμπόρια πολλὰ, καὶ παραθαλάττια καὶ μεσόγεια, καὶ πολλὴ χώρα. Ἀνώτεροι δὲ, τουτέστι, βορειότεροι, τῆς Ἰνδικῆς, εἰσὶ λευκοὶ Οὖννοι, ὁ λεγόμενος Γολλὰς ἐκβάλλων εἰς πόλεμον, ὡς φασὶν, οὐκ ἔλαττον τῶν β' ἐλεφάντων, καὶ ἵππον πολλὴν· καταχρατεῖ δὲ καὶ τῆς Ἰνδικῆς καταδυναστεύων, καὶ φόρους ἀπαιτῶν. Ποτὲ γοῦν, ὡς φασὶν, βουλόμενος πόλιν τῶν Ἰνδῶν μεσόγειον πορθῆσαι· τῆς δὲ πόλεως κύκλῳ ὕδατι φρουρουμένης, αὐτὸς ἱκανὰς ἡμέρας περικαθίσας, καὶ φρουρήσας, καὶ ἀναλώσας τὸ ὕδωρ διὰ τῶν ἐλεφάντων καὶ ἵππων, καὶ στρατοπέδου, ὕστερον διὰ ξηρᾶς περάσας, τὴν πόλιν παρέλαβεν. Οὗτοι καὶ τὸν σμάραγδον λίθον ἀγαπῶσι, καὶ εἰς τὸν στέφανον αὐτὸν φοροῦσιν. Εἰσφέρουσι γὰρ οἱ Αἰθίοπες, συναλλαγὰς ποιοῦντες μετὰ τῶν Βλεμμύων ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ, τὸν αὐτὸν λίθον ἕως εἰς τὴν Ἰνδίαν· καὶ αὐτοὶ τὰ καλλιστεύοντα ἀγοράζουσι. Καὶ ταῦτα πάντα, τὰ μὲν πείρᾳ μαθὼν ἐξηγησάμην, καὶ διέγραψα, τὰ δὲ καὶ ἐγγὺς τῶν τόπων γενόμενος, ἀκριβῶς μεμαθηκὼς ἐξεῖπον.

Οἱ δὲ κατὰ τόπον βασιλεῖς τῆς Ἰνδικῆς, ἔχουσιν ἐλέφαντας, οἷον ὁ τῆς Ὀρρόθα, καὶ ὁ Καλλιανῶν, καὶ ὁ τῆς Σινδοῦ, καὶ ὁ τῆς Σιβὼρ, καὶ ὁ τῆς Μαλέ· ὁ μὲν ἑξακόσια, ὁ δὲ πεντακόσια, ἕκαστος, πλέον ἢ ἔλαττον. Ὁ δὲ τῆς Σιελεδίβα, καὶ τοὺς ἐλέφαντας (sic) οὓς ἔχει, καὶ τοὺς ἵππους· τοὺς μὲν ἐλέφαντας, πηχισμῷ ἀγοράζει· μετρεῖται γὰρ ἀπὸ τῶν χαμαὶ τὸ ὕψος αὐτοῦ, καὶ οὕτω συμφωνεῖ τῷ πήχει, παρέχων, φέρε εἰπεῖν, πεντήκοντα ἢ ἑκατὸν νομίσματα, ἢ καὶ πλέον· τοὺς δὲ ἵππους ἀπὸ Περσίδος φέρουσιν αὐτῷ, καὶ ἀγοράζει, καὶ τιμὴ ἀτέλειαν τοὺς φέροντας. Οἱ δὲ καὶ εἰς τὴν στερεὰν βασιλεῖς, ἡμεροῦσιν ἐκ τοῦ ἀγροῦ τοὺς ἐλέφαντας, καὶ κτῶνται αὐτοὺς εἰς πολεμικὴν χρείαν· συμβάλλουσι δὲ καὶ μάχην ἐλεφάντων πολλάκις, θεωροῦντος τοῦ βασιλέως. Μεσάζουσι γὰρ τοὺς δύο ξύλον μέγα πλάγιον, δεδεμένον εἰς ἄλλα δύο ξύλα ὀρθία, φθάνοντα ὥσπερ εἰς τὸ στῆθος αὐτῶν. Καὶ ἵστανται πολλοὶ ἔνθεν κἀκεῖθεν ἄνθρωποι, μὴ ἐῶντες αὐτοὺς συμμίξαι ἀλλήλοις, καὶ συμβάλλουσιν αὐτοὺς, καὶ ταῖς προβοσκίσι τύπτουσιν ἀλλήλους, μέχρι ὁ πρότερος αὐτῶν παραιτήσηται. Ὀδόντας δὲ μεγάλους οἱ Ἰνδικοὶ οὐκ ἔχουσιν, ἀλλὰ καὶ ἐὰν σχῶσι, πρίζουσιν αὐτοὺς διὰ τὸ βάρος, ἵνα μὴ βαρῇ αὐτοὺς ἐν τῷ πολέμῳ. Οἱ δὲ Αἰθίοπες οὐκ ἴσασιν ἡμερῶσαι ἐλέφαντας· ἀλλ' εἴ τύχοι θελῆσαι τὸν βασιλέα ἕνα ἢ δεύτερον πρὸς θέαν, μικροὺς πιάζουσι καὶ ἀνατρέφουσιν. Ἔχει γὰρ ἡ χώρα αὐτῶν πλῆθος καὶ μεγάλους ὀδόντας ἔχοντας. Ἐκ τῆς γὰρ Αἰθιοπίας καὶ εἰς Ἰνδίαν πλάζονται ὀδόντες, καὶ ἐν Περσίδι, καὶ ἐν τῷ Ὁμηρίτῃ, καὶ ἐν τῇ Ῥωμανίᾳ. Καὶ ταῦτα παρειληφὼς ἐγραψα. Πᾶσαν δὲ τὴν Ἰνδικὴν, καὶ τὴν Οὐννίαν διαιρεῖ ὁ Φεισὼν ποταμός. Καλεῖται γὰρ ἐν τῇ θείᾳ

A phanti insidentem cum tympanis per totam urbem circumagi, et magnifice celebrari. Hæc narrabant nobis tum Sopater ipse, tum et socii vectores, qui ex Adule eamdem in insulam concesserant. His vero peractis, ut aiebant, Persa pudore suffusus mansit.

Inter hæc jam memorata emporia, alia bene multa sunt, tam maritima quam mediterranea, ac perampla sane regio. Superiorem, seu septentrioni viciniorem partem occupant Hunni, candido corpore, quorum rex Gollas dictus, bis mille elephantos, equitatumque multum ad bellum educit: hic Indiæ imperat, et late tributa exigit. Ferunt autem illum, Indorum urbem mediterraneam diripere cupientem, cum urbs aquis circummuniretur, post- B quam obsidione 339 diuturna, elephantorum, equorum ac militum copia, aquas exhausisset, sicco demum pede urbem cepisse. Hi smaragdo lapide delectantur, quem ornatus causa in corona gestant. Quorum lapidum commercium eadem in regione exercent Æthiopes, qui illos a Blemmyis, Æthiopica item gente, facta commutatione, mutuantur, indeque in Indiam usque exportant, in pretiumque pulcherrimas merces referunt. Hæc porro omnia partim expertus narravi ac descripsi, partim proxime loca peregrinatus, accuratissime explorata retuli.

Alii item variarum Indiæ nationum et locorum reges elephantos etiam habent; verbi causa, reges Orrhothæ, Callianorum, Sindu, Sibor et Malæ; C alii plus minus sexcentos, quingentos alii. Rex autem Sieledivæ cum elephantos, tum equos pretio emit. Elephantos quidem, cubito metitur, ac pro ratione altitudinis pretium solvit, ac vulgo ad quinquaginta vel centum aureos vel plus numerat; equos autem ex perside advectos emit, ac negotiatoribus vectigalium immunitatem concedit. Reges vero in continenti Indiæ imperantes, elephantos ex agro eductos cicurant, et ad bellicum usum servant, pugnamque elephantorum, ipsis spectantibus, plerumque committunt. Elephantos autem congressuros, sublimi transversa trabe, duobus hinc inde lignis erectis imposita et colligata, disterminant; ita ut trabes illa ad elephantorum pectus pertingat, astante ultro D citroque multa hominum turba; nec patiuntur elephantos mutuo commisceri. Tum elephantos utrinque concitant, qui se mutuo proboscide feriunt, donec alter eorum pugnam detrectet. Elephanti autem Indici prolixos dentes non habent: nam etsi habeant, secantur ab Indis, ne eorum pondere graventur in prælio. Æthiopes porro nesciunt elephantos cicurare; sed si unum alterumve rex ad spectaculum expetat, parvos tenerosque capiunt et educant. Nam regio illorum elephantis, magnis dentibus instructis, abundat: ac hujusmodi dentes ex Æthiopia in Indiam, Persidem, itemque in Homeriten, et in totam Romanam ditionem navibus exportantur. Hæc ex aliorum narratu descripsi. Totam Indiam et Hunniam Phison fluvius diri-

Digitized by Google

mit, Indica quippe regio in sacra Scriptura *Evilat* vocatur : nam ita scriptum est in Genesi : *Fluvius autem egreditur ex Eden ad irrigandum paradisum. Inde dividitur in quatuor principia : nomen uni Phison ; hic est qui circuit omnem terram Evilat ; ibi est aurum ; aurum vero regionis illius bonum, ibi est carbunculus et lapis prasinus* [18] : ubi illam aperte terram Evilat nuncupavit. Hic porro **340** Evilat ex genere Cham est ; sic enim iterum scribitur : *Filii Cham. Chus et Mesraim, Phud et Chanaan : filii Chus, Sabat et Evilat* [19], id est, Homeritæ et Indi, Saba quippe in Homerite sita est, et Evilat in India. Has enim duas regiones Persicus sinus dirimit. Illa vero terra aurum, ait Scriptura, profert : habet item lapidem pezerotem, quem vocat carbunculum, itemque jaspidem, quem prasinum lapidem nuncupat [20]. Aperte igitur divina Scriptura, utpote vere divina, res enuntiat, ut ex recensitis omnibus palam est.

A Γραφὴ ἡ γῆ τῆς Ἰνδικῆς χώρας, *Εὐιλάτ* · οὕτως γὰρ γέγραπται ἐν τῇ Γενέσει, *Ποταμὸς δὲ ἐκπορεύεται ἐξ Ἐδὲμ ποτίζειν τὸν παράδεισον. Ἐκεῖθεν ἀφορίζεται εἰς τέσσαρας ἀρχάς · ὄνομα τῷ ἑνὶ, Φεισών, οὗτος ὁ κυκλῶν πᾶσαν τὴν γῆν Εὐιλάτ · ἐκεῖ οὖν ἐστι τὸ χρυσίον, τὸ δὲ χρυσίον τῆς γῆς ἐκείνης καλόν · ἐκεῖ ἐστιν ὁ ἄνθραξ, καὶ ὁ λίθος ὁ πράσινος* · γῆν Εὐιλὰτ σαφέστερον αὐτὴν ὀνομάσας. Οὗτος δὲ Εὐιλὰτ ἐκ τοῦ Χὰμ ἐστιν · οὕτω γὰρ πάλιν γέγραπται, *Οἱ υἱοὶ Χὰμ, Χοὺς καὶ Μεσραὶμ, Φοὺδ καὶ Χαναὰν* · *υἱοὶ δὲ Χοὺς, Σαβᾶ καὶ Εὐιλάτ* · τουτέστιν, Ὁμηρῖται καὶ Ἰνδοί. Ἡ Σαβᾶ γὰρ ἐν τῷ Ὁμηρίτῃ κεῖται, καὶ Εὐιλὰτ ἐν τῇ Ἰνδίᾳ ἐστί. Τὰς γὰρ ταύτας χώρας ὁ Περσικὸς κόλπος διαιρεῖ. Ἔχει δὲ καὶ ἡ γῆ ἐκείνη τὸ χρυσίον, κατὰ τὸ ἱερὸν Γράμμα · ἔχει καὶ τὸν πεζέρωτα λίθον · αὐτὸν γὰρ καλεῖ ἄνθρακα, ἔχει καὶ τὸν ἴασπιν · τοῦτον γὰρ εἶπε λίθον πράσινον. Σαφέστερον οὖν ἡ θεία Γραφὴ, ὡς ὄντως Θεία, διηγεῖται τὰ πράγματα, καθὰ καὶ πᾶσα ἡ πραγματεία δηλοῖ.

B

MONITUM.

Monitum lectorem volumus hunc duodecimum Cosmæ Indicopleustæ librum, qui in codice Laurentiano habetur, sed mutilus in fine, in Vaticano octavi vel noni sæculi codice non exstare. Nam, ut videas in decursu operis, hæc variis temporibus ab auctore conscripta sunt : qui cum initio quinque solum libros de mundi schemate edidisset ; sub hæc obstrepentibus iis qui pro adversa opinione pugnabant, sextum librum addidit, postea vero septimum, octavum, nonum, etc., interpositis ad singulos spatiis. Siquidem non quiescentibus adversariis et objecta nova subinde afferentibus, pro virili Cosmas, novis pristino operi adjectis libris, repugnantibus, ut poterat, respondebat : et quia verisimile est, jam editorum exemplaria manasse priusquam novos ille libros pristinis adjungeret, hinc factum videtur, ut exemplar illud ad cujus fidem Vaticanus codex exscriptus fuit, antequam duodecimus liber adjectos fuisset, in publicum usum cederet. Neque aba re fuerit indicare, Cosmam Indicopleustem, non modo confectis jam libris adjecisse novos, sicubi casus postularet, sed etiam multa mutasse, adjecisse, resecuisse, ad marginem notasse : unde evenit, ut Vaticanus cum Laurentiano non prorsus consentiat : nam, ut jam monuimus, exemplar illud ad cujus fidem Vaticanus exscriptus est, initium operis longe brevius effert, quam Laurentianus : unde palam sit exemplar Cosmæ unde Laurentianus ille codex emanavit, posterioribus ejusdem curis retractatum et auctum fuisse.

LIBER XII.

C

ΛΟΓΟΣ ΙΒ'.

Alius item liber, declarans multos exterorum veterum scriptorum, divinarum Scripturarum per Moysen et prophetas editarum antiquitatem testificari : itemque Græcos omnium postremos litteras edidicisse videri, altiusque defixam circa divinas Scripturas incredulitatem retinere.

Ἕτι ἕτερος λόγος σημαίνων ὅτι πολλοὶ τῶν ἔξωθεν ἀρχαίων συγγραφέων μαρτυροῦσι τῇ ἀρχαιότητι τῶν θείων Γραφῶν τῶν διὰ Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν εἰρημένων, καὶ ὅτι ὕστερον πάντων οἱ Ἕλληνες γαίνονται μεμαθηκότες γράμματα, καὶ περὶ τῶν θείων Γραφῶν ἐχόντες τὴν ἀπιστίαν.

In Chaldaicis libris Berosi et quorumdam aliorum scriptum est, decem reges apud illos annorum myriadibus bis mille ducentis quadraginta duabus regnasse ; sub rege autem eorum decimo Xisuthro, ut vocant, magnum diluvium exstitisse, Xisuthrumque cum uxore et consanguineis, ac brutis animantibus Dei monitu, nave conscensa, servatum, ut narrant, in montibus Armeniæ consedisse, ac post diluvium in gratiarum actionem hostias diis immolasse : totam pene Moysis historiam alienam in formam transferentes. Homines quippe annis 2242 per decem generationes in illa ulterius posita terra manserunt : ac sub Noe, qui decimus erat,

D

Ἐν τοῖς Χαλδαϊκοῖς γράμμασι Βηρώσου καὶ ἑτέρων τινῶν γέγραπται οὕτως · ὅτι ι' βασιλεῖς ἐβασίλευσαν παρ' αὐτοῖς ἐτῶν μυριάδας βσμβ'. ἐπὶ δὲ τοῦ δεκάτου βασιλέως Σισούθρου, παρ' αὐτῶν οὕτω καλουμένου, γενέσθαι ἔφησαν μέγαν κατακλυσμὸν, ἐμβάντα δὲ εἰς πλοῖον τὸν Σίσουθρον σὺν τῇ γαμετῇ καὶ τοῖς συγγενέσι, καὶ τοῖς ἀλόγοις, χρηματισθέντα ὑπὸ Θεοῦ καὶ διασωθέντα λέγουσιν ἐπὶ τὰ ὄρη τῆς Ἀρμενίας, καὶ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν θύσαντα θυσίας εὐχαριστηρίους τοῖς θεοῖς, πάντα σχεδὸν μεταπλάσαντες τὰ Μωσέως. βσμβ' γὰρ προσέτι δέκα γενεὰς ἔμειναν ἐν τῇ πέραν γῇ οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἐπὶ τοῦ δεκάτου, λέγω δὴ τοῦ Νῶε γενομένου τοῦ

[18] Gen. II, 10, 12. [19] I Paral. I, 9. [20] Gen. II, 12.

Digitized by Google

κατακλυσμοῦ, μετέζησαν διὰ τῆς κιβωτοῦ. Τοῦτον γὰρ τὸν Νῶε, αὐτοὶ καλοῦσι Ξίσουθρον. Τὰς ἡμέρας δὲ εἰς ἔτη μεταπλάσαντες δισχιλίας διακοσίας μβ' μυριάδας ἐτῶν ζήσαντας τοὺς ι' βασιλεῖς εἶπον· ἅπερ ὁ Μωϋσῆς ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ κατακλυσμοῦ τοῦ Νῶε βσμβ' ἔτη ἠρίθμησεν. Ὁμοίως Τίμαιος ὁ φιλόσοφος οὕτω καὶ αὐτὸς διαγράφει τὴν γῆν ταύτην κυκλουμένην ὑπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ, καὶ τὸν Ὠκεανὸν ὑπὸ τῆς πέραν γῆς. Ἀτλαντίδα γὰρ νῆσόν τινα ὑποτίθεται ὑπὸ τὴν δύσιν ἔξω εἰς τὸν Ὠκεανὸν ἐπὶ τὰς Γαδείρους μεγάλην καὶ ἄφατον, καὶ τὰ κατοικοῦντα ἐν αὐτῇ ἔθνη μισθωσαμένους δὴ ι' βασιλεῖς ἐκ τῆς πέραν γῆς ἐλθόντας καὶ πολεμήσαντος Εὐρώπην καὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ μετέπειτα ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἡττηθέντας· καὶ αὐτὴν δὲ τὴν νῆσον ὑπὸ Θεοῦ καταποντωθεῖσαν λέγει. Τοῦτον δὲ καὶ Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης ἐπαινοῦσι, καὶ Πρόκλος ὑπομνηματίζει· καὶ οὗτος τὰ ὅμοια ἡμῖν λέγει, μεταπλάσας τὸν λόγον, καὶ ἀντὶ τῆς ἀνατολῆς τὴν δύσιν εἰπών. Ἔτι δὲ καὶ αὐτὸς τῶν ι' γενῶν μνησθείς, καὶ τῆς πέραν τοῦ Ὠκεανοῦ γῆς. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, εὔδηλοί εἰσι πάντες ἐκ τοῦ Μωϋσέως λαμβάνοντες καὶ ὡς ἴδια ἐκτιθέμενοι.

Οἱ τὰ Χαλδαϊκὰ γὰρ συγγραψάμενοι, ὡς ἀρχαιότεροι καὶ ἀνατολικώτεροι, ἐμνήσθησαν ἐν τοῖς ἑαυτῶν συγγράμμασι τοῦ τε κατακλυσμοῦ καὶ τῆς πυργοποιΐας, ὁρῶντες αὐταῖς ὄψεσι τὸν πύργον καὶ τὴν κατασκευὴν αὐτοῦ· ὡς διὰ τὸν κατακλυσμὸν δῆθεν ἐπινοήσαντες αὐτοῖς καταφυγὴν καὶ σωτηρίαν ἐποίησεν ἑαυτοῖς οἱ τότε ἄνθρωποι. Ἀναγνόντες δὲ καὶ Μωσέα οἱ μετέπειτα, καὶ εὑρόντες ἀπὸ Ἀδὰμ δέκατον ὄντα τὸν Νῶε, ἐφ' οὗπερ γέγονεν ὁ κατακλυσμός, ἀνεπλάσαντο καὶ αὐτοὶ δέκα βασιλεῖς παρ' αὐτοῖς βασιλεύσαντας ἐτῶν μυριάδας βσμβ' ὥσπερ εἴρηται πρόσθεν. Ὧν ἐστιν ὁ πρῶτος Ἀλῶρος, τουτέστιν Ἀδάμ· ὁ δεύτερος Ἀλάαπρος, Σήθ· ὁ τρίτος, Ἀλμηδών, Ἐνώς· ὁ τέταρτος Ἀμμέων, Καϊνάν· ὁ πέμπτος Ἀμμεγάλαρος, Μαλελεήλ· ὁ ἕκτος Δαόνος ποιμήν, Ἰαρέδ· ὁ ἕβδομος Εὐεδώραχος, Ἐνώχ· ὁ ὄγδοος Ἀμεμψίναχος, Μαθουσάλα· ὁ ἔννατος Ὀτιόρτης, Λάμεχ· ὁ δέκατος Ξίσουθρος, Νῶε. Ἐπὶ τούτου γενέσθαι λέγουσι τὸν μέγαν κατακλυσμὸν κατὰ τὸν Μωϋσέα.

Οἱ δὲ τὰ Αἰγυπτιακὰ συγγραψάμενοι, τουτέστι Μανεθών, καὶ Χαιρημών, καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων, καὶ Λυσίμαχος, καὶ Ἀπίων ὁ Γραμματικός, μέμνηνται Μωϋσέως, καὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ τῆς ἐξ Αἰγύπτου. Ὡς Αἰγύπτιοι γὰρ καὶ τὰ Αἰγυπτιακὰ συγγραφόμενοι, ἁρμοδίως καὶ αὐτοὶ τὰ ἐπὶ τῶν τόπων γενόμενα διηγοῦνται· οἵ τινες καὶ διασύρουσι Μωσέα ὡς στασιάσαντα, καὶ πλῆθος τῶν ἀγυρτῶν καὶ λελωβημένων ἀναστατώσαντα, καὶ ἐκβαλόντα τῆς Αἰγύπτου· καὶ ἀπελθόντας εἰς τὸ Σίναιον ὄρος καὶ εἰς Ἱεροσόλυμα καὶ κληθέντας Ἰουδαίους. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, Χαλδαῖοι καὶ Αἰγύπτιοι τρόπον τινὰ, ὡς ἀρχαιότεροι τῶν Ἑλλήνων, μαρτυροῦσι τῇ θείᾳ Γραφῇ, ὅτι καὶ ὁ κατακλυσμὸς γέγονεν ὁ ἐπὶ τοῦ Νῶε,

A accidente diluvio, huc per arcam translati sunt. Hunc quippe Noe, Xisuthrum illi nuncupant. Diebus autem in annos commutatis 2242 myriadas annorum reges illos decem vixisse dixerunt; quia Moyses ab Adamo ad usque diluvium sub Noe factum 2242 annos numeravit. Similiter Timæus philosophus eodem modo terram hanc describit, eam dicens ab Oceano circumdari, ac rursum Oceanum ab ulteriore terra ambiri. Nam Atlantidem quamdam insulam versus occidentem, ultra Gades supponit esse, magnamque illam et immensam esse: narratque decem illos reges, mercede conductis in illa gente ulteriore militibus, postquam 341 Europam et Asiam debellaverant, ab Atheniensibus superatos esse: ipsamque insulam a Deo in aquis
B demersam fuisse refert. Hunc vero Plato Aristotelesque laudarunt, ac Proclus commentariis illustravit: ipseque nostris similia profert, mutato solum aliam in formam sermone, occidenteque orientis loco posito. Insuperque decem illas generationes memorat, necnon terram illam ultra Oceanum positam. In summa, palam est omnes ex Moyse mutuatos esse, et ut sibi propria extulisse.

Nam Chaldaicarum rerum scriptores, utpote antiquiores ac orienti propinquiores, diluvii et constructæ turris mentionem fecerunt; quippe qui ipsis oculis turrim ejusque structuram conspicerent, gnari scilicet priscos illos homines ob immissum diluvium, ut sibi perfugii et salutis locum
C pararent, eam exædificasse. Illi vero posterioris ævi homines, cum Moysen legissent, ac comperissent Noe, cujus tempore diluvium contigit, decimum esse ab Adamo, decem et ipsi reges commenti sunt, qui penes se, ut ante diximus, per 2242 annorum myriadas regnum obtinuerint. Quorum primus est Alorus, id est, Adamus; secundus Alaaprus, nempe Seth; tertius Almedon, nimirum Enos; quartus Ammeon, scilicet Cainan; quintus Ammegalarus, id est Maleleel; sextus Daonus pastor, videlicet Jared; septimus Evedorachus, sive Enoch; octavus Amempsinachus, sive Mathusala; nonus Otiortes, id est Lamech; decimus Xisuthrus, videlicet Noe. Sub quo magnum diluvium contigisse narrant, secundum Moysen.
D

Ægyptiacarum vero rerum scriptores, scilicet Manethon, Chæremon, Apollonius Molo, Lysimachus et Apion Grammaticus, Moysis meminerunt, necnon exitus filiorum Israel ex Ægypto. Nam utpote Ægyptii et Ægyptiacarum rerum scriptores, congruenter et ipsi quæ istis in partibus gesta sunt enarrant, qui etiam Moysen traducunt, ut qui seditionem excitaverit, ac mendicorum mutilorumque multitudinem sedibus moverit ac eduxerit ex Ægypto: qui in Sina montem et Jerosolymam profecti, Judæique dicti sint. Ut summatim dicam, Chaldæi et Ægyptii, ut Græcis vetustiores, divinæ Scripturæ testimonium addunt, narrantes diluvium temporibus Noe immissum, turrim con-

Digitized by Google

structam, filiorum Israel exitum ex Ægypto. Græci vero iis recentiores, qui tardius litteras edidicerunt, ac procul oriente versusque occidentem sedes posuerunt, longissimis spatiis a Judæa et ab Ægypto dissiti, res hujusmodi ignorarunt, quod nec visu nec auditu illas percepissent. Quare ad hoc **342** usque tempus divinæ Scripturæ, tam Veteri nempe, quam Novo Testamento, fidem negant, et dicta ejus pro fabulis computant.

Chaldæi vero, Medi et Persæ, aliquanto ampliore notitia instructi, ex turris constructione et diluvio, necnon ex iis, quæ sub Ezechia et Jona contigerant, itemque ex captivitate, Daniele, ac tribus pueris, et partim etiam ex ipsis litteris edocti fuere. Pariterque Ægyptii ex rebus Josephi, Moysis et populi Israelitici eruditi sunt : istæque gentes erant ad suscipiendum Christianismum paratiores. Imo et ipsi Græci ministerio apostolorum crediderunt, visis iis quæ ab ipsis edebantur mirabilibus. Deinde vero cessantibus signis et elapso tempore, quam multos quidem Græcos reperias qui, postquam crediderant et baptizati fuerant, deinceps in incredulitatem lapsi sunt, Novum pariter et Vetus Testamentum, id est divinam Scripturam, ignorantes; utpote qui non defixam pridem ac profundam pietatis radicem, nec fidei fundamentum habuerint. Quamobrem in scriptis suis, quemadmodum priores Chaldæi ac Ægyptii fecerant, nec diluvii, nec constructæ turris, nec exitus filiorum Israel ex Ægypto, nec primi scriptoris Moysis meminerunt; sed se superiores, sapientiores ac priores omnibus hominibus rati, tamen ex superbiæ tumore multa ignorabant; quare apposite Ægyptiorum quidam (61) Salomon nomine Platoni dicebat : *Græci semper pueri : nemo Græcus senex, neque cana apud vos ulla disciplina.* Imo quidam, nempe Dius et Menander, qui Tyriorum antiquitates in Græcam linguam transtulerunt, in scriptis suis Salomonis et Judæorum mentionem fecerunt : et hactenus tota propemodum Æthiopia et australes plagæ divinæ Scripturæ testimonium præbent : reliqui Græci qui sibi sapientes videntur, salutem ignorant suam : ac unus Timæus, jam supra memoratus (unde vero id acceperit ignoro, fortasse ex Chaldaicis monumentis), decem illos reges commentus est, qui ex ulteriori illa terra in insulam Atlantidem, quam in mari demersam narrat, conductis inde militibus, in hanc terram trajicientes, Europam et Asiam debellarunt : quod sane commentum est manifestissimum : nam cum non posset illam insulam indicare, ipsam a Deo demersam fuisse dixit.

At illi memorati Græci, qui sapientiæ laudem et admirationem tulerunt, cum litteras tardius edidicerint ac leges sero habuerint, se solos sapientiam effudisse putabant, Lycurgos dico, Solones ac Teucrum Locrorum legislatorem, et reliquos omnes :

καὶ πυργοποιΐα, καὶ ἡ ἔξοδος ἡ ἀπ' Αἰγύπτου τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Ἕλληνες δὲ μεταγενέστεροι τυγχάνοντες, καὶ οὐδέ ποτε συγγράφειν μεμαθηκότες, καὶ τῆς ἀνατολῆς μακρὰν που περὶ τὴν δύσιν ἀπωκισμένοι, τῆς τε Ἰουδαίας καὶ Αἰγύπτου πορρώτερον διάγοντες, τὰ τοιαῦτα ἠγνόησαν, μήτε ὄψει μήτε ἀκοῇ αὐτὰ παραλαβόντες. Διὸ καὶ ἕως τοῦ παρόντος ἀπιστοῦσι τῇ θείᾳ Γραφῇ Παλαιᾷ τε, καὶ Καινῇ Διαθήκῃ, μύθους ἡγούμενοι τὰ κατ' αὐτήν.

Οἱ Χαλδαῖοι δὲ, καὶ οἱ Μῆδοι καὶ Πέρσαι, ἐπιστάμενοι πλέον τι ἐκ τῆς πυργοποιΐας καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ τῶν συμβεβηκότων ἐπὶ Ἐζεκίου καὶ Ἰωνᾶ καὶ τῆς αἰχμαλωσίας, τοῦ τε Δανιὴλ καὶ τῶν τριῶν παίδων ἐπαιδεύθησαν καὶ αὐτοῖς ἐκ μέρους τοῖς γράμμασιν. Ὁμοίως καὶ οἱ Αἰγύπτιοι ἐπαιδεύθησαν διὰ τῶν κατὰ τὸν Ἰωσὴφ καὶ Μωϋσέα καὶ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰσραηλιτῶν · ἑτοιμότερα ταῦτα τὰ ἔθνη γενόμενα εἰς ὑποδοχὴν τοῦ Χριστιανισμοῦ. Ἐπίστευσαν μέντοι καὶ Ἕλληνες ὕστερον διὰ τῶν ἀποστόλων, θεωροῦντες τὰ ὑπ' αὐτῶν γινόμενα θαύματα. Ὕστερον δὲ πάλιν τῶν σημείων παυσαμένων, καὶ τοῦ χρόνου διαδραμόντος, πολλοὺς μὲν εὑρήσεις Ἕλληνας πεπιστευκότας καὶ βαπτισθέντας, ἀπιστοῦντας δὲ καὶ ἀγνοοῦντας τὴν Παλαιὰν καὶ Καινὴν Διαθήκην, τουτέστι, τὴν θείαν Γραφὴν, ὡς μὴ ἔχοντας ἐκπαλαι εἰς βάθος ῥίζαν θεοσεβείας καὶ θεμέλιον πίστεως. Διὸ οὐδὲ ἐν ταῖς συγγραφαῖς ἑαυτῶν ὡς πρῶτοι ἐμνήσθησαν οἱ Χαλδαῖοι καὶ οἱ Αἰγύπτιοι περί τε τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ πυργοποιΐας καὶ τῆς ἐξόδου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ τῆς ἐξ Αἰγύπτου καὶ τοῦ πρώτου συγγραφέως Μωϋσέως · ἀνωτέρους δὲ καὶ σοφωτέρους καὶ πρώτους πάντων ἑαυτοὺς ἡγούμενοι ἐκ τοῦ τύφου τοῦ αὐτοῖς περικειμένου τὰ πολλὰ ἀγνοήσαντες · διὸ καλῶς τις τῶν Αἰγυπτίων, Σολομῶν δ' οὗτος, Πλάτωνι ἔλεγεν · *Ἕλληνες ἀεὶ παῖδες, γέρων δ' Ἕλλην οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἔτι παρ' ὑμῖν χρόνῳ πολιὸν μάθημα.* Ἀλλὰ καὶ τινὲς, τουτέστι Διὸς καὶ Μένανδρος, οἵτινες τὰ Τυρίων ἀρχαῖα μετέφρασαν εἰς τὴν Ἑλληνίδα φωνὴν, εἰς τὰς ἑαυτῶν συγγραφὰς μαρτυροῦσι τῷ Σολομῶνι καὶ τοῖς Ἰουδαίοις · καὶ ἕτι σχεδὸν εἰπεῖν, πᾶσα ἡ Αἰθιοπία, καὶ τὰ νότια μέρη μαρτυροῦσι τῇ θείᾳ Γραφῇ · Ἕλληνες δὲ μόνοι παρ' ἑαυτοῖς σοφοὶ τὴν ἰδίαν ἀγνοοῦντες σωτηρίαν · μόνος δὲ Τίμαιος ὁ προγεγραμμένος, οὐκ οἶδα πόθεν λαβὼν, τάχα δὲ ἐκ τῶν Χαλδαικῶν μετέπλασε, τοὺς ι' βασιλεῖς ἐκ τῆς πέραν γῆς ἐλθόντας εἰς τὴν νῆσον τὴν Ἀτλαντίδα, ἣν λέγει καταποντωθεῖσαν, καὶ μισθωσαμένους τὰ οἰκοῦντα ἐν αὐτῇ ἔθνη, καὶ ἐλθόντας ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, καὶ πολεμήσαντας Εὐρώπην καὶ τὴν Ἀσίαν · ὃ σαφέστατόν ἐστι πλάσμα · μὴ δυνάμενος γὰρ δεῖξαι τὴν νῆσον καταποντωθεῖσαν αὐτὴν εἶπεν ὑπὸ Θεοῦ.

Ἀλλά γε οἱ προειρημένοι Ἕλληνες, οἱ ἐπὶ σοφίᾳ θαμαζόμενοι, οὐδὲ δέ ποτε καὶ γράμματα μεμαθηκότες, καὶ νόμων ἀξιωθέντες, ἐνόμισαν ἑαυτοὺς μόνους τὴν σοφίαν ἐξωμβρηκέναι · Λυκοῦργοι καὶ Σόλωνες καὶ Τεῦκρος ὁ τῶν Λόκρων, καὶ πάντες οἱ λοιποί ·

(61) Lege Solon. Verum errat Cosmas, nam id Soloni dicebant Ægyptii.

Digitized by Google

ὡς χθὲς καὶ πρώην πρὸς ἐκεῖνον τὸν Μωϋσέα παρα- A
βαλλόμενοι φαίνονται γεγονότες· ὅπου γε μηδὲ αὐτὸ
τοὔνομα πάλαι ἐγινώσκετο τοῦ νόμου παρὰ τοῖς Ἕλ-
λησι· καὶ μάρτυς Ὅμηρος, οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως
αὐτῷ χρησάμενος. Οὐδὲν γὰρ ἦν κατὰ τοῦτον· ἀλλὰ
γνώμαις ἀρίσταις πλήθη διῳκεῖτο, καὶ προστάγμασι
τῶν βασιλέων, ἀφ' οὗ καὶ μέχρι πολλοῦ διέμειναν
ἔθεσιν ἀγράφοις χρώμενοι, καὶ πολλὰ τούτων ἀεὶ
πρὸς τὸ συντυγχάνον μετατιθέντες. Λακεδαιμόνιοι
μὲν γὰρ καὶ Κρῆτες ἔθεσιν ἐπαίδευον, οὐ λόγοις·
Ἀθηναῖοι δὲ καὶ σχεδὸν οἱ ἄλλοι πάντες, ἃ μὲν χρὴ
πράττειν προσέταττον διὰ τὸν νόμον· τοῦ δὲ πρὸς
αὐτὰ διὰ τῶν ἔργων ἐθίζειν ὠλιγώρησαν· οὗτοι δὲ
κἀκεῖνοι κατὰ βραχὺ εἰς προκοπὴν σταθηρῶν νόμων
καὶ βεβαίων ἐληλυθότες, οὐ μὴν ἐξ ἀρχῆς, ὡς ὁ πά- B
λαι Μωϋσῆς, καὶ γραμμάτων πεῖραν καὶ νόμου στα-
θηροῦ τὸ ἴδιον ἐξεπαίδευσεν ἔθνος, λόγῳ καὶ ἔργῳ
πρῶτος ἐνδεικνύμενος τοῦ νόμου καὶ τῶν γραμμάτων
τὸ βέβαιον, ἄχρις οὗ χρόνῳ πολλῷ τὸ ἔθνος ἐπὶ τὸν
προκηρυττόμενον Δεσπότην Χριστὸν καὶ τὴν τούτου
διδασκαλίαν ὠδήγησε τῇ βεβαιότητι τοῦ νόμου ὁδη-
γούμενόν τε καὶ φρουρούμενον.

Φοίνικες οὖν τῷ ἔθνει γειτνιῶντες καὶ ἐξ αὐτῶν
μαθόντες γράμματα καὶ ἀναγραφὰς τῶν Ἑλλήνων
ἀρχαιοτέρας ἀνεγράψαντο, καὶ Ἕλληνας μαθεῖν
γράμματα παρεσκεύασαν· Κάδμος γὰρ ἀπὸ Τύρου
τὰ γράμματα λαβὼν, εἰς Ἑλλάδα μετήνεγκε. Μὴ
οὖν τὰς ὀφρῦς ἀνατεινάτωσαν, ὡς τι καινὸν τῷ βίῳ
πρῶτοι ἐφευρηκότες, παρ' ἑτέρων καὶ τὰ γράμμα-
τα καὶ τοὺς νόμους, καὶ τὴν ὑπόνοιαν τῆς σφαίρας, C
καὶ τὴν ἀστρονομίαν καὶ ἀστρολογίαν ἐρανισάμενοι.
Ὀψὲ γάρ ποτε φανέντες ἐν βίῳ, τὸν κόσμον ἀΐδιον
ἐδόξασαν, παρ' ἑτέρων τὸν οὐρανὸν σφαῖραν ὑπονοεῖν
διδαχθέντες, ὡς αὐτοὶ πρῶτοι τοῦτο δοξάσαντες, τὸν
κανόνα τῆς ἀστρονομίας ὡς ἴδιον ἐξέθεντο· παρ' ἑτέ-
ρων τὰ γράμματα διδαχθέντες, συγγραφεῖς ἀρχαίους
καὶ πρώτους ἑαυτοὺς ὑποτίθενται· παρ' ἑτέρων δι-
δαχθέντες νομοθετεῖν, νομοθέτας ἀρχαίους καὶ δι-
καιάρχους ἑαυτοὺς ἀνεζωγράφησαν· πλατύτητα
γλώττης καὶ κάλλος λόγου παρὰ τοῦ δοτῆρος Θεοῦ
κομισάμενοι, τῷ δοτῆρι Θεῷ ἀχαριστοῦντες τοῖς αὐ-
τοῦ λόγοις ἀπειθοῦσι, πάντα παρὰ Θεοῦ καὶ τῶν πρὸ
αὐτῶν κομισάμενοι τοὺς πάντας ἀθετοῦσι, καὶ ὡς
ἴδια σοβαρῶς σφετερίζονται. Μαχόμενοι γὰρ τοῖς
θείοις λόγοις τοῖς λέγουσιν· *Ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν*
ὡσεὶ καμάραν· ἀντιβοῶσιν οἱ βέλτιστοι λέγοντες·
Οὐκ ἔστιν οὗτος, σφαιροειδὴς γάρ ἐστι, καὶ τοῦτο
πρόδηλον ἐκ τῶν προλεγομένων παρ' ἡμῶν ἐκλεί-
ψεων. Ἔτι δὲ ἀνάστασιν νεκρῶν ἀκούοντες κηρυτ-
τομένην ἐν αὐτοῖς, ἀδυνατοῦν τοῦτο γενέσθαι· τὸν
ὑπὸ μυρίων γὰρ σωμάτων ἐκ διαδοχῆς δαπανηθέντα,
πῶς ἐκδέχεται ἀναστῆναι καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, κατα-
σοφίζονται τοῦ δοτῆρος τῆς γλώττης ἀνατρέπειν
ἐπιχειροῦντες τὰ δόγματα τῆς αὐτοῦ Ἐκκλησίας·
καίτοι οὐκ ἀμάρτυρον ἑαυτὸν ἀφῆκεν, αὐτοῖς γενέ-
σθαι ἀγαθουργῶν καὶ προνοῶν καὶ πρὸ τῆς τοῦ Χρι-
στοῦ παρουσίας τετρακόσια καὶ πρὸς ἔτη, ἐπὶ τοῦ

qui si Moysi conferantur, pro hesternis et nuperis
343 habendi: quando ne ipsum quidem legis no-
men pridem apud Græcos cognoscebatur. Testis
est Homerus*, qui in poesi sua illo nunquam est usus.
Nihil quippe hujusmodi erat illo tempore; verum
optimis sententiis et regum jussis populi regeban-
tur: quare jam olim ad multa tempora legibus
non scriptis sunt usi, ac secundum rerum even-
tum in iis multa subinde mutabant. Lacedæmonii
quippe et Cretenses consuetudinibus, non autem
verbis, erudiebant: Athenienses vero ac fere alii
omnes, quid facto opus esset, lege præcipiebant:
ad illud vero præstandum operibus ipsis assue-
facere admodum negligebant: verum tam hi, quam
illi paulatim proficientes, ad stabiles firmasque
leges accessere; non ab initio, ut olim Moyses, qui
et litterarum peritiam et stabilem legem genti
suæ cum verbo, tum opere tradidit, priorque et
legis et litterarum firmitatem exhibuit, donec diu-
turnitate temporis gentem illam ad Dominum Chri-
stum prænuntiatum, et ad ejus doctrinam legis fir-
mitate deduceret.

Phœnices igitur vicini Judæis, ab iisque litteras
edocti, vetustiores Græcis inscriptiones fecerunt,
ipsosque Græcos litteras edocuerunt. Cadmus enim
litteras Tyro desumptas in Græciam transtulit. Ne
igitur supercilia extollant, ac si priores novi quid-
piam ad vitam utile adinvenerint, quando ipsi ab
aliis litteras, leges, sphæræ opinionem, astronomiam,
astrologiam mutuati sunt. Nam cum tardius in
mundo sese extulerint, æternum illum esse arbitrati
sunt: ab aliis instituti ut cœlum sphæram esse opi-
narentur, quasi ipsi primi ea sententia fuerint, re-
gulam astronomiæ ut sibi propriam ediderunt: ac
etsi ab aliis litteras edocti sint, sese antiquos ac
primos scriptores esse supponunt: etsi ab aliis le-
gum ferendarum modum acceperint, se antiquos
legislatores ac juris ferendi principes deprædicant:
cum linguæ copiam ac sermonis elegantiam a mu-
nifico Deo acceperint, erga munificum Deum ingrati,
verbis ejus inobsequentes sunt: cum a Deo et ab
antiquioribus omnia sint mutuati, universos despi-
ciunt, ac omnia ut propria sibi arroganter ascribunt.
Nam divinis sermonibus reluctantes, qui sic ha-
bent: *Qui statuit cœlum sicut fornicem*; illi contra
viri optimi clamant his verbis: Non ita res est,
sphæricum enim est cœlum, ut ex allatis per nos
eclipsibus manifestum est. Ad hæc cum mortuo-
rum resurrectionem audiunt apud se prædicari, id
non posse fieri dictitant: nam qui per successionem
a sexcentis aliis corporibus absumptus est, qui re-
surgere possit; ac, ut paucis dicam, linguæ largi-
torem **344** sophismatibus aggrediuntur, Ecclesiæ
ejus dogmata evertere conantes: etiamsi ille pro-
viderit, ne vel ipsi Græci testimonio sui carerent;
sed ipsis bona impertierit ac prospexerit vel ante
Christi adventum, quadringentis circiter aut plu

(*) Homerus nunquam voce νόμος utitur.

Digitized by Google

annis, sub Alexandro Macedone, longe post Trojanum bellum, Græcis tum florentibus, tunc scilicet illis bonitatis suæ indicia præbuit : exempli causa, cum Alexander Macedo Darium debellaturus Jerosolymis transiret, summum sacerdotem Judæorum, sacerdotali habitu sibi occurrentem, equo desiliens perhumaniter amplexatus est. Cum autem clientes ejus ipsum increparent, ac cur ita se gereret dictitarent, ad sui excusationem ille respondit : Mihi ex Macedonia primum proficiscenti, simili habitu quispiam in somnis visus est, qui dicebat : Exi, et vinces. Quamobrem ipse postea Deo sacrificia immolavit, multaque dona templo et regioni Judaicæ obtulit.

A Μακεδόνος Ἀλεξάνδρου, μετὰ τὸν πόλεμον τὸν Τρωϊκόν, ὅτε καὶ διέπρεψαν οἱ Ἕλληνες, ἐφανέρωσεν αὐτοῖς τινα γνωρίσματα τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος· οἷόν τι λέγω· Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν παρερχόμενος τὰ Ἱεροσόλυμα πολεμῆσαι τὸν Δαρεῖον ἀπερχόμενος, συναντήσαντι τῷ ἀρχιερατικῷ τῶν Ἰουδαίων μεθ' οὗ σχήματος ἐφόρει, τοῦ ἀρχιερατικοῦ λέγω, κατελθὼν αὐτὸς ἀπὸ τοῦ ἵππου ἀσμένως ἠσπάσατο. Τῶν δὲ ἰδίων μεμψαμένων αὐτὸν καὶ εἰπόντων, διατί οὕτω πεποίηκας, αὐτὸς ἀπολογούμενος ἔφη· Ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ Μακεδονίᾳ ἐξερχομένου μου τοιούτῳ σχήματι φορῶν ὤχθη μοί τις κατ' ὄναρ, ὃς ἔλεγεν· Ἔξελθε, καὶ νικᾷς. Ὅθεν λοιπὸν καὶ αὐτὸς θυσίας ἔθυσε τῷ Θεῷ, καὶ πολλὰ δῶρα προσήνεγκεν εἰς τὸν ναὸν, καὶ τῇ χώρᾳ τῶν Ἰουδαίων πολλὰ ἐχαρίσατο.

Deinde vero Ptolemæus, cognomine Philadelphus, B **cum de Judaicis libris curiose a Tryphone Phalereo sciscitatus, rei veritatem edidicisset, illos studiose perquisivit, missis ad Eleazarum sacerdotem et ad templum donis quamplurimis. Illos igitur libros accepit cum septuaginta senioribus, qui eos ex Hebraica in Græcam linguam transtulerunt, atque in ejus bibliotheca reposuerunt. Erat porro illud divinæ providentiæ opus, ut ante Christi adventum jam præparata res esset, ne temporibus apostolorum in suspicionem multis venirent, quod illi ad libitum suum prisca illa prophetarum dicta interpretarentur; tam quæ de Christo, quam quæ de vocatione gentium ferebantur. Ptolemæus autem cognomine Physcon, cum devictos ab se Judæos vellet hic, Alexandriæ scilicet, immissis elephantis interficere, cum inopinanter Deus in ejus exercitum elephantorum furorem vertisset, Deum colere edoctus est, ac deinde sacrificiis, oblationibus et donariis, cum qui vere Deus est, et populum ejus, scilicet Judæos, honoravit. Alii item reges ex Macedonico imperio, Judæos ad commilitium evocarunt; alii bellum ipsis inferre molientes, imo cum eos ad multum temporis subjugassent, demum versam a Deo vicem agnoverunt, ejusque auxilium ipsis collatum experti, ab ipsis, etsi numero paucis, devicti sunt.**

Μετέπειτα Πτολεμαῖος, ὁ ἐπίκλην Φιλάδελφος, περιεργασάμενος καὶ μαθὼν παρὰ Τρύφωνος τοῦ Φαληρέως (51) περὶ τῶν Ἰουδαϊκῶν βιβλίων σπουδαίως ζητήσας παρὰ τῷ ἀρχιερεῖ Ἐλεαζάρῳ, ἀποστείλας δῶρα πολλὰ καὶ τῷ ναῷ καὶ τῷ ἀρχιερεῖ. Ταῦτα, ἐδέξατο σὺν ϛ' πρεσβυτέροις, οἵ τινες καὶ ἀπὸ τῆς Ἑβραΐδος γλώττης μετέφρασαν εἰς τὴν Ἑλλήνων γλῶτταν, καὶ ἐν τῇ ἰδίᾳ βιβλιοθήκῃ ἀνέθηκαν. Ἦν δὲ καὶ τοῦτο θείας προνοίας ἔργον, ἵνα πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας προητοιμασμένον ᾖ, καὶ μὴ ὕστερον γινόμενον ἐπὶ τῶν ἀποστόλων ὕποπτον γένηται τοῖς πολλοῖς· ὡς πρὸς τὸ κεχαρισμένον ἑαυτοῖς ἑρμηνεύσαντες τὰ παρὰ τῶν προφητῶν πάλαι εἰρημένα, περί τε τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν. Ὁ Φύσκων πάλιν Πτολεμαῖος νικήσας τοὺς Ἰουδαίους καὶ βουλόμενος αὐτοὺς ἐνταῦθα τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ἀπολέσαι διὰ τῶν ἐλεφάντων, παραδόξως τοῦ Θεοῦ ἀντιστρέψαντος ἐπὶ τὴν αὐτοῦ στρατιὰν τὸν θυμὸν τῶν θηρίων, σέβεσθαι τὸν ἐν αὐτοῖς Θεὸν ἐδιδάσκετο, τιμαῖς γεραίροις καὶ θυσίαις καὶ προσφοραῖς ἀναθημάτων τοῦ λοιποῦ αὐτὸν τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν καὶ τὸν αὐτοῦ λαὸν, τουτέστι, τοὺς Ἰουδαίους. Καὶ ἕτεροι τῶν τῆς Μακεδονικῆς ἀρχῆς γενόμενοι βασιλεῖς συμμάχους τοῖς ἰδίοις προσεκαλοῦντο· ἄλλοι δὲ καὶ πολεμεῖν αὐτοῖς προηρημένοι, καὶ ἐπὶ ἱκανὸν χρόνον δουλωσάμενοι, ὕστερον τὴν τοῦ Θεοῦ τροπὴν ἐώρων ἐνεργοῦσαν ἐν αὐτοῖς, καὶ ὡς πρὸς βοήθειαν αὐτῶν διεγειρομένην, καὶ ἑαυτοὺς νικωμένους ὑπ' αὐτῶν, ὑπὸ ἐλαχίστων καὶ εὐαριθμήτων ἀνδρῶν.

Ne multa, bellis, miraculis, somniis, libris prius exercitabantur, ut edocti ad veri Dei cognitionem accederent; ejus videlicet quem Judæi colunt; idque ad exspectationem **345** Christianismi; ita ut tempore adventus Domini Christi, multæ Græciæ gentes, apostolorum ministerio edita signa cernentes, ad fidem Christi accesserint, resurrectionem ejus, et ascensum in cœlos confitentes. Nunc autem multo elapso tempore, cessantibus signis, pene in ejusdem fidei oblivionem venerunt, et ad pristinam superstitionem regressi sunt, resurrectionem hominum ex mortuis, et ascensum in cœlum fieri non posse dictitantes. Quapropter eos baptismate quidem tinctos reperias, sed tamen sphæricum esse cœlum opinantes, ut hinc et resurrectionem corpo-

D Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, διὰ τῶν πολέμων καὶ τῶν παραδόξων καὶ τῶν ἐνυπνίων καὶ τῶν βιβλίων προεγυμνάζοντο, διδασκόμενοι τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν τοῦτον οὖν ὃν Ἰουδαῖοι σέβονται, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἑτοιμότεροι γένωνται πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ Χριστιανισμοῦ· ὥστε καὶ ἐπὶ τῶν καιρῶν τῆς ἐπιδημίας τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, διὰ τῶν ἀποστόλων πολλὰ τῆς Ἑλλάδος ἔθνη θεωροῦντα τὰ σημεῖα, τῇ πίστει τοῦ Χριστοῦ συμβέβηκεν, ὁμολογοῦντα τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον. Νυνὶ δὲ χρόνου πολλοῦ διαδραμόντος, καὶ τῶν σημείων παυσαμένων, ὥσπερ λήθην τινὰ ἔλαβον ἐκείνης τῆς πίστεως, καὶ ἐπὶ τὴν προτέραν ἀνέδραμον δεισιδαιμονίαν, ἀδύνατον εἶναι λέγοντες ἀνάστασιν ἐκ νεκρῶν ἔσεσθαι ἀνθρώπων, καὶ ἄνοδον ἐν τῷ οὐρανῷ. Διὰ τοῦτο καὶ

(51) De Tryphone Phalereo, vide in Præfatione.

Digitized by Google

βάπτισμα μὲν αὐτοὺς εὑρίσκειν ἔχοντας, καὶ τὸ σφαιρικὸν σχῆμα ἔχειν τὸν οὐρανὸν δοξάζοντας, πρὸς τὸ τὴν ἀνάστασιν τῶν σωμάτων ἀθετηθῆναι καὶ τὴν ἄνοδον αὐτῶν τὴν ἐν τῷ οὐρανῷ. Τούτους ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον παρ' Ἕλλησι καὶ μόνοις εὑρήσει τις φιλοσοφουμένους, τοὺς λόγους καὶ τὰς ἐκλείψεις ὡς ἔτι σφαιρικοῦ σχήματος προβαλλομένους ὡς θεῖόν τι μάθημα· εἰς ὃ καὶ ἀπατῶνται καὶ ἀπατῶσι. Διὸ καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τὰ σχήματα καὶ τοὺς τόπους τοῦ παντὸς κόσμου, καὶ τῶν ἄστρων τὴν περιφορὰν ὁρμήσαντες καὶ ἀντιστρατευσάμενοι πρὸς αὐτοὺς ἐκ τῶν θείων Γραφῶν κατεγράψαμεν, δεικνῦναι σπεύδοντες διὰ τούτων πάντων καὶ....

A rum, et ascensum eorum in cœlos inficientur. Ilos quivis hac de re, eo quo dicimus modo, philosophantes passim reperiat, ac eclipses objicientes, ut hinc sphæricam esse cœli figuram, ac si divinum dogma sit, comprobent: qua in re et ipsi decipiuntur et alios decipiunt. Quamobrem nos, allatis schematibus, totius mundi loca et astrorum circularem motum delineantibus, ex divinis Scripturis adversus eos pro virili disputavimus, ut ex his omnibus ostenderemus***.

Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google

PRIMÆ TABULÆ EXPLICATIO.

1. In prima figura, Ἀξούλη, sive Ἀδούλις urbs, (nam utroque modo vocatur a Cosma) exhibetur : quæ milliaribus duobus a Rubro mari distans, ad orientem Axumis sita erat. Quare Æthiops Aduli Axumin iter habens Æthiopico cultu depingitur. Sella deinde Ptolemaica, qua forma fuisse narratur a Cosma, delineatur. Ea vero undique litteris insculpta postremam tantum inscriptionis partem adjectam habebat. Inscriptio autem illa, in lapidea tabula e regione posita inchoabatur, cujus ab ima parte frustulum cum litteris exciderat. Supra lapideam tabulam rex ipse Ptolemæus Evergetes militari cultu depingitur, ut in codice comparet. Hæc fusius explicata videsis col. 102 et seqq.

2. In secunda fig. cœli terræque forma delineatur, secundum Cosmæ et veterum Patrum opinionem : qui putabant terram, quasi pavimentum substratam, muris undique claudi, ipsosque muros ad immensam usque sublimitatem erectos, demum in fornicis morem convolvi, firmamentumque parti illi in fornicem fastigiatæ substerni, ita ut illa beatorum sedes esset. Sub firmamento autem solem, lunam et astra moveri putabant, montemque conicum immanis altitudinis in septentrionalibus terræ partibus erigi : ac ubi sol, circularem supra terram cursum peragens, pone montem esset, tunc noctem hominibus terram incolentibus esse ; contra vero diem esse cum sol ex adversa nobis montis parte luceret : ac similiter de luna et stellis ratiocinatur Cosmas. Vide col. 171 et seqq.

Fig. 3. universi, videlicet cœli terræque prospectum, qua parte strictiora sunt exhibet : nam putabat Cosmas terram quadram et oblongam esse; ita ut longitudo latitudinem media sui parte superaret : eodemque modo de cœlo opinabatur. Vide ibid.

Fig. 4. Montem conicum et terram, itemque solem et lunam sub firmamento repræsentat. E lateribus vero columnas cœli, cum inscriptione in exemplari posita, οἱ στύλοι τοῦ οὐρανοῦ, *columnæ cœli*. Quas columnas secundum Cosmæ sententiam esse arbitror muros illos qui e lateribus a terra ad usque cœli fornicem eriguntur.

Fig. 5. terræ vestigium et ἰχνογραφίαν, complectitur. Ubi advertas conjectare Cosmam, montem illum conicum prælatum, officere, quo minus terra nostra a parte septentrionali recta linea claudatur; quia radices ejus, ex illo latere rotundæ, quasi magnum promontorium in Oceano efficiunt.

Fig. 6. rudem exhibet terræ planitiem, qualem passim Cosmas explicat. Nam putabat ille, ut supra diximus, terram oblongam esse, ac duplo majore longitudine quam latitudine : Oceanumque universam terram ambire, ut hic repræsentatur. Ultra Oceanum vero aliam esse terram, ad cœli muros undique pertingentem. In latere autem orientali hujus transmarinæ terræ, hominem creatum fuisse arbitratur, ac ibidem paradisum voluptatis esse situm, qualis hic ad orientalem oram describitur : ex paradiso pulsos primos parentes ad finitimam terram, ad oram maris positam, se recepisse. Hinc superveniente diluvio Noe cum filiis in hanc quam incolimus terram arca deportatum fuisse. Quatuor paradisi flumina in paradiso scaturientia, subterraneis meatibus Oceano trajecto, in hanc nostram terram ferri autumat, ac certis in locis denuo erumpere. Hyrcanum vero mare putat Oceano jungi : quæ, uti alibi commonstravimus, veterum quorumdam sententia fuit.

Fig. 7. illius cœli terræque compositi, quod, ut veteres æstimabant, mundi machinam totam conficiebat, formam repræsentat, cum monte conico superius memorato : terram autem nostram quam habitamus, devexam semper a septentrione ad meridiem esse putabat Cosmas Ægyptius. Verum objicit sibi Cosmas : Qui potest illa tanta moles cœli et terræ nullo nixa stare, quin ad imum semper deprimatur? Respondet ille : Terra quidem, utpote natura gravis imum petit; igneæ vero partes sursum tendunt. Cum igitur cœlum et terra ita conjuncta sint ut divelli nequeant ; et aliud sursum, aliud deorsum tendat : neutro alteri concedente, tota machina immota et suspensa manet.

Fig. 8. montem conicum ex aversa terræ parte repræsentat, quo cum sol pervenerit, nox incolis terræ efficitur. Ibidem autem lineis notantur conversiones solis, unde variæ fiunt anni tempestates. Cum ergo sol ad infimam lineam pervenit, tum longiores noctes sunt, fitque hiberna anni τροπὴ sive conversio ; sol vero majorem cursus sui partem pone montem absolvit : cum autem ad mediam montis lineam sol ascendit, tunc æquinoctium efficitur, solque cursum peragens suum ad æquinoctialem lineam pervenit : cum denique ad supremam lineam sol pertingit, tunc æstiva conversio adest, et sol ad usque tropicum pervenit. Hæc secundum Cosmæ opinionem, qui conversiones solis his vocibus designat, μεγάλη νὺξ, μέση νὺξ, μικρὰ νὺξ, ut vides in tabula.

SECUNDÆ TABULÆ EXPLICATIO.

Exterorum astronomorum opinionem, ut refutet Cosmas, Ptolemaici systematis de cœlo figuram depingit, cum duodecim zodiaci signis, additis ad singula mensium nominibus Ægyptiis atque Romanis. Nam etsi ante subactam a Romanis Ægyptum, annus popularis Ægyptiacus perpetuo vagaretur, ut

Digitized by Google

qui mensis aliquando in hieme numerabatur, intercurrentibus annis, in vere, æstate, autumno gradatim curreret, donec pristinum repeteret locum, parem denuo cursum confecturus, quia videlicet intercalares dies non observabant, accepto demum Romanorum jugo, sublatisque Antonio et Cleopatra, annum suum ad Juliani modum redegerunt. *Ab illo tempore*, inquit Petavius, *deinceps vagari popularis eorum annus desiit: sed intercalationis freno revocatus est quarto quoque anno pristinam in sedem. Caput hujus, sive Neomenia Thoth, hæsit in Romani Augusti die* 29, *qui Decollationi sancti Joannis hodie dicatus est. Mensium eadem, quæ in vago, descriptio: nam tricenarii sunt singuli; ex hisque* 360 *dies conficiuntur, quibus quinque adduntur in fine epagomenæ: quasi curtus mensis, et cum bissextilis est annus, eæ sex numerantur. Intercalant autem Alexandrini non eodem anno, quo Romani, sed proxime antecedente, ut ex Ambrosii epistola* 83 *colligitur, in qua scribit anno* 76 *Diocletiani pascha celebratum esse* 28 *Pharmuthi*, II *Kal. Maii, sive Aprilis* 13, etc.

In altero circulo minore, ut sphæræ opinionem derideat Cosmas, homines quatuor adversis vestigiis sphæræ insidentes exhibet, in vacuisque spatiis hæc adjicit, Ὀρθίου ὄντος τοῦ σχήματος τοῦ ἀνθρώπου, κατὰ ταυτὸν, οἱ δ' ἱστάμενοι πῶς οὐκ εἰσὶν ὀρθιοι, ἀλλ' ὅπου δ' ἂν στρέψῃς αὐτοὺς, οἱ δ' οὐκ εἰσὶν ὀρθιοι; Πῶς οὖν δυνατὸν δέξασθαι τὰς ταύτας ψευδεῖς ὑποθέσεις; πῶς δὲ πάλιν εἰς τοὺς τέσσαρας κατὰ ταυτὸν δύναται ὑετὸς γενέσθαι; ὅπερ οὖν ἡ φύσις καὶ ὁ νοῦς οὐ παραδέχεται, τί μάτην ὑποτίθεσθε; Hoc est, *Cum figura hominis recta sit, qui fit ut quatuor illi eodem tempore stantes, recti non sint; sed quocunque vertas eos, quatuor illi simul nunquam recti videantur? quomodo ergo fieri potest, ut vanas illas mendacesque hypotheses admittamus? Quomodo rursum fieri potest, ut eodem tempore pluvia in quatuor illos decidat? Quod ergo nec natura nec mens nostra admittere potest, id cur frustra supponitis?* Sic Cosmas hic et passim in *Topographia Christiana*, ut et multi alii etiam ex SS. PP. qui nec gravitatis centrum, nec astronomicas observationes callebant.

TERTIÆ TABULÆ EXPLICATIO.

1. In prima figura exterorum Atticorum (nam sic illa vocat, οἱ ἔξωθεν Ἀττικοὶ) formam et cultum depingit Cosmas, qualis suo tempore in usu erat. Exteros vocat ille quotquot alienæ religionis erant. Occasione autem Hyperidis et Menandri Atticorum, quorum loca affert col. 203 A, hanc ille figuram exhibuit.

In fig. 2 ἡ κοσμοφόρος κιβωτός, *mundifera arca* repræsentatur, qualis a Cosma depingitur col. 231 B.

Fig. 3 exteriorem tabernaculi formam et ejus apparatum exprimit: exterior junctis asseribus firma consistebat, ut hic repræsentatur. Tabernaculum vero totum duas in partes dividebatur, in exterius videlicet et interius tabernaculum. In exteriori tabernaculo erat ἡ τράπεζα, sive mensa panum propositionis; λυχνία, seu candelabrum; ῥάβδος, id est, virga Aaronis; στάμνος, id est, vas aspersionis: αἱ πλάκες, nempe duæ tabulæ in quibus Moyses scriptam legem accepit; ὄφις, id est, serpens ille æneus in deserto conflatus. Exterius tabernaculum ab interiori dividebatur καταπετάσματι, seu velo. In interiori autem tabernaculo erat ἡ κιβωτός, sive arca testimonii, cujus hic ἰχνογραφία exhibetur; et Ἅγια ἁγίων, *Sancta sanctorum*; quæ omnia minutatim describuntur a Cosma col. 203 D.

Fig. 4. τὰ σκεπάσματα τῆς σκηνῆς, *vela templi* exhibet, superne cærulea, inferne rubra. Hinc et inde ἀγκύλαι et κρίκοι, legis ἀγκύλαι ansulæ erant, κρίκοι circuli ex altera parte adunci, quo ansulis insererentur et vela simul jungerent. Vide ibid.

In quinta figura, candelabrum tabernaculi, et mensam panum propositionis repræsentat Cosmas. Candelabrum vero dicitur, λυχνία ἑπτάμυξος, *candelabrum sive lucerna septem ellychniorum*, qua item voce usus Epiphanius est. Καυλὸς est *scapus candelabri*: hinc καρυΐσκος, *nucula*, sive globulus tornatilis in medio scapi: deinde σφαιρωτὴρ κρατὴρ, *crater sphæricus* in ipso scapo, et κρίνον, *lilium*, cujus folia hinc et inde panduntur: suprema candelabri pars calamiscis ultro citroque tribus absolvitur, qui cum supremi scapi parte septenarium ellychniorum numerum perficiunt, et ut arbitratur Cosmas, septem hebdomadæ dies adumbrant: vide col. 210. Τράπεζα sive mensa panum propositionis, secundum Cosmam est figura terræ: quam ille similitudinem pluribus explicat, *ibid.*

In sexta figura habetur ἡ κιβωτὸς τοῦ μαρτυρίου, *arca testimonii*; et ἱλαστήριον *propitiatorium* arcæ impositum, duo item cherubini: omnia uti Cosmas fuisse ex sacræ Scripturæ dictis colligebat, et uti suo tempore existimabatur. Hinc et inde vero Zacharias et Abias sacerdotes depinguntur. Vide col. 214.

In septima, atrii tabernaculi exteriorem faciem repræsentat, nec non varios sagorum et velamentorum colores, ut Cosmæ pictura exhibet.

In octava, exterioris tabernaculi ordo depingitur; nimirum primo mensa panum propositionis, qui panes duodecim numero, terni ad quatuor mensæ angulos locantur. Duodecim vero panibus ait Co-

Digitized by Google

smas subindicari duodecim anni menses, quaterno autem trium panum ordine, quatuor anni tempestates ternorum mensium singulas. Exinde vero cætera in exteriori tabernaculo asservata delineantur, nempe candelabrum, vas aspersorium, duæ legis tabulæ, et serpens æneus.

In nono schemate, habes sacerdotis vestitum et cultum. Et ut qualis sacerdotis adversi aversique cultus fuerit, repræsentet, binas figuras edidit : ad primam vero hæc scripsit, Ἀαρὼν μέγας ἀρχιερεὺς ἐμπροσθοφανής, *Aaron magnus princeps sacerdotum a fronte conspectus ;* in altera vero, Ἀαρὼν μέγας ἀρχιερεὺς ὀπισθοφανής, *Aaron magnus princeps sacerdotum a tergo conspectus.* Hic autem omnes sacerdotalis amictus partes exhibentur, quales describuntur, col. 211 D.

In decima figura, triplicem statum exhibet, cœlestium, terrestrium et infernorum ; cœlestes et beatos in supremo cœlo, quod supra firmamentum est degere putabat, ut sæpe dictum est ; ἐπίγειοι homines in hac vita versantes, secundum locum occupant. Deinde vero κατοχθόνιοι, sive mortui in terra Ægyptiaco more sepulti depinguntur. Secundum autem et tertium statum pro uno, terrenorum videlicet, computat. Vide col. 383, itemque 207.

In undecimo schemate Melchisedecum regio cultu delineatum habes, qualem depinxit Cosmas cum de sacerdotibus ageret, col. 211 et seqq.

QUARTÆ TABULÆ EXPLICATIO.

1. Cyclum duodecim mensium, fructuumque mensibus singulis nascentium delineavit Cosmas : qua de re agit ille superius, col. 366, nec ingratas sane physiologis edit observationes. In eo igitur, quem primum notat, mense Pharmuthi, scilicet Aprili, nascebantur in Ægypto σκόροδα, videlicet *allia*. In mense Pachon, Maio nempe, κίνναι, *cinnæ*, genus leguminis. In Payni, Junio scilicet, κάρυα Ἀρμένια, *nuces Armeniacæ*, quarum hic formam depingit. In mense Epiphi, Julio, σῖτος κοπύμωρα, frumentum nempe, et aliud κοπύμωρα dictum, vitiato forsan nomine, pro συκόμωρα. In Mesori, Augusto nempe, σύκα σταφύλια, quæ, si sit schemati credendum, fructus unius generis indicant : at quia hoc tempore ficus simul et uvæ maturescunt, utrumque fortassis intelligas. In mense Thoth, Septembri, ἐλαιορόδακνα, ignotum nobis fructus genus. In mense Phaophy, Octobri, φοίνικες, id est, *palmæ*, sive palmarum dactyli. Athyr, sive Novembri mense, ἀσπαράγια, *asparagia*. Choiac sive Decembri mense, μαλάχαι, *malvæ*. Tybi sive Januario, ἐντύβια, idem, ut puto, quod *intubus hortensis*. Mechir sive Februario, Ἀγλάτια, quod quidnam sit ignoratur. Phamenoth, id est, Martio, Κίτρα : id vero quid sit perinde nescitur. Horum omnium schemata ut in antiquissimi Cosmæ codicibus habentur ne minimo quidem immutato, exhibuimus.

2. Rhinocerotem fuse describit Cosmas, col. 442, ubi videsis.

3. Ταυρέλαφον, taurocervum, ibidem descriptum habes.

Καμηλοπάρδαλις, camelopardus, hodie dicitur, *la giraffe*, de quo superius, *ibid.*

4. Ἀγριόβους, bos agrestis, de quo mira narrantur, col. 443.

6. Μόσχος, moschus, *le musc*, ex cujus sanguine conficitur suavcolens ille pulvis, qui perinde dicitur *le musc*, ibid.

7. Μονόκερως, unicornis, *la licorne*. Animal hujusmodi nusquam exstare suspicantur hodie bene multi. At cum RR. PP. Jesuitæ Lusitani qui diuturnas in Æthiopia moras fecerunt, eadem narrent quæ Cosmas noster Ægyptius, quem ipsi nec unquam legerant, nec exstare putabant ; non est quod unicornes esse dubitemus. Aiunt autem RR. PP. Jesuitæ, se non vidisse modo, sed etiam tenellum unicornem educasse domi. Cosmas vero qui ea quæ de unicorne narrat se ab incolis edidicisse testificatur, quatuor unicornium æneas statuas in ædibus regiis Æthiopicis se vidisse refert. Cæterum cornua quæ in cimeliarchio Sandionysiano, et alibi passim visuntur, non Æthiopici unicornis, sed marini cujusdam esse compertum est.

8. Χοιρέλαφος, porcus cervus, cujus schema hic habes, memoratur col. 433. Aprum esse arbitror, ut hac figura exprimitur.

9. Ἱπποπόταμος, hippopotamus, notissimum animal, *ibid.*

10. Piperi arborem descriptam habes, *ibid.*

11. Κάρυα Ἰνδικά, *nuces Indicas*, sive ἀργέλλια memorat Cosmas, *ibid.* Hodieque apud Persas *nargel* vocantur : nos autem *cocos* dicimus. Liquor vero ille suavissimus ex Indica nuce promanans, quem ronchosuram appellari narrat, *souram* et *oracca Souram*, ab hodiernis incolis vocari narrant Europæi qui in Indiam peregrinati sunt.

12. Φώκη, phoca, seu vitulus marinus apud Homerum celebratus, a Cosma memoratur ibidem, qui ejusdem carnes se comedisse testificatur : hujusce vero animalis forma nescio an uspiam alias depicta fuerit.

13, 14. Ibidem vero testudinem et delphinem depingit ipse.

15. Elephantem Indicum hic exhibet Cosmas, cujus dentes ad tantam molem crescere ait, ut subinde ab incolis rescecntur, ne tanto pondere graventur elephantes. Vid. col. 447.

Digitized by Google

CIRCA EUMDEM ANNUM

CONSTANTINUS DIACONUS

NOTITIA

(Angelo Mai, *Spicilegium Romanum*, tom. X, Proleg. p. III, et p. 94.)

In synodo generali septima, Nicæna in urbe anno 788, pro asserendo sanctarum imaginum honore celebrata, recitatum fuit fragmentum ex Constantini diaconi et chartophylacis Ecclesiæ Constantinopolitanæ, panegyrica oratione in omnes martyres. Tam prisci temporis auctor, ab œcumenica synodo ceu grave testimonium fideque dignum, in medium adductus, mentem meam ad vestigandum impulit, num in Vaticanis forte codicibus (hoc est in litterario orbis terræ thesauro) conservaretur; id quod reapse haud temerario ausu speravi : etenim primo hunc inveni sermonem longissimum in codice sæculi ferme decimi, pulcherrimis litteris scripto; sed tamen aliquid in calce deerat, consumptis edacitate temporis membranis. Deinde, ne quid bono inventui deesset, alium codicem duobus circiter sæculis posteriorem offendi, in quo integer sermo continebatur. Pars itaque editionis nostræ major ex nobiliore codice fluxit, minor vel potius minima ex recentiore. Jam de auctore Constantino nihil habeo quod dicam, quandoquidem ne Allatius quidem, qui primus ejus meminit in diatriba de Simeonibus, p. 81, nullam ejusdem notitiam tradidit. Cæteroqui is videtur Justinianæi circiter ævi homo, id est ducentis fere annis antiquior synodo a qua laudatur : nam nec verisimile, ut reor, videtur, recentissimi hominis auctoritatem a synodo fuisse invocatam. Ipsa vero panegyrica oratio qualis sit, liber noster jam demonstrat, quam ut omnes cognoscant, Latinitate quoque donavimus. Propositum auctori est, ex infinitis martyrum, quæ circumferebantur, actis summariam quamdam conficere historiam persecutionum : exin quæstiones apud ethnica tribunalia institutas, nec non martyrum cum judicibus disputationes haud sine eloquentiæ vigore agitatas referre : mox innumera cruciatuum genera graphice exponere, miramque martyrum fortitudinem celebrare, preces quoque ipsorum ad Deum opemque impetratam narrare, epinicium denique velut carmen concinere, et felicium pugilum jam cœlo receptorum intercessionem pro laborante Ecclesia implorare. Hæc summa Constantinianæ orationis est, quam nos martyrum gloriæ dicandam censuimus.

Digitized by Google

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ

ΔΙΑΚΟΝΟΥ

ΚΑΙ ΧΑΡΤΟΦΥΛΑΚΟΣ ΤΗΣ ΑΓΙΩΤΑΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙΣ ΠΑΝΤΑΣ ΤΟΥΣ ΑΓΙΟΥΣ ΕΝΔΟΞΟΥΣ
ΚΑΙ ΠΑΝΕΥΦΗΜΟΥΣ ΜΑΡΤΥΡΑΣ
ΤΟΥΣ ΥΠΕΡ ΧΡΙΣΤΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΗΜΩΝ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΝ ΑΘΛΗΣΑΝΤΑΣ.

—

CONSTANTINI

DIACONI

ET CHARTOPHYLACIS S. ECCLESIÆ CONSTANTINOPOLITANÆ

LAUDATIO OMNIUM SANCTORUM GLORIOSORUM
INCLYTORUMQUE MARTYRUM,
QUI PRO CHRISTO DEO NOSTRO PER UNIVERSUM ORBEM PASSI SUNT.

—

1. Sacræ festorum Christi conciones, quotquot A lumen incarnationis pro nobis operatæ illustrant, utpote argumenti sui difficultate humanos intellectus excedentes, omnem loquendi vim superant, omnem laudis sublimitatem ac magnificentiam vincunt. Quod autem nunc celebratur insigne ac splendidissimum fortium religionis athletarum festum, etsi cuncta pariter laudum præconia manifeste superat illustri suæ dignitatis magnitudine; nihilominus omnium oculos omniumque linguas, illos quidem ad videndam, has autem ad prædicandam gloriam suam vocat; et lege tum spiritus tum etiam corporis nos istis a Deo electis copulat, ut maximas illorum res gestas imitemur. Sed jam age, theatrum mihi mundus exhibeat omni ætate omnique gente repletum, et a magniloquo præcone rege David convocatum, qui: B *Venite*, clamat, *et videte opera Dei, et quæ fecit prodigia super terra, auferens bella usque ad terminos terræ* [1].

2. Postquam enim progenitoribus in paradiso morbosa calamitas accidit, quo tempore amarum doli venenum serpens illis per invidiæ morsum afflavit, ita ut mox et immortalitatis pulchritudo obscurata ipsis fuerit, et vitam illam amiserint dolore ac labore carentem; ex quo, inquam, hæc ita evenerunt, malumque gliscens, ceu quidam maleficus fluxus, universum genus pervasit; unde accidit ut in insanabilem morbum decideret, neque cauteriis per diversa tempora multa cum patientia clementia-

α'. Αἱ μὲν Χριστοῦ πανηγύρεις, ὅσαι τὸ φῶς τῆς περὶ ἡμᾶς οἰκονομίας αὐγάζουσι, τῷ ἀπροσίτῳ τῆς καταλήψεως ἀνθρωπίνους λογισμοὺς ὑπερπίπτουσαι, παντὸς ὑπερίστανται λόγου τε, νικῶσι πᾶσαν ἐγκωμίων ὑψηγορίαν τε καὶ λαμπρότητα· ἡ δὲ νῦν κειμένη διαβόητος καὶ περιφανεστάτη πανήγυρις τῶν γενναίων τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστῶν, εἰ καὶ πάντας ἐπαίνων λόγους καὶ αὕτη σαφῶς ὑπερβέβηκε τῷ μεγέθει τῆς ἀξίας σεμνυνομένη, ἀλλ' ὅμως πᾶσαν ὄψιν καὶ πᾶσαν γλῶσσαν, τὴν μὲν πρὸς θέαν, τὴν δὲ πρὸς εὐφημίαν καλεῖ τῆς οἰκείας μεγαλειότητος, νόμῳ πνεύματος οὐχ ἧττον ἢ σώματος ἡμᾶς τοῖς θεολέκτοις συνάπτουσα, ὡς ἂν τὰς μεγίστας ἐκείνων ἀριστείας ζηλώσαιμεν· ἀλλὰ δεῦρο θέατρον ἡ οἰκουμένη παρείτω μοι, ἡλικίᾳ πάσῃ καὶ ἔθνει παντὶ συμπληρούμενον, καὶ ὑπὸ μεγαλοφώνῳ κήρυκι τῷ βασιλεῖ Δαβὶδ συγχροτούμενον, « *Δεῦτε βοῶντι καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, ἃ ἔθετο τέρατα ἐπὶ τῆς γῆς, ἀντ-* B *αναιρῶν πολέμους μέχρι τῶν περάτων τῆς γῆς.*

β. Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς προγόνοις ἐν παραδείσῳ νόσος ἐνέσκηψε, τὸν πικρὸν τῆς ἀπάτης ἰὸν τοῦ ὄφεως αὐτοῖς τῷ τοῦ φθόνου δήγματι προσεμέσαντος, ὡς ἐντεῦθεν τῆς τε ἀθανασίας ἀπομορφωθῆναι τὸ κάλλος αὐτοὺς, καὶ ζωὴν ἐκείνην προσαποβαλεῖν τὴν ἄλυπόν τε καὶ ἄμοχθον, ἐπειδὴ ταῦτα οὕτως, καὶ τὸ δεινὸν ἐρπύσαν, ὥσπερ τι ῥεῦμα κακόηθες, τὸ γένος ἅπαν ἐπενεμήθη, ὑφ' οὗ καὶ πρὸς βλάβην ἀνίατον ἀπονένευκε, μήτε ταῖς κατὰ διαφόρους καιροὺς ἐπενεχθείσαις μετὰ πολλὴν μακροθυμίαν καὶ χρηστό-

[1] Psal. XLV, 10.

Digitized by Google

τητα καύσεσι, πρὸς δὲ καὶ ἐπικλύσεσι καὶ τομαῖς, οἷόν τισι στύφουσι φαρμάκοις πρὸς ὑγείαν ἐπαναγόμενον, μήτε τῷ πράῳ τῆς ἰατρείας εἴκον, λόγῳ καὶ νόμῳ καὶ θαύμασι μηχανωμένῳ τὴν σωτηρίαν, ὡς τῷ τῆς πληγῆς ἀθεραπεύτῳ παντελεῖ παραδοθῆναι φθορᾷ, τοῦ θανάτου μέχρι Μωσέως καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας βασιλεύσαντος, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ὁ ἄριστος τῆς φύσεως κηδεμών, καθάπερ τις πατὴρ φιλόπαις υἱοὺς ἀθετήσαντας, κάκ τῶν οἰκείων τρίβων χωλάναντας ἀνακαλεσόμενος, πρὸς θεραπείαν ἐπιστημόνως ἐχώρησε τοῦ συντρίμματος· τὴν γὰρ τοῦ ἠῤῥωστηκότος μορφὴν ἐνδυσάμενος, αὐτὸς μώμου παντὸς ἐλεύθερος ὤν, τάς τε ἁμαρτίας ἦρεν ἡμῶν καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε· καὶ τῷ περιόντι τῆς σοφίας τε καὶ συνέσεως, ξένῳ τινὶ καὶ παραδόξῳ τρόπῳ χρησάμενος, διὰ μὲν πάθους ἀπάθειαν ἡμῖν περιεποιήσατο· τοὺς δὲ προσωζέσαντας ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν μώλωπας ἐκλύσας τῷ αἵματι, καὶ τῷ ξύλῳ τὴν φθορὰν περικόψας, ὅλην φλεγμαίνουσαν τὴν κοσμικὴν ἁμαρτίαν κατέσβεσεν, καὶ τῶν ὠδυνῶν ἡμῶν τὸν ὄγκον κατέπαυσε· καὶ καταλύσας τὸν θάνατον, αὖθις ἡμᾶς εἰς τὴν ἀρχαίαν ζωὴν ἐπανήγαγεν, ὁλοκλήρους ἀπεργασάμενος. Καὶ ὄντως ἀρτίους, καὶ οἵους εἰκὸς ἦν τοὺς ὑπὸ τοιούτῳ θεραπευτῇ τηλικαύτης ἐπιμελείας τυχόντας, ἐῤῥῶσθαι καὶ διαφαίνεσθαι, ὡς ἂν δὲ μὴ γυμνοῖς τε καὶ ἀφυλάκτοις ὁ πονηρὸς ἐπέλθων αὖθις πλήξει σφοδρότερον, καὶ ὑγιασθέντας λυμήνηται, τῇ παντευχίᾳ τοῦ Πνεύματος ἡμᾶς ὁ Αὐτρωτὴς πολεμικῶς διεσκεύασεν, λαμπροῖς τε καὶ καταλλήλοις φραξάμενος. Καὶ τῇ μὲν κεφαλῇ σωτηρίου κράνος ἐπέστησε, δικαιοσύνης δὲ ἡμᾶς ἐνέδυσε θώρακα, καὶ ἀληθείας ζωστῆρι τὴν ὀσφὺν ἡμῶν ἐνειλήσας, καὶ ὑποδήσας τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, οὕτω τὴν τοῦ Πνεύματος μάχαιραν, ὅ ἐστιν ῥῆμα Θεοῦ, καὶ τὸν θυρεὸν ἡμῖν τῆς πίστεως ἐνεχείρισεν, ἐν ᾧ σβέσαι πάντα τὰ πεπυρωμένα βέλη τοῦ πονηροῦ δυνησόμεθα· εἶτα καὶ ῥώμην πλείστην ὅσην ἐνθείς, καὶ πάντοθεν ἀσφαλεῖς πρὸς παράταξιν ποιησάμενος, ἀπτόητον πρὸς πᾶσαν ἐπιβουλὴν τοῦ ὄφεως τὸ γένος ἡμῶν κατεστήσατο.

4 que adhibitis, neque diluviis, neque sectionibus, veluti quibusdam acerbis pharmacis ad sanitatem revocaretur, quia nimirum neque lenitati medelæ cederet, quæ doctrina et lege et prodigiis salutis ergo adhibita fuerat, et vulnus jam desperatum ad corruptionem omnigenam vergeret, morte nimirum usque ad Moysen super eos quoque qui non peccaverant regnante, ut ait Apostolus [1]; tunc denique optimus naturæ curator, ceu philostorgus parens filios suos contumaces et a propriis viis declinantes revocaturus, ad contritionem sanandam sapienter accurrit. Namque ægroti formam is sibi induens, qui omni labe carebat, peccata nostra tulit, et infirmitates portavit; suæque sapientiæ ac consilii abundantia miram quamdam peregrinamque rationem B excogitans, passione sua impassibilitatem nobis conciliavit; et fœtentia animarum nostrarum vulnera suo sanguine eluens, et cruce saniem abradens, omne mundi fervens peccatum exstinxit, dolorumque nostrorum tumorem sedavit, destructaque morte, denuo nos in pristinam vitam reposuit, et ex asse hæredes instituit. Jamque sanos, ac tanta incolumitate præditos, cujusmodi eos esse decebat qui tantam tanti medici curam experti fuissent; ne forte nudos et incautos malignus hostis adortus denuo gravius feriret, et valetudini jam restitutos pessumdaret, Spiritus armatura Redemptor nos instruxit, splendide et circumquaque nos muniens. Et capiti quidem galeam salutis imposuit, justitiæ C thorace nos induit, veritatis baltheo latus præcinxit, pedes Evangelii pacis apparatu calceavit, tum gladio Spiritus, quod est verbum Dei, et fidei clypeo manus nostras armavit [2], quo cuncta maligni hostis ignea tela possimus retundere: postremo robur plurimum inspirans, atque undique protectos contra vim belli efficiens, invictum contra quaslibet serpentis insidias genus nostrum constituit.

γ. Ἀλλ' οὐκ ἔμελλεν ἡ τύραννος φύσις τούτοις ἐφηρεμεῖν, οὐδὲ τὴν ὠδῖνα κατέχειν τῆς βασκανίας· Συλλαβὼν γὰρ πόνον ὁ ἀλαζὼν, τάχιστα τὴν ἀνομίαν ἀπέτεκεν· εὐθέως γὰρ ὡς οἰκεῖον στῖφος τὴν ἀποστατικὴν ἀνθώπλισε δύναμιν, τοῖς τῆς ἀσεβείας ὅπλοις καὶ μηχανήμασιν ὑποχειρίους ῥᾷστα λαβὼν τοὺς ὅσοιπερ πρὸς τὴν θείαν παράταξιν καταλεγῆναι οὐχ εἵλοντο. Βασιλεῖς τοιγαροῦν καὶ ὑπάτους καὶ στρατηγοὺς καὶ τοπάρχας, ἡγουμένους τε καὶ τυράννους, καὶ τοὺς ὑπ' ἐξουσιῶν καὶ τοὺς ἄρχοντας τῶν χωρῶν, λαούς τε καὶ φυλὰς καὶ γλώσσας, συμμάχους παραστησάμενος, ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν καὶ βορρᾶ καὶ θαλάσσης τὸν κατὰ τῶν εὐσεβῶν ἀνεκίνησε πόλεμον· οἳ πῦρ καὶ δεσμὰ καὶ σίδηρον προβαλλόμενοι, καὶ βόθρους ὀρύσσοντες, καὶ θήρας ἀτιθάσσους συνεπαγόμενοι, καὶ παντοίων κολαστηρίων ὀργάνων εἰδέαν τοῖς ἀνταγωνισταῖς ἐπισείοντες, φοβερὰν μὲν ἐμποιοῦσαν ὄψιν ταῖς δειλοῖς τε καὶ

3. Sed enim tyrannica dæmonis indoles quietura non erat, neque suæ invidiæ dolorem patienter latura. Ecce enim superbus ille conceptu labore, illico peperit iniquitatem. Statim ergo, tanquam proprium agmen, apostaticas copias armavit, suis falsæ religionis armis ac machinis sibi facile subjiciens illos, qui in divina phalange conscribi noluerant. Itaque reges, consules, præfectos, toparchas, duces atque tyrannos, subditos æque ac magistratus regionum, populos, tribus et linguas, auxiliares sibi adjungens, ab oriente et occasu, a borea et mari, contra veræ religionis asseclas bellum commovit. Porro prædicti persecutores ignem, vincula, ferrum expedientes, foveas effodientes, bestias immanes immittentes, et omne genus cruciantium machinarum adversariis suis admoventes, quæ terribilem quidem timidis et imbellibus speciem objiciebant, fortibus autem et robore suo securis

[1] Rom. v, 14. [2] Ephes. vi, 13-17.

Digitized by Google

animos augebant, satellitum multitudine, potentia tyrannica, et idololatriæ viribus variam multiplicemque aciem conficiebant.

4. Neque vero segnius his oppositi fidei defensores, qui divino catalogo nomina dederant, et corporum constantia, et virtutum exercitio, et laborum experimento impiis facti superiores, utroque ex sexu, ætate quavis, variis studiorum generibus, vitæ professionibus, linguarum et patriarum diversitatibus distincti, concordibus tamen animis phalangem suam conflaverunt. Erat enim illorum caterva ceu quoddam varium pratulum multicoloribus ornatum remidensque floribus, adolescentuli nimirum et virgines, senes cum junioribus. Namque ipsum femineum genus masculo vigore roboratum, suæque naturæ oblitum, propositi ardore virilem animi excelsitatem æmulabatur. Puerorum quoque impuberum multitudo, in naturæ parvitate integram mentem gerentium agmen complebant: erantque in ipsis magistratus et subditi, domini cum servis ordinati, ignobiles et illustres, humiles ac nobiles, Græci simul omnes ac barbari, Macedones, Thessali, Pæones, Illyrii, Laconcs, Euxini maris accolæ, Traces ac Byzantini, Cimmerii ex Bosphoro, Bithyni, Cappadoces, Phryges, Cares, Lycii, Galatæ, Isauri, Lydi, Pisidæ, Pamphylii, Lycaones, Cilices, Scythæ, Persæ, Bactriani, Colchi, Assyrii, Parthi et Medi, Elamitæ, Osrhoeni, Blemmyes, Indi, Æthiopes, Ismaelitæ, Ægyptii, Syri, Palæstini, Cyprii, Cretenses, Rhodii, Æoles, Iones, Phœnices, Arabes, Romani, Cyrenæi et Lybes, Daci et Getæ, Sarmatæ, Celtæ, Vandali, Iberes; insuper Moabitæ, Ammanitæ, Chananæi, Chettæi, Amorrhæi et Pherezæi, Evæi et Gergesæi, ac Jebusæi, et Britannicarum insularum incolæ, et Gaditani, atque, ut ait Actorum liber, ex omnibus quæ sub cœlo sunt gentibus in acie constiterunt: moxque bellico canente classico, atque athletas in arenam vocante, ceu veri pugiles materialem vestem abjicientes, et Christum cujus causa flebat agon sibi induentes, tesseram invicem dantes Servatoris nomen, in pericula alacriter se conjecerunt. Sic ergo insuperabilem adversariorum audaciam aggressi, dum præclari heroes succumberent, hostes suos profligabant, et vulneribus ad internecionem cæsi, interfectores suos spoliabant, præter spem pudore suffusos et victos a mortuorum corporum facinoribus. Porro mirabilis victoria erat et præpostera: prædicabatur enim victor non qui cædendo interfecerat, sed qui vulneribus erat immortuus. Erat quippe inter eos certamen, hi ut pro virtute pugnando morerentur, illi ut præclaros athletas ad se pertraherent, et idolis addictos suaque auctoritate artificiisque victos, cruciatibus eximerent, atque in suas partes seducerent. Sic ergo victores nostri tropæum splendidum in toto orbe erexerunt, fortem vincientes, et post necem, insignem in Christo triumphum agentes.

ἀπολέμοις. Θράσος δὲ τοῖς ἀσφαλέσι καὶ γενναίοις τὸ φρόνημα, ὄχλῳ τε ἀνδρῶν θρασυνόμενοι, καὶ τυραννίδος δυνάμει καὶ κράτει τῆς ἀσεβείας, ποικίλην καὶ πολυσχιδῆ τὴν παράταξιν ἐποιήσαντο.

δ'. Ἀλλ' οὐδὲν ἧττον οἱ ἀντιτεταγμένοι καὶ τῆς πίστεως πρόμαχοι, οἱ πρὸς τὸν θεῖον ἀριθμηθέντες κατάλογον, καὶ σωμάτων ῥώμῃ, καὶ ἀρετῶν ἀσκήσει, καὶ γυμνασίᾳ πόνων τοὺς ἀνόμους ὑπερβαλλόμενοι, ἑκατέρῳ γένει καὶ ἡλικίᾳ πάσῃ, καὶ ἐπιτηδευμάτων διαφοραῖς, καὶ βίων αἱρέσεσι, καὶ φωνῶν καὶ πατρίδων ἀλλοτριότησιν, ὁμοτρόπως τὴν οἰκείαν κατεκόσμησαν φάλαγγα. Ἦν γὰρ τὸ στῖφος αὐτοῖς ὥσπερ τις λειμὼν ποικίλος ἐκ πολυχρόων ἀνθέων ἐστεμμένος καὶ ἀποστίλβων, νεανίσκοι καὶ παρθένοι, πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων. Καὶ γὰρ καὶ τὸ θῆλυ γένος ἀῤῥενωθὲν καὶ τῆς οἰκείας φύσεως ἐκληθόμενον προαιρέσεως φιλοτιμίᾳ, τὴν ἀνδρικὴν μεγαλοψυχίαν ἐζήλωσεν. Πρὸς δὲ καὶ νηπίων ἀώρων πλῆθος βραχύτητι φύσεως καὶ γνώμης ὁλοκληρίᾳ τὸν συνασπισμὸν ἀνεπλήρωσεν· ἄρχοντές τε ἐν αὐτοῖς καὶ ἀρχόμενοι, καὶ δεσπόται δούλοις συντεταγμένοι, ἄδουλοί τε καὶ ἔνδοξοι, δυσγενεῖς τε καὶ εὐγενεῖς, Ἕλληνες οἱ πάντες ἅμα καὶ βάρβαροι, Μακεδόνες, καὶ Θετταλοὶ, Παίονες, καὶ Ἰλλυριοὶ, καὶ Λάκωνες, καὶ οἱ τὸν Εὔξεινον πόντον περικαθήμενοι, Θρᾷκές τε καὶ Βυζάντιοι, καὶ οἱ πρὸς τῷ Βοσπόρῳ Κιμμέριοι, Βιθυνοί τε καὶ Καππαδόκαι, Φρύγες, καὶ Κᾶρες, καὶ Λύκιοι, Γαλάται, καὶ Ἴσαυροι, Λυδοὶ, καὶ Πισίδαι, καὶ Πάμφυλοι, Λυκάονές τε καὶ Κίλικες, Σκύθαι, καὶ Πέρσαι, καὶ Βάκτριοι, Κόλχοι, καὶ Ἀσσύριοι, Πάρθοι, καὶ Μῆδοι, καὶ Ἐλαμῖται, Ὀσροηνοί τε, καὶ Βλέμμυες, Ἰνδοὶ καὶ Αἰθίοπες, Ἰσμαηλῖται, καὶ Αἰγύπτιοι, Σύροι, καὶ Παλαιστῖνοι, Κύπριοι, καὶ Κρῆτες, καὶ Ῥόδιοι, Αἰολεῖς τε καὶ Ἴωνες, Φοίνικές τε καὶ Ἄραβες, Ῥωμαῖοι, καὶ Κυρηναῖοι, καὶ Λίβυες, Δάκες καὶ Γέται, καὶ Σαυρομάται, Κελτοί τε καὶ Βάνδηλοι, καὶ Ἴβηρες· προσέτι καὶ Μωαβῖται, καὶ Ἀμμανῖται, Χαναναῖοι, καὶ Χετταῖοι, καὶ Ἀμορῥαῖοι, καὶ Φερεζαῖοι, καὶ Εὐαῖοι, καὶ Γεργεσαῖοι, καὶ Ἰεβουσαῖοι, καὶ οἱ κατοικοῦντες νήσους Βρεττανικὰς, καὶ τὰ Γάδειρα, καὶ ὡς φησιν ἡ βίβλος τῶν Πράξεων, ἐκ πάντων τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἐθνῶν συνετάττοντο· οἳ τῆς πολεμικῆς ὑποφωνούσης σάλπιγγος, καὶ τοὺς ἀθλητὰς εἰς μέσον προσκαλουμένης ὡς ὄντως ἀριστεῖς τὰς ὑλικὰς ἐσθῆτας ἀποδυσάμενοι, καὶ Χριστὸν δι' ὃν ὁ ἀγὼν ἐνδυσάμενοι, σύνθημά τε δόντες ἀλλήλοις τὸ Σωτήριον ὄνομα, πρὸς τοὺς κινδύνους ἐῤῥωμένως ἐχώρησαν· καὶ συμπλακέντες τῇ ἀμάχῳ τῶν ἐναντίων θρασύτητι, πίπτοντες οἱ γενναῖοι, τοὺς πολεμίους ἀνῄρουν, καὶ θανατούμενοι ταῖς πληγαῖς, τοὺς ἀναιροῦντας ἐσκύλευον παρ' ἐλπίδας ἡσχυμμένους καὶ ἡττημένους τοῖς ὑπὸ τῶν νεκρῶν σωμάτων ἀνδραγαθήμασιν. Καὶ ἦν πως παράδοξος ἡ νίκη καὶ διαλλάττουσα· ἀνεκηρύττετο γὰρ οὐχ ὅσπερ ἀνῄρει τε καὶ κατέσφαττεν, ἀλλ' ὅττις τραύμασιν ἐπαπέθνησκεν· ἄμιλλα γὰρ ἦν ἑκατέροις, τοῖς μὲν ὅπως τεθναῖεν ὑπὲρ τοῦ καλοῦ κινδυνεύσαντες, τοῖς δὲ ὅπως τοὺς ἀριστέας περιποιήσονται, καὶ τῶν δεινῶν ἐξαιρήσονται δουλωθέντας τῇ ἀσεβείᾳ, καὶ τοῖς ἐκεί-

Digitized by Google

νων προστάγματα καὶ τεχνάσματα, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς μετασκήσαιεν· οὕτω μὲν οὖν τὸ τρόπαιον οἱ νικηφόροι λαμπρὸν κατὰ πάσης τῆς οἰκουμένης ἀνέστησαν, τὸν ἰσχυρὸν δήσαντες, καὶ μετὰ θάνατον τὴν νίκην ἐν τῷ Χριστῷ θρυαμβεύσαντες.

ε'. Ἀλλ' ἴδωμεν ὅπως καὶ ὅθεν ἑκατέρας ἡ πάλη κατήρξατο, καὶ τὴν τέχνην τῶν παλαισμάτων, καὶ οἷον καὶ ὅσον τῶν ἀγώνων τὸ μέγεθος. Πῦρ μὲν πρὸ τῶν εἰδωλικῶν εἰκόνων ἐπιβώμιον ἀνεκαίετο, καὶ τὰ πρὸς θυσίαν ἐπιτήδεια προὔκειτο, στάκτη, καὶ σμύρνα, καὶ λίβανος, καὶ ζώων γένη, καὶ πόπανα· βασιλικὰ δὲ προγράμματα κατὰ πάσης ἐφήπλωτο πόλεως, τὸ Ἑλληνικόν τε καὶ ὅθεν δόγμα διακηρύττοντα, καὶ τὴν ἀληθῆ τῶν Χριστιανῶν πίστιν παραχαράττοντα· καὶ πᾶσι μὲν διακελευόμενα ξένοις καὶ ἀστυκοῖς ἐξόμνυσθαι μὲν τὴν εὐσέβειαν, λατρεύειν δὲ τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίσαντα· τοῖς δὲ μὴ τοῖς τοιούτοις θεσπίσμασιν εἴκουσιν, διὰ πασῶν ἐλθοῦσι τιμωριῶν, θάνατον ζωῆς ἀντιδόσθαι, μηδεμιᾶς ἡλικίας ἢ τύχης οἰκτειρομένης, ἢ γυναικῶν ἢ παίδων τινὸς ἀξιουμένων φειδοῦς, ἢ διὰ τὸ τῆς φύσεως ἀσθενὲς, ἢ τῆς γνώμης τὸ ἄπλαστον. Θρόνοι δὲ καὶ βήματα προετίθεντο κατὰ τοὺς ἐπισημοτάτους τόπους καὶ δημοσίους· οἷς οἱ δικάζοντες ἐφεζόμενοι, σὺν τάχει τὸ κελευσθὲν ἐκπληρωθῆναι προσέταττον. Περιειστήκει δὲ δημίων πλῆθος καὶ δορυφόρων πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τοῖς ἡγεμόσιν ὑπηρετήσοντες· παρῆν δὲ καὶ λαῶν συστήματα καὶ ἐθνῶν, οἱ μὲν ὅπως θύσαιεν, οἱ δὲ ὅπως τὴν τῶν δρωμένων ὄψιν ἐφίδοιεν.

ς'. Ἐπενενόητο δὲ βασάνων εἴδη ποικίλα τε καὶ πολύμορφα ἐκ παντοίας ὕλης καὶ τέχνης πολυτρόπως κατηρτισμένα, φρίκην καὶ ὄλος τοῖς ὁρῶσι καὶ πρὸ τῆς πείρας ἐπάγοντα· πυράγραι καὶ ἐσχάραι καὶ λέβητες, μάχαιραί τε καὶ ἔμπηγες, δεσμά τε καὶ μάστιγες, ποδάγραι καὶ στρεβλωτῆρες, προσέτι καὶ περόναι καὶ ὄνυχες, ξυστῆρες, καὶ μοχλοὶ, καὶ τροχοὶ, καὶ ἀρθρέμβολα, πλεῖστά τε ἄλλα πρὸς ἔκπληξιν τῶν θεωμένων κακούργως ἐξηυρημένα τοῖς ἀνόμοις ἐπεσκευάζετο. Λεόντων δὲ καὶ ἄρκων ἀγέλαι καὶ ἀγρίων συῶν καὶ παρδάλεων πρὸς θοίνην σωμάτων ἠλίσκοντο, γῆς τε ταμιεῖα καὶ σκότος ψηλαφητὸν καὶ ὀὴρ κρυμώδης αὐτοῖς καὶ θαλάσσιος ὑπουργεῖ βυθός. Εἶτα πῦρ νάφθῃ καὶ πίσσῃ καὶ στιππύῳ καὶ κλήμασιν ὀρυσσόμενον, καὶ πρὸς μεγίστην φλόγα αἰρόμενον. Καὶ ἡ θεοποιουμένη κτίσις, αὐτοῖς ἀνθρωπίνοις νεύμασιν εἰκῇ περιήγετο καὶ πρὸς κόλασιν τῶν εὐσεβῶν ὑπηρετεῖν ἠναγκάζετο, καὶ τὸ νῦν τιμώμενον αὐτοῖς στοιχεῖον καὶ προσκυνούμενον, νῦν ἐφ' ὕβρει σωμάτων δουλικῶς ἐπετάττετο. Ἐπὶ πᾶσιν ὁ κήρυξ ἐβόα ἐν ἰσχύϊ θύειν δαιμονίοις παρακελευόμενος, καὶ μήτε Χριστὸν ὁμολογεῖν, μήτε πρὸς τὴν θυσίαν μέλλειν τε καὶ ὀναβάλλεσθαι.

ζ'. Πολλὴ τοίνυν ἡ χύσις τῆς ἀσεβείας τηνικαῦτα τὴν οἰκουμένην ἐπέκλυζεν, ποταμοῦ δίκην τὰς ἀῤῥίζους τε καὶ ἀκάρπους ψυχὰς ὁμοῦ καὶ σώματα καθάπερ τινὰ δένδρα πίπτοντα κατασύρουσα, καὶ πρὸς ἓν ἀπωλείας βάραθρον ἀποπέμπουσα. Ζωοθυσίαι τε καὶ οἱ διὰ κνίσσης καπνοὶ κατὰ τὰς ἀγυιὰς, καὶ τὰ τεμένη δαψιλῶς τοῖς εἰδώλοις προσήγοντο, τὴν μέλλουσαν ὅσον οὐδέπω γενήσεσθαι αὐτῶν προμαντευόμενα καθαίρεσιν καὶ διάλυσιν. Γνόφος δὲ τὸ πᾶν συν-

A 5. Modo jam videamus quomodo et unde his lucta conflabatur, ac palæstræ artificium, et qualis quantaque fuerit certaminum magnitudo. Ignis ante idolorum imagines super aris incendebatur, necessariaque ad sacrificium aderant, stacte, smyrna, thus, victimarum genera, et liba : regalia interim edicta tota urbe proponebantur, quæ impium gentilium dogma intimabant, veramque Christianorum fidem abrogabant ; cunctisque imperabant peregrinis æque ac civibus ut veram religionem ejurarent, et rei creatæ loco Creatoris obsequium exhiberent : qui vero his mandatis minime obtemperarent, eos omni tormentorum genere inflicto, mortem cum vita commutaturos, sine ulla ætatis aut fortunæ miseratione, ne feminarum quidem aut puerorum habita ratione vel propter naturæ infirmitatem, vel propter mentis nondum justam integritatem. Throni autem ac tribunalia in publicis ac insignioribus locis statuebantur, quibus judices insidentes, celeriter mandata compleri jubebant. Circumstabat carnificum atque apparitorum multitudo nutibus imperantium illico obsecutura. Aderant quoque populorum ac gentium globi, partim ut sacrificarent, partim ut ea quæ fiebant spectarent.

6. Porro fuerant excogitata tormentorum genera varia ac multiformia ex omni materia ac artificio plurifariam fabricata, horrorem metumque etiam ante experimentum videntibus injicientia : forcipes, craticulæ, lebetes, gladii, unci, vincula, lora, flagella, tendiculæ, torturæ, insuper subulæ, ungulæ, scalpra, vectes, rotæ, equulei, atque alia plurima malitiosa impiorum inventa, ut intuentes terrefacerent. Leonum quoque, et ursorum, aprorum, ac pantherarum greges ob devoranda corpora capiebantur : terræ quoque cavernæ, et palpabiles tenebræ, et aer rigidus, et maris profunditas. Præterea ignis pice, naphtha, stuppa, sarmentis nutritus, et in maximam flammam elatus. Et condita a Deo creatura, humana voluntate temere cogebatur cruciandis piis deservire : atque elementum pridem ab ethnicis cultum et in honore habitum, nunc vexandis corporibus serviliter adhibebatur. Denique præco valide clamabat adhortans ut immolarent dæmonibus, neque Christum confiterentur, neque omnino sacrificium differrent.

B

C

D

7. Multa igitur idololatriæ colluvies tunc orbem inundavit, torrentis instar animas radice et fructu carentes, simulque corpora ceu quasdam deciduas arbores abripiens, atque in unum perditionis barathrum mittens. Animales itaque hostias, fumumque odore mistum in plateis ac fanis ante idola passim videre erat, quibus tamen non adeo remotum ipsorum excidium ac dissolutio portendebatur. Cuncta vero ignorantiæ atque impietatis tenebris

Digitized by Google

ἐκάλυπτεν ἀγνοίας καὶ ἀνομίας, καὶ ἀφεγγής τις πλάνης ὁμίχλη τὰς ὄψεις τῶν ἀσεβῶν συνετάραττεν, οὐ βουληθέντων μᾶλλον ἢ οὐ δυνηθέντων τῷ φωτὶ τῆς ἀληθείας καὶ γνώσεως καταυγάζεσθαι. Οἱ μὲν γὰρ μηδὲ καλούμενοι προθύμως ὑπέκυπτον τοῖς προστάγμασιν, αὐτόχειρες τῆς ἑαυτῶν σφαγῆς καθιστάμενοι· οἱ δὲ μιξόλεθρόν τινα γνώμην ἐπιδεικνύμενοι πρὸς τὴν θυσίαν ἐπεῖχον ἔτι καὶ διεσκέπτοντο· ἄλλοι κολακείαις χαυνούμενοι καὶ χρημάτων ἡττώμενοι ἔρωτι, καὶ δόξης ἐπιθυμίᾳ τὰς ψυχὰς ἐτοσπείνουν τοῖς προσοχθίσμασιν· ἕτεροι δὲ πρὸς βίαν μὲν, ὅμως δ' οὖν μηδὲ πρὸς βραχὺ πρὸς τὴν ἀπειλὴν τῶν τυράννων ἀντέχοντες, προδόται τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἐγίνοντο. Καὶ τί δεῖ λέγειν τοῦ τότε καιροῦ τὴν σκοτόμαιναν, καὶ τὸ πυλυειδὲς ἐκεῖνο τῆς συγχύσεως θέατρον, καὶ τὸν κυκεῶνα τῶν δυσχερῶν πάντων ἑαυτοὺς ἀγνοούντων σχεδὸν καὶ μεριζομένων, παραλόγως ταῖς προαιρέσεσι, καὶ οὐκ ἐπί τινος βεβαίας ἐλπίδος ἐρειδομένων; Ἀλλὰ τῶν μὲν καὶ παῤῥησίᾳ καὶ κατὰ τῆς ἀληθείας λυττώντων καὶ μεμηνότων, καὶ τέλος ἀνομούντων διὰ κενῆς· τῶν δὲ τῇδε κἀκεῖσε νευόντων τῇ τῶν λογισμῶν διπλόῃ καὶ τῷ ἀπαγεῖ καὶ ἀστηρίκτῳ τῆς περὶ τὰ χρηστὰ διαθέσεως.

ἡ'. Ἀλλ' οὐχ οἱ τοῦ ὄντως καλοῦ ἐρασταὶ, καὶ τὴν Βασιλικὴν εἰκόνα τηρήσαντες ἀδόλωτόν τε καὶ ἄτρωτον οἱ καλλίνικοι μάρτυρες οἱ τὰς ψυχὰς Θεῷ προκαθιερώσαντες, εἶτα καὶ τὰ σώματα θύσαντες, οἱ κατ' ἀμφότερα κάλλει καὶ ῥώμῃ διαπρεπεῖς, ἢ τῇ πεπλανημένῃ γνώμῃ τῶν δυσμενῶν ἐδουλώθησαν, τῷ καιρῷ καὶ τῷ κράτει συναλλοιούμενοί τε καὶ συμμορφούμενοι, ἢ ὥσπερ τινὲς, ὡς ἂν εἴποι τις, ἡμιμόχθηροι καὶ ἡμίφαυλοι τοῦ καθήκοντος ἀπεσφάλησαν χωλάναντες τὴν διάνοιαν· ἀλλὰ μέχρι μὲν αὐτοὺς οὐ πρὸς τὴν ἀποστασίαν οἱ τύραννοι προῦτρεπον καὶ πρὸς τὸ θύειν κατήπειγον, νόμον πληροῦντες ἀθλητικὸν, ἡσυχῇ πως διεκαρτέρουν τὰς ψυχὰς παραθήγοντες, καὶ πρὸς τοὺς ἀγῶνας προῦπαλείφοντες ἔν τε νηστείαις καὶ προσευχαῖς διανυκτερεύοντες καὶ διημερεύοντες, κἂν τῇ λοιπῇ τῶν ἀρετῶν ἀσκήσει παιδοτριβούμενοι, καὶ κατὰ τῶν παθῶν φιλοπονώτερον γυμναζόμενοι, καὶ τὸ σῶμα δουλαγωγοῦντες, καὶ πρὸς τὸν ἔνδοθεν ἄριστα διαγωνιζόμενοι πόλεμον, ῥᾴστην ἑαυτοῖς τὴν ἔξωθεν πάλην προπαρεσκεύαζον· Ὑπηνίκα δὲ καιρὸς ἐκάλει πρὸς τὰ παλαίσματα, ἀμελητὶ ἐπεξῆεσαν, ἄοπλοι μὲν τοῖς σώμασιν, πεφραγμένοι δὲ τῇ πίστει καὶ τῷ θάρσει τῆς προαιρέσεως, προθύμως ἐπιδόντες ἐπὶ τὰ σκάμματα· καὶ δὴ φαιδροὶ καὶ γεγηθότες ἀντιπρόσωποι τοῖς ἐναντίοις κατέστησαν, τὸ τῆς ψυχῆς ἀνδρικὸν καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν δυσχερῶν ἀκατάπληκτον διὰ τῆς ἐπιφαινομένης ὄψεως τοῖς ὁρῶσιν ἐπισημαίνοντες· πρὸς οὓς οἱ προκαθήμενοι τύραννοι δριμύ τε καὶ τιτανῶδες μετ' ὀργῆς ἀποβλέψαντες τοιαῦτα, ἵν' ὡς ἐν τύπῳ τὰς ἑκατέρων κοινῇ καὶ καθ' ἕνα διαλέξεις κεφαλαιωδῶς περιλάβοιμεν (1), τὰς πεύσεις τοῖς ἀθλοφόροις

(1) Ea adamussim panegyricæ hujus orationis argumentum; proponit sibi videlicet Constantinus uno sermone ea globatim complecti, quæ per innumeros SS. martyrum agones evenerunt, sive in eorum disputationibus cum judicibus ac tyrannis,

A obnubebantur, et obscura quædam erroris nebula ethnicorum oculos perturbabat, nolentium magis quam impotentium veræ doctrinæ lumine illustrari. Alii enim ne vocati quidem sponte mandatis parebant, et voluntariam animabus suis necem inferebant. Alii vacillante animo fluctuantes, cogitabundi et morosi erant ad sacrificandum. Alii assentationibus inflati, et divitiarum amore aut gloriæ cupiditate capti, animas suas detrimento afficiebant. Alii utique vim passi, sed ne brevi quidem momento tyrannorum minis obsistentes, salutis suæ proditores exstiterent. Quid autem referre interest temporis illius profundam noctem, varium illud confusionis theatrum, cinnumque hominum infelicium, qui semet pene ignorabant, et B in absurdas sectas divisi, nullius spei fundamento insistebant? Multi etiam proterve veritatem oderant, in eamque insaniebant, et sine causa peccabant. Alii denique modo huc modo illuc cogitationum ambiguitate, infirmoque et inconstante virtutis proposito pendebant.

8. Non ita tamen virtutis vere amatores, qui Dominicam imaginem in semet immaculatam inviolatamque servaverant, invicti martyres qui suas animas Deo jampridem consecraverant, deinde et corpora sacrificanda obtulerant, puritate simul et fortitudine illustres, non ita, inquam, hi inimicorum suorum erroribus se vinci sinebant, tempori C ac potentiæ se conformantes ac subservientes, quas, ut ita dicam, semipravi ac semistulti ab officio recedentes, et mente claudicantes: sed quandiu eos ad apostasiam non hortabantur atque ad sacrificia non cogebant, more athletarum silentium servabant, animos acuebant, seque ad agones comparabant, atque in jejuniis et precibus diem noctemque transigentes, et aliis se virtutum exercitiis erudientes, atque apprime cupiditatibus resistentes, corpora in servitutem redigentes, bellum interius optime gerentes, facillimam sibi exteriorem pugnam præparabant. Mox autem ubi tempus ad certamina vocabat, sine mora prodibant, corporibus quidem inermibus, sed armati fide et propositi pervicacia, prompte admodum ad stadium volabant; lætique et alacres in acie contra adversarios se sistebant, suam animi fortitudinem, et ad quævis aspera imperterritam mentem vultu ipso intuentibus demonstrantes, quo e subselliis tyranni torve instar Titanum, atque iracunde spectantes, his ferme quæstionibus (ut harum quamdam formam, sive quæ communiter sive quæ sigillatim fiebant summatim comprehendamus) athletas exagitabant. Quinam vos estis, aiebant, aut inde profecti, qui cum potestatem ac regias sedes vereri deberetis, elato potius

sive in mutuis cohortationibus, sive in precibus ad Deum, sive denique in variis cruciatuum mortiumque generibus. Neque aliter ab eo fieri poterat, qui generalem omnium martyrum laudationem lucubrabat.

Digitized by Google

προσήνεγκαν· Τίνες ὄντες καὶ ὅθεν ὁρμώμενοι, δέον ὑποπτήσσειν τὴν ἐξουσίαν καὶ δεδιέναι τοὺς θρόνους, γαύρῳ μᾶλλον φρονήματι καὶ παῤῥησίᾳ τοῖς δικαστικοῖς παρέστητε βήμασι; Προσαπῄτουν δὲ καὶ τύχην φράζειν, καὶ ἐπιτήδευμα, καὶ θρησκείας εἶδος, καὶ ὅπως ἔχοιεν γνώμης περὶ τὴν τῶν εἰδώλων προσκύνησιν. Οἱ δὲ πραείᾳ τῇ τῆς ψυχῆς καταστάσει ῥήμασιν, εὐκαίρων τὴν ἀπολογίαν ποιούμενοι·

θ'. « Ἡμεῖς μὲν, ἄνδρες δικασταὶ, τῆς αὐτῆς ὑμῖν ἐλάχομεν φύσεως, οὐκ ἐκ θελήματος δὲ σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ Πατρὸς ἐγεννήθημεν, παρ' οὗ καὶ Χριστιανοὶ καὶ εἶναι καὶ καλεῖσθαι κατηξιώθημεν· κοινὸν γὰρ ἡμῖν πᾶσιν ὄνομα τοῦτό γε· πατρὶς δὲ ἡμῖν καὶ τροφὸς ἡ δεδοξασμένη τοῦ Θεοῦ πόλις, ἡ νοητὴ μήτηρ Σιών, ἣν ὁ ὕψιστος Δεσπότης ἐθεμελίωσεν· γένος δὲ καὶ φυλέται καὶ φράτορες οἱ πρῶτοι νόες καὶ Θεῷ πλησιάζοντες, ὁμογενεῖς μὲν ἡμῖν κατὰ τὸ ὑπὸ Θεοῦ καὐτοὺς ἐκτίσθαι καὶ ἐκ μὴ ὄντων, ἴσοι δὲ διὰ τὸ πρὸς τὸ θεῖον σέβας ὁμόζηλον καὶ τὴν φυλακὴν τοῦ καλοῦ· εἰ καὶ διὰ τὴν τῆς ἀξίας ὑπεροχὴν καὶ τὸ τῆς φύσεως καθαρόν τε καὶ ἄκρατον, καὶ τὸ πρώτως ὑπὸ τῆς ἀκτίνος ἐλλάμπεσθαι, πλείονα τὴν δόξαν περιεβάλοντο. Ἀξίωμα δὲ καὶ ἐπιτήδευμα, φρόνησις, ἀνδρεία, δικαιοσύνη καὶ σωφροσύνη, τῆς ἀρετῆς τὰ κεφάλαια δι' ὧν ἀεὶ τὸ ἀγαθὸν ἐργαζόμενοι, τὰ πρὸς τὴν ὄντως ζωὴν φιλοτιμότερον περιζόμεθα. Θρησκεία δὲ ἡμῖν ἡ εὐσέβεια, καὶ τὸ μὴ ἀντανιστᾶν τὴν κτίσιν κατὰ τοῦ Κτίσαντος, ἢ τὴν ἀλήθειαν κατέχειν ἐν ἀδικίᾳ, μηδὲ τὴν εἰκόνα τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου καὶ πετεινῶν καὶ τετραπόδων καὶ ἑρπετῶν μεταλλάττεσθαι, ἀλλ' ἐν ὅροις μένοντας τῆς ἀκλινοῦς ἐπιγνώσεως, διαφορὰν εἰδέναι Ποιητοῦ καὶ ποιήματος· καὶ τὸν μὲν ἐν τρισὶν ὁμολογεῖν ὑποστάσεσιν, Πατρὶ τῷ ἀνάρχως γεννήσαντι, καὶ Υἱῷ τῷ ἀνάρχως γεννηθέντι, εἶτα καὶ δι' ἡμᾶς ἐν χρόνῳ ἀνθρωπισθέντι, καὶ Πνεύματι ἁγίῳ ζωοποιοῦντι πάντας καὶ ἁγιάζοντι, μιᾷ δὲ τῇ οὐσίᾳ καὶ θεότητι καὶ δυνάμει καὶ κυριότητι· τὸ δὲ δοῦλον γνωρίζειν καὶ ὑποχείριον, ὅσον τε ἐν ὁρατοῖς καὶ ὅσον ἐν ἀοράτοις νοεῖταί τε καὶ πιστεύεται. Γνώμης δὲ οὕτως ἔχομεν περὶ τὴν τῶν εἰδώλων σπουδὴν, ὡς εἴ τις ἔχει συντόμως φράσαι τῷ λόγῳ περὶ τὰ βλαβερά τε καὶ φθείροντα φάρμακα, καὶ τῶν ἑρπετῶν τὰ δεινότατα, ὧν ἡ κακία τῶν εἰδωλικῶν δηγμάτων κουφότερον ἐμπαίειν τὸν ὄλεθρον πέφυκεν, εἴπερ ἡ μὲν μέχρι σωμάτων ἵσταται καὶ τῆς ῥεούσης ὕλης, τὰ δὲ πρὸς τοῖς σώμασιν καὶ ψυχὰς αὐτὰς πυρπολεῖ, σπαράττοντά τε καὶ κατεσθίοντα, πικρότερόν τε καὶ βιαιότερον. »

ι'. Συμβέβηκε δὲ τούτων ἐπακούσαντας τῶν λόγων τοὺς δυσμενεῖς, καὶ προκύπτουσαν ἤδη τὴν ὀργὴν γαλινώσαντας, ὡς ἂν μὴ ταχέως παθοκρατούμενοι φαίνοντο· « Ἀλλ' ἐφ' ὅτῳ, φάναι, τὰ σαρκὸς ἀφέντες γνωρίσματα, καὶ τὴν ἐπὶ γῆς πολιτείαν καὶ δίαιταν, δι' ὧν φανεροὺς ἑαυτοὺς καταστήσοιτε, μετεωρολέσχαι γεγόνατε, ξένοις ἡμᾶς καὶ ἀηθέσι λόγοις μορ-

atque audaci animo, judicum subselliis astatis? Insuper exigebant, ut conditionem suam dicerent, et vitæ institutum, et religionis genus, et quid de idolorum cultu sentirent. Illi autem tranquillo animi affectu verbisque placidis sic fere iis tempestiva cum apologia respondebant:

μειλιχίοις οὕτω πως πρὸς αὐτοὺς διεξῆλθον τοῖς

9. « Nos quidem, o judices, eamdem quam vos naturam sortiti sumus, verumtamen non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo Patre nati sumus, qui etiam, ut Christiani et simus et appellemur, dignanter nobis concessit. Communis quidem hæc nobis appellatio est; patria vero nostra est et nutrix, gloriosa Dei civitas, rationalis mater Sion, quam altissimus Dominus fundavit. Gens autem nostra, et contribules, ac populares, primæ illæ mentes sunt quæ Deum circumstant, homogenæ quidem nobis quatenus ipsæ quoque a Deo ex nihilo creatæ fuerunt, pares autem quod attinet ad concors religionis studium et justi observantiam: quanquam ob dignitatis excessum, et naturæ puritatem ac simplicitatem, et quia ante omnes ex divino lumine prodierunt, majore quam nos gloria exornantur. Conditio porro nostra et studium in eo versatur, ut prudentiam, fortitudinem, justitiam ac temperantiam exerceamus, quæ totidem sunt, virtutis capita, quibus quod bonum est semper agentes, veram vitam impensius affectamus. Cultus noster in recta religione versatur, nempe ut ne creatura adversus suum Creatorem insurgat, nec veritatem detineat in injustitia, neque imaginem incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis hominis mortalis, et volucrum, quadrupedum, atque serpentium, commutet; sed contra in immutabilis scientiæ finibus consistentes, differentiam novimus creaturæ et Creatoris: nempe hunc in tribus confitemur personis, Patre qui sine principio genuit; Filio genito item sine principio, deinde vero pro nobis homine facto; et demum Spiritu sancto, qui omnes vivificat et sanctificat; in una tamen substantia ac deitate, virtute ac potestate. Cætera omnia serva existimamus et subdita, quotquot visibilia atque invisibilia mente concipimus atque credimus. Jam quid de idolorum cultu sentiamus, paucis verbis absolvitur, nempe hæc instar esse noxiorum atque exitialium pharmacorum, serpentiumque sævissimorum, quorum tamen maligni morsus levius quam ipsa idola nocent, quandoquidem illi corporum et fragilis materiæ tenus, hæc autem corpora simul animasque afflant, ac majore sævitia violentiaque discerpunt. »

10. Porro dum hæc audirent rabidi hostes, erumpentem nihilominus iram cohibentes, ne tam subito commoti viderentur, « Et curnam, aiebant, vos, humanitatis atque hujus vitæ conversationis cura omissa quæ vos in præclaro statu componeret, de rebus cœlestibus fabulamini, vana et inaudita verba quasi magice apud nos jactantes?

Digitized by Google

Nam de vestro quidem cultu, et de nostro cui adeo audacter acerbeque convicium facitis, paulo post dispiciemus; neque enim existimetis nos tantam verborum futilitatem ac pene portentum æquis animis laturos.» — « Equænam vero, respondebunt martyres, præter ea quæ diximus, nota major est atque evidentior, ad demonstrandum ignaris, quibus nos singularibus characteribus ab aliis mortalibus differamus? Nam quod attinet ad luteam materiam densamque atque compositam, nihil a vobis differimus, atque ipsa figura habituque similem omnino et communem speciem exhibemus, uti etiam pari mole, magnitudine et qualitate ac nominibus denotamur. Sic denique æque ac vos nativitatem ac mortem vita nostra sortitur. Sed enim ad animam quod spectat, grandi prorsus intervallo a vobis distamus; quippe qui neque vitæ aut morum similitudine, neque motuum aut studiorum aut voluntatum ratione pares sumus. Constat ergo quod si terrenis notis nosmet vobis demonstrare vellemus, re communi propriam obnuberemus. Nunc quia puram vobis minimeque fucatam vitæ nostræ speciem exhibere voluimus, quodque latet minimeque in propatulo est politiæ nostræ in lucem proferre, ut liquidam defæcatamque cognitionem nostri habeatis, haud aliter id agendum erat quam genuinis veritatis coloribus, eorum quæ in vita agimus ac molimur, et quinam simus, imaginem vobis depingendo. Jam et vos ipsi nequaquam negabitis animam deteriori corpori illigatam, tamen huic dominari ac moderari, ac suæ naturæ præstantia subjectam sibi materiam pro suo libito regere quandiu certe dignitatem suam conservat. Si quis igitur non tam præcipuæ partis ornamentis gloriatur, quam obscuro carnis velo ceu re magna misere delectatur, hic videtur stulto suffragio quod deterius est eligere, et rem creatam honestati anteferre. Quamobrem vobis persuasum volumus nos neque temere, neque absurde, neque malitiose aut fraudulenter, sed tempestive admodum nostræ vitæ rationem mentibus vestris quasi typo impressisse. Reliquum est, ut de religione nostra, prout minati estis, quæstionem aggrediamini; etenim nos parati sumus cuivis interroganti de spe nostra rationem reddere.»

11. Ad hæc judices respondebant: « Recte vos ea in pretio habetis, quorum nos quoque magnopere curam gerimus: verumtamen cur recenter fictum religionis genus, atque hanc dogmatum novitatem invehitis? Nam peregrina quædam nostris auribus obtruditis, avitam de diis sententiam ejicientes, sæculis, moribus, legibusque jamdiu firmatam. A diis enim universum hoc ex discordibus oppositisque partibus colligatur, ac lege veluti amicitiæ et ordinis ad harmoniam consensumque compingitur, atque ad vitæ nostræ conservationem et securitatem. Quanam porro ratione ducti, tanto numero deorum omisso, tribus tantummodo et quidem ignotis filiis adhæretis a vobis nuper confictis et fabricatis? Quod si trinitatem Homero auctore nominare vobis licet,

μολυντόμενοι; Περὶ γὰρ ὧν θρησκεύειν ὡμολογήσατε, καὶ ὧν ἐξυβρίσατε θρασέως οὕτω καὶ τολμηρῶς, εἰς αὖθις διασκεψόμεθα· μηδὲ γὰρ τοσαύτην ἡμᾶς περιόψεσθαι ῥημάτων ἀδολεσχίαν καὶ τερατείαν οἰήσεσθε ἄν.» — «Καὶ ποῖον ἄν, φῆσαι τοὺς ἀθλητάς, ὧν προειρήκαμεν γνώρισμα μεῖζόν τε καὶ περιφανέστερον πρὸς τὸ δειχθῆναι τοῖς ἀγνοοῦσιν, οἵτινες ὄντες ἡμεῖς ὁφορισμικοῖς χαρακτῆρσι τῶν ἄλλων διενηνόχαμεν; Κατὰ μὲν γὰρ τὸν χοῦν καὶ τὴν τῆς ὕλης παχύτητά τε καὶ σύμπηξιν, κατ' οὐδὲν ὑμῶν διαλλάττομεν, ἔν τε μορφαῖς ταῖς αὐταῖς καὶ σχήμασιν ὁμοίως ὅσον εἰς τὸ κοινὸν εἶδος ἔχει τῆς φύσεως καθορώμενοι, καὶ ὄγκῳ καὶ μεγέθει καὶ πηλικότητι, καὶ τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασιν ἐπισημαινόμενοι· προσέτι καὶ γενέσει καὶ φθορᾷ τὸν βίον ὡς οὕτως ὑμῖν διακμείβοντες· τοῖς δέ γε τῆς ψυχῆς ἰδιώμασι, τῆς πρὸς ὑμᾶς ἐπιμιξίας μεγάλῳ χάσματι διειργόμεθα, μήτε τρόπων καὶ ἠθῶν ὁμοιότητι, μηδ' αὖ κινήσεων καὶ ὁρμῶν ἢ προαιρέσεων ταυτότητι συμφερόμενοι· ὅθεν εἰ γηΐνοις γνωρίσμασιν ἑαυτοὺς ἐμφαίνειν ὑμῖν ἐπειρώμεθα, πρόδηλον ὡς ἐν τῷ κοινῷ τὸ ἰδιάζον παρεκαλύπτομεν. Ἐπειδὴ δὲ καθαρὸν καὶ οὐ συγκεχυμένον τὸ τῶν γνωρισμάτων εἶδος ὑμῖν ποιεῖσθαι διενοήθημεν, καὶ τὸ κρυπτὸν καὶ μὴ πρόχειρον τῆς καθ' ἡμᾶς πολιτείας διαφωτίσαι, ὡς ἂν τρανὴν καὶ διακεκριμένην τὴν περὶ ἡμῶν διάγνωσιν κατοπτεύσοιτε, οὐκ ἂν ἑτέρως ἐδείχθημεν ἢ οὕτως ἐπαληθεύοντες, τὴν τῶν ἐν οἷς ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν, γυμνὴν ὑμῖν εἰκόνα διαχαράξαντες. Ἄλλως καὶ ὑμεῖς οὐκ ἂν ἀρνηθείητε τὴν ψυχὴν τῷ χείρονι συνδεδεμένην, ἡγεμονεύειν τε καὶ κρατεῖν καὶ φύσεως ὑποροχῇ φέρειν τε καὶ ἄγειν τὸ ὑποχείριον, ἕως ἂν αὐτῆς σώζηται τὸ ἀξίωμα· ὡς εἴ τις μὴ τοῖς τοῦ κυριωτέρου μέρους σημάντροις ἐγκαλλωπίζεται, μικροπρεπῶς δὲ ὡς ἐπί τισι μεγίστοις μεγαλαυχεῖται τοῖς τῆς σαρκὸς προκαλύμμασι, ἔοικεν φαύλῃ τινὶ ψήφῳ τῷ χείρονι προστιθέμενος, καὶ τὴν κτίσιν τοῦ καλοῦ παρειρούμενος. Γνῶτε τοίνυν ὡς οὐκ εἰκῇ τε καὶ παραλόγως οὐδὲ σεσοφισμένως καὶ σκολιῶς, καιρίως δὲ μᾶλλον τῶν προσόντων ἡμῖν τοὺς χαρακτῆρας ἐν ταῖς ὑμετέραις διανοίαις ἀπετυπώσαμεν· ἀλλ' εἰ δοκεῖ λοιπὸν περὶ τῆς θρησκείας ὡς ἤδη περ ἠπειλήσατε, ποιήσασθε τὴν ἐξέτασιν, ὡς ἡμεῖς ἕτοιμοι παντὶ τῷ ἐρωτῶντι περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος ἀπολογεῖσθαι.»

ια'. Τοὺς δὲ πρὸς ταῦτα εἰπεῖν, ὡς « Εὖ γε ὑμῖν μὴ παρέργως θεμένοις τὰ περὶ ὧν καὶ ἡμῖν λίαν ἐπιμελῶς διεσπούδασται· ἀλλὰ τίς ὁ λόγος ὑμῖν τῆς περὶ τὴν θρησκείαν νεωτεροποιίας καὶ τῆς τῶν δογμάτων καινότητος; Ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρετε εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν τὴν προγονικὴν δόξαν τῶν θεῶν παρωθούμενοι, χρόνῳ καὶ ἔθει καὶ νόμῳ κραταιωθεῖσαν· ὑφ' ὧν καὶ τόδε τὸ πᾶν ἐξ ἀσυμφώνων καὶ ἀντιθέτων μερῶν συνδεῖται, καὶ συγκέκραται νόμῳ φιλίας καὶ τάξεως πρὸς μίαν ἁρμονίαν καὶ σύμπνοιαν, καὶ τῆς ἡμετέρας ζωῆς διαμονὴν καὶ ἀσφάλειαν· ἢ ὅτ' ὄντινα λόγον τοσαύτην ἀφθονίαν καταλοιπότες θεῶν, τρισὶ καὶ μόνοις καὶ ταῦτα ἀγνώστοις θεοῖς συνεκλείσθητε, καινῶς ὑφ' ὑμῶν ἀνάπλασθεῖσι καὶ συντεθεῖσιν; Εἰ δὲ καὶ τριάδα παρ' Ὁμήρου λέγειν

Digitized by Google

ὑμῖν ἐξεγένετο (2), κατὰ τὸ, τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἀλλ' οὐ διατέμνειν τὴν ποίησιν χρὴ, καὶ τὸ μὲν αὐτῆς ἐξανθίζεσθαι, τὸ δὲ τελείως ἀποῤῥίπτειν. Εἰ γὰρ καὶ τοῖς ἡγεμονικωτέροις καὶ οἱονεὶ κορυφαίοις ὡς τισι πρώταις αἰτίαις ὁ ποιητὴς τὰς τοῦ παντὸς ἀρχὰς ἀπεκλήρωσεν, οὐ μὴν τοὺς συνεπιμελητὰς ἀποκηρύττει θεοὺς, ἀλλὰ δι' ὅλης αὐτοῦ τῆς ποιήσεως καὶ κοινῇ διασκεπτομένους περὶ τῶν πρακτέων εἰσάγει, καὶ συνευωχουμένους, καὶ συνδιέποντας, καὶ προπολεμοῦντας καὶ συμμαχοῦντας, καὶ πάντα πράττοντας, δι' ὧν ἄν τις αὐτοὺς θεοὺς μεγίστους ἡγήσοιτο, προνοίᾳ τὴν κτίσιν διακοσμοῦντας καὶ διατάττοντας· οὗς ἅπαντας ὁμοίως προσίεσθαι δεῖ, καὶ ταῖς τιμαῖς ἡμᾶς ἐκμειλίσσεσθαι. Τῆς τοίνυν κατεχούσης πλάνης καθάπερ λύμης ἀπαλλαγέντες, μεταμάθετε, τὸ καλὸν φωτιζόμενοι τὴν διάνοιαν, καὶ πείθεσθε συμβουλεύουσιν· ἔτι γὰρ ὑμῶν φειδόμεθα, καὶ τῆς ἀνοίας οἰκτείρομεν· διὸ καὶ ἐπιεικέστερον πῶς ποιούμεθα τὸν διάλογον, τὸν ὄγκον τῆς ἀρχικῆς ἐξουσίας κατατιθέμενοι, καὶ παιδαγωγοῦ τρόπῳ παιδεύειν ὑμᾶς πρὸς τὸ συμφέρον ἐπιζόμενοι. »

ιβ'. « Καὶ πῶς ἂν δείχθείητε, πρὸς ταῦτα τοὺς ἀθλητὰς ὑποκρίνασθαι, φιλότεχνοί τε καὶ ἀρχικοὶ, μὴ τοιούτους ἡμᾶς λόγους δαψιλῶς ἐκτρέφοντές τε καὶ ἐκπαιδεύοντες; Οἵ γε περὶ τῶν μεγίστων οὕτω διανοεῖσθε λίαν μεγαλοπρεπῶς καὶ ἐνδόξως, ὡς παιδαγωγοῦ τινος ἀληθῶς δεῖσθαι μάστιξιν ἡμᾶς ἐπιστρέφοντος· καὶ τοῦτο δὲ ὡς χαρίεν ὑμῶν καὶ φιλάνθρωπον, ὅτι μὴ πρὸς ὀργὴν, πράως δὲ ἡμῖν διαλέγεσθε. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο οὕτως μέχρι παντὸς ἀκέραιον φυλάττοιτε τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ οὐδέ τι πάθος ἐπιπροσθεῖ, δεῦρο ἅμα συνεξετάσωμεν περὶ τῶν ἄγαν σπουδαιοτάτων τε καὶ καιρίων, ὥσπερ ἐν σταθμῷ τινι καὶ ζυγῷ, τοὺς λόγους ποιούμενοι· καὶ τὸ βέπον νικήσειεν, καὶ μετὰ τοῦ νικῶντος γενώμεθα. Καὶ πρῶτον, εἰ δοκεῖ, περὶ τῆς κατὰ τὴν θρησκείαν ἀρχαιότητος διαλάβωμεν.

ιγ'. « Ὁ μὲν ἡμέτερος λόγος τὸν πρῶτον ἄνθρωπον παραδίδωσι τὴν περὶ τοῦ ὄντος δόξαν ἐκδιδαχθέντα θεόθεν θεολογικώτατον γενέσθαι καὶ γνωστικώτατον. Τοῦτον ἐπιβουλῇ καὶ φθόνῳ τοῦ πονηροῦ τῆς ὑψηλῆς θεωρίας ἀπωλισθήσαντα, καὶ πρὸς τὰ γεώδεις ἀποτυφέντα φρόνημα, πρὸς μὲν τὴν κατὰ νοῦν ἰσχνοτάτην τε καὶ εἰλικρινῆ ἐποψίαν ἀμβλυωπῆσαι, παχεῖαν δέ τινα νεφέλην αὐτοῦ τῆς τῶν καλῶν ἀμνημοσύνης κατασκιάσαι· καὶ οὕτως τὰς φωτοειδεῖς ὄψεις ἀποβαλόντα, τῆς ἐν παραδείσῳ λαμπρᾶς ἐξωσθῆναι διατριβῆς. Ἐντεῦθεν τοῖς ἐκγόνοις ἀμυδρότερόν τε καὶ ἀδιάκριτον τὸ φῶς τῆς θεολογικῆς ἀκτῖνος, ὡς διά τινος κλειθρίας ἐπηύγασεν. Ἀβραὰμ δὲ καλούμενον οὕτω τὸν ἡμέτερον πρόγονον σοφίας ἔρωτι διαπρέποντα, καὶ πολλῇ μὲν τῇ ζητήσει, πλείονι δὲ τῇ πίστει κατὰ τὸ ἐφικτὸν ἐν περιλήψει τῶν τελειοτέρων γενόμενον, καὶ τοὺς περὶ τῆς Τριάδος καὶ τῆς σεπτῆς ἡμῶν θρησκείας μυηθῆναι λόγους σαφεστέρου τε καὶ διαυγεστέρου· ᾧ τῇ συν-

(2) (*Iliad.* I 365.)

A juxta illud, trifariam cuncta distincta sunt, haud idcirco oportet universum hoc secare, et ejus quidem partem prælibare, reliquam prorsus abjicere. Etsi enim nonnullis principalibus et quasi coryphæis, ceu quibusdam primis causis, mundi imperium poeta attribuit, minime tamen reliquos deos a rerum cura excludit; imo vero toto suo poemate, et una de rebus agendis deliberantes inducit, et convivantes, simulque gubernantes, et in bello propugnantes, et opem ferentes, cunctaque agentes ob quæ maximos esse deos credere oportet, creatisque rebus providentia sua ac regimine consulentes; quos idcirco ambire necesse est, et oblatis honoribus propitios facere. Quapropter errorem vestrum, tanquam pestem quamdam expellentes, dediscite, B veri honestique lumine mentes vestras purgantes, nobisque suadentibus auscultate. Adhuc enim vobis parcimus, insaniæ vestri miseti; ideoque et humaniter vobiscum confabulamur, deposito imperativæ dignitatis tumore, et pædagogi ritu ad ea quæ vobis sunt utilia compellimus. »

12. « Atqui, responderunt martyres, qui fieri potest ut benivolorum parentum ac magistratuum loco habeamini, nisi dignis nos hoc nomine doctrinis imbuatis apprime atque erudiatis? Qui interim in re maxima, adeo de vobis magnifice et gloriose sentitis, ut vere tanquam a pædagogo nos oporteat a vobis emendari, benigneque et humaniter agere putatis, quod non iracunde sed mansuete nos alloquimini. Jam C vero quoniam huc usque promissum hoc inviolatum servastis, neque ulla animi perturbatione movemini, age, nunc simul dispiciamus de re gravissima et momenti maximi, tanquam in statera quadam sermonem librantes, quæ ubivis inclinaverit victoriam pariet, nosque ipsi victorem sequemur. In primis igitur, si vobis placet, de religionis antiquitate tractemus.

13. « Nostra igitur doctrina tradit primum hominem, de Entis exsistentia divinitus edoctum, et summum theologum et sapientia plenum exstitisse; hunc tamen insidiis invidiaque diaboli a suæ scientiæ sublimitate depulsum, atque ad terrenas cogitationes dejectum, mentis acumen subtilissimum et purissimum sensisse hebetatum, crassam vero D quamdam nebulam sibi circumpositam quæ honesti oblivionem induceret, atque ita, claro lumine amisso, de splendido paradisi habitaculo fuisse ejectum; ex eo tempore nepotibus quidem flommisi subobscuram et indistinctam theologici radii lucem, tanquam per transennam, splendescere solitam; cæteroqui Abrahamum progenitorem nostrum, sapientiæ amore præstantem, multa quidem meditatione ac majore fide, quantum licuit, sublimiorum rerum notitiam comprehendisse, atque ipsis Trinitatis sanctique nostri cultus mysteriis manifestius et clarius fuisse initiatum: cui demum intellectu suo

Digitized by Google

ad majora tendenti, et res divinas studiosius laboriosiusque scrutanti, mysterium quoque unius de Trinitate personæ, Dei scilicet Verbi posterioribus sæculis incarnati, symbolice præostensum est. Post illum Moyses ad Dei visionem dignanter admissus, a quo scriptam legem accepit, Entis notitiam populo expressius impertitus est; exinque id lumen paulatim dimanans crevit, donec Patris Filius nobiscum in carne versans salutem in terris patravit; a quo fidei accuratæ perfectionem habemus, ita ut haud jam in umbris atque imaginibus, sed revelata facie gloriam Domini speculemur. Sic igitur nobis prænuntiata fuit veritatis doctrina, quæ temporis vetustate mythicas vestras opiniones superat. Etenim Abrahamus circa Nini tempora inclaruit; Moyses autem regnante apud Sicyonios Orthopolide, qui ante Cecropem dyphyem exstitit. Vester autem ille hominum deorumque pater Jupiter ab ipso Cecrope factus est deus; ex eoque deinceps reliquus vobis deorum grex propagatus fuit; atque Ilii calamitates, et Homericæ poeseos cæcitas ortum habuerunt; lapidesque et ligna affatim in deos transformata sunt, et speciem quamlibet pro artificum ingenio et voluntate induerunt. Quidni igitur constanti et temporum auctoritate subnixæ religioni nomina vestra datis, et belluinis sepositis opinionibus, evidentem veritatem amplectimini? »

A ἔτι πρὸς τὸ μεῖζον προκόπτοντι, καὶ φιλοπονώτερον περὶ τὴν τῶν θείων ἔρευναν ἐγκειμένῳ, καὶ τῇ κατὰ τὸν ἕνα τῆς αὐτῆς Τριάδος Θεὸν Λόγον χρόνῳ ὑστερον γενομένῃ οἰκονομίᾳ τὸ παράδοξον συμβολικῶς προϋπεδείχθη μυστήριον. Μεθ' ὃν Μωϋσῆς θεοπτίας ἀξιωθείς, καὶ νόμους ἐν γράμμασιν εἰληφὼς, τῷ λαῷ τὴν περὶ τοῦ ὄντος γνῶσιν ἐξήστραψεν ἐκτυπώτερον, ἀφ' οὗ καὶ ἡ ἔλλαμψις κατὰ βραχὺ πρὸς τὸ μεῖζον ὁδοποιουμένη προέβαινεν· μέχρις ἂν ἡμῖν ὁ τοῦ Πατρὸς Υἱὸς ὁμιλήσας διὰ σαρκὸς, τὴν ἐπὶ γῆς σωτηρίαν εἰργάσατο· παρ' οὗ τὸ ἐντελὲς τῆς ἀκριβοῦς κατέχομεν πίστεως, οὐκέτι μὲν ἐν σκιαῖς καὶ ἐνδάλμασιν, ἀνακεκαλυμμένῳ δὲ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι. Οὕτως οὖν ἡμῖν προκατήγγελτο τῆς ἀληθείας τὸ κήρυγμα χρόνου B πρεσβείοις τῶν μυθικῶν ὑμῶν δοξῶν ὑπερκείμενον· εἶπερ Ἀβραὰμ μὲν κατὰ τοὺς Νίνου χρόνους διέλαμπεν· καὶ Μωϋσῆς κατὰ τὴν Σικυωνίων ἀρχὴν ἡγεμονεύοντος Ὀρθοπόλιδος, ὃς τοῦ λεγομένου δυφυοῦς προήκμαζε Κέκροπος· ὁ δὲ καθ' ὑμᾶς πάντων πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε Ζεὺς ὑπ' αὐτοῦ Κέκροπος ἐδημιουργήθη θεός (3)· ἐξ ἐκείνου τε λοιπὸν ἐφ' ἑξῆς αἱ τῶν ἄλλων ὑμῖν θεῶν ἀγέλαι συνέπτησαν· καὶ τά τε ἐν Ἰλίῳ κακὰ, καὶ ἡ τῆς Ὑμηρικῆς ποιήσεως διέκυψε πήρωσις· λίθοι τε καὶ ξύλα θεοὶ πλουσίως διεμορφώθησαν πρὸς πᾶσαν ἐξεικασθέντα τῶν δημιουργησάντων ἐπίνοιάν τε καὶ βούλησιν. Τί οὖν μὴ τῇ ἀπλανεῖ καὶ χρόνῳ προκεκηρυγμένῃ πίστει προστίθεσθε, τὴν κτηνώδη δόξαν κατατιθέμενοι, καὶ τοῖς ὁμολογουμένοις προσέχοντες; »

14. « Undenam vero, dixerunt judices, dictorum C vestrorum deprometis demonstrationes? Partim quidem, responderunt martyres, ex sacris apud nos Libris, partim etiam ex multis de vestro numero historicis, scriptoribus, atque philosophis rei veritatem possumus confirmare. Eupolemus enim et Artabanus, Demetrius atque Porphyrius, aliique plurimi, quos ob nimiam multitudinem prætermittimus, Moysis antiquitati testimonium dant. Ne igitur, ad imaginem Dei creati et liberi arbitrii dono exornati, ad irrationalem mentem declinemus, neque more porcorum conversi, purorum fontium gratiam vitemus, in luto autem et materiali errore volutemur, deteriora secuti. Turpe enim revera est et valde absurdum atque fatuum, naturam mente et anima præditam, rationis munere ornatam, totque virtutum privilegiis abundantem, in ære et lignis spem suæ vitæ fundare, et cum calcata pedibus servaque materia quodammodo lapidem fieri per mentis suæ impetus brutos. »

ιδ'. « Καὶ πόθεν, ἔφησαν οἱ δικάζοντες, τὰς περὶ τῶν εἰρημένων ἀποδείξεις παρέξετε; Τοῦτο μὲν ἐκ τῶν ἱερῶν ἡμῶν Βίβλων, εἶπον οἱ ἀθληταὶ, τοῦτο δὲ καὶ ἐκ πολλῶν τῶν καθ' ὑμᾶς ἱστορικῶν τε καὶ συγγραφέων καὶ φιλοσόφων πρὸς τὸ ἀληθὲς συνιστάμεθα· Εὐπόλεμός τε γὰρ καὶ Ἀρταβάνος, πρὸς δὲ καὶ Δημήτριος καὶ Πορφύριος, καὶ ἕτεροι πλεῖστοι, οὓς διὰ τὸ πλῆθος παρήκαμεν, τῇ Μωϋσέως ἐν χρόνοις προσεμαρτύρησαν ἀρχαιότητι (4). Μὴ οὖν κατ' εἰκόνα κτισθέντες Θεοῦ, καὶ τῷ τοῦ αὐτεξουσίου δώρῳ φιλοτιμούμενοι πρὸς ἀλογίαν ἐκπίπτωμεν, καὶ δίκην συῶν συστρεφόμενοι, τὴν μὲν τῶν καθαρῶν ναμάτων χάριν ἀποσειώμεθα, βορβόρῳ δὲ καὶ ὕλῃ πλάνης ἐγκαλινδούμεθα, τὸ βέλτιον οὐχ αἱρούμενοι· καὶ γὰρ αἰσχρὸν ἀληθῶς καὶ λίαν ἄτοπον καὶ ἀνόητον, D τὴν ἔννουν φύσιν καὶ ἔμψυχον, λόγῳ τε τιμηθεῖσαν, καὶ ἀρετῶν τοσούτοις πλεονεκτήμασι, χαλκῷ καὶ λίθοις τὰς ἐλπίδας τῆς ζωῆς ἐπιτρίβειν, καὶ πρὸς τὴν πεπατημένην καὶ δούλην ὕλην ἀποπατροῦσθαι ταῖς ἀναισθήτοις τῆς διανοίας ὁρμαῖς. »

15. « Ergone vos, dixerunt judices, existimatis

D martyres, ut par est, perdurabant nihilominus immoti et inconcussi, inflictis plagis constantia animi prorsus non cedentes : quos tyranni cum laceris carnibus et sanguine diffluentes viderent, cum derisione sic affarbantur : « Quomodo vobis primum hoc experimentum procedit, o beatissimi? Responderunt martyres : « Quomodo vicissim spes vestra vobis successit? Nos quidem omnibus superatis quæ vos terribilia arbitramini, hoc unum, o judices, extimescimus ne forte sententiam præter solitum mutantes, mitiores fiatis, atque ad infligendos cruciatus misericordia nostrorum corporum obtorpeatis. » « Demonstrabimus vobis denuo, dixerunt tyranni, quemadmodum immutemur. Tunc ergo totis suis commotis viribus, duce furore,

Digitized by Google

vesania latus stipante, contra invictos martyres irruerunt, lictoribusque imperarunt ut omne pœnarum genus in eos expromerent. Cuncta illico in promptu erant, quæ sunt aspectu horribilia, et dicto ineffabilia, ignis, bestiæ, gladius, nihilque omnino hujusmodi deerat, flagrante crudelitate, idolo'atria ob ea quæ fiebant cachinnum tollente.

32. Tunc enimvero cernere erat martyres miserrima patientes, et fortissime tolerantes, carnium lacerationes, ossium trituras, nervorum incisiones, membrorum mutilationes, fibrarum spasmos, articulorum torturas, corporum excoriationes, medullarum emunctiones, viscerum discerptiones, oculorum ejectiones, crurum fracturas, liquationem veluti totius corporis et distractionem. Quænam verba terribilem illam variamque scenam tanquam in pictura describent, aut omnium mentibus repræsentabunt? Recte aliquis diceret passiones illas tempestatem fuisse quamdam, procellis fulminibusque immanibus, id est, cruciatibus, agitatam: aut infernalibus pœnis, quæ impios manent, nihilo inferiora aut mitiora hæc fuisse supplicia. Etiam hoc cernere erat, carnifices nempe, tanquam furias, martyres invadentes, suæ validæ improbitatis vim expromentes, ingeniis maleficis territantes, dirisque inventis excruciantes. Alius enim alium inventis suis prævertens, primas ferre certabat, uno sibi scopo proposito martyrum exeidii. Sed præmium tandem ipsis contigit pudor et infamia, dum scelesto et imbelli obtemperant duci draconi. Pugna enim insperato miraculo commutata est: nam carnificibus defectio virium, torpores, membrorumque paralysis acciderunt, necnon tremores, vertigines, animæ deliquia, defatigatis labore multo et vana cruciatuum excogitatione.

33. At vero fidei defensores doloribus potius roborabantur, et a laboribus vim accipiebant, totque periculis et cruciatuum multitudine obdurati, solis instar lucebant, atque ut nix albescebant; atque ita cum nobili confidentia adversariis inclamabant: « Undenam vobis tanta erroris cæcitas in pupillas mentis incurrit? Quis vestros animos a recto officio deflexit? Nonne manifeste cernitis, vos vel sine flagellis tamen pejus addictis hominibus puniri? Nos autem his cruciatibus, tanquam ludicris in palæstra aut gymnasio meditationibus exerceri, ut spiritui majorem sanitatem pulchritudinemque acquiramus? Ubinam vobis sermones artificiose compositi, poeticæ fabulæ, doctrinarum copia? Nonne omnia coram simplici veritatis oratione silent et suffocantur? Si ergo neque sermo vobis est constans ac tutus, et vestræ tyrannidis opera propugnaculo fidei diffracta solvuntur, ac jam terga datis faciem pudoris causa velantes, cur nobis qui persecutionem patimur vos fugitivi non adjungimini, ut victi magis quam potestatem tenentes, gloriam consequamini? Nam nobis quidem hinc victoria

τῆς ἀνοίας ὑπασπιζούσης, ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς ἀηττήτους ἀγωνιστὰς, καὶ τοῖς ὑπηρέταις πᾶσαν εἶδέαν κολάσεων προσάγειν τούτοις παρεκελεύσαντο. Πάντα τοίνυν παρῆν τὰ καὶ ὄψει φρικτὰ καὶ λόγῳ οὐκ ἐφικτά, τὸ πῦρ, οἱ θῆρες, ἡ μάχαιρα, καὶ οὐδὲν ἀπῆν τῶν δεινῶν τῆς μανίας ὀργώσης, καὶ τῆς ἀσεβείας τοῖς δρωμένοις ἐπιγελώσης.

λβ'. Τηνικαῦτα οὖν ἦν ὁρᾷν τοὺς ἀγωνιστὰς πάσχοντας τὰ ἐλεεινότατα καὶ φέροντας ἀνδρειώτατα, σαρκῶν τε θλάσματα, καὶ ὀστέων συντρίμματα, νεύρων τε ἐκκοπὰς, καὶ μελῶν ἐκτομὰς, ἰνῶν τε σπασμοὺς, καὶ στρεβλώσεις ἄρθρων, καὶ σωμάτων ἀποδορὰς, ἐκμυξήσεις τε μυελῶν, καὶ σπλάγχνων ῥήξεις, καὶ ὀφθαλμῶν ἐκβολὰς, καὶ σκελῶν κατεάξεις, καὶ τῆξιν τοῦ παντὸς ὀργάνου καὶ σπαραγμούς. Ποῖος κατ' ἀξίαν τὴν ποικίλην ἂν ἐκείνην τῶν σκυθρωπῶν καὶ πολυμόρφων δραματουργίαν ὡς ἐν εἰκόνι ζωγραφήσειεν λόγος, καὶ ταῖς διανοίαις πάντων ἀποτυπώσηται; Φήσειεν ἄν τις εὐκαίρως εἰπὼν χειμῶνα τὸ τότε πάθη καὶ καταιγίσι καὶ σκηπτοῖς ἀμέτροις ταῖς βασάνοις περικλυζόμενον· ἢ μηδὲν τῶν καθ' ᾅδου τιμωριῶν, αἳ τοῖς ἀνόμοις ὀφείλονται, ταῦτα δοκεῖν ἐλάττονά τε καὶ εὐτελέστερα. Ἦν δὲ καὶ τοῦτο ἰδεῖν ὡς ἐρινύας τοὺς ὑπηρέτας ἐφαλλομένους τοῖς ἀθληταῖς, καὶ πρὸς εὐτόνου κακίας ἐπίδειξιν σπεύδοντας, καὶ δεδιττομένους ταῖς ἐπινοίαις, καὶ θλίβοντας τοῖς χαλεποῖς ἐφευρήμασι· ἄλλος γὰρ ἄλλον τοῖς ἐφευρήμασιφθάνοντες, τὸ πρωτεῖον ἔχειν ἐφιλονείκουν πρὸς τὸν σκοπὸν συμφώνως εὐθυποροῦντες τοῦ ἀλισθήματος. Καὶ τέλος αὐτοῖς βραβεῖον αἰσχύνη καὶ ὄνειδος ἐγενήθη πονηρῷ τῷ ὄφει καὶ ἀπολέμῳ πειθομένοις στρατοπεδάρχῃ· ἀντέστραπται γὰρ τὰ τῆς τάξεως εἰς παράδοξον θαῦμα· τοῖς μὲν γὰρ βασανισταῖς ἀτονίαι καὶ νάρκαι καὶ μελῶν παρέσεις συνέπεσον, ἔτι δὲ καὶ τρόμοι καὶ εἰλιγγοι καὶ πτοιαὶ ψυχῆς ἀπαγορεύσασιν ἐν παλλῷ καμάτῳ καὶ διακένοις τεχνάσμασιν.

λγ'. Οἱ δὲ τῆς πίστεως πρόμαχοι ταῖς ἀλγηδόσι μᾶλλον ἐῤῥώσθησαν, καὶ τοῖς πόνοις τὴν ἰσχὺν συνελέξαντο, καὶ τοῖς πολλοῖς κινδύνοις στερεωθέντες, τῷ πλήθει τῶν αἰκισμῶν, ἡλίου δίκην ἀπέστιλβον, καὶ ὡς χιὼν ἐλευκάνθησαν· οὕτω τε μετὰ γενναίου φρονήματος ἐπεφώνουν τοῖς ἐναντίοις· « Πόθεν ὑμῖν ἡ τοσαύτη τῆς ἀπάτης ἀμβλυωπία ταῖς κόραις τῆς διανοίας ἐνέσκηπται; Τίς ὁ τῶν νοῶν ἀποπλανῶν τοῦ καθήκοντος; Οὐχ ὁρᾶτε διαφανῶς ὡς ὑμεῖς μὲν κολάζεσθε μαστίγων δίχα καταχρίτων ἀνδρῶν ἀθλιώτερον, ἡμεῖς δὲ ταῖς βασάνοις ὡς ἐν παλαίστρᾳ μελέταις τισὶ καὶ γυμνασίοις ἀσκούμεθα, πρὸς εὐεξίαν ἐπιδιδόντες καὶ ὡραιότητα τὴν ἐν Πνεύματι; Ποῦ δὲ ὑμῖν αἱ τῶν λόγων πλεκτάναι καὶ οἱ ποιητικοὶ μῦθοι καὶ τὸ πλῆθος τῶν μαθημάτων; Οὐχὶ πάντα τῷ ἁπλῷ τῆς ἀληθείας λόγῳ σιωπᾷ καὶ πεφίμωται; Εἰ οὖν μήτε ὁ λόγος ὑμῖν βέβαιός τε καὶ ἀσφαλὴς, καὶ τὸ ἔργον τῆς καθ' ἡμῶν τυραννίδος ὑπὸ προδόλῳ τῇ πίστει διαῤῥαγὲν καταλέλυται, καὶ νῦτα δεδώκατε καλυφθέντες τὸ πρόσωπον ἐντροπῇ, τί μὴ τοῖς διωκομένοις ἡμῖν φυγάδες ὄντες συντάσσοισθε, καὶ τῆς ἐξουσίας ποιῆσθε τὸ τῆς ἥττης κράτος περιφανέστερον,

Digitized by Google

ὡς ἂν ὑμῖν ἐντεῦθεν τὸ νικᾷν περιγένηται; Κρεῖττων γὰρ δόξης ἀτίμου εὐτέλεια εὐκλεής, καὶ μικροπρεποῦς ἀρχῆς μεγαλοφυὴς μετριότης, καὶ ὕψους ἐπισφαλοῦς ταπεινότης ἀκίνδυνος· τοῖς ἡμετέροις τοιγαροῦν ἴχνεσιν ἐπακολουθήσατε, καὶ τοὺς τῆς ἀγνοίας χαρακτῆρας προαπαλείψαντες, τὸν θεῖον τῆς γνώσεως νόμον ἐν πτυκτίῳ τῆς καρδίας ὑμῶν γραφίδι πνεύματος ἡμεῖς μετεγγράψομεν· ὃν ἐγγύθεν ἀναγινώσκοντες, μαθήσεσθε καλῶς ποιεῖν, τὸ κακὸν ἀποδιδασκόμενοι· γενέσθω ὑμῖν διδασκαλεῖον τὸ προκείμενον δικαστήριον· τῷ ὑποδείγματι σωφρονίσθητε. Τίνα τῶν πάντων ὑμῶν οὕτως ζωῆς ἔρως, ὡς ἡμᾶς θανάτου κατέχει διὰ Χριστόν; Τὸ πῦρ ἡμῖν χιόνος οὐδὲν διενήνοχεν· ὁ σίδηρος ὑπὸ τῶν ἡμετέρων ἐκδαπανᾶται μελῶν, ὥσπερ ἀδάμαντι τοῖς σώμασι προσπεσών· αἱ ὑπηρέται μικροῦ τεθνάσιν ὑπ' ἀτονίας, εἰ μή τις αὐτοῖς βραχεῖα διὰ τὴν τῆς ἡμῶν καρτερίας φανέρωσιν, ἄνωθεν ἰσχὺς ἐπιπεμφθείη. Νόμῳ θείῳ πειθόμενοι, καὶ ὑπὲρ ὑμῶν τῶν ἐπηρεαζόντων εὐχόμεθα, κοινωνοὺς ὑμᾶς ἔχειν τῶν τοῦ Χριστοῦ δωρημάτων βουλόμενοι· διότι καὶ ὑπὲρ ὑμῶν τὸ θεῖον ἐδόθη λύτρον πρὸς τὴν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἀνάρρυσιν. Ἕως μὲν ἐπὶ γῆς, τὰς ὑπὸ γῆν ποινὰς μεθοδεύσωμεν· οὐδεὶς τοῦ συνδέσμου διαιρεθέντος, ἐν ᾅδῃ μετὰ τὴν διάζευξιν ἐξομολογήσηται. Δοῦλοι δέδεσθε χειροπέδαις ὑμεῖς ταῖς ἀδίκοις τῶν χειρῶν ὑμῶν πράξεσι· διὰ τῶν δεσμίων ἡμῶν, εἴ γε προαιρεῖσθε, λυθήσεσθε. Μὴ μέλλετε οὖν, μηδὲ ἀναλύεσθε· πρόχειρος γάρ ἐστιν ἡ σωτηρία καὶ ἄπονος· λούσασθε, καθαροὶ γένεσθε· τοῦτο τῶν καλῶν τὸ κεφάλαιον, τῷ ἐλαφρῷ τοῦ Εὐαγγελίου ζυγῷ τὸν αὐχένα χρηστῶς ὑποκλίναντες, τὸ βαρὺ φορτίον τῶν παισμάτων ἐξ ἑαυτῶν ἀπορρίψατε. Εἰ φιλίας προσχήματι τούσδε τοὺς λόγους δειλίας καὶ ἀνανδρείας ὑπολαμβάνετε, τὸ ξίφος ὑμῖν τεθήχθω, τὸ πῦρ ἀνακαιέσθω σφοδρότερον, ἀκμήτας τοὺς βασανιστὰς ἐπιστήσατε. Τοσοῦτον ἡμῖν περίεστι τὸ τῆς ψυχῆς μεγαλόνουν ἀνδρικόν. »

λθ'. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα εἶπον οἱ μάρτυρες, καὶ ὁ σωτήριος λόγος τοῖς τῶν ἀκουόντων ὠσὶν ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς βύουσιν ἐντυχὼν διεσκέδαστο, τηνικαῦτα τὸ τελευταῖον βέλος ἐπαφέντες οἱ τύραννοι, πρὸς πᾶσαν ἤδη μηχανὴν πονηρίας ἀπειρηκότες, τὴν ἐπὶ θανάτῳ τοὺς γενναίους ἀπαχθῆναι καταδικάζουσι πολυτρόπους εἰδέαις διατάξαντες τὴν ἀναίρεσιν· οἱ δὲ ὄντως ἀκαταμάχητοι τῆς ἀληθείας ἀγωνισταὶ, πρὸς τὰ τῆς νίκης ἔπαθλα, καὶ τὴν ἐν Χριστῷ ἀνάλυσιν σπεύδοντες, ἐπειδὴ πρὸς τοὺς ἀφορισθέντας τόπους γεγόνασι, πρὸς βραχὺ παραιτησάμενοι τοὺς ἀπάγοντας, καὶ τῇ μὲν γῇ τὰ σώματα κάμψαντες, πρὸς οὐρανὸν δὲ τὸν νοῦν ἀνατείναντες, τοιαύτας εὐχαριστηρίους φωνὰς δήσεις τε καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτοὺς ἀπὸ θανάτου μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσήνεγκαν (10)·

λ'. « Εὐχαριστοῦμέν σοι, Δέσποτα Θεὲ Σῶτερ καὶ Ποιητὰ τοῦ παντὸς, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἓν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκί σου· καὶ τοὺς δύο κτίσας ἐν ἑαυτῷ, εἰς ἕνα

consurgit. Melior est enim illustris tenuitas, quam gloria infamis; melior modestia magnanima, quam cum angusto animo dominatio; melior denique secura humilitas, quam lubrica excelsitas. Nostra igitur vestigia sequimini, et, deletis inscitiæ characteribus, divinæ doctrinæ legem in cordis vestri pugillaribus spiritus calamo nos scribemus: quam cominus lectitantes, bene agere condiscetis. Sit vobis scholæ instar præsens tribunal, hoc exemplo corrigimini. Quemnam ex universo vestro numero tantus vitæ amor tenet, quantus nos mortis propter Christum obeundæ? Ignis nobis perinde ut nix est: ferrum a membris nostris consumitur, dempto in corpora tanquam in adamantem incidens: carnifices debilitati pene exanimantur, nisi ex nostræ constantiæ conspectu aliquantulum ipsis virium infundatur. En nos divinæ legi parentes pro vobis quoque errore abreptis oramus, comparticipes vos donorum Christi habere volentes, quia pro vobis quoque pretium impensum fuit ut captivitate expediamini. Quandiu in terra versamini, pœnas quæ sub terra vos manent, redimere conemini. Nemo post disruptum vitale vinculum, in inferis jam separatus confitebitur. Vos quidem ceu servilibus manicis, injustis manuum vestrarum actibus detinemini; sed a nobis captivis, si certe vultis, solvemini: ne, quæsumus, mora sit, neque hinc abeatis: in promptu est salus ac facilis; baptizamini, lustramini: hæc est bonorum summa, ut, levi Evangelii jugo cervicem benigne subjicientes, grave peccatorum pondus procul vobis abjiciatis. Quod si forte hos sermones sub benivolentiæ quidem specie, sed revera metus ac ignaviæ causa a nobis prolatos existimatis, ecia, gladios acuite, ignem succendite vehementiorem, recentes viribus tortores apponite. Tanta nobis inest magnanimitas et fortitudo! »

34. Postquam hæc martyres peroraverant, serumque salutaris in audientium aures tanquam aspidis surdæ obturatas immissus evanuit, tunc telum supremum tyranni jaculantes, omni jam omisso quo se defatigaverant malitiæ artificio, ad supplicium duci generosos illos imperant, cum mandato ut vario necis genere exstinguantur. Porro hi vere invicti fidei athletæ, ad victoriæ præmia, atque ad resolutionem in Christo properantes, ubi ad destinatos locos pervenerunt, brevi mora a ducentibus impetrata, corporibus humi flexis, in cœlum autem mentem intendentes, has gratiarum actiones, preces ac supplicationes ei, qui poterat eos a morte servare, cum clamore valido lacrymisque obtulere:

35. « Gratias tibi agimus, Domine Deus Servator et universi Creator, qui fecisti utraque unum, et medium maceriæ parietem, iram scilicet, in carne tua solvisti, et duo in te condidisti, in unum vide-

(10) Confer S. Petri Alexandrini martyris orationem quam moriturus dicit apud nos Spicileg. t. III, p. 685.

Digitized by Google

Hicce novum hominem, quia paradisum nobis testimonii ostendisti, progenitorum delectabile stadium, delicias ejus nobis largiens. Maturo enim virtutum fructu per discrimina affatim sanctificati, ipsum insuper, quod tangere Adamo non fuit concessum, lignum vitæ gustavimus : ac novimus Dominum esse Christum, et pelliceas tunicas nos exuisse gladio flagellisque discissas. Et en tibi vetere, cujus nudare nescimus, nuditatis pulchritudine induimur, nullas luti vel corruptionis reliquias trahentes, quia draconem haud astu, sed legitima pugna vicimus, et priora illa posterioribus sunt emendata. Et ille quidem impeditus est et cecidit, nos vero surrexi- B mus et erecti sumus ad tutum humani generis propugnaculum. A te enim, qui exigui numero sumus et infirmi, virtute præcincti sumus : neque ex multitudine potentia tua, neque ex fortibus vis tua exsistit, sed humilium es Deus, et debilium auxiliator. Quamobrem supra te immobilem petram, animæ nempe ædificium ædificantes, idolicas procellas, et apostasiæ fluctus fluminis instar ruentes, et malorum spirituum impetus propulsamus. Deinde spinosam quoque carnis nostræ tellurem laboriosa præceptorum tuorum exsecutione novantes, et sanguinis rivis semen illic laborando injectum irrigantes, tribulorum loco præclarum vulnerum fructum referimus, qui in multiplicem messis cumulum consurgit : quemque nec veteris culpæ æstus adurit, neque aligeri spiritus vorant, neque curarum spinæ suffocant. Et nequaquam parentum vocatione sacrificio addicimur, sed sponte cædi nos objicimus, C arietis instar nostrum corpus sacrificium offerentes, quod adipe holocaustorum pinguius videbitur et perfectius. Excipiamur itaque hodie tanquam maxima oblatio, etsi minime digni sumus : quævis enim hostia tenuis est ad efficiendum suavitatis odorem, et minimus est quantuslibet adeps ad sacrificii tanti consummationem ; sed tamen qui timet Dominum, quaquaversum magnus evadit.

36. « Sacrum nos effice templum, intus ferentes thuribulum et candelabrum, mensam, et vasa sanctificationis ; primum quidem, ut dirigatur oratio nostra sicut incensum in conspectu tuo ; alterum, ut lux D operum nostrorum hominibus luceat. Denique tanquam hostia et oblatio fideliter esurientibus in ira incendamur. Tenebrosam autem naturam atque invidam, principem tenebrarum, rectorem hujus mundi diabolum, qui de corporibus nostris certare satagit, custos noster angelus increpet, ut ex aereorum insidiatorum turma inviolati evadentes, et divino igne probati, aurum et argentum pretiosique lapides, permansura opera neque comburenda inveniamur : atque, ita irreprehensibiles conspectui tuo exhibiti, mercedem promissam cœlorum regnum consequamur, et in sanctis locis hæreditatem, et justitiæ coronam, atque omnino gloriæ tuæ possessionem. Primum autem sit nobis præmium humani generis

A καινὸν ἄνθρωπον· ὅτι παράδεισον ἡμῖν τὸ τῆς μαρτυρίας ἀνέδειξας στάδιον ἀπολαυστικώτερον τῶν προγόνων τὴν ἐν αὐτῷ τρυφὴν χαρισάμενος· τῷ γὰρ ὡρίμῳ καρπῷ τῶν ἀρετῶν διὰ τῶν κινδύνων πλουσίως ἁγιασθέντες, ἔτι καὶ οὗ μὴ θίγειν τῷ Ἀδὰμ συγκεχώρητο, τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς ἐγευσάμεθα· καὶ εἴδομεν ὅτι Χριστὸς ὁ Κύριος, ὅτι τοὺς δερματίνους χιτῶνας ἐξεδυσάμεθα διαῤῥαγέντας ξίφει καὶ μάστιξιν. Καὶ ἰδού σοι τὸ ἀρχαῖον τῆς ἀνεπαισχύντου γυμνώσεως κάλλος ἀμφιεσώμεθα, μηδὲν τοῦ πηλοῦ καὶ τῆς φθορᾶς ἐπισυρόμενοι λείψανον, ὅτι τὸν ὄφιν οὐ δολερῶς, ἀλλὰ νόμῳ συμπλοκῆς νενικήκαμεν, καὶ τὰ πρῶτα τοῖς δευτέροις κατώρθωται. Ὁ μὲν γὰρ συνεποδίσθη καὶ πέπτωκεν, ἡμεῖς δὲ ἀνέστημεν καὶ ἀνωρθώθημεν εἰς ἀσφαλὲς τοῦ γένους προπύργιον· B διὰ σοῦ γὰρ οἱ ἀριθμῷ βραχεῖς καὶ ἀσθενεῖς ἡμεῖς περιεζωσάμεθα δύναμιν· οὐ γὰρ ἐν πλήθει τὸ κράτος σου, οὐδὲ ἡ δυναστεία σου ἐν ἰσχυροῖς· ἀλλὰ ταπεινῶν εἶ Θεὸς, καὶ ἐλαττόνων βοηθός· ἀνθ' ὧν ἐπὶ σὲ τὴν ἀστειότον πέτραν τῆς ψυχῆς οἰκίαν θεμελιώσαντες, τὰς εἰδωλικὰς ἐπομβρίας, καὶ τὰ ποταμηδὸν συῤῥήξαντα τῆς ἀποστάσεως κύματα, καὶ τὰς ἐπιβουλὰς τῶν τῆς πονηρίας πνευμάτων ἀπεκρουσάμεθα. Εἶτα καὶ τὴν ἀκανθοφόρον τῆς σαρκὸς ἡμῶν γῆν τῇ τῶν ἐντολῶν ἐργασίᾳ νεώσαντες, καὶ ταῖς ἐκροαῖς τῶν αἱμάτων τὸν ἐκ τῶν πόνων ἐν αὐτῇ καταβληθέντα σπόρον ἀρδεύσαντες, ἀντὶ τριβόλων εὐγενῆ μωλώπων καρπὸν ἀνετείλαμεν εἰς πολύχουν θέρους συλλογὴν πλεονάζοντα· ὃν οὔτε καύσων ξηρανεῖ τοῦ C παλαιοῦ παραπτώματος, οὔτε πετεινὰ πνεύματα καταφάγεται, οὔτε μὴν ἄκανθαι συμπνίξουσιν περιστάσεων. Καὶ νῦν οὐ κλήσει τῶν τεκόντων ἐπὶ τὴν θυσίαν παρήχθημεν, ἀλλ' αὐτόκλητοι πρὸς τὴν σφαγὴν ἀπηντήκαμεν, καθάπερ κριὸν τὸ σῶμα θύμα προσάγοντες, ὃ μεμυαλωμένων ὁλοκαυτωμάτων λογισθείη πιότερόν τε καὶ ἐντελέστερον· καὶ προσδεχθείημεν σήμερον μεγίστη τις ὁλοκάρπωσις, κἂν τῆς ἀξίας ἀπολιμπάνηται. Μικρὰ γὰρ πᾶσα θυσία εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, καὶ ἐλάχιστον πᾶν στέαρ εἰς ὁλοκαύτωσιν· ὁ δὲ φοβούμενος τὸν Κύριον, μέγας διαπαντός.

λς'. « Ἱερὸν ἡμᾶς ναὸν κατασκεύασον, ἔνδον φέροντας θυμιατήριον, καὶ λυχνίαν, καὶ τράπεζαν, τὰ σκεύη τοῦ ἁγιάσματος· ἵνα τὸ μὲν κατευθύνοιτο ἐνώπιόν σου ἡ προσευχὴ ἡμῶν ὡς θυμίαμα· τῇ δὲ τὸ φῶς τῶν ἔργων ἡμῶν τοῖς ἀνθρώποις λάμψειε· τῇ δὲ θυσίᾳ καὶ προσφορᾷ τοῖς πεινῶσιν πιστῶς προκαιόμεθα· τῇ γνοφώδει φύσει καὶ φθονηρᾷ, τῷ τοῦ σκότους ἄρχοντι καὶ κοσμοκράτορι διαβόλῳ περὶ τῶν ἡμετέρων σωμάτων διακρίνεσθαι σπεύδοντι, ὁ φρουρὸς ἡμῶν ἐπιτιμήσειεν ἄγγελος, ὡς ἂν τὸν ἐν τῷ ἀέρι χῶρον ἐξ ἐνέδρας τῶν ἐπιβούλων καθαρῶς διερχόμενοι, καὶ τῷ πυρὶ τῷ θείῳ δοκιμαζόμενοι, χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ λίθοι τίμιοι διὰ τῶν μενόντων ἔργων καὶ μὴ κατακαιομένων εὑρεθείημεν· καὶ οὕτως ἀμέμπτως τῷ σῷ προσώπῳ ἐμφανιζόμενοι, τὸν μισθὸν κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν ἀπολάβοιμεν βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ κλῆρον ἐν τοῖς ἡγιασμένοις, καὶ τῆς δικαιοσύνης τὸν στέφανον, καὶ τὸ πάντοτε συνεῖναι

Digitized by Google

τῇ δόξῃ σου. Πρῶτον δὲ γέρας ἔστω ἡμῖν ἡ τοῦ γένους ἐπιστροφὴ καὶ ἐπίγνωσις· λῦσον τὰ τῶν πεπεδημένων ταῖς σειραῖς τῆς ἁμαρτίας δεσμὰ, τοὺς ἀλαμπεῖς ὀφθαλμοὺς τῇ ἀσεβείᾳ πηρωθέντας διάνοιξον, τοὺς ἀπιστίᾳ κατερράγμένους ἀνόρθωσον· ἡ κόνις ἡμῶν πᾶσαν ὡσεὶ χοῦν τὴν δαιμονικὴν ἐξ ἀνθρώπων διασπείρει φάλαγγα· τοῖς ἡμετέροις ἰχῶρσιν αἱ νόσοι τῶν ἀσθενῶν ξηραινέσθωσαν· τὰ σώματα, ψυχαῖς ὡς φωτὸς νεφέλη ἐπισκιάσει· καὶ πᾶσιν ἐγγὺς τοῖς δι' ἡμῶν ἐπικαλουμένοις σε γενέσθαι καταξίωσον, Δέσποτα· ἐπίταξον τῇ καταιγίδι τῶν πειρασμῶν, καὶ σταίη εἰς αὔραν ἀκύμαντον, καὶ πρὸς λιμένα θελήματός σου πάντες ὁδηγηθείησαν· μία γενέσθω ποίμνη τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ Πνεύματος ὑπὸ σοῦ ταττομένη ποιμένι Χριστῷ, καὶ ὁ λαός σου ἐπὶ σοὶ εὐφρανθήσεται· ναὶ, Θεὲ λυτρωτὰ καὶ Κύριε τοῦ ἐλέους, ἔστωσαν οἱ ὀφθαλμοί σου καὶ τὰ ὦτά σου ἀνεῳγμένα εἰς τὴν τῶν δούλων σου δέησιν. »

A conversio et illuminatio : solve ligatorum peccati catenis captivitatem, obscuratos oculos et a falsa religione cæcatos aperi, incredulitate prostratos erige : cinis noster cunctam diabolicam pulveris instar profliget a mundo phalangem : cruoribus nostris morbi ægrotorum exedantur : corpora animas, ut lucem nebula, subumbrent : omnibus adesse dignare qui te nostro ore invocant, Domine : impera tentationum procellæ, et fiat aura tranquilla, atque in portum voluntatis tuæ cuncti deducantur : grex unus fiat virtute Spiritus a te pastori Christo subjectus, et populus tuus in te lætetur. Utique, Deus liberator et Domine misericors, sint oculi tui et B aures tuæ ad servorum tuorum deprecationem patentes. »

λζ'. Καὶ πέρας αὐτοῖς λαβούσης τῆς προσευχῆς, ἐκ γῆς ἀνακύψαντες, καὶ πρὸς τὸ συνειλεγμένον πλῆθος ἐπιστραφέντες οἱ γενναιότατοι, μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀνεβόησαν· « Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ οἱ ἐν ὑμῖν φοβούμενοι τὸν Θεὸν, ὑμῖν ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ἐξαπεστάλη· χάριτί ἐστε σεσωσμένοι· καὶ γὰρ οἱ ποτὲ μακρὰν ὄντες, ἐγγὺς ἐγενήθητε ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ· τὸν καιρὸν συνεστάλθαι νομίζετε· βραχεῖα τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς ἡ προθεσμία, καὶ σφαλερὰ ἡ ὁδὸς, καὶ οἱ θλίβοντες ἐπληθύνθησαν, ἐχόμενά τε τρίβου τοῖς εὐδρομοῦσι σκάνδαλα τίθενται, καὶ κρύπτουσι παθῶν παγίδας οἱ ὑπερήφανοι θηρευταὶ καὶ τῆς κακίας προστάται. Μὴ προσκόψητε τοὺς πόδας ἐπὶ τῷ αὐτῶν ὀλισθήματι. Ἰδρώτων δεῖ καὶ πόνων. Ἀγαπητοὶ, ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσατε· ἀσπίλων τὴν πίστιν τηρήσατε· τραχύτητι βίου τὸ λεῖον τῆς ἡδονῆς ἐπιστύψατε· ἡ γλῶσσα μελετάτω δικαιοσύνην, ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν τοῦ κτίσαντος ἔπαινον· ἡ ἀκοὴ ἐμπεφράχθω τοῖς ἀσέμνοις ἀκούσμασιν· πάροικοι ὄντες καὶ παρεπίδημοι, κατὰ τὴν θείαν παραίνεσιν, ἀπέχεσθε τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν αἵτινες στρατεύονται κατὰ τῆς ψυχῆς. Παιδία, ἐσχάτη ὥρα ἐστὶν, πάντων τὸ τέλος ἤγγικεν· εἴ τις οὐκ ἐνεσημάνθη τῇ σφραγῖδι τοῦ Πνεύματος, σημειωθήτω φωτὶ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τῷ ἀχράντῳ αἵματι τὰς νοερὰς ἐπιχρίσει φλιάς, καὶ τοὺς σταθμοὺς τῶν αἰσθήσεων· οὐ γὰρ ἄλλως τὸν ὀλοθρευτὴν διαφεύξεται. Μηδεὶς ἀπογνώτω τῆς σωτηρίας· τοῖς ἡμετέροις ἀγῶσι θαρσήσατε· καλὸν ὑπόδειγμα πρόκειται τὰ ἡμέτερα τραύματα. Μὴ γὰρ οὐχ ὁμοίως ὑμῖν σαρκὶ συνδεδέμεθα; μὴ οὐχὶ νεύροις τε καὶ ὀστέοις καθάπερ ὑμεῖς συνηρμόσθημεν, καὶ τὸν αὐτὸν ὑμῖν ἀέρα ἐσπάσαμεν; Ἀλλ' εἰδότες ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλύπτεσθαι εἰς ἡμᾶς, τὴν πολλὴν ἄθλησιν τῶν παθημάτων ἐῤῥωμένως καὶ καρτερῶς ὑπεμείναμεν· καὶ μετὰ χαρᾶς τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑπεδεξάμεθα, καὶ τέλος πρὸς τὸν θάνατον, ὡς ὁρᾶτε, θαρσαλέως ἤδη χωροῦμεν. Μιμηταὶ οὖν ἡμῶν γίνεσθε, καθὼς καὶ ἡμεῖς Χριστοῦ τοῦ τὴν ἁμαρτίαν σταυρῷ καὶ πάθεσι καταχρίσαντος. »

37. Hac oratione finita, humo surgentes atque ad circumstantem multitudinem conversi præclarissimi martyres, magna voce clamarunt : « Viri fratres, et qui ex vobis timetis Deum, vobis sermo salutis missus est, gratis salvati estis ; nam qui eratis longinqui, nunc per Christi sanguinem proximi estis ; breve tempus esse putatote, arctum humanæ vitæ curriculum, fallacem viam : qui tribulant multiplicati sunt : opposita in itinere currentibus offendicula : cupiditatum laqueos celant superbi venatores, et malitiæ antesignani. Ne pedes in ipsorum lubrica via ponatis. Sudare ac laborare oportet. Charissimi, sicut in die honeste ambulate : immaculatam fidem servate : vitæ asperitate suavitatem voluptatis coercete : lingua meditetur justitiam, tota die Creatoris laudem : auris obturetur adversus turpem auditionem : peregrini et hospites cum sitis, juxta divinum monitum, abstinete vos a carnalibus cupiditatibus, quæ militant adversus animam. Filioli, extrema hora est, omnium finis appropinquavit : si quis non est signatus sigillo Spiritus, signetur luce baptismi, et immaculato sanguine mentale limen inungat, et sensuum postes ; neque enim aliter exterminatorem effugiet. Nemo de salute desperet : ex certaminibus nostris fiduciam sumite : pulchro vobis exemplo vulnera nostra sunt. Nonne enim æque ac vos carne vestiti sumus ? Nonne nervis ossibusque uti vos compacti, atque eumdem aerem spiramus ? Attamen cum sciamus C non esse condignas passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis [a], gravem hanc cruciatuum luctam fortiter constanterque sustinuimus, et cum gaudio rapinam bonorum nostrorum perpessi sumus ; et denique ad necem, ut videtis, alacriter pergimus. Imitatores ergo nostri estote, sicuti nos quoque Christi [b], qui peccatum cruce et passione proscripsit. »

λη'. Τούτων εἰρημένων, τοῖς ἀθληταῖς ἐπιστάντες

38. His dictis, astantes martyribus carnifices

[a] Rom. VIII, 18. [b] I Cor. IV, 16.

Digitized by Google

acuebant invicem ad demandati supplicii consummationem, victoresque heroas perurgebant, qui sane alacriter cædendos se obtulerunt : atque alii igne consumpti sunt, alii laqueo mortem pertulerunt, alios gladius jugulavit, alios maris abyssus excepit, alii ferarum dentibus contriti sunt, alios fames exanimavit, alii serris dissecabantur, alii molendinis elidebantur : cuncti denique mortem in Domino præoptantes quieverunt.

59. O sanctæ animæ! O sacra corpora! O pretiosum ac divinum donarium auro ac topazio æstimabilius! O Christi hospitia, Spiritus habitacula, virtutum vasa! O illa clementa, ex quibus materiam corporis in nativitate habuistis, certe denuo quidquid vestrum est recuperabitis, post hujus compositi discretionem, sanctificata per mercedis receptionem! O beata multitudo, et splendor multiplex una velut in anima fulgens! Quibus vos, o supra naturæ vires victores, triumphalibus præconiis celebrabimus? Quibus memoriæ æternæ tropæis, vel quibus immortaliter virentibus ex psalmis, hymnis, canticisque spiritalibus, magnifice vos coronis præcingemus? Vos honorem parentibus ex Evangelii norma reddidistis : vestris enim passionibus progenitorum turpitudinem obtegentes, dedecore patres liberavistis, et gaudium loco luctus humanæ naturæ conciliastis. Vos terram in cœlum convertistis, qui estis tanquam oriens serenus, mane justitiæ, stellæ in omni loco lucentes, qui nimirum gressus vestros in recta præceptorum semita movetis. Non pater lamentans, non mater capillos vellens, non liberi ejulantes, non cognati plorantes, non amici gementes constantiam vestram mollierunt. Non solum enim cum persecutoribus, verum etiam cum ipsa natura pugnastis, vicistisque invictam illam, quæ et feras et venenatorum serpentium sævitiam ad misericordiam flectit : naturam, inquam, quæ tyrannice in animantibus eminet, insita vi pollens, quam semper et ubique necessario retinet. Attamen vos cognationem inter vos mutuam effecistis communi passionum vinculo colligatam; miramque concretionem fecistis, sanguinem sanguini miscentes cruciatuum communione. Non opum, non felicitatis amor vestrum erga Deum amorem debilitavit : pro auro vobis fuit fidei probitas; pro copia opum, spiritus humilitatis : et Christi opprobrium majore in pretio habuistis, quam mundanos thesauros : namque ad mercedem respexistis, quari scilicet vos meliorem habere et perennem in cœlis substantiam : vobis gloriæ jactatio, dedecus pro Christo : alacritas, cordis contritio : deliciarum saturitas, continentia fuit : pulchritudo corporis a vobis creditur, cupiditatum mortificatio : virium instar, charitas in infirmitate et consummatio.

60. Vos brevi hora majorem, quam vocati illi patriarchæ, laborem in vinea pertulistis : nam ve-

Α οἱ ὅσιοι παρέδηγον ἀλλήλους πρὸς τὴν τῶν ἐγκελευσθέντων τελείωσιν, καὶ τοὺς νικηφόρους κατήπειγον· οἱ δὲ πρὸς τὴν σφαγὴν προθύμως ὑπέκυψαν (11)· καὶ οἱ μὲν πυρὶ ἀνθράκων κατηναλώθησαν, οἱ δὲ βρόχῳ τὸν φόνον ὑπέμειναν· καὶ τοὺς μὲν τὸ ξίφος διεχειρίσατο, τοὺς δὲ βυθὸς θαλάσσης ἐδέξατο· καὶ οἱ μὲν θηρῶν ὀδοῦσιν ἠλέσθησαν, τοὺς δὲ λιμὸς πολὺς ἀπηγχόνησεν· καὶ οἱ μὲν ἐπρίσθησαν, οἱ δὲ κατελεύσθησαν· καὶ πάντες τὴν ζωὴν ἐκλεξάμενοι τὸν ἐν Κυρίῳ θάνατον ἀνεπαύσαντο.

λθ'. Ὦ ψυχῶν ἱερῶν! Ὦ σωμάτων ἐναγῶν! Ὦ πολυτελὲς καὶ θεῖον ἀνάθημα τιμηθὲν ὑπὲρ χρυσίον τε καὶ τοπάζιον! Ὦ Χριστοῦ καταγώγια, καὶ κατοικητήρια Πνεύματος, καὶ δοχεῖα τῶν ἀρετῶν! Ὦ στοιχείων ἐκείνων ἐξ ὧν συνεπάγητε καθ' ὃν καιρὸν Β ἐγεννήθητε τὴν ὕλην τοῦ σώματος, καὶ αὖθις ἀντιλαβόντων τὰ οἰκεῖα μετὰ τὴν τῶν συντεθέντων διάκρισιν, καὶ ἁγιασθέντων τῇ μεταλήψει τῆς ἀντιδόσεως! Ὦ μακαρία πληθὺς καὶ πολύφωτος αὐγὴ μιᾷ ψυχῇ καταστράπτουσα! Ποίοις ὑμᾶς, νικηταί, θριάμβοις ὑπὲρ φύσιν ἀνδρισαμένους ἀνακηρύξομεν; Ποίοις τροπαίοις ἀνεπιλήστοις τοῖς ἀμαράντοις ἐκ ψαλμῶν καὶ ὕμνων καὶ ᾠδῶν πνευματικῶν στεφάνοις ὑμᾶς πολυτελῶς ἀναδήσομεν; Ὑμεῖς τιμὴν τοῖς γονεῦσιν εὐαγγελικῶς ἀπενείματε· τοῖς γὰρ πάθεσιν ὑμῶν τὴν προπατορικὴν αἰσχύνην ἐπικαλύψαντες, τοῦ ὀνείδους τοὺς τεκόντας ἠλευθερώσατε, καὶ χαρᾶς ἀντὶ λύπης τῇ φύσει κατέστητε πρόξενοι. Ὑμεῖς τὴν γῆν οὐρανώσατε, φανέντες ἀνατολή τις ἀστρότιστος, καὶ δρόμος δικαιοσύνης, καὶ ἀστέρες κατὰ πάντα τόπον C ἐκλάμποντες, στηριγμοὺς ἐπὶ τῆς ἀπλανοῦς τῶν ἐντολῶν τῆς πορείας ποιούμενοι. Οὐ πατὴρ κωκύων, οὐ μήτηρ κόμας σπαράττουσα, καὶ παῖδες κλαυμυριζόμενοι, καὶ συγγενεῖς θρηνοῦντες, καὶ φίλοι στενάζοντες, ἐμάλαξαν ὑμῶν τὴν στερρότητα· πρὸς γὰρ τοῖς δώκταις, ἔτι καὶ πρὸς φύσιν ἐπολεμήσατε, καὶ νενικήκατε τὴν ἀήττητον, ἣ καὶ θῆρας ἔκαμψεν πρὸς συμπάθειαν, καὶ ἰοβόλων ἑρπετῶν ἀγριότητα· πάντων γὰρ ζώων τυραννικῶς ὑπερίσταται, τῷ ἐντεθέντι νόμῳ κρατοῦσα, καὶ τοῦτον ἀναγκαίως φυλάττουσα μέχρι παντὸς ἀπαράβατον. Ἀλλ' ὑμεῖς γένος ἀλλήλοις κατέστητε τῷ κοινῷ τῶν παθημάτων δεσμῷ, καὶ παράδοξον ε[ἰ]ργάσασθε σύγκρασιν αἷμα μίξαντες αἵματι τῇ ἀγχιστείᾳ τῶν αἰκισμῶν. Οὐ χρημάτων D ὑμῶν, οὐκ εὐδαιμονίας πόθος τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην ἠμαύρωσεν· χρυσὸς γὰρ ὑμῖν τῆς πίστεως τὸ δοκίμιον· πλούτου περιουσία, τὸ πνεῦμα τῆς ταπεινώσεως· μείζονά τε πλοῦτον ἡγεῖσθε τῶν κοσμικῶν θησαυρῶν, τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ· εἰς τὴν μισθαποδοσίαν γὰρ ἀπεβλέπετε, γινώσκοντες ἔχειν ἑαυτοὺς κρείσσονα ὕπαρξιν ἐν οὐρανοῖς καὶ μένουσαν· γαυρίαμα δόξης ὑμῖν, ἀτιμία διὰ Χριστόν· εὐεξία, καρδία συντετριμμένη· τρυφὴ πρὸς κόρον, ἐγκράτεια· κάλλος σώματος, ἡ νέκρωσις τῶν παθῶν· ἰσχύς, ἡ ἐν ἀσθενείᾳ χάρις καὶ τελείωσις.

μ'. Ὑμεῖς τῶν εἰς τὸν ἀμπελῶνα κληθέντων προγόνων ἐν βραχεῖ καιρῷ μείζονα τὸν κάματον εἰσηνέγ-

(11) Conf. specimen ethnicæ in infligendis suppliciis crudelitatis apud Latinum poema vol. II Herculan.

Digitized by Google

κατε· καὶ γὰρ ὑπὲρ τὸν προπάτορα διὰ τῶν ἔργων ἐδείχθητε· Χριστοῦ γὰρ τὰς ἐντολὰς ἐτηρήσατε. Τῆς Ἄβελ θυσίας δῶρον ἱερώτατον ἀνηνέγκατε, τὸ τῶν ψυχῶν ὁλοκαύτωμα· κἀντεῦθεν πρὸς ἀφθαρσίαν ὑπὲρ τὸν Ἐνὼχ μετετέθητε· κιβωτὸν ἑαυτοὺς ἐξ ἀσήπτων ξύλων τῶν ἀρετῶν κραταιοτέραν τῆς Νῶε κατεσκευάσατε, δι' ἧς τοῦ τῶν εἰδώλων πνιγμοῦ διεσώθητε· Ἀβραὰμ ἐν τύπῳ καὶ σκιᾷ τὸ τῆς Τριάδος μυστήριον κατενόησεν, ὑμεῖς δὲ τοὺς ὑπὲρ τῆς Τριάδος ἀγῶνας ἀναδεξάμενοι μεγαλοφωνότατοι κήρυκες τῆς ἀληθείας γεγόνατε· ὑπὲρ τὸν Ἰσαὰκ ἐκαλλιερήθητε, τῇ ἑαυτῶν σφαγῇ τὴν θυσίαν τελέσαντες· τὴν ἁπλαστον ἀναστροφὴν Ἰακὼβ τῷ ἀπανουργεύτῳ τῆς προαιρέσεως παραλλάξαντες· τῷ τῆς περιστερᾶς ἀκεραίῳ τὴν περὶ τὸ καλὸν ὑμῶν ἕξιν κατὰ τὴν ἐντολὴν ὡμοιώσατε· καὶ οἰκίαν περιφανῆ τὴν Ἐκκλησίαν ἀνοικίσαντες, βρώματα τῷ Πατρὶ Θεῷ προσηγάγετε τὰ ὑμέτερα τραύματα, καθάπερ ἕριφον σφάξαντες τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως, παρ' οὗ καὶ τὴν εὐλογίαν, ζωὴν ἐως τοῦ αἰῶνος, εἰλήφατε· σωφροσύνῃ τὸν Ἰωσὴφ παρήλασατε, τὴν ἀκόλαστον ἐν πράγμασί τε καὶ σχήμασι τῶν ψευδωνύμων θεῶν δόξαν ἀποσεισάμενοι, καὶ τὸν περικείμενον χιτῶνα τὸ σῶμα τοῖς πορνικοῖς τὸν νοῦν τυράννοις ἀπεκδυσάμενοι· τοὺς πειρασμοὺς Ἰὼβ διηντλήσατε, καὶ τὸ μεῖζον ἢ κατ' ἐκεῖνον μέχρι θανάτου πρὸς τὰ δεινὰ καρτερήσαντες· ὑπὲρ τὸ Μωϋσέως ἐδοξάσθητε πρόσωπον, τὸν τῆς χάριτος καὶ ἀληθείας νόμον καὶ δεξάμενοι καὶ φυλάξαντες, καὶ τὴν φονώδη καὶ ἐρυθρὰν τῆς ἑτεροθρησκείας ἀβρόχοις ποσὶ διαπεράσαντες θάλασσαν, τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλὴμ κατελάβετε· πρότερον πολλοῖς σημείοις καὶ τέρασιν ἐν τῷ ἐρήμῳ βίῳ τῆς εὐσεβείας, τὴν ἑαυτῶν ἰσχὺν τοῖς ἐναντίοις γνωρίσαντες, καὶ τὸ τῶν δακνόντων ὄφεων καὶ τὴν πτέρναν τηρούντων θράσος, διὰ θανάτου καταπατήσαντες καὶ νεκρώσαντες· ἀντὶ τῆς Ἀαρὼν χειροποιήτου στολῆς, τὴν δικαιοσύνην Χριστοῦ ἱεροπρεπῶς ἐνεδύσασθε· καὶ οὐκ ἀμνῶν αἵμασιν, ἀλλ' οἰκείοις τὸν λαὸν ἐκαθήρατε· τὰ τείχη τῶν ἀσεβῶν καὶ τοῦ ἐχθροῦ τὰς πόλεις, τὰς λάλους γλώσσας καὶ ἀντιθέτους, καὶ τὴν καταργουμένην σοφίαν, τῇ σάλπιγγι τῶν ὑμετέρων δογμάτων καθείλετε· τῆς Ἰησοῦ στρατηγίας ἐπιφανέστεροι ἐδείχθητε· καὶ Σαμουὴλ ἱερώτεροι, καὶ λίαν θεοπρεπῶς· οὐ γὰρ ὑπὸ μητρὸς, ἀλλ' ὑφ' ἑαυτῶν Θεῷ προσηνέχθητε, δοθέντες οὐ πρὸς ζωὴν ἀλλὰ θάνατον, ἵνα ζήσητε ζωὴν τὴν ἀθάνατον· τὸν νοητὸν Γολιὰτ, οὐχ ὡς Δαβὶδ σφενδόνῃ, τῷ δὲ παρὰ ἀνθρώπων ἀποδοκιμασθέντι λίθῳ Χριστῷ κατεβάλετε· καὶ τοῖς κινδύνοις τὴν κεφαλὴν τοῦ δυνάστου συνθλάσαντες δράκοντος, οὕτω καθάπερ τινὲς νικηφόροι θριαμβεύεται μεγάλοις στεφθέντες ἀνδραγαθήμασιν, ὑπὲρ τὸν Ἠλίου δρόμον καὶ τὴν ἐφ' ἅρματος εἰς ὕψος ἀνάληψιν, τῶν οὐρανῶν τὰς πύλας διεληλύθατε, κουφότερόν τε καὶ εὐσταλέστερον, ἐπιβήματι ταῖς ἀρεταῖς ἀναγόμενοι, καὶ τοῖς ἀθλητικοῖς ἐποχούμενοι κατορθώμασι· καὶ νῦν μυριάσιν ἀγγέλων πανηγύρει καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων πρὸ τῆς ἀληθινῆς σκηνῆς συγχορεύετε (12)

strum primum progenitorem operibus superastis; Christi enim mandata observastis. Multo sanctius quam Abel sacrificii donum obtulistis, animarum nempe vestrarum holocaustum: ideoque ad immortalitatem potiorem quam Henoch translati estis, arca vobis ex imputribilibus virtutum lignis validiore, quam illa Noachi, fabricata, qua vecti ab idolorum suffocatione evasistis. Abraham in typo et umbra mysterium Trinitatis agnovit; vos autem dum pro Trinitate certamina suscepistis, clamosissimi veritatis præcones facti estis. Melius quam Isaac sacrificium obtulistis, qui vestra cæde rem sacram fecistis. Simplicem Jacobi vitam, sinceritate propositi superastis. Columbarum innocentiæ, vestram vitæ optimæ conditionem juxta præceptum, assimilastis; domumque illustrem ecclesiam ædificantes, convivium Patri Deo exhibuistis, vestra scilicet vulnera, hædum quodammodo humilitatis vestræ corpus mactantes: quamobrem et a Deo benedictionem, id est vitam æternam, recepistis. Continentia Josephum vicistis, qui protervam actibus et figuris falsorum deorum doctrinam repulistis, et circumjectam ipsam vestem, corpus scilicet, fornicariis corruptæ mentis tyrannis remisistis. Porro et Jobi tentationes tolerastis, quodque illo majus est, ad necem usque adversus cruciatus durantes. Majore quam Moyses honore affecti fuistis, qui gratiæ veritatisque legem accepistis atque observastis, et rubrum sanguine idololatriæ mare siccis pedibus permeantes, ad promissionis regionem, cœlestem Jerusalem, pervenistis: antea tamen signis multis atque miraculis in eremo, id est, in religiosa vita, vires vestras hostibus comprobantes, et serpentium morsui intentorum calcaneoque insidiantium audaciam, morte vestra calcastis et exstinxistis. Pro manufacta Aaronis stola, Christi justitiam ut sanctos decet induistis; neque sanguine agnorum, sed proprio populum emundastis. Impiorum mœnia, et hostis urbes, garrulas nempe linguas atque adversarias, et vanam sapientium tuba vestrorum dogmatum excidistis, et duce Josue clariores evasistis. Tum etiam Samuele sanctiores, et Dei ministerio aptiores: non enim mater sed vosmetipsi Deo obtulistis, haud ad vitam, sed ad mortem traditi, ut in æterna vita vivatis. Intellectualem Goliath non ut David funda, sed reprobato ab hominibus lapide Christo prostrastis. Vestrisque periculis, caput dominantis draconis conterentes, sic demum ut victoriosi triumphatores magnis facinoribus coronati, sublimiore quam Elias cursu, ejusque in curru sedentis ascensione, cœlorum januas intrastis facilius atque stabilius, virtutum curribus nixi, factisque fortibus vecti; et nunc demum cum innumero angelorum choro, et primogenitorum cœtu ante verum tabernaculum choreas ducitis.

(12) Ergo sancti homines gloria cœlesti fruuntur statim post obitum, non exspectato, ut nunc volunt schismatici Græci, universali judicio.

Digitized by Google

41. Hinc accidit, ut fratribus quoque vestris splendoris vestri partem impertiamini quem ex intellectuali luce hauritis. Etenim universo humano generi præpositi estis, tanquam animarum tutores, corporum medici, fidei columna, sacerdotii consummatio, peccatorum remissio, Ecclesiarum fundamentum et fulcrum, morborum remedium, viatorum requies, navigantium gubernaculum, indigentium suppetiæ, pugnantium subsidium, cadentium erectio, dolentium recreatio, errantium duces, recte incedentium præsidium, mœstorum solatium, omnium potens auxilium et firmæ spei tutamen.

42. Nos vero, o sacrum audientium ovile, si digne martyres honorare decrevimus, paria his certamina suscipiamus, cupiditatum illecebris resistamus, lacrymarum scatebras ceu sanguinis rivulos effundamus. Jejunium corpus vexet, et materiæ crassitiem exprimat. Vitiorum flamma opprimatur inextinguibili bonorum actuum lampade. Impietatis ac peccati tyrannidem ancipiti rectæ doctrinæ gladio veræque fidei armis succidamus, neque labia nostra a prædicanda Dei justa lege prohibeamus; ita ut omni tempore certamina martyrum imitantes, paria præmia consequamur.

43. Hæc vobis, tanquam ex infirmorum nostrorum rubeto quodam sermonum enata dona obtulimus, o intellectualis cultus sacerdotes, Christi hæredes, divina luminaria, populo eximie, inclyti martyres. Illis utinam precibus annuatis, vilemque laboris nostri fructum recipiatis! haud ex dignitate vestra, sed ex nostris viribus opellam hanc æstimantes, quam non sine vultus sudore vobis composuimus. Neque enim satis docti sumus, neque tanto ingenio præditi, quanto opus est ad talia facta vel dicta prædicanda. Alioqui et ignavi sumus, et ad utiliora quæque torpentes semper et somniculosi. Sed tamen voluntati laborem sociavimus, artis accuratæ defectum diligenti studio supplentes. Vos peccatorum limum nobis abstergite, et illas fæculenti veluti visi malas reliquias et colluviem, quam immundum hoc et amarum sæculum secum fert situque fovet. Quod autem vitæ nobis superest, per dextera atque sinistra justitiæ arma bene regatur, quietumque nobis et suave servetur. Cum autem hinc digrediemur et his tumultibus evademus, a communi judice inter salvos connumeremur, atque hanc humilis doni nostri remunerationem consequamur, in ipso Christo Domino nostro, cui honor cum Patre et sancto Spiritu, nunc et semper et per sæcula sæculorum. Amen.

(13) Hæc contra hæreticos nostrorum temporum, qui sanctorum invocationem Catholicis crimini dant; intercessionem ipsorum apud Deum, et beneficia hominibus sæpe collata negant.

μα'. Διὸ καὶ τοῖς ὁμογενέσιν ὑμῖν ἐξεγένετο τῆς ἑαυτῶν μεταδιδόναι λαμπρότητος, σπῶσιν ἐκ τοῦ τῆς νοητῆς πηγῆς ἀπαυγάσματος· καὶ γὰρ κοινῇ τῷ γένει κατέστητε ψυχῶν ἐπιμεληταὶ (13), σωμάτων θεραπευταὶ, πίστεως κρηπὶς, ἱερωσύνης τελείωσις, ἁμαρτιῶν ἀπολύτρωσις, ἐκκλησιῶν θεμέλιός τε καὶ στήριγμα, τῶν νόσων κάθαρσις, ὁδοιπορούντων ἀνάπαυσις, πλεόντων κυβέρνησις, ἐπικουρία τῶν δεομένων, ἀγωνιστῶν συμμαχία, πιπτόντων ἀνόρθωσις, ὀδυνωμένων ἀνάκτησις, ὁδηγία πεπλανημένων, εὐθυπορούντων ἔρεισμα, τῶν λυπουμένων παράκλησις, πάντων βοήθεια καρτερὰ καὶ βεβαίας ἐλπίδος ἀσφάλεια.

μβ'. Ἡμεῖς δὲ, ὦ πολύμνιον ἱερὸν, εἰ τιμᾷν ἀξίως τοὺς ἀθλητὰς διεγνώκαμεν, κοινωνοὶ τῶν μαρτυρικῶν ἀγώνων γενώμεθα, παθητοῖς πάθεσιν ἀντιστήσωμεν, δακρύων κρουνοὺς ὡς αἱμάτων ὀχετοὺς ἀποστάξωμεν. Νηστεία βασανιζέτω τὸ σῶμα, καὶ τὴν τῆς ὕλης τηξάτω παχύτητα. Ἡ τῶν παθῶν ἀποτεφρωθεῖη φλὸξ ταῖς ἀσβέστοις τῆς εὐποιΐας λαμπάσι. Τὴν τυραννίδα τῆς ἀσεβείας καὶ ἁμαρτίας ἐκκόψωμεν τῇ διστόμῳ τοῦ ὀρθοῦ λόγου μαχαίρᾳ, καὶ τοῖς ὅπλοις τῆς εὐσεβείας, τὰ χείλη ὑμῶν μὴ κωλύοντες τοῦ τὴν θείαν δικαιοσύνην εὐαγγελίζεσθαι· ὡς ἂν ἐν χρόνῳ παντὶ τοὺς τῶν μαρτύρων ἄθλους μιμούμενοι, τῶν ἴσων γερῶν ἐπιτύχωμεν.

μγ'. Ταῦτα ὑμῖν ὡς ἐξ ἀκανθῶν τῶν ἀσθενῶν ἡμῶν λόγων οἷά τινα προκύψαντα δῶρα προσενηνόχαμεν, ὦ μύσται τῆς νοητῆς λατρείας, καὶ κληρονόμοι Χριστοῦ, καὶ φῶτα θεῖα, καὶ λαὸς περιούσιος, καὶ μάρτυρες εὐκλεεῖς· τούτοις ἢ μὲν ἐπινεύοιτε καὶ δέχοισθε τὸν εὐτελῆ τῆς ἡμετέρας γεηπονίας καρπὸν, μὴ τῷ κατ' ἀξίαν τῇ δὲ δυνάμει μετροῦντες ἡμῶν τὴν ἐγχείρησιν, ὃν ἱδρῶσι μὲν προσώπου συνεκομίσαμεν. Οὐ γὰρ ἀκριβεῖς ἡμεῖς ἐπιστήμονες, οὐδ' εὐφυῶς ἔχοντες πρὸς τὴν τῶν τοιούτων ἔργων ἢ λόγων ἐπίδειξιν· ἄλλως, καὶ ὀκνηροί τινες ὄντες, καὶ πρὸς αὐτά γε τὰ λίαν ὠφέλιμα ῥᾳθυμοῦντες ἀεὶ καὶ καθεύδοντες. Πόθῳ δὲ πόνον συνεκεράσαμεν· τῷ πρὸς τὴν ἐντεχνον ἐπιμέλειαν σκάζοντι, τὸ περὶ τὴν σπουδὴν ὑποστηρίξαντες πρόθυμον. Καὶ τῶν μὲν πταισμάτων τὴν ἰλὺν ἡμῖν ἐκκαθάροιτε τῷ ἀκενώτῳ τρυγίᾳ τῶν κακῶν πλεονάζουσαν, ἣν ὑπέστησέ τε καὶ ὑπεστάθμησε βίος θολερός τε καὶ ἄποτος. Τὸ δὲ λείψανον ἡμῖν τῆς ζωῆς διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν εὐοδωθεῖη καὶ τηρηθείη φλιον ἡμῖν καὶ εὐάρεστον. Καὶ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν καὶ τὴν τῶν θορύβων ἀπαλλαγὴν, ὑπὸ τοῦ κοινοῦ κριτοῦ τοῖς σωζομένοις ἀριθμηθείημεν, καὶ ταύτην λάβοιμεν τῆς τοῦ μετρίου τοῦδε δώρου προσαγωγῆς τὴν ἀντίδοσιν· ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Digitized by Google

ANNO DOMINI CDXXVII.

ΔΙΑΛΕΚΤΟΙ

ΦΩΤΕΙΝΟΥ ΜΑΝΙΧΑΙΟΥ ΚΑΙ ΠΑΥΛΟΥ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥ.

—

DISPUTATIONES

PHOTINI MANICHÆI CUM PAULO CHRISTIANO.

(Mai, *Bibliotheca nova Patrum*, IV, u. 79.)

—

MONITUM.

Subtiles aliquot contra Manichæos disputationes, a me in prisco bibliothecæ Vaticanæ codice compertas, exhibeo, quas etiam Latinitate donavi. Quoniam vero hi dialogi dicuntur in titulo habiti jubentibus Justino et Justiniano Augustis, annum quoque adamussim tenemus tractatus hujus, nempe Christi DXXVII. Etenim hoc anno, mense Aprili, Justinus senior Augustum creavit Justinianum, qui proximo mense sextili solus imperium cœpit tenere, mortuo Justino. Tantæ itaque antiquitatis scripto nolui diutius Græcas litteras et orthodoxam religionem fraudare.

ΔΙΑΛΕΚΤΟΣ ΠΡΩΤΗ.

Περὶ κτίσεως τῶν ψυχῶν.

Κελεύσει τῶν δύο δεσποτῶν Φλαβίου Ἰουστίνου, καὶ Ἰουστινιανοῦ, τῶν αἰωνίων αὐγούστων, ἐκινήθη ἡ διάλεκτος Φωτεινοῦ Μανιχαίου καὶ Παύλου τοῦ Πέρσου τοῦ Χριστιανοῦ, ἐπὶ τοῦ ἐνδοξοτάτου Θεοδώρου τοῦ ἐπάρχου. Διάλεκτος ἐγένετο περὶ Μανιχαϊκῆς τε καὶ Χριστιανικῆς δόξης· ὧν δὴ ὁ μὲν τῆς Μανιχαϊκῆς δόξης προϊστάμενος ἀνήρ τις τῆς θρησκείας ἐκείνης διδάσκαλος, τῆς δὲ Χριστιανικῆς ἕτερος· ἡ δὲ διάλεκτος οὕτω πως ἐκινήθη.

ΜΑΝΙΧΑΙΟΣ. Ἐπειδὴ ἐμοὶ καὶ σοὶ ὡμολόγηται εἶναι ψυχὰς ταύτας λογικάς τε καὶ νοερὰς, πόθεν ἄρα τὴν ὕπαρξιν αὗται ἔχουσιν; ἐκ τῆς θείας οὐσίας, ἐπεὶ καὶ αὕτη παρ' ἡμῶν ὡμολόγηται, ἢ ἑτέρωθέν πωθεν; ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΣ. Κατὰ τὴν τῶν Χριστιανῶν δόξαν ἐρωτᾷς νῦν πόθεν αἱ ψυχαὶ ἔχουσι τὴν οἰκείαν ὕπαρξιν, ἢ ἑτέρως πως; Μ. Ὅπως οὖν βούλει· λέγε πόθεν εἰσὶν αἱ ψυχαί. Χ. Τὸ *πόθεν* καὶ τὸ *ἐκ τίνος*, πλεοναχῶς νενόηται παρ' ἐμοί· καὶ γὰρ ὡς ἐξ ὑποκειμένου, καὶ ὡς ὑπὸ τοῦ ποιοῦντος, καὶ ἄλλως ἐκλαμβάνεται· τὰ δὲ πολλαχῶς λεγόμενα, χρὴ σαφηνίζειν· εἰπὲ τοίνυν σημασίαν τὸ *πόθεν*, καὶ τὸ *ἐκ*, ἐκ τῆς θείας οὐσίας ἐξείληπταί σοι; Μ. Ὡς ἐξ ὑποκειμένου. Χ. Ὡς ἐξ ὑποκειμένου αἱ ψυχαὶ, οὔτε ἐκ τῆς θείας οὐσίας οὔτε ἀλλοθέν πωθέν εἰσιν. Μ. Ἀλλ' [εἰ] ὡς ἔκτινος, ἐκ τοῦ Θεοῦ εἰσιν αἱ ψυχαί; Χ. Ὡς ἐκ τοῦ δημιουργήσαντος, τουτέστιν ὑπὸ τοῦ δημιουργήσαντος· ἔσται γὰρ κατα-

DISPUTATIO PRIMA.

De animarum creatione.

Jussu duorum dominorum Flavii Justini et Justiniani, semper augustorum, commota est disputatio Photii Manichæi cum Paulo Persa Christiano, sub illustrissimo præside Theodoro. Disputatio versata est circa Manichaicum et Christianum dogma: erat autem Manichaici dogmatis patronus vir quidam ejus sectæ magister; Christiani autem alter e nominatis. Ergo disputatio ita commota fuit:

MANICHÆUS. Quandoquidem mihi tecum convenit, animas esse rationales et intellectuales, undenam ipsæ naturam suam sortiuntur? ex substantiane divina, quoniam et hanc nos esse confitemur, an aliunde? CHRISTIANUS. Utrum secundum Christianorum sententiam nunc rogas unde animæ suam habeant substantiam, an alio sensu? M. Utrumlibet. Dic ergo unde sint animæ. Ch. Vocabula unde et ex quo, multifariam a me intelliguntur. Vel enim tanquam ex subjecto, vel tanquam ex eo qui facit, vel etiam aliter a me hæc vocabula accipiuntur. Quæ autem varium habent significatum, ea declaranda sunt. Dic ergo significatum vocum *unde* et *ex* an de divina substantia intelligas? M. Ex subjecto intelligo. Ch. Animæ tanquam ex subjecto neque ex divina substantia, neque aliunde sunt. M. Verum si tanquam ex aliquo, num ex Deo sunt animæ? Ch. Nempe tanquam ex Creatore, id

Digitized by Google

est a Creatore. Erit enim abusive particula *ex* loco *a*. M. Videris mihi, ex non exstantibus animas a Deo factas dicere. Ch. Recte intellexisti, quod nondum dixeram, sed tamen profitebar. M. Nec vulgaris consuetudo, nec recta ratio fassa est unquam vel fatebitur, quidquam fieri ex nihilo posse. Ch. Humanæ mentis ratio, et communis consuetudo, ex iis quæ apud nos accidunt, regulam capit. Temet itaque interroga, quamnam de Deo sententiam teneas, utrum is pari gradu sit cum hominibus, an impari, an etiam inferiore? M. Neque æqualem hominibus Deum dico, nec deteriorem, imo vero prorsus majorem. Ch. Quid te igitur movet, ut neges fieri aliquid posse ex nihilo? M. Quia nihil hac ratione effectum cernitur. Ch. Apud quos, oro? M. Apud nos homines. Ch. Atqui cum non existimes Deum esse pari gradu ac homines, cur Dei res conaris pares humanis demonstrare? M. Et ubinam ego id egi? Ch. In eo quod dicis, nullam rem fieri posse ex nihilo a Deo, sicuti ne ab hominibus quidem.

M. Nescio qua malitia sermones effutis; ego vero scio, quod etiam a majoribus nostris accepi, et constanter retineo, nihil scilicet ex non exstantibus fieri unquam potuisse. Nam si quid fiat ex non exstantibus, idem in nihilum pariter dissolvetur. Quidquid enim ex aliquo fit, in id unde prodiit resolvendum est. Ch. Ergo non quia ex non exstantibus nihil fieri possit, vim capit sententia tua. Quod autem ex nihilo ortum, non resolvendum sit in nihilum, non absurde timetur. Nam si ex ipsa nihili natura nihil prorsus gignitur; verum id efficitur a Creatoris potentia, quæ et producere valet, et perseverantiam quoque producto largiri; sequitur ut quemadmodum productio, non suapte natura sed voluntate producentis contigit, ita rerum factarum perseverantia, non natura sed eadem facientis voluntate conservetur. Alioqui vero unde didicisti, id quod ex nihilo provenerit, resolvi in nihilum debere, cum nihil, ut tu opinaris, ex nihilo unquam sit ortum, neque in nihilum resolutum? M. Didici hoc ex ea quod quæ ex subjecto fiunt, in idem resolvi solent. Ch. Si ita loqueris, idem est ex sententia tua subjectum, atque illud quod non est subjectum. M. Cur ita? Ch. Subjacentne non exstantia his quæ ex non exstante facta sunt, sicuti exstans subjacet his qui ex exstantibus sunt facta, an potius aliter dicis? M. Si quid ex non exstantibus fit, non exstantia ei quod ex illis est factum subjacent, sicuti exstantia, his quæ ex illis facta fuerunt. Ch. Ergo in sententia tua, ea quæ non sunt, reapse sunt: quo fit ut inter nos differamus non re sed vocabulis. M. Imo vero rerum differentia est. Sed quia quod impossibile est, affirmas possibile, dem ais fieri aliquid ex non exstantibus, cogar aliquid dicere quod præter meum propositum est. Ch. Si locutio ex non exstantibus tibi molesta est, non utar his verbis amplius in hac tecum disputatione, sed transferens prædictæ locutionis sensum in aliud vocabulum, perspicue sen-

χρηστικώτερον ἡ ἐκ πρόθεσις ἀντὶ τοῦ ὑπό. Μ. Ὡς ἔοικεν ἐκ μὴ ὄντων τὰς ψυχὰς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγονέναι λέγεις. Χ. Καλῶς νενόηκας τὸ μήπω παρ' ἐμοῦ λεχθὲν, ὁμολογούμενον δέ. Μ. Οὐδὲ ἡ κοινὴ συνήθεια, οὐδὲ ὁ ὀρθὸς λόγος ὡμολόγησεν ἢ ὁμολογήσει ποτὲ τὸ δύνασθαί τι ἐκ μὴ ὄντων γίνεσθαι. Χ. Ὁ ἀνθρώπινος νοῦς καὶ ἡ κοινὴ συνήθεια ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν κανονίζεται. Ἐπερωτήθητι γοῦν, εἰ βούλει, ποίαν ἔννοιαν σώζεις ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐπὶ τοῦ ἴσου ἀνθρώποις, ἢ ὡς ἐπὶ τοῦ ἀνίσου, καὶ τοῦ καθ' ὑπερβολὴν ἢ κατ' ἔλλειψιν; Μ. Οὔτε ἴσον ἀνθρώποις τὸν Θεόν φημι, οὔτε χείρονα, μείζονα δὲ πάντως. Χ. Πόθεν δὲ ὁρμώμενος λέγεις μὴ δύνασθαί τι γενέσθαι ἐκ μὴ ὄντος; Μ. Ἐκ τοῦ μὴ ὁρᾶν ποτε τοῦτο γενόμενον. Χ. Παρὰ τίσιν; Μ. Παρ' ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις. Χ. Πῶς οὖν ἴσον μὴ ἔχων τὸν Θεὸν τοῖς ἀνθρώποις, ἴσα τὰ τοῦ Θεοῦ δεῖξαι τοῖς ἡμετέροις πειρᾷς; Μ. Ποῦ τοῦτο πεποίηκα; Χ. Ἐν τῷ λέγειν, μὴ δύνασθαί τι ἐκ μὴ ὄντος γίνεσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καθάπερ οὐδὲ παρὰ τῶν ἀνθρώπων.

Μ. Οὐκ οἶδ' ὅπως πανούργως προφέρεις τοὺς λόγους· ἐγὼ δὲ ἐπίσταμαι ὃ καὶ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων προγόνων παρείληφα, καὶ εἰσαεὶ διαφυλάττω· τὸ μηδὲν δύνασθαί τι ἐκ μὴ ὄντων γίγνεσθαι· εἰ γὰρ γενήσεταί τι ἐκ μὴ ὄντων, ἀναλυθήσεται εἰς τὸ μὴ ὄν· πᾶν γὰρ τὸ ἔκ τινος γινόμενον, ἀνάλυσιν εἰς τὸ ἐξ οὗ γεγένηται ἔχει. Χ. Οὐκοῦν οὐ διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἐκ μὴ ὄντων τι γίνεσθαι, διισχυρίζῃ τοῦτο δογματίζειν· ὅπως δὲ μὴ ἀναλυθῇ τὸ ἐκ μὴ ὄντων γεγονὸς εἰς τὰ μὴ ὄντα, ἀλλ' οὐκ ἄλογος ὁ φόβος· εἰ γὰρ ἐκ μὴ ὄντων φύσει γίνεται οὐδαμῶς, οὐδὲ τι, οὐδὲ τινά· ποιεῖ δὲ ἡ τοῦ ποιοῦντος δύναμις, ἡ παράγειν δυναμένη, καὶ διαμονὴν τῷ γεγονότι ἰσχύει χαρίσασθαι. Ὥστε καθάπερ ἡ παραγωγὴ ἐκ τῶν μὴ ὄντων γεγονότων, οὐ φύσει, ἀλλὰ προαιρέσει τοῦ ποιήσαντος ἐγένετο· οὕτω καὶ ἡ διαμονὴ τῶν γεγονότων, οὐ φύσει, ἀλλὰ τῇ αὐτῇ προθέσει τοῦ ποιήσαντος φυλάττεται· ἄλλως τε δὲ πόθεν μεμάθηκας ὡς πᾶν τὸ ἐκ μὴ ὄντος γινόμενον, ἀνάλυσιν εἰς τὸ μὴ ὂν ἔχει, μηδενὸς ἐκ μὴ ὄντος κατὰ σέ ποτε γενομένου, μηδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναλυθέντος; Μ. Ἐκ τοῦ τὰ ἐξ ὑποκειμένου γενόμενα ἀνάλυσιν εἰς τὸ ὑποκείμενον ἔχειν. Χ. Τούτῳ τῷ λόγῳ τὸ αὐτό ἐστι κατὰ σὲ ὂν ὑποκείμενον καὶ μὴ ὂν ὑποκείμενον. Μ. Πῶς; Χ. Ὑπόκειται τὰ μὴ ὄντα τοῖς ἐκ μὴ ὄντων γιγνομένοις, καθάπερ τὸ ὂν ὑπόκειται τοῖς ἐξ ὄντων γιγνομένοις, ἢ ἄλλως πως λέγεις; Μ. Εἰ γίγνεταί τι ἐκ μὴ ὄντων, τὰ μὴ ὄντα τῷ γιγνομένῳ ἐξ αὐτῶν ὑπόκειται· καθάπερ τὰ ὄντα τοῖς ἐξ αὐτῶν γιγνομένοις. Χ. Ὥστε κατὰ σὲ τὰ μὲν ὄντα, ὄντα ἐστί· καὶ ἔστι ἡ μεταξὺ ἡμῶν διαφωνία, οὐ πραγμάτων, ἀλλ' ὀνομάτων. Μ. Πραγματικὴ μὲν ἡ διαφωνία· ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ ἀδύνατον καὶ δυνατὸν προφέρεις, φάσκων γίνεσθαί τι ἐκ μὴ ὄντων, ἀναγκάζομαι τὰ παρὰ τὴν οἰκείαν πρόθεσιν λέγειν. Χ. Εἰ τῶν μὴ ὄντων ἡ προσηγορία σε σκανδαλίζει, οὐ κέχρημαι τῇ προσηγορίᾳ ταύτῃ ποτὲ ἐν τῇ πρὸς σὲ διαλέκτῳ, ἀλλὰ μεταβάλλων τῆς προκειμένης λέξεως τὴν ἔννοιαν ἐπ' ἄλλην λέξιν, σαφῶς τὴν ἐμὴν διάνοιαν, ἣν ἐκ τῆς

Digitized by Google

προσηγορίας τῆς περὶ μὴ ὄντων σώζω, παραπήσω. M. Οἵῳ βούλει λόγῳ σαφήνιστον τὴν ἔννοιαν. M. Χωρίς τινος ὑποκειμένου ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ γεγόνασιν αἱ ψυχαί· κατὰ γὰρ τὴν ἔννοιαν τοῦ μὴ ὑποκεῖσθαί τι ἐξ οὗ γεγένηνται αἱ ψυχαί, καὶ ἡ τῶν μὴ ὄντων προσηγορία εἴρηται παρ' ἐμοῦ· διὸ οὐχ ὑπόκειται τοῖς ἐκ μὴ ὄντων γεγονόσι τὰ μὴ ὄντα, ὡς τοῖς ἐξ ὄντων τὰ ὄντα· οὐδὲ εἰς τὰ μὴ ὄντα ἀναλυθήσεται ὡς τὰ ἐξ ὄντων εἰς τὰ ὄντα· συγκροτεῖται γὰρ θείᾳ δυνάμει, ὡς εἴρηται.

tentiam meam, quam sub locutione non existantium foveo, exponam. M. Quovis sermonis genere mentem tuam explica. Ch. Sine ullo subjecto a Creatore factæ sunt animæ. Nimque eo sensu, quo nullum est subjectum unde factæ sint animæ, locutio quoque non exstantium a me dicta fuit. Quare non subjacent iis quæ ex non exstantibus sunt facta, ea quæ non exstant, sicuti exstantia iis quæ sunt ex exstantibus: neque in non exstantia resolvêntur, sicut ea, quæ sunt ex exstantibus, in exstantia: conservantur enim a divina potentia, ut dictum fuit.

Ch. Quid porro ais tu de Vetere Testamento, nempe quod illud ubique Christus ipsis operibus, Apostolus autem verbis illud criminentur? M. Cunctas adversum Vetus Testamentum criminationes æqua serie dicere nequeo, quandoquidem interrogando respondendoque colloquimur: eas tamen particulatim si volueris exponam. Ch. Dic singillatim quænam tibi videantur ex Vetere Testamento in crimen vocari? M. Nonne dicit Apostolus: *Lex iram operatur*[6]? Ch. Dicit utique, idque adeo ad Testamenti Veteris grandem laudem redundat. M. Si hoc laudem sonat, nihil erit in mundo continens vituperationem. Ch. Legislatorem te facis, non interlocutorem. Erat enim dialogi regula ut interrogares quomodo hæc verba laudem continerent, non autem ut contrariam sententiam proferres. M. Age, dic ergo, quomodo ea verba Veteri Testamento laudi vertantur. Ch. Quia nempe Vetus Testamentum bona a malis distinguit; pro cujusque videlicet proposito ea reputans, atque hominum bene vel male factis occupatur: bene agentes laudat et præmio afficit; improbos punit, et iram illis infert. Lex itaque hominibus, qui ob suam malitiam virtuti peccatum anteferunt, videtur iræ vindictam inferre, atque hoc sensu lex iram operari dicitur. M. Hoc quidem ut vis. Veruntamen illud quoque *lex subintravit ut abundaret delictum*[7] eodem sensu accipis? Ch. Consentaneum est, ut verax sermo, propter nimiam suæ veritatis vim, illos etiam qui deerrare vellent, in eamdem viam reducat. M. Christus opere proprio Judaica Sabbata observavit, an potius dissolvit? Ch. Observavit simul et dissolvit: observavit ad tempus, solvit autem prætergresso jam Testamenti Veteris tempore. M. Quandiu Veteris Testamenti tempus fuit, et quando desiit? Ch. Usque ad baptismum Christus in Veteris Testamenti ævo degens, cuncta illius peragebat officia, Mosaicæ legi nostri causa obediens. Suscepto autem baptismo, gratiæ fecit initium, Novique Testamenti doctrinam hominibus intulit. Nec igitur ante baptismum dissoluta a Christo legalia, neque post baptismum observata comperimus.

Manichæus hic quoque tacens nihil respondit. Sequente autem die Christianus, cum ei lecta fuisset confessio quam Manichæus præsidi obtulerat, ibique deprehendisset Veteris Testamenti Deum

[6] Rom. iv, 15. [7] Rom. v, 20.

Digitized by Google

tanquam malum traduci, rursus Manichæum interrogavit Christianus : aliusne est Veteris Testamenti, et alius Novi, an unus idemque Deus ? M. Alius plane atque alius, nempe unus bonus, alter malus ; et ille prior bonus, posterior malus. Ch. Assentiris iis quæ in Novo Testamento scribuntur veluti a probo bonoque Deo dictis, an aliud quid ais ? M. Assentior. Ch. Si ergo alius est Veteris Testamenti Deus, ut tu censes, et alius Novi, Moyses autem Veteris Testamenti auctor est, quomodo Jesus in Novo aiebat : *Moyses de me scripsit ? Et si ejus scriptis crederetis, utique et meis crederetis* [a]. Quomodo item Paulus in Epistola ad Romanos scripsit : *Quoniam unus est Deus, qui circumcisionem justificat ex fide, et præputium per fidem* [b] ? M. Quis tenebrarum creator est. Ch.? Secundum Manichæos, Deus bonus. M. Quomodo ? Ch. Quis cœlum terramque fecit ? nonne bonus Deus ? M. Ita aio. Ch. Tenebræ autem nonne his continentur ? M. His profecto continentur. Ch. Qui ergo circumscribentia fecit, quidni circumscripta quoque fecerit ? M. Sunt aliæ, præter eas quæ apparent, tenebræ extra cœlum atque tellurem ; et hæ interjacent illis. Ch. Unde nobis disputatio commota fuit, num de iis quæ vulgo cunctis apparent, an de Manichaica hypothesi ? M. Scilicet ex notione communi. Ch. Age vero num communis notio extra cœlum atque tellurem tenebras alias agnoscit, cujus pars sint istæ apud nos apparentes, an hoc Manichaicum potius commentum est ? M. Quæ communi usui et recto ratiocinio congruunt, quæ digna erant et tradi et refelli divinæ Scripturæ testimonia, quæque dogmatibus nostris favere videbantur, accurate exquisivi, didici atque intellexi: attamen a longo priscoque præjudicio atque opinione absistere nequeo. Ch. Meum erat officium veritatem comprobare, mendaciumque coarguere : haud tamen meæ potestatis est hominum voluntatem determinare ; libero enim arbitrio homo est instructus.

A τὸν Παλαιᾶς Θεὸν, ἠρώτα τὸν Μανιχαῖον πάλιν ὁ Χριστιανός· Ἕτερός ἐστιν ὁ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, καὶ ἕτερος ὁ τῆς Νέας, ἢ εἷς καὶ ὁ αὐτός ; Μ. Ἕτερος καὶ ἕτερος· ὁ μὲν γὰρ καλὸς, ὁ δὲ κακός· καὶ ὁ μὲν ἀγαθὸς, ὁ δὲ πονηρός. Χ. Ἀκολουθεῖς τοῖς ἐν τῇ Νέᾳ Διαθήκῃ γεγραμμένοις, ὡς ἐκ τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ Θεοῦ λεγομένοις, ἢ ἄλλως πως λέγεις ; Μ. Ἀκολουθῶ. Χ. Εἰ οὖν ἕτερος Θεὸς ὁ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, κατὰ σὲ, καὶ ἕτερος ὁ τῆς Νέας, ὁ δὲ Μωϋσῆς τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης ἐστὶ συγγραφεὺς, πῶς ὁ Ἰησοῦς ἐν Νέᾳ Διαθήκῃ ἔλεγεν· *Ὁ Μωϋσῆς περὶ ἐμοῦ ἔγραψεν, καὶ ἐὰν ταῖς γραφαῖς ἐκείνου πιστεύητε, καὶ τοῖς λόγοις μου ἐπιστεύσατε ἄν* ; Πῶς δὲ καὶ ὁ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῇ γέγραφεν· *Ἐπείπερ εἷς ὁ Θεὸς, ὁ δικαιῶν περιτομὴν ἐκ πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν διὰ πίστεως* ; Μ. Τίς ἐστιν ὁ τοῦ σκότους ποιητής ; Χ. Κατὰ τοὺς Μανιχαίους ὁ ἀγαθὸς Θεός. Μ. Πῶς ; Χ. Τίς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐποίησεν ; οὐχὶ ὁ ἀγαθὸς Θεός ; Μ. Οὕτως λέγω. Χ. Τὸ δὲ σκότος οὐκ ἐν τούτοις περιγέγραπται ; Μ. Ἐν τούτοις περιγέγραπται. Χ. Ὁ οὖν τὰ περιγράφοντα πεποιηκὼς, πῶς οὐ καὶ τὸ περιγραφόμενον ἐποίησεν ; Μ. Ἔστιν ἕτερον σκότος παρὰ τὸ φαινόμενον, ἔξω τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς ὄν· καὶ τοῦτο μέσον ἐστὶν ἐκείνου. Χ. Πόθεν ἡμῖν ἡ διάλεκτος κεκίνητο ; ἐκ τῶν κοινῶς πᾶσι φαινομένων, ἢ ἐκ τῆς Μανιχαϊκῆς ὑπολήψεως ; Μ. Τῆς κοινῆς ἐννοίας δηλονότι. Χ. Ἐπίσταται οὖν ἡ κοινὴ ἔννοια ἔξωθεν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς σκότος ἕτερον, οὗ μέρος ἐστὶ τὸ *παρ'* ἡμῖν φαινόμενον, ἢ τῆς Μανιχαϊκῆς δόξης τοῦτο ἔχεται ; Μ. Τὰ μὲν τῇ κοινῇ συνηθείᾳ καὶ τῷ ὀρθῷ λογισμῷ πρέποντα, καὶ τὰ ἄξια διδαχῆς τε καὶ ἐπιλύσεως τῶν ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ κειμένων, δοκοῦντα δὲ ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων δογμάτων, ἀκριβῶς ἐζήτησα, καὶ μεμάθηκα, καὶ παρείληφα· ἀφίστασθαι δὲ τῆς μακρᾶς τε καὶ παλαιᾶς προλήψεώς τε καὶ οἰήσεως οὐ δύναμαι. Χ. Ἐμὸν μὲν ἦν τὴν ἀλήθειαν κατασκευάζειν, καὶ τὸ ψεῦδος ἐλέγχειν· οὐκ ἐμὸν δὲ τὴν τῶν ἀνθρώπων προαίρεσιν συνανασκευάζειν· αὐθαίρετος γὰρ ὁ ἄνθρωπός ἐστιν.

B

C

PHOTINI MANICHÆI PROPOSITIO, PAULI PERSÆ RESPONSIO.

ΦΩΤΕΙΝΟΥ ΜΑΝΙΧΑΙΟΥ ΠΡΟΤΑΣΙΣ ΚΑΙ ΠΑΥΛΟΥ ΤΟΥ ΠΕΡΣΟΥ ΑΠΟΛΟΓΙΑ (2).

Si contraria haud ipsa sibi opponi dicuntur, necesse est invicem aliis opponi ; veluti supra, haud dicitur sibi oppositum sed τῷ subter. Item confidentia non dicitur sibi ipsa opponi, sed formidini. Alioqui item qualia sunt objecta, talia opus est illa quoque esse, quæ his e regione opponuntur. Veluti si quod superius substantia sit, necesse est omnino

D Εἰ τὰ ἐναντία αὐτὰ, ἑαυτοῖς οὐδέ ποτε λέγεται ἀντικεῖσθαι, πρὸς ἄλληλα δὲ ἀνάγκη αὐτὰ ἀντικεῖσθαι· οἷον τὸ ἄνω οὐ λέγεται πρὸς ἑαυτὸ ἀντικεῖσθαι, ἀλλὰ πρὸς τὸ κάτω· καὶ ἡ ἀνδρεία οὐ λέγεται πρὸς ἑαυτὴν ἀντικεῖσθαι, ἀλλὰ πρὸς τὴν δειλίαν· ἄλλως τε δὲ καὶ οἷον ἂν ἦν τὰ ἀντικείμενα, τοιαῦτα ἀνάγκη εἶναι καὶ τὰ τούτοις ἀντιδιαστελλόμενα· οἷον

[a] Joan. v, 16. [b] Rom. III, 30.

(2) Leo Allatius in catalogo aliquot ineditorum (apud Lequinium Opp. Damasceni præf. p. ult.) ponit : Φωτεινοῦ Μανιχαίου πρότασις. Ἀντίῤῥησις Ζαχαρίου ἐπισκόπου Μιτυλήνης. Initium : Εἰ τὰ ἐναντία, αὐτὰ αὐτοῖς οὐ λέγεται ἐναντία, etc. Quis non videt hoc ipsum esse opusculum, quod a nobis nunc editur, quanquam in nostro titulo Photino respondet Paulus Persa, non Zacharias Mitylenensis. Apud Canisium *Antiq. lect.* ed. Basnag. t. I, p. 428, legitur Latine tantum, et una pagina comprehensa, disputatiuncula Zachariæ Mitylenensis adversus Manichæum quemdam sub Justiniano. Tempus certe cum nostri Photini ætate congruit, de qua diximus in *Monito*. Verumtamen quæ apud Canisium fit disputatio, de Turrianî Latinis schedis sumpta, nonnisi breve quoddam excerptum est, et cum opusculo nostro non consentit.

Digitized by Google

εἰ τὸ ἄνω οὐσία ἐστὶν, ἀνάγκη πάντως καὶ τὸ κάτω οὐσίαν εἶναι· καὶ πάλιν εἰ συμβεβηκός ἐστι τὸ ἄνω, ἀνάγκη καὶ τὸ κάτω συμβεβηκὸς εἶναι. Πῶς οὖν, εἰ τὸ ἀγαθὸν πρὸς τὸ πονηρὸν ἀντίκειται, καὶ τὸ πονηρὸν πρὸς τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὸ καλὸν πρὸς τὸ κακὸν, καὶ τὸ κακὸν πρὸς τὸ καλὸν, οὐκ ἀνάγκη καὶ τοῦ ἀγαθοῦ ὄντος, καὶ τὸ πονηρὸν εἶναι, καὶ τοῦ καλοῦ ὄντος, καὶ τὸ κακὸν εἶναι; καὶ πάλιν εἰ οὐσία ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν ἢ καλὸν, καὶ τὸ πονηρὸν καὶ τὸ κακὸν οὐσίαν εἶναι; καὶ εἰ συμβεβηκὸς τούτων θάτερόν ἐστι, καὶ τὸ ἕτερον συμβεβηκὸς εἶναι; Εἰ γὰρ ἔστι μὲν τὸ ἀγαθὸν ἢ τὸ καλὸν, τὸ δὲ πονηρὸν οὐκ ἔσται ἢ τὸ κακὸν, πρὸς τί δύναται ἀντικεῖσθαι τὸ ἀγαθὸν ἢ τὸ καλὸν, τοῦ ἀντιδιαιρουμένου αὐτοῦ μήτε ὄντος, μήτε πρὸς τοῦτο λέγεσθαι δυναμένου; Ὅπερ ἄτοπον. Πῶς δὲ καὶ ἡ ἀντιδιαίρεσις ἀληθής ἐστι τοῦ ἀντικεῖσθαι τὸ ἀγαθὸν πρὸς τὸ πονηρὸν, τοῦ μὲν ὄντος, τοῦ δὲ μὴ ὄντος; Εἰ δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, ὡς καὶ τὸ ἀληθὲς μαρτυρεῖ καὶ τὰ εἰρημένα ἀποδείκνυσι, πῶς οὐ ψεύδονται οἱ λέγοντες μὴ εἶναι δύο ἀρχὰς ἀγενήτους, μίαν μὲν ἀγαθὴν, μίαν δὲ πονηρὰν, καὶ μίαν καλὴν καὶ τὴν ἑτέραν κακήν; Εἰ δὲ ψεύδονται οἱ τὰς δύο ἀρχὰς ἀναιροῦντες, πῶς οὐκ ἀνάγκη τοὺς μετὰ τῆς ἀληθείας συζῆν ἐσπουδακότας δύο ἀρχὰς δογματίζειν;

A et quod est inferius esse substantiam. Itemque si quod est contingens, superius sit, necesse est etiam quod sit inferius, esse contingens. Cur ergo, si probum improbo opponitur, et bonum malo, et malum bono, non sit necesse, si probum exsistat, exsistere simul improbum; et si bonum exstet, malum quoque exstare: vicissimque si substantivam naturam habeat probum et improbum, bonum ac malum simul esse substantiam; et si forte alterutrum horum contingens fuerit, alterum quoque similiter esse contingens? Nam si forte exsistat quidem probum aut bonum, non exsistat autem improbum aut malum, cuinam poterit opponi probum aut bonum, cum id quod ab his differt neque fuerit, neque nominari poterit? Quæ absurda res est. Quomodo item contrariorum distinctio exsistet, id est quod probum improbo adversetur, si illud quidem exsistat, hoc autem minime? Quod si hæc ita se habent, ut et veritas ipsa testatur et a prædictis demonstratur, quomodo non ii mentiuntur, qui duo increata principia negant, unum quidem probum, alterum improbum, illud videlicet bonum, hoc malum? Quod si ii mentiuntur qui duo principia de medio tollunt, quidni sit necessarium, eos qui veritatem vitæ sociam habere volunt, duorum principiorum dogma tenere?

B

C

Ἀπόρισις. Τὸν βουλόμενον ἀποδεῖξαι διὰ τῆς τοῦ κακοῦ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐναντιώσεως, ὅτι εἰσὶ δύο ἀρχαὶ ἀγέννητοι, ἔδει πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων θέσθαι καὶ ὁρίσασθαι τί μέν ἐστι τὸ ἀγαθὸν, τί δὲ τὸ κακόν· καὶ πόσαι διαφοραί εἰσι τοῦ τε ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ· καὶ οὕτως ἀπάρξασθαι τῶν προτάσεων· ὁ γὰρ τοῦτο μὴ ποιῶν, οὔτε ἐλέγχει τι, οὔτε κατασκευάζει, ἀλλ' εἰς ἀνόνητον ἀναλίσκει τοὺς λόγους. Τοῦτο τοιγαροῦν μὴ ποιήσας ὁ πυνθανόμενος τίθησι πρότασιν ἀόριστον, ἐξ ὧν γίνονται δύο συλλογισμοὶ τόνδε τὸν τρόπον· Τὸ κακὸν ἀντίκειται τῷ ἀγαθῷ· πᾶν δὲ, τινὶ ἀντικείμενόν ἐστιν, ἔστιν ἄρα ἀρχὴ ἀγένητος καὶ κακή. Ἔτι τὸ κακὸν ἢ οὐσία ἐστὶν, ἢ συμβεβηκός· πᾶν δὲ ἢ οὐσία, ἢ συμβεβηκός ἐστι· ἔστιν ἄρα ἀρχὴ ἀγένητος καὶ κακή. Ἐχρῆν δὲ οὕτως κατασκευάζειν τὸν πρῶτον συλλογισμὸν, εἴ γέ τις ἔλεγε μὴ εἶναι τὸ κακόν. Τὸ κακὸν ἀντίκειται τῷ ἀγαθῷ· πᾶν, τινὶ ἀντικείμενόν ἐστι· ἔστι ἄρα τὸ κακόν· καὶ εἶθ' οὕτως τὸ σύμπαν τοῦ λόγου τοῦτο λαβόντα ὡς ἀποδεδειγμένον, περαίνειν τὸ προκείμενον αὐτοῦ δι' ἑτέρας κατασκευῆς οὕτω· Τὸ κακὸν ἢ ἀναρχόν ἐστι, ἢ παρ' ἑτέρου γίνεται· πότερον παρ' ἀγαθοῦ τινος ἢ κακοῦ ἐστιν; παρ' ἀγαθοῦ μὲν ἀδύνατον, οὐκοῦν τὸ κακὸν παρὰ κακοῦ γίνεται. Ἐπεὶ οὖν δεῖ τὰς ἀρχὰς ἀγενήτους εἶναι, τῶν δὲ κακῶν τὴν ἀγαθὴν ἀδύνατον τυγχάνειν ἀρχὴν, κακὴν εἶναι τὴν ἀγένητον ἀρχὴν τῶν κακῶν λογίσασθαι δεῖ· ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ δευτέρου συλλογισμοῦ λαβόντα τὸ σύμπαν, δι' ἑτέρου συλλογισμοῦ κατασκευάζειν οὕτω τὸ προκείμενον.

Responsio. Eum qui demonstrare vellet ex bona malique pugna duo esse principia increata, oportebat ante omnia statuere ac definire, quid sit bonum quidve malum, et quotnam differentiæ sint boni ac mali, atque ita propositionum suarum initium facere. Nam qui haud ita se gerit, is nec refutat quidquam neque probat, sed incassum verba consumit. Hoc cum antea non fecerit interrogator, propositionem indefinitam intulit, unde duo syllogismi hujuscemodi conficiuntur. Malum opponitur bono: quidquid autem exsistit, alicui opponitur: exsistit ergo principium increatum malum. Præterea, malum vel substantia est, vel accidens: omne autem quod exsistit, vel substantia vel accidens est: exsistit ergo principium increatum malum. Oportebat tamen ita construere priorem syllogismum, si quis forte negaret malum exsistere. Malum opponitur bono: quidquid vero exsistit, alicui opponitur: ergo malum exsistit. Et sic deinde hanc sermonis summam ceu demonstratam habentes, argumentum concludere alia structura sic: malum vel sine initio est, vel ab aliquo factum: quæritur utrum a bono aliquo an a malo sit: a bono quidem impossibile: ergo malum a malo est factum. Quoniam igitur oportet principia esse increata; malorum autem fieri non potest ut principium bonum sit, sequitur ut necessario existimemus increatum esse malorum principium. Similiter alterius quoque syllogismi summam ratam habentes, alio syllogismo argumentum conficere.

D

Ἀλλὰ γὰρ πάντα παραλιπὼν ταῦτα ὁ πυνθανόμενος, ὑποκρίσει τοῦ διπλοῦ συλλογισμοῦ, μᾶλλον δὲ τετραπλοῦ, οὕτω συνάγει. Ἐκκείσθω δὴ πάλιν τὸ

Verum omnibus his omissis interrogator, simulatione duplicis, imo quadruplicis syllogismi, sic concludit. Ecce id iterum augendi risus causa expo-

Digitized by Google

namus. Malum opponitur bono : quidquid autem exsistit, alicui opponitur : exsistit ergo principium increatum et malum. Papæ! acumen hominis qui veritatem vitæ sociam habere studet : polysema vocabula apud ipsum sunt monosema : temporale, est absolutum : distinctio oppositorum, effectrix est diversarum inter se rerum : quod simpliciter exsistit, id vult principium esse increatum. Prorsus syllogismi summa tam contraria est propositioni, quam bono principio contrarium est in eorum sententia malum. Hæc ego, ne calumniari videar, enucleabo. Bonum dupliciter dicitur, aliud enim est æternum, aliud factum. Malum quoque duplex est, aliud proprie dictum, aliud nomine tenus. Quanquam et bonum unumquodque multifariam dividitur : sed nondum de hac altera re dicimus. Sumit autem interrogator indifferenter, imo potius, de æternis cuncta pronuntiat sic : si probum improbo opponitur, et improbum probo; et quidem cum nondum dixerit quale sit probum et quale improbum. Præterea creato bono opponitur malum, nempe prout fert propositio, non tamen etiam bono æterno : is autem et hoc tanquam universale sumit, cum sit partiale. Insuper ex eo quod a bono distinguitur malum, a malo autem bonum, concludit ea simul exsistere, ita dicens; nam si bonum quidem exsistit, non exsistat autem malum, cuinam opponi poterit malum? Tanquam sit impossibile esse aliquid prius, et deinde distingui ab alio, malum tanquam exsistens supponit, absoluteque illud ceu æternum inducit, et Deo coexsistens, his verbis : quod si hæc ita se habent, ut veritas comprobat, nonne necesse est duorum principiorum dogma statuere? Deinde cum ex datis propositionibus oporteret concludere, malum exsistere, concludit hoc dicens; exsistit ergo principium increatum malum.

Quid ais, amice? quasi si quid exsistat, idem prorsus et principium sit, et increatum. Quid ergo faciemus plantis, quid singulis animantibus, grammaticæ, rhetoricæ, philosophiæ, rebus reliquis atque artibus, ne singulas enumerem? Num et hæc, utpote exsistentia, te principia appellare non piget? Et quomodo duo principia, et non potius multa, increata? Quonam abiit egregia illa Manichæorum religio, siquidem principia multa sunt, non duo increata? Esto, nullum sibi ipsi adversetur, sed compari tantum suo. Esto, substantia aut accidens sint comparia contrariorum. Esto, malum sit, et bono oppositum. Esto horum distinctio vera. Quomodo hinc duorum increatorum principiorum dogma statuis? Quid in prioribus dixeras propositionibus? Quam necessitatem statueras, ex qua id sequatur? Aiunt malum id esse, quod opponitur bono. Atqui multa sunt mutuo contraria, suffocanti aquæ ignis causticus, ut vos loquimini, et igni aqua, arido humidum, generationi corruptio, corruptioni generatio : neque hinc tamen multa esse principia increata decernitis. Quomodo ergo hæc omnia, etsi invicem naturaliter contraria, ex uno principio esse

A αὐτὸ εἰς μεῖζονα γέλωτα· Τὸ κακὸν ἀντίκειται τῷ ἀγαθῷ· πᾶν, τινὶ ἀντικείμενόν ἐστι· ἔστιν ἄρα ἀρχὴ ἀγένητος καὶ κακή. Βαβαὶ τῆς ἀκριβείας τοῦ μετὰ τῆς ἀληθείας συζῆν ἐσπουδακότος! τὸ πολυσήμαντον, παρ' αὐτὸν μονοσήμαντον· τὸ ἐπὶ καιροῦ, καθ' ὅλου· ἡ ἀντιδιαίρεσις τῶν ἀντικειμένων, ποιητικὴ τῶν ἀντιδιαστελλομένων· τὸ ὂν ἁπλῶς, ἀγένητος ἀρχή. Τὸ σύμπαν τοῦ συλλογισμοῦ τοσούτῳ ἐναντίον τῇ προτάσει, ὅσῳ τῇ ἀγαθῇ ἀρχῇ κατ' αὐτοὺς ἡ κακή. Καὶ ὅπως ἂν μὴ δόξαιμι συκοφαντεῖν, σαφηνίσω· Τὸ ἀγαθὸν λέγεται διχῶς· τὸ μὲν ἀΐδιον, τὸ δὲ γενητόν· καὶ τὸ κακὸν διχῶς, τὸ μὲν κυρίως, τὸ δὲ μέχρι προσηγορίας· εἰ καὶ τούτων ἕκαστον πολλαχῶς, ἀλλ' οὔπω περὶ τούτων· παραλσμβάνει δὲ ὁ πυνθανόμενος ἀδιακρίτως· μᾶλλον δὲ ἐπὶ τῶν ἀϊδίων

B τὸ πᾶν, φάσκων οὕτω πῶς· Εἰ τὸ ἀγαθὸν πρὸς τὸ πονηρὸν ἀντίκειται, καὶ τὸ πονηρὸν πρὸς τὸ ἀγαθὸν, μήτε ποῖον τὸ ἀγαθὸν μήτε ποῖον τὸ πονηρὸν εἰρηκώς· ἔτι τῷ μὲν γενητῷ ἀγαθῷ, ἀντίκειται τὸ κακὸν, οὕτω κατὰ πρόθεσιν γινομένῳ, οὐ μέντοι καὶ τῷ ἀϊδίῳ ἀγαθῷ, παραλαμβάνει καὶ τοῦτο καθόλου ἐπὶ μέρους ὄν· ἔτι ἐκ τοῦ μὲν ἀντιδιαιρεῖσθαι τῷ μὲν ἀγαθῷ τὸ κακὸν, τῷ δὲ κακῷ τὸ ἀγαθὸν, κατασκευάζει συνυπάρχειν ἀλλήλοις, λέγων οὕτως· Εἰ γὰρ ἔστι μὲν τὸ ἀγαθὸν, τὸ δὲ πονηρὸν οὐκ ἔσται, πρὸς τί δύναται ἀντικεῖσθαι τὸ ἀγαθόν; Ὡς ἀδυνάτου τυγχάνοντος εἶναι μέν τι πρότερον· μετέπειτα δὲ ἀντιδιαιρεῖσθαι· ἑτέρῳ αὖ τὸ κακὸν ὡς ὂν κατασκευάσας, ἀμέσως αὐτὸ ἐπάγει ὡς ἀΐδιον καὶ συνυπάρχον θεῷ,

C οὕτως εἰρηκώς· Εἰ δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, ὡς καὶ τὰληθὲς μαρτυρεῖ, πῶς οὐκ ἀνάγκη δύο ἀρχὰς ἀγενήτους δογματίζειν; Ἔτι δέον ἐκ τῶν δοθεισῶν προτάσεων συνάγειν, ὅτι ἔστι τὸ κακὸν, συμπεραίνει αὐτό Ἔστιν ἄρα ἀρχὴ ἀγένητος καὶ κακή.

Πῶς, ὦ φίλος; ὡς εἴ τι ἔστι, καὶ ἀρχή ἐστι πάντως· εἴ τι ἔστι πάντως, καὶ ἀγένητον. Καὶ τί ποιήσομεν τὰ φυτὰ, ἀνὰ μέρος τὰ ζῶα, γραμματικὴν, ῥητορικὴν, φιλοσοφίαν, τὰς λοιπὰς φύσεις καὶ τέχνας, ἵνα μὴ κατὰ μέρος καταλέξω; Ἢ καὶ ταῦτα ὡς ὄντα λέγειν οὐκ ὀκνεῖς εἶναι ἀρχὰς ἀγενήτους; Καὶ πῶς δύο ἀρχαὶ, ἀλλ' οὐ πολλαὶ ἀγένητοι; Ποῦ δὲ οἴχεται ἡ σεμνὴ τῶν Μανιχαίων θρησκεία, πολ-

D λῶν οὐσῶν ἀρχῶν, ἀλλ' οὐ δύο ἀγενήτων; Ἔστω δὲ μηδὲν τῶν ἐναντίων ἑαυτῷ, ἰδίῳ δὲ συζύγῳ ἀντικεῖσθαι· ἔστω οὐσία ἢ συμβεβηκὸς εἶναι τὰ ὁμόζυγα τῶν ἀντιδιαστελλομένων· ἔστω εἶναι τὸ κακὸν καὶ ἀντικεῖσθαι τῷ ἀγαθῷ· ἔστω καὶ ἡ ἀντιδιαίρεσις τούτων ἀληθής· πῶς δὲ ἐντεῦθεν δογματί[ζ]εις δύο ἀγενήτους ἀρχάς; τί εἰρηκὼς ἐν ταῖς πρώταις; ποίαν ἀνάγκην τεθεικὼς, ἐξ ἧς τοῦτο συνάγεται; Εἶναί φησι τὸ κακὸν τὸ ἀντικεῖσθαι τῷ ἀγαθῷ· ἀλλὰ πολλὰ ἐστὶ τὰ ὄντα καὶ ἀντικείμενα ἀλλήλοις, τῷ πνικτῷ ὕδατι τὸ καυστικὸν πῦρ, ὥς φατε· καὶ τῷ πυρὶ τὸ ὕδωρ, τῷ ξηρῷ τὸ ὑγρὸν, τῷ ὑγρῷ τὸ ξηρὸν, τῇ γενέσει ἡ φθορὰ, καὶ τῇ φθορᾷ ἡ γένεσις· καὶ οὐκ ἐκ τούτων πολλὰς ἀρχὰς ἅπτε ἀγενήτους. Πῶς οὖν τοῦτα μὲν πάντα, καίτοι φύσει ἐναντία ἀλλήλοις, δυνατὸ

Digitized by Google

εἶναι ἐκ μιᾶς ἀρχῆς; τὸ δὲ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν ὡς ἀντικείμενα, οὐ δυνατόν; Ἄλλως τε δὲ πῶς, ἑταῖρε, οὐκ ἠσθάνου τῆς τῶν ἀρχαίων σοφῶν μικροῦ δεῖν ἁπάντων περὶ τοῦ κακοῦ συζητήσεως, τὸ μὲν εἶναι αὐτὸ καὶ τὸ ἀντικεῖσθαι πρὸς τὸ κακὸν συγχωρησάντων, περὶ δὲ τῶν πῶς ἢ πόθεν εἶναι ἀντεριζόντων ἀλλήλοις; Ἀλλ' οὗτοι μὲν ὄντως, σοὶ δὲ τὸ μὲν εἶναι τοῦ κακοῦ, τὸ ποτὲ αὐτὸ νενόμισται· τὸ δέ τινι ἀντικεῖσθαι, τὸ πῶς· μᾶλλον δὲ ἓν σοὶ τὸ πᾶν λελόγισται.

Ἦν μὲν ἱκανὰ καὶ ταῦτα πρὸς τὰ προτεθέντα· κεφάλαια δ' ὅμως τινὰ συνέταξα, νῦν μὲν συγχωροῦντα ἀντικεῖσθαι τῷ ἀγαθῷ τὸ κακὸν, ἀποδεικνύοντα δὲ μὴ εἶναι τὸ κακὸν, μήτε ἀρχὴν ἀγένητον, μήτε συνυπάρχον Θεῷ· νῦν δὲ ὅτι τῷ ἀγαθῷ οὐκ ἀντίκειται τὸ κακόν· καὶ ποτὲ μὲν παριστῶντα ὅτι καὶ ἐξ ὧν οἱ Μανιχαῖοι φασιν, οὐ δύο ἀρχὰς ἀγενήτους ἀνάγκη δογματίζειν· ποτὲ δὲ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ κατ' ἀνάγκην δογματίζοντα· εἰ ἄλλο τό τι εἶναι, ἄλλο δὲ τὸ ἀντικεῖσθαί τί τινι.

α'. Τὸ μὲν γὰρ εἶναί τι, καθ' ἑαυτό· τὸ δὲ ἀντικεῖσθαι, πρὸς ἄλλο· καὶ προϋπάρχει μὲν τοῦ πρὸς ἄλλο, τὸ καθ' ἑαυτό· μεθυπάρχει δὲ τοῦ καθ' ἑαυτὸ τὸ πρὸς ἄλλο. Πῶς; Διὰ τὸ ἀντικεῖσθαι τῷ μὲν ἀγαθῷ τὸ πονηρὸν, τῷ δὲ πονηρῷ τὸ ἀγαθὸν, συνυπάρχειν αὐτὰ ἀλλήλοις ἀνάγκη· καὶ εἰ οὐκ ἀνάγκη διὰ τὸ ἀντικεῖσθαι αὐτὰ ἀλλήλοις, ἀνάγκη δύο δογματίζειν ἀρχὰς ἀγενήτους. Τὰς γὰρ ἀγενήτους ἀρχὰς, συνυπάρχειν ἀλλήλαις ἀνάγκη.

β'. Εἰ ὥσπερ ἡ γνῶσις τῶν ἀντικειμένων κατὰ παράθεσιν γίγνεται τῶν ἀντικειμένων, οὕτω καὶ ἡ ὕπαρξις τῶν ἀντικειμένων κατὰ παράθεσιν ὑπάρχει τῶν ἀντιδιαστελλομένων, πῶς οὐκ ἀλληλαίτια ἔσται ἀντικείμενα; Καὶ εἰ ἀλληλαίτιά ἐστι τὰ ἀντικείμενα, πῶς οὐκ ἔσται τοῦ κακοῦ αἴτιον τὸ ἀγαθὸν, καὶ ἀνάπαλιν; Ὅπερ ἄτοπον.

γ'. Εἰ ἐκ παραθέσεως τῶν ἀντικειμένων, ἡ ὕπαρξις ἔσται τῶν ἀντικειμένων, πῶς ἡ ἀντιδιαίρεσις τῶν ἐναντίων ἀναγκάζει συνυπάρχειν ἀλλήλοις τὰ ἀντικείμενα;

δ'. Εἰ οὐδὲν πλέον ἐπίσταται ὁ Θεὸς τὰ παρόντα καὶ γεγονότα, ἢ τὰ ἔσεσθαι μέλλοντα, πῶς ἀδύνατον αὐτὸν, ὥσπερ τοῖς παροῦσι καὶ ἤδη γεγενημένοις, οὕτω καὶ τοῖς ἔσεσθαι μέλλουσιν ἀντιδιαστέλλεσθαι; Καὶ εἰ οὐκ ἀδύνατον ἀντιδιαστέλλεσθαι τοῖς μέλλουσιν ἔσεσθαι τὸν Θεὸν, πῶς διὰ τὸ ἀντιδιαστέλλεσθαι τῷ ἀγαθῷ αὐτὸ τὸ κακὸν, ἀνάγκη ἀγένητον εἶναι τὸ κακόν;

ε'. Εἰ πρῶτον τοῦ γενητοῦ τὸ ἀγένητον, τουτέστι τὸ ἀΐδιον, καὶ ὕστερον τὸ γενητὸν, τουτέστι τὸ πρῶτον μὲν μὴ ὄν, ὕστερον δὲ γεγονὸς, ἀντιδιαστέλλεται δὲ τῷ γενητῷ τὸ ἀγένητον· πῶς οὐ κατά τινα λόγον πρὸ τοῦ εἶναί τι γενητὸν ἀντιδιέσταλτο τῷ μὴ παρόντι γενητῷ τὸ ἀγένητον; Εἰ δυνατὸν κατά τινα λόγον ἀντιδιαστέλλεσθαι τῷ μήπω γεγονότι τὸ ἀγένητον, πῶς ἀδύνατον κατά τινα τρόπον ἀντιδιαστέλλεσθαι τῷ μήπω ὄντι πονηρῷ τὸ ἀΐδιον ἀγαθόν;

queunt, bonum autem ac malum, quia sunt contraria, non queunt? Alioqui vero, quomodo, o soles, non sentis omnium prope priscæ ætatis sapientium de malo quæstionem, qui et illud esse revera malum et bono oppositum concedunt, sed quomodo et unde fiat, invicem contradicunt. At hi quidem vere; tibi autem mali exsistentia, pro ejus causa est; ejus autem oppositio, instar modi est. Imo vero totum perinde unum a te reputatur.

Profecto hæc sufficerent ad præcedentes propositiones responsa: nihilominus capitula quædam composui, quæ modo quidem concedunt oppositum esse bono malum, sed simul demonstrant, malum neque principium esse increatum, neque cum Deo coexsistens; modo autem, quod bono oppositum malum non sit: et aliquando comprobant, quod etiam ex dictis a Manichæis, duo increata principia non sit necesse dogmatizare; aliquando autem necessario de bono et malo dogmatizant, utrum aliud sit esse aliquid, aliud vero alicui esse oppositum.

1. Nam esse aliquid, refertur ad se; adversari autem, pertinet ad aliud. Prius est autem quod refertur ad se, illo quod ad aliud. Sed tamen hæc duo coexsistunt. Quid ita? quia quoniam opponitur bono malum, malo autem bonum, hæc coexsistere necesse est. Quod si id non sit necesse, propterea quod invicem sint opposita, necesse est duo credere principia increata. Etenim increata principia coexsistere invicem necesse est.

2. Si, veluti cognitio oppositorum exsurgit ex comparatione aliorum oppositorum, ita etiam exsistentia oppositorum ex comparatione consistit differentium, quidni mutuam causam sibi præstent opposita? Quod si invicem opposita, mutua causa sunt, quidni mali causa sit bonum, et vice versa? Quod est absurdum.

3. Si ex comparatione oppositorum, exsistentia oppositorum fit, quomodo differentia contrariorum cogit coexsistere mutuo opposita?

4. Si Deus non magis scit præsentia et præterita quam futura, cur sit impossibile illum sicuti a præsentibus et a præteritis, ita etiam a futuris distinguere? Quod si non est impossibile Deum distinguere a futuris, cur quia distinguitur a malo bonum, necesse sit malum esse increatum?

5. Si prius creato est increatum, id est æternum, et deinde creatum, id est prius quidem olim non exsistens postea factum; distinguitur autem a creato increatum; quomodo non aliqua certe ratione, ante quam aliquid esset factum, distinguebatur a præsente creato increatum? Et si possibile est, ut aliqua ratione distinguatur a nondum exsistente increatum; quomodo impossibile est aliquo modo distingui a nondum malo id quod æternum bonum est?

Digitized by Google

6. Si prius incepto est non cœptum, et posterius non cœpto est inceptum; distinguiturque ab incepto non cœptum, cur non aliqua ratione antequam aliquid esset inceptum? Et si possibile est aliqua ratione distingui a nondum exsistente incepto non cœptum, quomodo impossibile sit quadam ratione distingui a nondum exsistente malo bonum increatum?

ς'. Εἰ πρῶτον τοῦ ἐνάρχου τὸ ἄναρχον, καὶ ὕστερον τοῦ ἐνάρχου τὸ ἔναρχον, ἀντιδιαστέλλεται δὲ τῷ ἐνάρχῳ τὸ ἄναρχον, πῶς οὔ τινι τρόπῳ πρὸ τοῦ εἶναί τι ἔναρχον; Καὶ εἰ δυνατόν τινι τρόπῳ ἀντιδιαστέλλεσθαι τῷ μήπω παρόντι ἐνάρχῳ τὸ ἄναρχον, πῶς ἀδύνατον κατά τινα λόγον ἀντιδιαστέλλεσθαι τῷ μήπω παρόντι κακῷ τὸ καλὸν τὸ ἀγένητον;

7. Bonum et increatum virtute propria, illud quidem habitum demonstrat, increatum autem privationem. Atque in hoc invicem differunt: sed differentiæ modo, non discrepant inter se. Quando enim et quomodo bonum, similiter et increatum in Deo distinguitur.

ζ'. Τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ ἀγένητον δυνάμει τὸ μὲν ἕξιν δηλοῖ, τὸ δὲ ἀγένητον στέρησιν. Καὶ τούτῳ μὲν διεγνώσασιν ἀλλήλων· τῷ δὲ τρόπῳ τῆς ἀντιδιαστολῆς διαφέρουσιν ἀλλήλων οὐδαμῶς. Ὁπότε γὰρ ὅπως τὸ ἀγαθὸν, ὁμοίως καὶ τὸ ἀγένητον, ἐπὶ τοῦ Θεοῦ ἀντιδιαστέλλεται.

8. Si possibile est creata quatenus sunt creata, et non cœpta quatenus talia sunt, esse æterna, possibile quoque erit æternum quoque quatenus æternum esse creatum et cœptum. Quod si hoc alterum est impossibile, prius quoque fieret impossibile.

η'. Εἰ δυνατὸν τὰ γενητὰ, καθὸ γενητά, καὶ ἔναρχα καθὸ ἔναρχα, ἄΐδια εἶναι, δυνατὸν ἄρα καὶ τὸ ἄΐδιον καθὸ ἄΐδιον, εἶναι γενητὸν καὶ ἔναρχον. Εἰ δὲ τὸ δεύτερον ἀδύνατον, καὶ τὸ πρῶτον ἄρα ἀδύνατον.

9. Si quævis nota creatio non fit sine anima, ut vos putatis, anima autem non semper exsistit in materia, quomodo æterna erit creatio, quæ absque anima fiat?

θ'. Εἰ πᾶσα [γένεσις] ἐγνωσμένη ψυχῆς δίχα γίνεται οὐδαμῶς καθ' ὑμᾶς, ἡ δὲ ψυχὴ οὐκ ἀεὶ ἐν τῇ ὕλῃ, πῶς ἄΐδιος ἡ γένεσις ψυχῆς δίχα μὴ γινομένη;

10. Si alia quidem est animæ propria creatio, alia autem quæ sine anima fit; et si animæ quidem est nota creatio, quæ autem sine anima, ignoratur; cur non ex incognitis facit demonstrationes, ea alia creatione, præter cognitam, demonstrans propositionem suam?

ι'. Εἰ ἑτέρα μὲν ἰδία τῆς ψυχῆς ἡ γένεσις, ἑτέρα δὲ ἡ ψυχῆς χωρὶς· καὶ ἡ μὲν τῆς ψυχῆς γένεσις ἐγνωσμένη, ἡ δὲ δίχα ψυχῆς ἄγνωστος· πῶς οὐκ ἐξ ἀγνώστων ποιεῖται τὰς ἀποδείξεις, ἐξ ἑτέρας γενέσεως παρὰ τὴν ἐγνωσμένην ἀποδεικνύων τὸ προκείμενον;

11. Si increatus est Deus, quia sine creatoribus; et si absque principio quia caret exordientibus se, et probus, quia non est improbus; et bonus, quia malus non est; et si distinguitur a creatis, quia creantes non habet; et ab inceptis, quia nemo ei originem dat; et quia nec improbus est nec malus, distinguitur ab improbo ac malo.

ια'. Εἰ ἀγένητος ὁ Θεὸς μὴ ὄντων γενητῶν, καὶ ἄναρχος μὴ ὄντων ἐνάρχων, καὶ ἀγαθὸς μὴ ὄντος ἄρα πονηροῦ, καὶ καλὸς μὴ ὄντος κακοῦ· καὶ εἰ ἀντιδιέσταλται γενητοῖς γενητῶν μὴ ὄντων, καὶ ἐνάρχοις μὴ ὄντων ἐνάρχων, καὶ πονηροῦ ἄρα μὴ ὄντος καὶ κακοῦ, ἀντιδιέσταλται πονηρῷ τε καὶ κακῷ.

12. Si possibile est Deum ante ea quæ sunt creata esse increatum, simulque non distingui ab inceptis; possibile utique erit etiam ante id quod improbum est, esse probum, neque tamen distingui ab improbo; et ante malum esse bonum, neque tamen distingui a malo.

ιβ'. Εἰ δυνατὸν τὸν Θεὸν πρὸ τῶν γενητῶν εἶναι μὲν ἀγένητον, μὴ ἀντιδιαστέλλεσθαι δὲ τοῖς ἐνάρχοις· δυνατὸν ἄρα καὶ πρὸ τοῦ πονηροῦ εἶναι μὲν ἀγαθὸν, μὴ ἀντιδιαστέλλεσθαι δὲ τῷ πονηρῷ· καὶ πρὸ τοῦ κακοῦ εἶναι μὲν καλὸν, μὴ ἀντιδιαστέλλεσθαι δὲ τῷ κακῷ.

13. Si decet Deum bonum distingui necessario ab eo quod proprie malum est, et increatum a suis creaturis; convenientissimum est distingui ab iis quæ ex ipso sunt per creationem, vel futura ex eodem sunt prout voluntas tulerit.

ιγ'. Εἰ πρέπον ἐστὶ τὸν Θεὸν ἀγαθὸν ὑπάρχοντα, ἀντιδιαστέλλεσθαι κατ' ἀνάγκην τῷ ἰδίῳ κακῷ, καὶ ἀγένητον ὄντα τοῖς ἐξ ἐκείνου γιγνομένοις· πρεπωδέστατον ἄρα μᾶλλον ἀντιδιαστέλλεσθαι τοῖς ὑφ' αὐτοῦ κατὰ ποίησιν, καὶ τοῖς ἐξ ἐκείνου καθ' αἵρεσιν γενησομένοις.

14. Si ex uno principio sunt elementa, prout vos dicitis, hæc autem invicem adversantur, quomodo ex contrariorum oppositione duo increata exsistunt principia? Namque hæc, licet invicem naturaliter contraria, ex una materia sunt, ut creditis.

ιδ'. Εἰ ἐκ μιᾶς ἀρχῆς τὰ στοιχεῖα καθ' ὑμᾶς, ἀντίκειται δὲ ταῦτα ἀλλήλοις, πῶς διὰ τὴν τῶν ἐναντίων ἀντίθεσιν ἀνάγκη δύο ἀγενήτους εἶναι ἀρχάς; Ταῦτα γὰρ, καίτοι φύσει ἐναντία ἀλλήλοις, ἐκ μιᾶς ὕλης καθ' ὑμᾶς.

15. Si quemadmodum elementa invicem adversantur, sic etiam bonum malo; vicissim ambo ex uno principio erunt.

ιε'. Εἰ ὥσπερ τὰ στοιχεῖα ἀντίκειται πρὸς ἄλληλα, οὕτω καὶ τὸ ἀγαθὸν πρὸς τὸ κακόν· καὶ ἔμπαλιν ἐκ μιᾶς ἔσονται ἀρχῆς ἑκάτερα.

Digitized by Google

α'. Εἰ ὡς γένησις καὶ φθορὰ ἀντίκειται, ἀρχὴ καὶ τέλος ἔσονταί τινος ὑποκειμένου.

1°. Si ut generatio et corruptio inter se adversantur, principium et finis erunt alicujus subjecti.

β'. Εἰ ὡς φῶς καὶ σκότος ἀντίκεινται αἱ δύο ἀρχαὶ πρὸς ἀλλήλας, τοὺς ἰδίους ἀλλάσσουσι τόπους διαδοχικῶς.

2°. Si ut lux et tenebræ invicem sunt contrariæ, sic duo principia inter se, locos suos alternis permutabunt.

γ'. Εἰ ὡς νόσος πρὸς ὑγίειαν τὸ κακὸν ἀντίκειται πρὸς τὸ ἀγαθόν, καὶ ἀνάπαλιν, ἕξις ἔσονται ἑνὸς ὑποκειμένου.

3°. Si ut morbus sanitati, ita malum opponitur bono, et vice versa, habitus erunt unius subjecti.

δ'. Εἰ ὡς λευκὸν καὶ μέλαν ἀντίκεινται ἀλλήλοις αἱ ἀρχαὶ, συμβεβηκὸς ἔσονταί τινος ὑποκειμένου.

4°. Si ut album et nigrum ita sibi adversantur principia, accidens erunt alicujus subjecti.

ε'. Εἰ ὡς ἀρετὴ πρὸς κακίαν αἱ δύο ἀρχαὶ ἀντίκεινται ἀλλήλαις, κατόρθωμα ἢ πταίσμα ἔσονταί τινος ὑποκειμένου.

5°. Si ut virtus vitio, duo principia invicem opponuntur, recte factum et delictum erunt alicujus subjecti.

ις'. Εἰ μήτε ὡς στοιχεῖα πρὸς ἄλληλα, μήτε ὡς γένεσις καὶ φθορὰ, μήτε ὡς λευκὸν καὶ μέλαν, μήτε ὡς φῶς καὶ σκότος, μήτε ὡς νόσος καὶ ὑγίεια, μήτε ὡς ἀρετὴ καὶ κακία ἀντίκεινται ἀλλήλαις αἱ δύο ἀρχαί. Τὰ γὰρ ἀντικείμενα τούσδε τοὺς τρόπους ἀντίκεινται παρ' ἡμῖν.

16. Si neque ut elementa inter se, neque ut generatio et corruptio, neque ut album et nigrum, neque ut lux et tenebræ, neque ut morbus et sanitas, neque ut virtus et vitium, opponuntur invicem duo principia. Nam contraria hisce modis a nobis reputantur contraria.

ιζ'. Εἰ ἡ πονηρὰ ἀρχὴ τῶν Μανιχαίων τῇ μὲν ἀγαθῇ ἀρχῇ ἀντίκειται ὑπεναντίως, τοῖς δὲ ἐξ αὐτῆς οὐκ ἐναντίως· εἰρηνικῶς ἄρα πρὸς τὰ ἐξ αὐτῆς, πολεμικῶς δὲ πρὸς τὴν ἀγαθὴν ἔχει ἀρχήν· εἰ δὲ τοῦτο, πῶς τὰ ἐξ αὐτῆς ἐναντίως ἀντίκειται ἀλλήλοις; Οὐδὲν γὰρ εἰρηνικῶς ἔχον πρὸς τὰ ἐξ αὐτοῦ πολεμοῦντα ἀλλήλοις γεννᾷ.

17. Si malum Manichæorum principium, bono quidem principio opponitur, creaturis tamen suis nequaquam; ergo pacem fovet cum natis ex se, bellum autem cum bono gerit principio. Quod si ita se habet, quomodo quæ ex ipso sunt, pugnant invicem? Nihil enim, si modo pacem habet cum creaturis suis, bellantia inviecm generat.

ιη'. Εἰ οὐδὲν τῶν ἀντικειμένων, δυοῖν ἐναντίοιν ἀντίκειται ἐναντίως, πῶς ἡ κακὴ ἀρχὴ μία οὖσα, ἐναντίως ἀντίκειται τῇ τε ἀγαθῇ ἀρχῇ καὶ τοῖς ἐξ αὐτῆς;

18. Si nihil contrarium, duobus contrariis opponitur, quomodo malum principium cum sit unum, bono simul principio adversatur et creaturis ejus?

ιθ'. Εἰ ἀληθὲς τὸ λεγόμενον, ὡς καὶ ἀληθὲς, τὸ τὰ ἐναντία οὐχ ἑαυτοῖς, πρὸς ἄλληλα δὲ ἀντικεῖσθαι, πῶς ἡ κακὴ ἀρχὴ ἑαυτῇ ἀντίκειται καθ' ὑμᾶς; Καὶ εἰ οὐδὲν τῶν ἐναντίων ἑαυτῷ τε ἀντίκειται καὶ ἄλλῳ, πῶς ἡ πονηρὰ ἀρχὴ ἑαυτῇ τε ἀντίκειται καὶ τῇ ἀγαθῇ; Ἔκει ἔσται ἀρχὴ ἐξ ἀρχῆς, ὅπερ ἄτοπον.

19. Si verum est, uti reapse est, contraria non secum sed cum aliis pugnare, quomodo malum principium secum pugnat, ut vos dicitis? Et si nihil contrariorum tum sibi tum alii adversatur, quomodo malum principium et sibi repugnat et simul bono? Sic enim principium erit ex principio, quod est absurdum.

κ'. Εἰ οὐ πρέπει Θεῷ ποιεῖν τἀναντία κατὰ χρείαν τῶν γιγνομένων, πῶς πρέπει αὐτῷ διὰ τὴν οἰκείαν χρείαν γεννᾷν ἐξ αὐτοῦ; Καὶ εἰ ἀνενδεὴς μὲν ὁ ποιῶν διὰ τὴν τῶν ἄλλων χρείαν, ἐνδεὴς δὲ ὁ διὰ τὴν ἰδίαν, πῶς οὐκ ἐνδεὴς μὲν ὁ τῶν Μανιχαίων θεὸς, κατ' ἰδίαν χρείαν γεννήσας, ὥς φασιν;

20. Si Deum non decet contraria facere, prout creaturæ solent, quomodo eum decet aliquid ad proprium usum ex se gignere? Et si ille minime est indigens qui ad aliorum usum aliquid facit, ille contra est indigens qui ad proprium; quidni minime indigeat Manichæorum deus, qui ad proprium usum generat, ut ipsi aiunt?

κα'. Εἰ κοινωνεῖ τῇ ἀγαθῇ ἀρχῇ ἡ κακὴ, καὶ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ πότε εἶναι, καὶ τοῦ ποῦ εἶναι, ὥσπερ καὶ τῷ ὕδατι τοῦ τε εἶναι καὶ τοῦ στοιχείου εἶναι· ἀντίκειται δὲ αὐτῇ κατὰ τὸ κακὸν μόνον καὶ τὸ ἀγαθὸν, ὥστε καὶ τὸ πῦρ πρὸς τὸ ὕδωρ κατὰ τὸ θερμὸν μόνον, ἐκ μιᾶς ἀρχῆς ἔσονται ἀμφότεραι αἱ ἀρχαί· καὶ γὰρ τὸ πῦρ καὶ τὸ ὕδωρ ἐκ μιᾶς ἀρχῆς ἀμφότερον.

21. Si malum principium habet commune cum bono, et ut sit, et quando, et ubi sit, atque omnino ut sit principium; sicuti etiam aqua habet commune cum igne quatenus est, et elementum est; repugnat autem bono tantum, quatenus malum bono, sicut etiam ignis aquæ secundum calorem tantummodo, ex uno principio erunt ambo principia: namque ignis et aqua ex uno ambo sunt principio.

κβ'. Εἰ οὐδὲν τῶν ἐναντίων κοσμεῖ τὸ σύζυγον αὐτῷ, οὔτε κατ' ἀνάγκην οὔτε κατὰ χρείαν, ἡ δὲ ἀγαθὴ ἀρχὴ ἐκόσμησε τὴν ὕλην κατ' ἀνάγκην· οὐκ ἔσται ἄρα ἡ ὕλη ἐναντία τῇ ἀγαθῇ ἀρχῇ· ὕλης δὲ μὴ

22. Si nullum contrarium ornat compar suum neque necessitate neque usu, bonum autem principium ornat materiam necessario, non erit sane materia contraria bono principio. Jam si materia

Digitized by Google

non est contraria, quid jam est initio carens et contrarium malum?

23. Si contrariorum copula necessario ambo demonstrat, non erunt hæc ex contrariis principiis. Nam quantum natura differunt, tantumdem notione congruunt.

24. Si ex elementorum repugnantia fiunt plantæ et animalia; oritur autem ex principiorum repugnantia nihil, non repugnant ergo, ut vos dicitis, elementa invicem.

25. Si nequaquam æque ac Deus honoratur malum principium, quod tamen vos dogmatizatis Deo coexsistere; quia in creatis etiam sunt paria tempore, inæqualia honore; et brevis ætatis si natura spectetur, honoratiora nihilominus longævioribus, quidni erit aliquid, quod anté increata collocet creata principia?

26. Cuncta enim creata eo ordine quem Creator statuit gubernantur. Quorum non est immortalis vita, horum vitæ opponitur mors. Et quorum non est immutabile bonum, horum bono opponitur malum. Cujus vero immortalis est vita, hujus vitæ non opponitur mors. Secus autem cujus est immutabile bonum, hujus non opponitur bono malum.

27. Quorum exsistentia est ex generatione, horum bonum naturale est. Et quorum bonum est ex creatione, horum ex repugnantia est malum. Quorum vero ex natura est bonum, horum haud ex repugnantia est malum.

28. Si vult æternum bonum esse, utique et ipsum malum æternum. Si minus vult, et tamen est, idque agnoscit, contra voluntatem semper patitur æternum bonum, non habebit contrarium malum. Nihil enim contrarium omni passione vacat.

29. Quale agnovit interrogator bonum, cui adversari ait malum? Quale item novit malum, cui adversari dicit bonum? Ergo increata sunt creata. Sed si increata, demonstret temperantiam esse increatam, continentiam, justitiam, imo etiam adulterium, fornicationem, et puerorum amores. Quod si hæc creata, cur quia adversatur creatarum rerum bono malum, necesse sit Dei quoque creato adversari malum?

30. Si quæ accidunt creatis, necessario accidunt Deo; hæc autem accidunt creatis, nempe generatio, corruptio, indigentia, peccatum, atque, ut summatim dicam, passiones, cur non hæc eadem Deo quoque accidunt? Quod si haud necessario accidunt Deo, quæ creaturis accidunt, cur propterea quod creaturarum bono adversatur malum, necesse sit etiam Dei bono adversari malum?

31. Si Deus est bonum increatumque principium, itemque Deus est etiam malum, ut dicitis, neque tamen hæc utrisque accidunt; cur necesse sit hæc accidere tum increato bono, tum etiam increato?

οὔσης ἐναντίας, εἶτα τί τὸ ἀναρχον καὶ ἐναντίον τὸ κακόν;

κγ'. Εἰ ἡ συζυγία τῶν ἐναντίων ἐξ ἀνάγκης δηλοῖ τὰ ἑκάτερα, οὐκ ἔσται ἐξ ἐναντίων ἀρχῶν Ὅσον γὰρ διέστηκε κατὰ φύσιν, τοσοῦτον ἥνωται κατὰ γνῶσιν.

κδ'. Εἰ γίνεται ἐκ τῆς τῶν στοιχείων ἐναντιώσεως φυτά τε καὶ ζῶα· γίνεται δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀρχῶν ἐναντιώσεως οὐδέν, οὐκ ἀντίκεινται αἱ ἀρχαὶ ἀλλήλαις ὡς τὰ στοιχεῖα, ὥς φατε.

κε'. Εἰ οὐκ ἴσα τῷ Θεῷ τιμᾶται τὸ κακὸν συνυπάρχον δογματιζόμενον Θεῷ, διὰ τὸ εἶναι κἀν τοῖς γενητοῖς ἴσα γε τῇ τιμῇ, καὶ ὀλιγοχρόνια μὲν κατὰ φύσιν, τιμιώτερα δὲ τῶν πολυχρονίων· πῶς οὐκ ἔσται τι πρὸ τῶν ἀγενήτων τάξαν τὰς ἀρχὰς ἀγενήτους;

κς'. Πάντα γὰρ τὰ γενητὰ καθ' ἣν ἔταξε τὸ Ποιῆσαν τάξιν κυβερνᾶται· ὧν οὐκ ἀθάνατος ἡ ζωὴ, τούτων τῇ ζωῇ ἀντίκειται θάνατος· καὶ ὧν οὐκ ἄτρεπτον τὸ ἀγαθὸν, τούτων τῷ ἀγαθῷ ἀντίκειται τὸ κακόν· οὗ δὲ ἀθάνατος ἡ ζωὴ, τούτου οὐκ ἀντίκειται τῇ ζωῇ ὁ θάνατος· καὶ οὗπερ ἄτρεπτον τὸ ἀγαθὸν, τούτου οὐκ ἀντίκειται τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν.

κζ'. Ὧν ἡ ὕπαρξις κατὰ γένεσιν, τούτων καὶ τὸ ἀγαθὸν κατὰ φύσιν· καὶ ὧν μὲν τὸ ἀγαθὸν κατὰ κτίσιν, τούτων κατ' ἐναντίωσιν τὸ κακόν· ἂν δὲ τὸ ἀγαθὸν κατὰ φύσιν, τούτων οὐ κατ' ἐναντίωσιν τὸ κακόν.

κη'. Εἰ βούλεται τὸ ἀΐδιον ἀγαθὸν εἶναι τὸ ἀΐδιον κακὸν, ἆρα καὶ αὐτὸ ἀΐδιον εἶναι τὸ κακόν· εἰ δ' οὐ βούλεται εἶναι αὐτὸ, ἔστι δὲ, καὶ γινώσκει αὐτὸ, παρὰ βούλησιν πάσχει τὸ ἀΐδιον ἀγαθὸν, οὐχ ἕξει ἐναντίον κακόν· οὐδὲν γὰρ ἐναντίον ἀπήλλακται πάθους παντελῶς.

κθ'. Ποταπὸν ἔγνωκεν ὁ πυνθανόμενος τὸ ἀγαθὸν, ᾧ ἀντικεῖσθαι λέγει τὸ πονηρόν; Καὶ ποταπὸν ἐπίσταται τὸ πονηρὸν, ᾧ ἀντικεῖσθαι φάσκει τὸ ἀγαθόν; Ἀγένητα ἆρα τὰ γενητά· ἀλλ' εἰ μὲν ἀγένητα, δειξάτω τὴν σωφροσύνην εἶναι ἀγένητον, τὴν ἐγκράτειαν, τὴν δικαιοσύνην, ἔτι δὲ τὴν μοιχείαν, τὴν πορνείαν, τὴν παιδεραστίαν. Εἰ δὲ γενητὰ, πῶς διὰ τὸ ἀντικεῖσθαι τῷ τῶν γενητῶν ἀγαθῷ τὸ πονηρὸν, ἀνάγκη καὶ τῷ τοῦ Θεοῦ γενητῷ ἀντικεῖσθαι τὸ πονηρόν;

λ'. Εἰ τὰ ἑπόμενα τοῖς γενητοῖς ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τῷ Θεῷ, ἕπεται δὲ τοῖς γενητοῖς, οἷον γένεσις, φθορὰ, ἔνδεια, ἁμαρτία, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν πάθη, πῶς οὐχ ἕψεται αὐτὰ καὶ τῷ Θεῷ; Εἰ δ' οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τῷ Θεῷ τὰ ἑπόμενα τοῖς γενητοῖς, πῶς διὰ τὸ ἀντικεῖσθαι τῷ ἐν γενητοῖς καλῷ τὸ κακὸν, ἀνάγκη καὶ τῷ τοῦ Θεοῦ καλῷ ἀντικεῖσθαι τὸ κακόν;

λα'. Εἰ ὁ Θεὸς ἀγαθὴ ἀρχὴ καὶ ἀγένητος, Θεὸς δὲ καὶ ἡ κακὴ, ὥς φατε, καὶ οὐχ ἕπεται ταῦτα ἑκατέροις· πῶς ταῦτα ἕπεσθαι ἀνάγκη τῷ τε ἀγενήτῳ ἀγαθῷ καὶ γενητῷ;

Digitized by Google

λβ'. Εἰ ἐν τοῖς γενητοῖς ἡ μὲν παρατροπὴ τοῦ ἀγαθοῦ ἀρχὴ γίνεται τοῦ κακοῦ, ἡ δὲ παῦσις τοῦ κακοῦ ἀρχὴ πολλάκις τοῦ ἀγαθοῦ, τί δὴ τοῦ Θεοῦ ἀγαθὸν ὥσπερ ἀγένητον, οὕτως καὶ ἀπαράτρεπτον, οὐχ ἕξει ἄρα τὸ ἀντικείμενον κακόν; A

32. Si in creaturis digressio a bono fit mali principium, et cessatio mali sæpe principium boni fit, cur Dei bonum, ut increatum, sic etiam et immutabile, adversarium non habebit malum?

λγ'. Εἰ τὸ κακὸν οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ἐπὶ θάτερον μέρος τῆς παρατροπῆς, ἐλεύθερος δὲ ταύτης ὁ Θεὸς, πῶς ἧς οὐκ ἔχει τὴν κτῆσιν, ἕξει τὴν ἐναντίωσιν;

33. Si malum nihil aliud est, quam in alterutram partem digressio, caret vero hac Deus, quomodo cujus rei non habet possessum, hujus habebit oppositionem?

λδ'. Εἰ κατ' οὐσίαν τῶν προϋφεστωσῶν ἀρχῶν ἐστιν ἐν τοῖς γενητοῖς τό τε ἀγαθὸν καὶ τὸ πονηρὸν, ὥσπερ ἐκ τῶν προϋφεστώτων στοιχείων ἐν τοῖς πεφυκόσιν, τό τε θερμαῖνον καὶ τὸ ψυχρὸν, ἐκ μιᾶς ἔσονται ἀρχῆς αἱ οὐσίαι ἐξ ὧν τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πονηρόν· καὶ γὰρ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ πῦρ ἐξ ὧν τὸ θερμαῖνόν ἐστιν καὶ τὸ ψυχρὸν, ἐκ μιᾶς ἐστιν ἀρχῆς, καθ' ὑμᾶς. B

34. Si secundum substantiam præexsistentium principiorum in creatis, tum bonum tum etiam malum, tanquam ex præexsistentibus elementis in rebus factis; tum calor tum frigus, ex uno principio substantiæ erunt, ex quo etiam bonum ac malum. Nam et aqua et ignis, unde calor et frigus, ex uno sunt principio, ut vos putatis.

λε'. Εἰ κατὰ μετουσίαν τῶν προϋφεστωσῶν ἀρχῶν ἐστιν ἐν τοῖς γενητοῖς τό τε καλὸν καὶ τὸ κακὸν, πῶς κολάσεως μὲν τοὺς πταίσαντας, ἀπολαύσεως δὲ τοὺς κατορθωκότας ἀξιοῦμεν; Καὶ εἰ ὥσπερ κατὰ μετουσίαν ἔχομεν τὸ κακὸν, πῶς τὸν μὲν πυρέσσοντα οἴκτου καὶ συμπαθείας, τὸν δὲ μηνύσαντα ψόγου καὶ κολάσεως ἀξιοῦμεν;

35. Si secundum participationem præexsistentium principiorum est in rebus creatis tum bonum tum etiam malum, quomodo pœna quidem peccantes, gaudio autem bene agentes dignos censemus? Et si secundum participationem habemus malum, quomodo febrientem quidem misericordia et compassione, cum autem qui irascitur vituperandum castigandumque censemus?

λς'. Εἰ οὐδεὶς τὰ κατὰ μετουσίαν τῶν προϋφεστώτων ἐν φύσει ἐξ ἀνάγκης συμβαίνοντα, νόμῳ ἀπηγόρευσε, γίνεται γὰρ ταῦτα ἐξ ἀνάγκης· πῶς τὴν ἀδικίαν ἢ ἀσέβειαν οἵ τε θεῖοι καὶ ἀνθρώπινοι ἀπαγορεύουσι νόμοι;

36. Si nemo ea quæ ex præexsistentium naturalium participatione necessario accidunt, lege vetuit, fiunt enim hæc ex necessitate, cur injustitiam, vel impietatem tum divinæ tum humanæ leges vetant?

λζ'. Εἰ τὰ κατὰ νόμον ἀπηγορευμένα κακὰ, οἷον βλασφημία, ἀδικία, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἀσέβεια καὶ ἁμαρτία, ὧν ἡ τιμωρία ὥρισται, ψυχῆς δίχα γίνεται οὐδαμῶς, πῶς οὐκ ἔστιν ἡ ψυχὴ αἰτία τῶν κατὰ νόμον ἀπηγορευμένων κακῶν, ὧν ὥρισται καὶ ἡ τιμωρία; Καὶ εἰ ἡ ψυχή ἐστιν αἰτία τῶν κατὰ νόμον ἀπηγορευμένων κακῶν, πῶς οὐκ ἔστιν ἐκ ψυχῆς τὰ κατὰ νόμον ἀπηγορευμένα κακά; Καὶ εἰ τοῦτο, πῶς ἔχει τὴν τῶν ὄντων ἐπίγνωσιν ὁ πυνθανόμενος πόθεν τὰ κακά; C

37. Si ea quæ a jure vetantur mala, veluti blasphemia, injustitia, et omnino impietas ac peccatum, quibus etiam pœna decreta est, absque animæ concursu non fiunt, quomodo anima non est causa vetitorum a lege malorum? Et si anima causa est vetitorum a lege malorum, quidni sunt ab anima ea quæ jus vetat mala? Quod si ita est, quomodo rerum notitiam habet is qui interrogat unde sint mala?

λη'. Εἰ οὐ θέλοντες ἁμαρτάνομεν, καὶ οὐ προαιρούμενοι δικαιούμεθα, πῶς ὡς θελήσει ἁμαρτήσαντες τιμωρούμεθα, καὶ ὡς προαιρέσει δικαιωθέντες ἀπολαύομεν τῶν ἀγαθῶν; Καὶ εἰ θελήσει τὸ ἑκάτερον, πῶς οὐκ ἐκ θελήσεως ἑκάτερον;

38. Si inviti peccamus, et si absque nostra voluntate justificamur, cur plectimur ceu si volentes peccavissemus, et bonis afficimur ceu si proposito nostro fuissemus justificati? Et si alterum voluntarium est, quidni voluntarium utrumque?

λθ'. Εἰ κρεῖττον τὸ φυσικῇ ἀνάγκῃ ποιεῖν τοῦ ἀδιάστῳ ἐξουσίᾳ ἐργάζεσθαι, κρεῖττον ἄρα ἡ κατὰ φυσικὴν ἀνάγκην ποιοῦσα ὕλη, τοῦ μετ' ἐξουσιότητος ἐργάζεσθαι Θεοῦ. Εἰ δὲ χεῖρον τὸ κατ' ἀνάγκην ποιεῖν τοῦ ἀδιάστως ἐργάζεσθαι, πῶς οὐ τοῦ κρείττονος ἀποχωρίζουσιν οἱ Μανιχαῖοι τοὺς ἀνθρώπους, ἀπαλλοτριοῦντες αὐτοὺς τῆς κατ' ἐξουσίαν προαιρέσεως; D

39. Si melius est physica necessitate agere quam non coacta facultate operari, melior est quæ secundum physicam necessitatem agit materia, quam qui arbitratu suo agit Deus. Quod si deterius est ex necessitate agere, quam sponte operari, quidni a re meliore Manichæi avertunt homines, dum eos voluntario arbitrio spoliant?

μ'. Εἰ μεμπτὸς κατὰ τοὺς Μανιχαίους ὁ ἄμεμπτος Θεὸς ὡς προγνοὺς τοὺς ποιήσαντας κακὰ παρήγαγε, μεμπτὸς ἄρα κατὰ ἀλήθειαν ὁ τῶν Μανιχαίων Θεὸς, ὅτι προγνοὺς τοὺς ἀσεβήσαντας υἱεῖς, προέβαλεν ἐξ αὐτῶν· καὶ εἰ προγνοὺς ὁ τῶν Μανιχαίων Θεὸς τῶν ἰδίων υἱῶν τὰ ἀσεβήματα, προέβαλεν, καὶ προβαλὼν αὐτοὺς οὐκ αἴτιος ἀσεβημάτων· πῶς προγνοὺς ὁ κατὰ

40. Si reprehensibilis secundum Manichæos est Deus, alioqui irreprehensibilis, quia male acturos præsciens nihilominus in vitam eduxit, reprehensibilis vere est Manichæorum Deus qui, prævidens filiorum suorum futura peccata, tamen eos produxit in lucem. Et si cum eos produxerit, non est causa peccatorum; quomodo

Digitized by Google

verus Deus futurorum hominum crimina præsciens, et nihilominus peccaturos creans, causa delictorum sit?

41. Si bonus Deus fecisset homines bono æque ac malo agendo impotentes, utique ipse utrumque in illis efficeret, et Deus ipse bonorum malorumque quæ ab hominibus fiunt causa esset. Quod si homines ad utrumque idoneos effecit, sequitur ut utriusque ipsi auctores sint.

42. Bonum duplex dicitur, aliud nempe in Deo, aliud in creatis rebus. Rursus bonum Dei in duo dividitur, aliud natura, aliud creatione: natura, quod in substantiæ excellentia consistit: creatione, quod in factura, creatione providentiaque conspicitur. Bonum autem in creaturis partim naturale est, partim voluntarium, partim denique usu. Naturale quidem, ut ipsæ creationes, quod idem est ac in creatione spectatum, nempe in rerum creatarum natura. Usu, ut divitiæ, principatus, inopia. Quapropter hæc modo etiam sunt mala, modo secus. Voluntarium autem, ut religiositas, justitia et generatim virtus; denique usu, ut serpens quatenus est noxius, febris, fames, peccatorum pœna, et alia hujusmodi, veluti ad religiositatem erudientia. Mala quoque dupliciter considerantur; nempe et proprie et appellative; proprie ut religiositas et peccatum; appellative: ut serpens, fames, febris, peccati pœna, terræ motus, et his similia; quæ revera quidem sunt bona, ceu quæ ad religionem instituunt patientes, sed a nobis reputantur mala: veluti venæ sectio, medica pharmaca, quæ mala quidem videntur ægris, reapse autem bona sunt. Nam et ipsorum bonorum, alia per se ipsa bona sunt, alia vero propter consequentia ex ipsis bona.

MANICHÆORUM BLASPHEMIÆ.

43. Quæ cum ita sint, Manichæi bonum quidem quod eximiam divinæ substantiæ partem exhibet, contemnunt, dum id par malo esse asseverant, indigensque et infirmum confingunt: bonum vero quod in creatione et providentia conspicitur a bono Deo alienant maleficii nomine beneficium appellantes. Nostram vero naturam et vitæ usum mali principii effectum esse contendunt: quæque ad virtutem ducunt vel meliores nos faciunt, tanquam malitiæ effluvium traducunt: virtutem in summa ac vitium stuporem naturæ, non voluntatis factum esse definiunt. Jam vero si qui ita dogmatizant, se veritatis contubernales esse jactant, sint sane etiam Manichæi veritatis alumni. Quod si omne contra est, intelligat quisque consequentiam.

44. Si bonum substantia sit, bonus vir prorsus erit contingens. Si item malum sit substantia, malus vir æque erit contingens. Quod si bonus vir substantia sit, bonum erit contingens: pariterque si malus vir sit substantia,

A ἀλήθειαν Θεὸς τὰ τῶν γενησομένων παραπτώματα, καὶ παράγων τοὺς ποιήσοντας, αἴτιος ὑπάρχει παραπτωμάτων;

μα'. Εἰ ἐποίει μὲν ὁ ἀγαθὸς Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους ἀδυνάτως ἔχειν πρὸς τὸ καλὸν ἐργάζεσθαι καὶ τὸ κακόν· ἐκτελῶν δὲ ἐν αὐτοῖς ἑκάτερα ἐτύγχανεν αὐτός· αἴτιος ἦν ἄρα ὁ Θεὸς τῶν ἀνθρωπίνων καλῶν τε καὶ κακῶν· εἰ δὲ ἐποίησε τοὺς ἀνθρώπους δυνατῶς ἔχειν πρὸς ἑκάτερα, ἑκατέρων αἴτιοι ὑπάρχουσιν αὐτοί.

B μβ'. Τὸ ἀγαθὸν λέγεται διχῶς· τὸ μὲν ἐν τῷ ὄντι Θεῷ, τὸ δὲ ἐν γενητοῖς. Καὶ τὸ μὲν ἐν τῷ ὄντι Θεῷ, διχῶς νοεῖται πάλιν· τὸ μὲν φύσει, τὸ δὲ ποιήσει· φύσει μὲν, τὸ παριστῶν τὸ ἐκκριτον τῆς οὐσίας· ποιήσει δὲ τὸ ἐν δημιουργίᾳ καὶ προνοίᾳ τῶν ὄντων θεωρούμενον. Τὸ δὲ ἐν γενητοῖς ἀγαθὸν, τὸ μὲν φύσει, τὸ δὲ θέσει, τὸ δὲ χρησίμου ἕνεκεν· φύσει μὲν ὡς τὰ δημιουργήματα αὐτά· ταυτὸ γάρ ἐστι τὸ ἐν δημιουργίᾳ θεωρούμενον, τῷ ἐν φύσει τῶν γενητῶν· χρήσει δὲ, οἷον πλοῦτος, ἀρχὴ, πενία. Διὸ καὶ ποτε κακὰ γίνεται τὰ τοιαῦτα, ποτὲ δὲ οὔ· προθέσει δὲ, οἷον ἡ εὐσέβεια καὶ ἡ δικαιοσύνη, καὶ ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν ἡ ἀρετή· χρησίμου δὲ ἕνεκεν, οἷον ὁ ὄφις καθὸ βλαπτικὸς, πυρετὸς, λιμὸς, ἡ ὑπὲρ ἁμαρτιῶν τιμωρία, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὅτε εὐσεβείας παιδευτικά. Καὶ τὰ κακὰ διχῶς, τὸ μὲν κυρίως, τὸ δὲ μετὰ προσηγορίας· κυρίως μὲν, οἷον ἡ ἀσέβεια καὶ ἡ ἁμαρτία· μετὰ δὲ προσηγορίας, οἷον ὄφις, λιμὸς, πυρετὸς, ἡ ὑπὲρ ἁμαρτιῶν τιμωρία, σεισμὸς, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια· ἅτινα C τῷ μὲν ἀληθεῖ ἐστιν ἀγαθὰ, ὡς πρὸς εὐσέβειαν παιδεύοντα τοὺς πάσχοντας, πρὸς ἡμᾶς δὲ λελόγισται κακά· ὡς δήπου καὶ ἡ φλεβοτομία καὶ τὸ φαρμακεύειν, κακὰ μὲν τοῖς πάσχουσι λελόγισται, ἀγαθὰ δὲ τῷ ἀληθεῖ· τῶν γὰρ δὴ ἀγαθῶν, τὰ μὲν δι' ἑαυτὰ, τὰ δὲ διὰ τὰ δι' αὐτῶν.

ΜΑΝΙΧΑΙΩΝ ΒΛΑΣΦΗΜΙΑΙ.

μγ. Τούτων οὕτως ἐχόντων, οἱ Μανιχαῖοι τὸ μὲν παριστῶν τὸ ἐκκριτον τῆς θείας οὐσίας ἀγαθὸν ἀτιμάζουσιν, ἴσον τῇ κακίᾳ αὐτὸ ἀποδεικνύοντες, καὶ ἐνδεὲς καὶ ἀσθενὲς κατασκευάζοντες· τὸ δὲ ἐν δημιουργίᾳ καὶ προνοίᾳ θεωρούμενον ἀγαθὸν τῶν ὄντων, τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ ἀποστεροῦσιν, οἷα κακίαν φύσκοντες τὸ εὐεργέτημα. Τὴν δ' ἡμετέραν φύσιν τε καὶ χρείαν εἶναι τῆς πονηρᾶς ἀρχῆς διισχυρίζονται· τὰ δὲ πρὸς ἀρετὴν ἄγοντα ἢ βελτίους ἡμᾶς ποιοῦντα, διαβάλλουσιν ὡς κακίας ἀπόῤῥοιαν· τὴν δὲ ἀρετὴν αὐτὴν καὶ κακίαν, φύσεως κωφότητα, ἀλλ' οὐ θελήσεως καρποὺς ἀποφαίνονται. Ἀλλ' εἰ μὲν ταῦτα δογματίζοντες, μετὰ τῆς ἀληθείας συζῆν σπουδάζουσιν, ἑστωσαν καὶ οἱ Μανιχαῖοι τρόφιμοι τῆς ἀληθείας· εἰ δὲ τοὐναντίον, νοείσθω ἑκάστῳ τὸ συναγόμενον.

μδ'. Εἰ τὸ ἀγαθὸν οὐσία, ὁ ἀγαθὸς ἔσται πάντως συμβεβηκός· καὶ εἰ τὸ κακὸν οὐσία, ὁ κακὸς ἔσται συμβεβηκός. Εἰ δὲ ὁ ἀγαθὸς οὐσία, τὸ ἀγαθὸν ἔσται συμβεβηκός· καὶ εἰ ὁ κακὸς οὐσία, τὸ κακὸν ἔσται συμβεβηκός· καὶ περὶ καλοῦ καὶ κακοῦ ὁ αὐτὸς λόγος.

Digitized by Google

Συμβεβηκὸς δὲ νῦν λέγω, οὐ τὸ φυσικῶς συμβαῖνον ἐξ ἀνάγκης ταῖς οὐσίαις, ἀλλὰ τὸ αὐθαίρετον συμβαῖνον ἐν ταῖς τῶν λογικῶν κτισμάτων πράξεσιν. A malum erit contingens. Et de bono ac malo idem dicendum est. Contingens autem nunc dico non quod contingenter accidit necessitate substantiæ, sed quod sponte contingit in rationalium creaturarum actibus.

μέ'. Εἰ χρὴ τῆς ἀληθείας ἀκριβεστάτην γνῶσιν ἔχειν τὴν ἀρχήν, ἡ δὲ τοῦ Μάνεντος δυσσέβεια ἄγνοιαν τοῦ πόθεν τὰ κακὰ φέρουσα πρὸς ἀσέβειαν ἔχει τὴν κρηπῖδα· πῶς οὗτος τῆς ἀγνοίας καὶ ἀσεβείας ἐρασταί, οἱ τὴν τοῦ Μάνεντος ἀσπαζόμενοι κακοδοξίαν;

45. Si principium oportet accuratissimam habere veritatis notitiam, Manetis autem impietas cum ignorans unde sint mala, irreligiositate nitatur, cur adeo sunt ignorantiæ atque irreligiositatis amantes, qui Manetis pravæ sectæ adhærent?

ΠΡΟΤΑΣΕΙΣ ΧΡΙΣΤΙΑΝΙΚΑΙ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΜΑΝΙΧΑΙΟΥΣ.

PROPOSITIONES CHRISTIANÆ ADVERSUS MANICHÆOS.

Πᾶν ἔκ τινος ὑποκειμένου γινόμενον, ἢ φύσει, ἢ τέχνῃ, ἢ προαιρέσει γίγνεται· φύσει μὲν, οἷον ἐξ ἀνθρώπου ἄνθρωπος, καὶ ἐκ σίτου σῖτος· τέχνῃ δὲ, οἷον ἐκ τῆς ὑφαντικῆς ἱμάτια, καὶ τῆς οἰκοδομικῆς οἰκίαι· προαιρέσει δὲ, οἷον ἐκ τῶν προτέρων τὸ σύμπαν. Ἀλλὰ καὶ ἐκ φύσεως ἑκάστης οὐ πολλαὶ καὶ διάφοροι καὶ ἐναντίαι φύσεις γίγνονται· οἷον οὐ γίγνεται ἐκ τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσεως βοῦς καὶ χαλκὸς, ὕδωρ, πῦρ τε καὶ κάρυα. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐκ τεχνῶν ἑκάστων οὐ διάφοροι καὶ ἐναντίαι ὗλαι, ἄλλης οὔσης τῆς τέχνης παρὰ τὴν ἐξ αὐτῆς μετασχηματιζομένην ὕλην· οἷον οὐ γίγνεται ἐκ τῆς ὑφαντικῆς τέχνης ἔριον· ἀλλὰ τὰ ὄντα ἔρια μετασκευάζει, ἄλλης οὔσης αὐτῆς παρὰ τὰ ἔρια. Ὅτι δὲ κἀκ προαιρέσεως οὐ μόνον οὐκ ἐναντίαι φύσεις, ἀλλ' οὐδ' ὅλως γίγνονται φύσεις, παντὶ δῆλον. B Quidquid ex aliquo subjecto fit, aut natura fit aut arte aut electione. Natura quidem, ut ex homine homo, ex frumento frumentum. Arte, ut ex textrina vestimentum, et ex architectura domus. Electione veluti ex prioribus universum. Verumtamen ex unaquaque natura non multæ neque diversæ aut contrariæ naturæ fiunt; veluti non fit ex hominis natura bos, æs, aqua, ignis atque nuces. Similiter et ex singulis artibus haud fiunt diversæ et contrariæ materiæ, cum sit ars diversa a materia quæ per ipsam transfiguratur. Exempli gratia, non fit ex textrina vellus, sed ars existentia vellera elaborat, cum ipsa tamen diversa sit a velleribus. Quod autem etiam ex re voluntaria, non solum haud contrariæ naturæ fiant, sed omnino nullæ, nemo non videt.

α'. Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων τὰ ἐξ ὕλης ἄρα γιγνόμενα, φύσει γίγνεται, ἢ τέχνῃ, ἢ προαιρέσει· ἀλλ' εἰ μὲν φύσει, πῶς μιᾶς οὔσης, πολλαὶ καὶ διάφοροι καὶ ἐναντίαι φύσεις γίγνονται ἐξ αὐτῆς; Εἰ δὲ τέχνῃ, πρῶτον μὲν τίς ὁ τεχνίτης; Οὐδεὶς γὰρ τεχνίτης ἐστὶ καὶ ὕλη κατὰ ταυτό. Ἔπειτα δὲ πῶς κατὰ τὴν τεχνικὴν ἀκολουθίαν ἐκ μιᾶς ὕλης πολλαὶ καὶ διάφοροι καὶ ἐναντίαι γεγόνασι φύσεις; Εἰ δὲ μήτε φύσει, μήτε προαιρέσει, μήτε τέχνῃ γίγνεται τὰ ἐξ ὕλης γιγνόμενα, εἰπὲ πῶς γίνεται τὰ ἐξ ὕλης γινόμενα; C 1. His ita constitutis, ea quæ ex materia fiunt, vel arte vel voluntate. Jam si natura, quomodo cum sit una, multæ ac diversæ contrariæque naturæ ex ipsa fiunt? Sin arte, primo quidem quisnam opifex? Nemo enim simul est opifex et materia. Deinde quomodo secundum technicam rationem ex una materia multæ ac diversæ et contrariæ factæ sunt naturæ? Sin denique voluntate, quomodo ex voluntate fient naturæ? Quod si neque natura neque voluntate neque arte fiunt quæ materia constant, dic quomodo fiant quæ materia constant?

β'. Εἰ πᾶν ἔκ τινος ὑποκειμένου γινόμενον, ἢ φύσει, ἢ τέχνῃ, ἢ προαιρέσει γίνεται, αἱ δὲ τῶν ὄντων διαφοραὶ καὶ ἐναντίαι φύσεις οὔτε φύσει, οὔτε τέχνῃ, οὔτε προαιρέσει γεγένηνται· πῶς ἔκ τινος ὑποκειμένου, αἱ τῶν ὄντων γεγένηνται φύσεις; Εἰ δ' οὐκ ἔκ τινος ὑποκειμένου αἱ τῶν ὄντων φύσεις γεγένηνται, εἰπὲ πόθεν αἱ τῶν ὄντων γεγένηνται φύσεις; D 2. Si quidquid ex aliquo subjecto fit, aut natura, aut arte, aut voluntate fit; rerum autem differentiæ contrariæque naturæ, neque natura, neque arte, neque voluntate sunt factæ, quomodo ex aliquo subjecto, rerum naturæ factæ fuerunt? Quod si minime ex aliquo subjecto, rerum naturæ factæ fuerunt, dic undenam sint factæ naturæ?

γ'. Εἰ ἐν τόπῳ τῆς οὐσίας ὁ Θεὸς, πῶς οὐ περιγραπτὸς τὴν οὐσίαν ὁ Θεός; Εἰ δὲ περιγραπτὸς τὴν οὐσίαν ὁ Θεὸς, πῶς παντογνώστης τῆς οὐσίας ὁ Θεός; πῶς Θεὸς τὴν οὐσίαν ὁ Θεός; 3. Si loco substantiæ est Deus, quidni sit circumscripta substantia Dei? Et si circumscripta est substantia Dei, quomodo cognoscit universam substantiam Deus? quomodo Deus, substantia Deus est?

δ'. Εἰ ἐν τῷ τί ἐστι περιγραπτὸς ὁ Θεὸς, ἐν δὲ τῷ ποσῷ ἐστιν ἀπερίγραπτος, πῶς ταυτόν ἐστι τὸ ποσὸν τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ τί αὐτό; Εἰ δ' οὐ τοῦτο, πῶς ἂν λέ- 4. Si in essentia Deus est circumscriptus, in qualitate autem incircumscriptus, quomodo unum idemque sunt qualitas et essentia Dei? Quod si

Digitized by Google

non sunt idem, quomodo dicemus nomina diversasque locutiones unum denotare, propter substantiæ unitatem varietate omni carentis?

5. Quod si nihil duo principia discriminat, sed invicem adjacent, ut umbræ lux, aut veluti sol omni quidem corpori adjacens, non tamen inhærens aut commistus aut infusus; primo quidem quomodo melius principium non erit causa quod sit aliud deterius, veluti quædam lux umbræ? Deinde quomodo quod est deterius non fruetur meliore, prorsus ut corpora fruuntur sole?

6. Si trinitas Patris, Filii, et sancti Spiritus nominibus et numero dicitur *trinitas*, natura tamen est monas, et monadem effecit natura, trinitatem vero modus exsistentiæ, quidni cogit naturam modus? Et si cogit modus naturam, quo pacto Deus sit is qui cogitur? Si vero minime cogit, qui fit ut trinitatem nominum modus effecerit?

7. Si modus, unde est trias, ex materia est; creata autem consequenter ad primam causam referuntur, ut vos dicitis, quidni sit causa trinitatis materia? Quod si non est ex materia modus, quo exsistit trinitas, dic undenam sit modus quo trinitas exstitit?

8. Si omnimode impeccabilis est Deus, non omnimode autem impeccabilis anima, quomodo idem est anima ac Deus? Quod si nihil essentia propria est impeccabile in rerum natura, quomodo quæ impeccabilis essentia propria est anima, facta est peccabilis in rerum naturam?

9. Si scientia et fide sua salvantur Manichæi, cur opus est illis olei obsignatione? Et si possunt salvari ii qui cum fide et scientia utuntur olei obsignatione, quomodo eos sit impossibile salvari qui cum fide et scientia accedunt ad aquæ baptismum?

10. Si ratione substantiæ cunctæ divinæ animæ pariter bonæ sunt, ratio autem ipsarum substantiæ neque detractionem patitur neque incrementum: primo quidem quomodo boni fiunt per virtutem Manichæi? Deinde quomodo si aliqua ratione ex bona fit mala anima, non amittit quam antea habeat substantiam? Nam bonum itemque malum substantia est, ut isti credunt.

11. Si ex naturali corporis mortalitate transferunt divinæ Scripturæ mortalitatis appellationem, in animas immortales, quæ præter naturam in peccatis sunt mortuæ, quomodo ex mortuorum naturali resurrectione, non transferunt resurrectionis denominationem in immortales animas? Nam potior est didascalicis metaphoris rerum veritas, unde ipsa metaphora sumitur. Et si nunquam Jesus ex natura non exstantibus capit metaphoram, quomodo ex ea quæ nunquam fuit, ut vos dicitis,

A γοιτο ὅτι ὀνόματα περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ λόγοι διάφοροι τὸ ἓν σημαίνουσι διὰ τὸ ἓν καὶ ἀποίκιλτον τῆς οὐσίας;

ε'. Εἰ δὲ διορίζει μεταξὺ τῶν δύο ἀρχῶν οὐδέν, παράκεινται δ' ἀλλήλαις ὡς σκιᾷ φῶς, ἢ ὡς ἡλίου παντὶ μὲν σώματι παρακειμένου, μὴ ἐγκειμένου δὲ ἢ μεμιγμένου, ἢ κεραννυμένου, πρῶτον μὲν πῶς οὐκ ἔσται ἡ κρείττων ἀρχὴ, αἰτία τοῦ εἶναι τὴν χείρονα ὥς τι φῶς τῆς σκιᾶς; Δεύτερον δὲ πῶς οὐκ ἀπολαύσει ἡ χείρων τῆς κρείττονος ὡς τοῦ ἡλίου τὰ σώματα;

ς'. Εἰ ἡ τριὰς Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ἐν ὀνόμασιν καὶ ἀριθμοῖς *τριὰς* λέγεται, ἐν δὲ φύσει μονὰς, καὶ τὴν μὲν μονάδα ἡ φύσις περιεποίησεν, B τὴν δὲ τριάδα ἡ χρεία, πῶς οὐκ ἠνάγκαζε τὴν φύσιν ἡ χρεία; Καὶ εἰ μὲν ἠνάγκαζεν ἡ χρεία τὴν φύσιν, πῶς Θεὸς ὁ ἀναγκαζόμενος; Εἰ δ' οὐκ ἠνάγκαζε, πῶς τὴν τριάδα τῶν ὀνομάτων ἡ χρεία περιεποίησεν;

ζ'. Εἰ ἡ χρεία, ἐξ ἧς ἡ τριὰς, ἐξ ὕλης, τὰ δὲ γιγνόμενα κατὰ παρακολούθησιν εἰς τὸ πρῶτον αἴτιον ἀναφέρεται καθ' ὑμᾶς, πῶς οὐκ ἔσται αἰτία τῆς τριάδος ἡ ὕλη; Εἰ δ' οὐκ ἐξ ὕλης ἡ χρεία, δι' ἣν ἡ τριὰς, εἰπὲ πόθεν ἡ χρεία δι' ἣν ἡ τριάς;

η'. Εἰ παντὶ τρόπῳ ἀναμάρτητος ὁ Θεὸς, οὐ παντὶ δὲ λόγῳ ἀναμάρτητος ἡ ψυχὴ, πῶς ἡ αὐτή ἐστιν ἡ ψυχὴ τῷ Θεῷ; Καὶ εἰ οὐδὲν ἀναμάρτητον τὴν οὐσίαν γίνεται παρὰ φύσιν, πῶς ἡ ἀναμάρτητος C τὴν οὐσίαν ψυχὴ γέγονεν ἐναμάρτητος παρὰ φύσιν;

θ'. Εἰ γνώσει καὶ πίστει διασώζονται οἱ Μανιχαῖοι, τί χρῄζουσι τῆς διὰ τοῦ ἐλαίου σφραγῖδος; Καὶ εἰ δυνατὸν σωθῆναι τοὺς μετὰ γνώσεως καὶ πίστεως χρῄζοντας τῆς διὰ ἐλαίου σφραγῖδος, πῶς ἀδύνατον σωθῆναι τοὺς ἐν πίστει καὶ γνώσει προσιόντας τῷ διὰ τοῦ ὕδατος βαπτίσματι;

ι'. Εἰ τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας πᾶσαι θεῖαι ψυχαὶ ὁμοίως εἰσὶν ἀγαθαὶ, ὁ δὲ τῆς οὐσίας αὐτῶν λόγος οὔτ' ἀφαίρεσιν οὔτε προσθήκην ὑπομένει, πρῶτον μὲν πῶς ἀγαθοὶ γίγνονται διὰ τῆς ἀρετῆς οἱ Μανιχαῖοι; Ἔπειτα δὲ πῶς εἴ τινι λόγῳ ἐξ ἀγαθῆς γίνεται κακὴ ἡ ψυχὴ, οὐκ ἀπόλλυσιν ἣν ἔσχε πρώην οὐσίαν; D Οὐσία γὰρ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν κατ' αὐτούς.

ια'. Εἰ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν σωματικῆς νεκρώσεως μεταφέρουσιν αἱ θεῖαι Γραφαὶ τὴν τῆς νεκρώσεως προσηγορίαν, ἐπὶ τῶν ἀθανάτων ψυχῶν τῶν παρὰ φύσιν ἐν πταίσμασι νενεκρωμένων, πῶς οὐκ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν νεκρῶν ἀναστάσεως μεταφέρουσι τὸ τῆς ἀναστάσεως ὄνομα ἐπὶ τῶν ἀθανάτων ψυχῶν; Προηγεῖται γὰρ ταῖς διδασκαλικαῖς μεταφοραῖς ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια, ἐξ ὧν καὶ ἡ μεταφορὰ ἐκλαμβάνεται. Καὶ εἰ οὐδέν ποτε ὁ Ἰησοῦς ἐκ τῶν πάντη κατὰ φύσιν μὴ γιγνομένων ποιεῖται τὴν μεταφοράν, πῶς ἐκ τῆς πάντως μὴ γινομένης νεκρῶν ἀναστά-

Digitized by Google

σεως καθ' ὑμᾶς μετέφερεν ἐπὶ ψυχῶν τὴν τῆς ἀνα- A
στάσεως προσηγορίαν;

ιβ'. Εἰ ἀληθεύων ὁ Ἰησοῦς ἑαυτὸν ὠνόμασεν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, πῶς οὐκ ἀληθεύων ἑαυτὸν ἐκάλεσεν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; Καὶ εἰ οὐκ ἀληθεύων ἑαυτὸν ἐκάλεσεν Υἱὸν ἀνθρώπου, πῶς ἀληθεύων ὠνόμασεν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἑαυτόν; Εἰ δ' ἀληθεύων ἑκάτερον ἑαυτὸν ἔλεγεν, πῶς οὐκ ἔστιν αὐτὸς ἑκάτερον;

ιγ'. Εἰ καλῶς ὁ Ἰησοῦς μετιὼν ἔν τισι τὴν Ἰουδαϊκὴν συνήθειαν ἐδίδασκε τοὺς ἀνθρώπους, πῶς οὐκ ἀγαθὸς ὁ τούτου Πατήρ, ὃς τὴν τῶν παλαιῶν μετερχόμενος συνήθειαν, ἐπαιδαγώγησεν τοὺς Ἑβραίους πρὸς εὐσέβειαν; Καὶ εἰ ὑπεξῃρημένης τῆς τῶν δεχομένων νηπιότητος λίαν ἀγαθὰ τὰ ὑπόλοιπα τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, πῶς οὐ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ ἐστιν ἡ Παλαιὰ Διαθήκη; B

ιδ'. Εἰ οὐ σφάλλονται οἱ Μανιχαῖοι λέγοντες ὅτι δεῖ τὴν θείαν οὐσίαν ἤτοι τὴν ἐκ τῆς θείας οὐσίας ψυχὴν παραδοθῆναι τῇ αἰωνίῳ κολάσει ὑπὲρ τῶν κατ' ἀνάγκην ἁμαρτημάτων, πῶς σφάλλονται οἱ τῆς ἀληθείας παῖδες φάσκοντες ὅτι χρὴ τοὺς κατὰ ποίησιν μὲν ὑπὸ Θεοῦ γεγενημένους, αὐθαιρέτους δὲ ἁμαρτήσαντας κολάζεσθαι; Καὶ εἰ δίκαιον λέγειν ὅτι ἔστι τέλος τῆς τῶν κακῶν κολάσεως, πῶς ἄδικον εἰπεῖν εἶναι τέλος τῆς ψυχῶν τε καὶ σωμάτων κολάσεως;

ιε'. Εἰ κακὴ ἡ γένεσις, πῶς οὐκ ἀγαθὴ ἡ φθορά; Καὶ εἰ πονηρὰ ἡ αὔξησις, πῶς οὐ καλὴ ἡ μείωσις; Καὶ εἰ κακὴ ἡ φθορά, πῶς οὐ καλὴ ἡ γένεσις; Καὶ εἰ πονηρὰ ἡ μείωσις, πῶς οὐκ ἀγαθὴ ἡ αὔξησις; Καὶ εἰ ἐνδέχεται κακὸν εἶναί τι γίνεσθαι καὶ φθείρεσθαι, C
αὐξάνεσθαί τε καὶ μειοῦσθαι ἐναντία εἶναι ἀλλήλοις τὴν οὐσίαν, εἰπὲ διὰ τί οὐκ ἐνδέχεται τό τε καλὸν καὶ τὸ κακὸν κατά τι εἶναι ἐπαινετά;

ις'. Εἰ δυσὶ δεσμοῖς συνδέδεται οὖσα ἐν σώματι ἡ θεία ψυχή, ἑνὶ μὲν τῷ ἀσωμάτῳ κακῷ συμφυεῖ τοῖς σώμασιν, ἑνὶ δὲ τῷ σώματι αὐτῷ, ἀνεκτότερον δὲ ἑνὶ συνδεδέσθαι δεσμῷ ἢ δυσίν, ὡς μαρτυρεῖ τῷ λεγομένῳ τὰ πράγματα· πῶς οὐ καλῶς ποιοῦσιν οἱ φονεύοντες ἄλογά τε ζῶα, καὶ ἀνθρώπους κατακόπτοντες ὡς τὰ φυτά; Ἀπολύουσι γὰρ τὴν ψυχὴν ἑνὸς δεσμοῦ καὶ καταπονήσεως. Καὶ εἰ συνδέδεται τῇ ὕλῃ ἡ ψυχή, πρῶτον μὲν πῶς δεσμὸς τῇ ὕλῃ παραγενομένη τοὐναντίον περιβέβληται δεσμῷ; ἔπειτα δὲ πῶς ἁπλῆ D
οὖσα τὴν οὐσίαν, κατ' ἀνάγκην συνδέδεται σώματι; Πᾶν γὰρ τὴν οὐσίαν ὑπάρχον ἁπλοῦν, τοῦ κατ' ἀνάγκην ἐλεύθερον δεσμοῦ. Περὶ τούτων τὴν παρ' ὑμῶν ἀπόκρισιν ἀναμένω.

Περὶ τοῦ ὄντως ἀγαθοῦ.

Τὸ ἀγαθὸν ἐπὶ Θεοῦ οὐσία τυγχάνει, ἐπὶ δὲ τῶν γενητῶν ἐνέργειά τίς ἐστι περὶ τὸ ἐκτὸς γινομένη, καὶ συμβεβηκὸς ὑπάρχει διὰ πράξεων ἢ θεωρίας κατορθούμενον. Καὶ διὰ πράξεως μὲν κατορθοῦσιν ἄνθρωποι σαρκὶ συζῶντες τὸ ἀγαθόν· αἱ δὲ νοεραὶ δυνάμεις, διὰ θεωρίας καὶ προσευχῆς. Ἐπεὶ οὖν συμβεβηκός ἐστιν τὸ ἀγαθὸν ἐπὶ τῶν γενητῶν, πάντως ἐπὶ τούτων καὶ προτερεύει τὸ εἶ-

mortuorum resurrectione, transtulit ad animas resurrectionis metaphoram?

12. Si veraciter Jesus Dei Filium se nominavit, quidni item veraciter se Filium hominis nuncupaverit? Et si non veraciter Filium se hominis dixit, quomodo veraciter se dixerit Dei Filium? Quod si alterutrum se dixit veraciter, cur non utrumque idem sit?

13. Si præclare Jesus in nonnullis sequens Judaicam consuetudinem homines docuit, quidni bonus fuerit hujus Pater, qui priscorum obsecundans consuetudini, Hebræos ad religionem instituit? Et si excepta auditorum puerilitate, bona valde erant reliqua Veteris Testamenti, cur non sit a bono Deo Vetus Testamentum?

14. Si non errant Manichæi dum aiunt, oportere divinam substantiam, seu animam ex divina substantia constantem, tradi æterno supplicio propter peccata necessario commissa, quomodo errant veritatis filii, dum affirmant oportere homines a Deo quidem factos, sed voluntarios peccatores, puniri? Et si juste dicitur finem esse supplicii peccantium, quomodo injuste dicetur finem esse animarum et corporum supplicii?

15. Si mala est generatio, quomodo non sit bona corruptio? Et si malum est incrementum, quidni sit præclara diminutio? Et si mala est corruptio, quidni bona sit generatio? Et si mala est diminutio, quidni sit bonum incrementum? Et si admittimus malum esse aliquod, corrumpi, crescere, minui, contraria esse invicem quoad substantiam, dic cur non sit admittendum bonum et malum secundum quid esse laudabilia?

16. Si duobus vinculis colligatur dum est in corpore divina anima, uno quidem incorporeo malo connaturali corporibus, altero autem corpore ipso; cum sit tolerabilius uno vinculo quam duobus alligari, ut facta dictis attestantur, quidni egregie faciunt qui occidunt irrationalia animantia, et qui homines cædunt instar arborum? Solvunt enim animam uno vinculo et afflictione. Et si alligatur materiæ anima, primum quidem quomodo cum sit ipsa materiæ vinculum, eadem contra vinculo alligatur? Deinde cum sit substantia simplex, cur coacte vinculo alligatur? Quidquid enim suapte natura simplex est, omni necessario vinculo liberum est. Ad hæc responsum vestrum exspecto.

De bono.

Bonum in Deo substantia est, in creaturis operatio quædam exterior, et est contingens rectitudo actuum vel cogitationis. Et actu quidem recte agunt homines dum in carne viventes bonum exercent· at intellectuales virtutes per contemplationem et orationem. Quoniam igitur contingens est in rebus creatis bonum, omnino in his præcedit esse bonum. Oportet enim bonum veluti esse loco propositi,

Digitized by Google

ut sic contingens in ipso cernatur, sive id sejunctum sit sive secus. Sed tamen quod attinet ad increatum Deum, quoniam semper est Deus, bonus quoque semper est. Non enim aliud est in eo essentia, aliud bonitas; sed ipsa essentia habet bonitatem. Ergo ex dictis manifestum est, malum non esse Deo oppositum qui substantialiter bonus est; nam substantiæ nihil prorsus opponitur. Sed contingenti bono, quod in creatis cernitur, opponitur malum. Nam quod malo actu fit, opponitur ei quod bono actu fit.

A ναι τὸ ἀγαθόν· ἀεὶ γὰρ τὸ εἶναι τὸ ἀγαθὸν, ἤτοι τὸ προκείμενον, ἵνα οὕτως τὸ συμβεβηκὸς ἐν αὐτῷ θεωρηθείη, εἴτε χωριστὸν εἴτε ἀχώριστον εἴη. Ἐπὶ δὲ τοῦ ἀγενήτου Θεοῦ ἀεὶ ὢν ὁ Θεὸς, ἀεὶ καὶ ἔστιν ἀγαθός. Οὐ γὰρ ἕτερον ἔχει τὸ εἶναι, καὶ ἕτερόν τι τὴν ἀγαθότητα· ἀλλ' αὐτὸ τὸ εἶναι ἔχει τὴν ἀγαθότητα. Διὰ τῶν εἰρημένων οὖν πᾶσι προφανὲς ὅτι τὸ πονηρὸν οὐκ ἔστιν ἐναντίον τῷ Θεῷ, οὐσίᾳ ὄντι ἀγαθῷ· τῇ γὰρ οὐσίᾳ οὐδὲν ὅλως ἀντίκειται· τῷ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθῷ τῷ ἐν τοῖς γενητοῖς θεωρουμένῳ, ἀντίκειται τὸ πονηρόν· διὰ γὰρ φαύλης πράξεως γινόμενον, ἀντίκειται τῇ διὰ πράξεως ἀγαθῆς γινομένῃ.

De operatione.

Omnis operatio in eo ipso quod fit habet essentiam, namque ante operantis motum sive actum operatio non subsistit, neque post actum manet; tantum rem peractam sæpenumero ad actus memoriam relinquit. Actus ergo est operatio. Omnis autem actus alicujus substantiæ est actus, neque absque substantia est.

Περὶ ἐνεργείας.

B Πᾶσα ἐνέργεια τῷ γίνεσθαι ἔχει τὸ εἶναι, οὔτε πρὸ τῆς τοῦ ἐνεργοῦντος κινήσεως ἤτοι πράξεως οὖσα, οὔτε μετὰ τὴν κίνησιν διαμένουσα· μόνον δὲ τὸ ἀποτελεσθὲν πολλάκις πρὸς μνήμην τῆς πράξεως καταλιμπάνει. Ἡ οὖν πρᾶξίς ἐστιν ἡ ἐνέργεια· πᾶσα δὲ πρᾶξις, τινὸς οὐσίας ἐστὶ πρᾶξις, καὶ ἄνευ οὐσίας οὐκ ἔστι.

De malo.

Malum duplicem habet significatum: nam modo significat malitatem, modo peccatum. Et principaliter quidem malum est peccatum, abusive autem malitas mali nomine nuncupatur. Nam malitas semper mala non est, imo sæpe salutis causa est, C sive aliquis physicus incidat morbus, sive aliquod ab extra accidens maligne nobis eveniat. Si tamen proprie mala fuerint, et non potius emendatoria a Dei providentia ob corrigendos homines excogitata, nullius boni causa erunt. Ecce autem sæpe vel eorum timor angit, et hominibus ad peccandum proclivibus timorem Dei injicit, et culpæ errorem depellit, nosque ad orandum Deum excitat, sive feram timeamus, sive serpentem, sive bellum, aut famem, aut aliquam infirmitatem, vel calumniam aut insidias ex hominum prava voluntate, quæ proprie est malum, et facienti imputatur peccatum; patienti autem non proprie est peccatum. Hæc veri mali rationem non habent, imo hominibus in Deo fortibus maximam gloriam comparant, bonaque et D æterna præmia a Deo promerentur. Ne igitur quisquam erret, malitatem proprie dicens malum. Nam si forte id quod creat malorem, malum esset et non potius emendatorium atque ad justitiam et omnigenam virtutem impellens, nemo jam filium peccantem verberaret; nemo laudaret magistratum qui latronem gladio animadvertendum decerneret, aut bestiis judiciali sententia vorandum traderet: nemo medicum laudaret putre ulcus ferro amputantem, quia ægrum cruciat; nemo concederet theriacam ex viperis componi, quoniam Manichæi reptilia mala esse dictitant. Sed ignorant isti imperiti conviciatores, bonum esse quidquid non inutile ei rei est ob quam Deus illud creavit. Cur non sint valde

Περὶ κακοῦ.

Τὸ κακὸν διττὴν ἔχει τὴν σημασίαν· δηλοῖ γὰρ ποτὲ μὲν τὴν κάκωσιν, ποτὲ δὲ τὴν ἁμαρτίαν. Καὶ κυρίως μὲν κακὸν ἡ ἁμαρτία· καταχρηστικῶς δὲ ἡ κάκωσις κακὸν ὀνομάζεται. Ἡ γὰρ κάκωσις οὐ πάντως κακὴ, πολλάκις δὲ καὶ σωτηρίας πρόξενος γίνεται, ἢ φυσικῆς τινος νόσου ἐπιγιγνομένης, ἢ καὶ ἔξωθεν συμπτώματός τινος κακωτικῶς ἡμῖν ἐπισυμβάντος. Εἰ δὲ ταῦτα κακὰ κυρίως ὑπάρχει, καὶ οὐ μᾶλλον παιδευτικὰ ἐκ Θεοῦ προνοίας πρὸς σωφρονισμὸν ἀνθρώπων ἐξευρημένα, οὐκ ἂν κἀτιά τινος ἀγαθοῦ ἐγίνετο. Νῦν δὲ πολλάκις καὶ ἡ αὐτῶν ἐλπὶς ἄγχει, καὶ τοὺς αὐτοὺς εὐλαβεῖσθους πρὸς ἁμαρτίαν, καὶ Θεὸν δεδοικέναι ποιεῖ, καὶ ἀμύνει τὴν ἐκ τούτων ἐπήρειαν· ἱκετεύειν ἡμᾶς διανίστησι τὸν Θεὸν, εἴτε θηρίον, ἢ ἑρπετὸν, ἢ πόλεμος, ἢ λιμὸς, ἢ ἀσθένειά τις εἴη τὸ ἐλπιζόμενον, ἢ συκοφαντία, καὶ ἐπιβουλὴ ἐκ φαύλης προαιρέσεως ἀνθρώπων μηχανωμένη, ἥτις κυρίως μὲν κάκωσίς ἐστι, τῷ ποιήσαντι ἁμαρτία τυγχάνουσα· τῷ δὲ πάσχοντι οὐ κυρίως κακόν· οὐ πάντως εἰσὶ κακὰ, ἀλλὰ καὶ τοῖς κατὰ Θεὸν ἀνδρείοις πρόξενα μεγίστης εὐδοξίας γίνεται παρὰ ἀνθρώποις, εὐεργεσίας τε καὶ ἀμοιβὰς αἰωνίους θησαυρίζει τούτοις ἐπὶ Θεῷ. Μὴ οὖν τις ἀπατάσθω τὰ κακωτικὰ, κυρίως ὀνομάζων κακά· εἰ γὰρ κακόν ἐστι τὸ κακωτικὸν, καὶ οὐ μᾶλλον παιδευτικὸν, καὶ πρὸς δικαιοσύνην καὶ παντοίαν ἀρετὴν ἐκκαλούμενον, μηδεὶς τυπτέτω τὸν υἱὸν ἁμαρτάνοντα· μηδεὶς ἐπαινείτω τὸν ἀρχήν τινα πεπιστευμένον, λῃστὴν ξίφει καταδικάζοντα, ἢ θηρίοις πρὸς βρῶσιν ψήφῳ δικαστικῇ κυροῦντα παραδίδοσθαι· μηδεὶς ἰατρὸν ἐπαινείτω τιδήρῳ πάθος σεσηπὸς περιτέμνοντα· κακοῖ γὰρ τὸν ἰατρευόμενον. Μηδεὶς συγχωρείτω θηριακὴν ἐξ ἐχιδνῶν συντεθῆναι, εἴπερ κακά φασιν οἱ Μανιχαῖοι τὰ ἑρπετά. Ἀλλ' ἀγνοοῦσιν οἱ ταῦτα ἀπείρως

Digitized by Google

διαλαμβανόμενοι, ὅτι καλόν ἐστι πᾶν ὅπερ ἀνελλιπῶς ἔχει πρὸς ὃ δεδημιούργηται παρὰ Θεοῦ· πῶς οὐ καλὰ λίαν, εἰ καί τινα αὐτῶν μὴ οὐσίαν τυγχάνουσιν, ἀλλὰ μόνον ἐκ φυσικῆς ἀσθενείας ἐπισυμβαίνουσιν;

A bona, etiamsi aliqua haud per se talia sint, sed naturali tantum contingant infirmitate?

Τῶν δὲ φυσικῶν τὰ μὲν ἀνάγκῃ φύσεως ἐπιτελεῖται· ἀνάγκῃ δὲ φύσεως λέγω ταῦτα τελεῖσθαι, ὅσα αὐτομάτως καὶ ἀκόντων ἡμῶν ὑπὸ τῆς φύσεως γίγνεται, ὡς τὸ ἀποθνήσκειν, καὶ αὔξειν μέχρι τῆς ὡρισμένης ἡλικίας τὸν ζῶντα· τινὰ δὲ ἀκολουθίᾳ μὲν φύσεως γίνεται· ἐνδέχεται μέντοι καὶ μὴ γενέσθαι, οἷον τὸ παιδοποιεῖν διὰ μίξεως· τοῦτο γὰρ τῶν ἐνδεχομένων ἐστίν· οὐ γὰρ πάντως ἀπακολουθεῖ τῇ μίξει παιδοποιία. Ταῦτα οὖν πάντα ὅσα ἀνάγκῃ φύσεως γίνεται, ἄνευ ἁμαρτίας ἀποτελεῖται καὶ ποτὲ τοῖς ἀνθρώποις τοῖς λόγῳ διοικουμένοις· ὅσα δὲ ἐνδέχεται γίνεσθαι καὶ μὴ γίνεσθαι, ἐπὶ μὲν τῆς ἀλόγου φύσεως ἀναίτια τυγχάνει, οἷαν δ' ἂν ἔχοι τὴν ἐνέργειαν· οὐ γὰρ ἔχουσι λόγον κατὰ φύσιν δοκιμάζοντα τὰ πρακτέα. Ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων ἄλλῃ δή λόγῳ ῥυθμιζομένων, ἔστιν ἐνίοτε ταῦτα κυρίως κακά, ὅτε δὲ μὴ λόγος ὀρθὸς ἡγεῖται τῆς πράξεως ἐκ ῥᾳθυμίας ἡμῶν ἀσθενήσας, ἢ καὶ παντελῶς πεπωθεὶς ταῖς ἡδυπαθείαις· ἁμαρτία γάρ ἐστιν ἡ τῶν κατὰ φύσιν ἐνδεχομένων γενέσθαι τε καὶ μὴ γενέσθαι ὑπὸ τῶν λογικῶν ἀλόγων, αἵρεσίς τε καὶ χρῆσις. Ἀρετὴ δὲ ἀνθρώπου τὸ δύνασθαί τι πράττειν ὑπό τε τῆς φυσικῆς κινήσεως ἐρεθίζεσθαι· εἰ δὲ ἄτοπον εἴη τοῖς δὴ γινόμενον ἢ καὶ παντελῶς γινόμενον, ἀπέχεσθαι τῆς τούτων πράξεως κυβερνήτῃ λογικῷ κεχρημένον, καὶ καταπατεῖν τῆς ἡδυπαθείας τὸ δέλεαρ. Ἀλλά φασι· Τί γὰρ οὐκ ἀνεπιδέκτους ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοῦ ἁμαρτάνειν ἡμᾶς, ἵνα μὴ ἐκόντες ἁμαρτάνωμεν; Οἱ δὲ τὰ τοιαῦτα προβαλλόμενοι, ἐοίκασιν ἀγαναχτεῖν ὅτι μὴ λίθους καὶ ξύλα ἐποίησεν αὐτοὺς ὁ Θεός· καὶ μέμφεσθαι τὸν Εὐεργέτην ὅτι λογικοὺς τοὺς ἀνθρώπους εἰργάσατο, καὶ οὐ μᾶλλον ἀκινήτους πρὸς αἵρεσιν ἀγαθοῦ τε καὶ πονηροῦ. Εἰ δέ φασιν· Ἔδει ἡμᾶς ποιηθῆναι λογικοὺς καὶ εἰδέναι ἀγαθόν τε καὶ πονηρὸν, ἐν δὲ τῇ τοῦ ἀγαθοῦ ἀτρέπτους ἱστασθαι πράξει, οὐδὲν ἕτερον ἐοίκασί μοι ζητεῖν, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἔδει ἡμᾶς ἀνθρώπους γεγονέναι, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς φύσεως εἶναι τῷ Θεῷ· μόνον γὰρ ὁ Θεὸς ἀδυνάτως ἔχει πρὸς τὸ ποιεῖν τὴν ὄντως κακίαν. Ὅθεν φησὶν ὁ Ἀπόστολος· *Ἐπεὶ ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεόν.* Ἡ γὰρ κακία ἀσθένειά τίς ἐστιν ἐν γενητοῖς θεωρουμένη· παρὰ δὲ τῷ ἀγενήτῳ πόθεν ἴχνος ἔσται τῆς ἀσθενείας; Εἰ δὲ τῆς αὐτῆς ἦμεν φύσεως τῷ Θεῷ, οὐκέτι ἦμεν αὐτοὶ δημιουργήματα, ὄντες θεοὶ φύσει, ὥσπερ οὖν ἐκεῖνός ἐστι Θεός.

Naturalia autem partim accidunt necessitate naturæ. Necessitate porro naturæ illa accidere dico quæ ipsa per se invitis nobis a natura efficiuntur, ut mori, et crescere usque ad definitam ætatem animalia. Quædam etiam naturali sequela eveniunt; quorum tamen effectus interdum fallit, veluti liberorum genitura ex copula. Hoc quidem ex contingentibus est; neque enim semper ex copula sequitur liberorum genitura. Quæcunque igitur necessitate naturæ fiunt, absque peccato fiunt etiam ab hominibus ratione utentibus. Quæcunque vero vel fieri vel non fieri possibile est, in irrationali quidem B natura culpa carent, cuicuimodi fuerit operatio: non enim ratiocinii usum habent, quo possint facienda discernere. In hominibus autem alia natura temperatis, sunt hæc interdum proprie mala, cum recta ratio non præest, quia ignavia nostra infirmatur, vel omnino voluptatibus est debilitata. Etenim peccatum est cum fit electio et usus rerum vel actuum, quæ naturaliter fieri et non fieri possunt a rationalibus animantibus. Porro virtus hominis est, ut possit aliquid agere, ad quod naturali motu incitetur; quod idem si in quibusdam adjunctis male fieri, aut omnino semper iniquum credatur, ab eo abstineat, rationis gubernatione rectus, et voluptatum illecebras calcet. Sed dicunt: Cur non C incapaces nos peccati fecit Deus, ut nunquam voluntarii peccaremus? Verum qui hæc objiciunt, stomachari videntur, quod eos Deus lapides aut ligna non fecerit, et irasci benefactori, propterea quod rationales homines creaverit, et non potius ad boni malique electionem inertes. Quod si dicunt: Oportuit nos fieri rationales, bonique et mali discretionem habere, sed tamen in recte agendo immotos perstare; nihil hi mihi aliud videntur quærere nisi ut nos homines non fieremus, sed eadem qua Deus natura ditaremur. Solus quippe Deus veri mali faciendi impotens est. Unde ait Apostolus: *Impossibile esse mentiri Deum.* Nam malitia infirmitas quædam est, quæ in creatis conspicitur: apud vero increatum, quodnam sit infirmitatis vestigium? Quod si D nos ejusdem qua Deus naturæ essemus, haud jam hercle creaturæ diceremur, sed dii natura essemus, sicut ille Deus est.

Περὶ τυφλότητος.

Ἐκτός οὖν ὁρισθέν τι ἀφεγγὲς τοῦ ἀέρος, στερήσει φωτὸς, οὐκ οὐσίᾳ ὑφεστηκός· ἢ τόπον ἐξ ἀντιφράξεως σώματα σκιαζόμενον· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τόπον φωτὸς ἐστερημένον.

De tenebris.

Tenebræ definiendæ sunt aeris quædam obscuritas, lucis orbitate, non aliquid substantialiter subsistens: vel locus obstructione corpora obumbret, aut, ut simplicius dicatur, locus luce carens.

Συλλογισμοὶ ἁγίων Πατέρων.

Sanctorum Patrum syllogismi.

(Exstant in opusculo Didymi Alexandrini contra Manichæos, nostræ Patrologiæ tom. XXXIX, et inter opera S. Gregorii Nysseni.)

Digitized by Google

S. JOANNES CLIMACUS

NOTITIA

(Phil. Labbe, Dissertatio historica de S. Joanne Climaco, apud Bellarminum *De script. eccles.*, Opp. ed. Venet. tom. VII, p. 215.)

—

Joannes Climacus, ob librum 30 capitum, quibus tanquam gradibus, seu scalis, ad perfectionis religiosæ culmen ascenditur, sic vulgo nuncupatus, idem quoque Joannes Sinaita, vel abbas sancti Montis Sina, cognomento Scholasticus, ὁ Σχολαστικός, reperitur a veteribus dictus. Vixit extremo Christi sæculo sexto circa annum 580, et si Menæis Græcorum fides, pene centenarius obiit die 30 Martii (*a*), ut habet etiam Martyrologium Romanum. Ejus res

(*a*) Antonius Magister, Arnaldorum e sorore nepos, ex facundissimo Parisiensis Curiæ advocato primasius Porturegiensis eremi incola, ac verus variorum quæ a quindecim annis ex illa officina fictis alienisve decorata titulis prodierunt opusculorum scriptor, editum Græce ac Latine a Matthæo Radero Soc. Jesu presbytero Joannem Climacum vernacula lingua expressit : tum ne quid a Jesuita hausisse videretur, suppresso ejus nomine (quod et in Vitis Patrum aliisque factum sæpe docuimus) ad mss. Regiæ ac Seguerianæ bibliothecarum codices sua vel amicorum opera recognitum quibusdam in locis emaculavit, Eliæ Cretensis metropolitani aliorumque scholiis propriisque observationibus illustravit, præmissa Climaci Vita, quam non tantum ex Daniele Raythensi monacho, sed etiam ex anonymo ejusdem Raderi opera vulgato eleganter contexuit. Iis secunda editio locupletior prodiit in-8, anno 1658, apud Petrum Parvum. Idem quoque in tabulam historicam ac chronologicam quæ hoc anno labente 1659, ibidem excusa est post Lectionum Eucharisticarum compilationem Latino-Gallicam nonnulla de Climaco retulit. Quæ ad nostrum institutum facere videntur (neque enim in ipsam versionem inquiro, nec illam in plerisque paraphrasi, in aliis epitomæ propiorem queror aut a Græco textu longius aberrantem. Id faciant qui majori abundant otio) ea ad duo capita revocanda censeo. I. apud Græcos in magno pretio habitum fuisse Climacum, ut ex Athanasii quæstionibus, Elia Cretensi, Theodoro Studita, Philippo Solitario, Joanne Zonara, aliisque constat. II. Vixisse post annum 532, quo S. Sabbas obiit, atque annum 586 Tiberio II imperante superasse ex conjectura admodum fragili, natum fuisse anno circiter 525 sub Justini I imperio et Joannis I pontificatu, ætatis anno decimo sexto, Christi 541, monasticum habitum induisse, in solitudine ac cœnobio perseverasse annis prope 60; creatum exeunte sæculo Christi sexto Montis Sinai abbatem, tandemque hortatu Joannis Rhaythensis abbatis conscriptus qui supersunt libellis abiisse ad superos anno ætatis 85, Christi 605 aut 606, biennio post S. Gregorii Magni papæ felicem ex hac vita transitum. Verum subductis rationibus peccasse Magistrum, ejusve subadjuvas deprehendi. Nam si anno 525 sub Justino et Joanne natus annos 85 vivendo attigit aut superavit, non anno 606, sed 610 obiisse dicendus fuerat, annoque præcise 600 præfuisse monachis Sinaitis, si suscepta anno 541 monastica veste annos tum natus erat 75. Præter hæc operosam hujusmodi substructionem nullo negotio destrui necesse est, si vera sunt quæ ipse parum cautus refert sub finem capitis XV ex narratione monachi Sinaitæ. Tria quippe tradit anonymus ille. I. obiisse Joannem Climacum eodem vertente anno quo frater ejus atque in regimine cœnobii successor Georgius. II. Georgium elapsis quatuor a morte fratris sui mensibus per revelationem divinitus didicisse Petrum patriarcham Hierosolymitanum ex hac quoque vita post sex menses discessurum. III. Utriusque mortem decimo post transitum Joannis Climaci mense designato tempore contigisse. Quærendus enim annus est quo Petrus ille Hierosolymorum patriarcha defunctus est, ut tum Georgii illius celeberrimi anachoretæ tum fratris ejus Joannis Climaci abbatum Sinaitarum fatalis annus argumento chronologico certissime demonstretur. Theophanes in Chronico ad annum imperatoris Justiniani 19 Petri primordia refert, atque an. 1 Justini II imperatoris, Christi ut putamus 566, post elapsos in episcopatu annos 20, successorem ei assignat Macarium ejus nominis II. Hoc si exploratum esset, Joannis Climaci mortem anno 565, Georgii vero ac Petri anno 566, deligendam esse fateremur. At repugnat Evagrius qui cap. 36 libri IV, Macarii initia, viventis adhuc Justiniani temporibus videtur assignare his verbis : « Sedem autem Hierosolymarum obtinet post Martyrium Sallustius, cui successit Helias : hunc Petrus, Petrum autem Macarius secutus est, imperatore nondum ei suffragante, qui postea sede sua pulsus fuit, » etc.

Digitized by Google

gestas Daniel monachus scripsit apud Lipomanum et Surium. Errat Joannes Trithemius, tum quod Climacum dicat Latine sonare Scholasticum : voluit fortasse dicere scalasticum, seu scalarium; tum quod claruisse scribat circa tempora Constantini, Constantii, et Constantis fratrum imperatorum, qui regnaverunt anno 346, seu potius 339, nam sequenti interfectus est major natu Constantinus. Certum quippe est vixisse post S. Sabbam clarissimum abbatem, qui e vita migravit quinto Decembris anni 532. De eodem Elias metropolita Cretensis, qui explanationes in Scalam scripsit, quemque nonnulli putant interfuisse anno 787 Nicænæ II synodo, Joan. Gerson, Volaterranus, et alii recentiores.

Perfectissima omnium ejus operum editio Græce et Latine prodiit in folio Parisiis apud Sebastianum Cramosium, hoc ordine.

Matthæi Raderi Soc. Jesu presbyteri Isagoge ad sancti Joannis Climaci scalam Paradisi, ubi ejusdem vita, etc.

S. Joannis Climaci Scala Paradisi, ad Joannem abbatem monasterii Rhaithuni, e Græco recens translata, et scholiis ibidem Græcis Latine versis illustrata, ab eodem Matthæo Radero in usum lectoris ad cœlum aspirantis. Latine primum reddita fuisse dicitur an. 1294, ab Angelo de Cingulo O. M. qui Clarenus cognominatus est, deinde ab Ambrosio Camaldulensi monacho recognita, et typis excusa.

Accessit ejusdem sancti Climaci *Liber ad Pastorem*, ab eodem interprete jam olim in lucem datus, iterum recognitus, et scholiis itidem Græco-Latinis explanatus.

Tomo V Bibliothecæ Magnæ Parisiensis, col. 178 et sequentibus, leguntur Latine duntaxat ex versione supradicti Camaldulensis epistola ad Joannem abbatem Raythu, Scala Paradisi, De officio pastoris, Commentaria in triginta sermones Climaci, et ejusdem commendatio facta ab eodem Joanne Raythunensi abbate, Vita Climaci auctore Daniele, humili monacho cœnobii ejusdem Raythuni compendiose perscripta, et contemplatio scalæ vitæ ejusdem admista.

Exstat quoque Venetiis anno 1590, excusus Climacus in Græco-barbaram seu vulgarem linguam translatus a Maximo Margunio episcopo Citherorum, εἰς ὠφέλειαν τοῦ Χριστωνύμου λαοῦ ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς διαλέκτου εἰς κοινὴν φράσιν μεταγλωττισθείς.

Fuit et alius Joannes abbas Montis Sina, diversus, ut volunt, a nostro Climaco, qui in mss. codicibus perhibetur auctor germanus Historiæ SS. Barlaam et Josaphat, quæ legitur apud Laurentium Surium die 27 Novembris, et in calce operum sancti Joannis Damasceni.

Tum cap. 38 cum Joanne Catelino papa, Joanne Sirimiota Const. Apollinario Alexandrino, Anastasio Sinaita Antiocheno, patriarchis, qui Justiniano novam inducenti hæresim obstiterunt, numerat Macarium, αὖθις ἀποδοθέντα τῷ οἰκείῳ θρόνῳ ad propriam sedem restitutum. Nicephorus Const. annos duntaxat 20 Petro tribuit; Macario autem ejus successori primum duos, tum post restitutionem quatuor. Quare mirum mihi accidit cur Petri mortem anno 546 tribuerit Baronius in Annalibus ecclesiasticis, et alii ante eum anno 545. Certum quippe est eum usque ad extrema fere Justiniani tempora pervenisse, ideoque si vera narravit anonymus Sinaita monachus, Joannis Climaci mortem ejusque fratris Georgii (de quo et de morte Petri patriarchæ eadem fere tradit Joannes Moschus cap. 117 *Prati spiritualis*) inter annos Christianæ æræ 560 et 565 quærendam esse, non vero in annum 586 rejiciendam. Hoc itaque fixum rarumque sit vix certi quidquam de anno mortis Climaci, multoque minus de profectione ejus in cœnobium, de tempore commorationis in eremo, de præfecturæ Sinaiticæ primordiis pronuntiari posse. Ex ejusdem autem ac Georgii fratris ejus, Zosimi abbatis, Leonis abbatis, atque aliorum plurium mentione certum est Joannis Moschi *Pratum spirituale*, quod sæpissime laudavit Dorotheus archimandrita aut non multo ante, aut etiam post annum a partu Virginis 600 conscriptum fuisse. Sed de iis hactenus, cum docuero quamobrem fragilem paulo ante dixerim illorum conjecturam, qui annum Christi 586 superasse vivendo Joannem Climacum arbitrati sunt.

Ansam opinandi præbuisse videntur cum illustriss. Baronius qui in Annalibus suis ad prædictum annum retulit et imperatoris Tiberii jam ab annis quatuor demortui obitum, et celebrem Leonis abbatis a barbaris decollati a Moscho cap. 112 narratam historiam, tum scholiastæ veteres, qui si quæ fides Porturegiensibus conjectoribus, ad ista verba Gradus XXVI, de discretione : Εἰσὶ γὰρ ψυχαὶ αἳ καὶ ὑπὲρ τὴν ἐντολὴν διεπράξαντο· πείσει σε πάντως τὸ εἰρημένον, Ὁ ὑπὲρ ἑαυτὸν τὸν πλησίον ἀγαπήσας καὶ ὑπὲρ τούτου τὴν ψυχὴν προθέμενος, καίπερ ἐπιταγὴν Κυρίου εἰς τοῦτο μὴ κομισάμενος, insinuant respexisse Joannem Climacum ad eximiam illam memorati Leonis abbatis charitatem tanquam jam sub Tiberii imperio proximis exhibitam, ideoque eum, aut eodem vivente Tiberio aut post ejus mortem, *Scalam* scripsisse suam. Verum nec Climaci verba id evincunt, cum innumerabiles ante eum Christiani pro fratribus suis animas ultroni libentesque posuerint, sicque reddi possunt ejus verba : « Persuadebit hoc tibi quisquis proximum suum plusquam seipsum dilexit, » etc., nec interpres Græcus a Radero editus hæc loquendi formula ὁ ἀδδᾶς Λέων aliud innuit, quam in exemplum illius sententiæ Leonem abbatem posse adduci, sive Climacum præcesserit, sive fuerit subsecutus. Eliam Cretensem non vidi. Joannes vero Rhaythensis abbas, sive ille Climaco coævus, sive quis alius junior, in scholiis, quorum Græcus desideratur hactenus contextus, hæc habet : *De abbate Leone dicit*, hoc est potest intelligi, *qui seipsum in mortem pro quodam fratre lucrando tradidit spontanee, vel de militem magistriano, qui in Corintho*, pro cujusdam virginis *servanda virginitate mortem elegit suscipere*. Ex quibus nemo non videt, tum Leonem, tum magistrianum, explicationis duntaxat gratia fuisse in medium adductos.

Digitized by Google

S. JOANNIS ABBATIS

VULGO

CLIMACI

OPERA OMNIA

EDITORE ET INTERPRETE MATTHÆO RADERO.

(Lutetiæ Parisiorum, sumptibus Sebastiani Cramoisy, via Jacobæa, sub Ciconiis. MDCXXXIII fol. cum privilegio Regis.)

EMINENTISSIMO CARDINALI DUCI DE RICHELIEU.

Tua virtus, Eminentissime Cardinalis, tuaque merita in eum dignitatis et auctoritatis apicem te provexerunt, ut te venerari eminus ac suspicere possimus; attingere autem ac propius intueri nemini liceat, nisi per tua vestigia perque virtutum tuarum gradus, vel imitando, vel admirando incedat. Atque ego ex illorum numero sum, qui positus in infimo loco te miror assidue, tuam in Deum pietatem, comitatem et beneficentiam in omnes homines, moderationem in tuis rebus, in publicis vero sapientiam, fidem, vim ingenii incredibilem ubique suspicio ac deprædico. Et nunc quia pateris, Eminentissime Cardinalis, ad te mihi accessum dari, scalas affero, in quibus tuæ virtutes quasi quibusdam gradibus distinctæ mihi cæterisque ad tuam celsitudinem aditum parant, tibi vero ad cæleste Numen commodum iter sternunt et compendiosum.

Eminentiæ Tuæ

Addictissimus, SEBASTIANUS *CRAMOISY.*

Digitized by Google

MATTHÆI RADERI

E SOCIETATE JESU SACERDOTIS

ISAGOGE AD S. CLIMACI SCALAM PARADISI.

CAPUT PRIMUM.

Quis Climacus, et an idem auctor Joannes Sinaita, et Joannes Climacus, et S. Joannes abbas montis Sina, cognomento Scholasticus.

Apud me quidem nulla unquam hac de re dubitatio fuit, quin censerem eumdem prorsus esse Joannem Sinaitam, et Joannem Climacum, et Joannem abbatem S. montis Sina, cognomento Scholasticum. Ita quippe in codicibus Græcis manu exaratis lego : Ἐπιστολὴ τοῦ ἁ66ᾶ Ἰωάννου τοῦ Σιναΐτου πρὸς Ἰωάννην ἡγούμενον τῆς Ῥαΐθου· *Epistola abbatis Joannis Sinaitæ ad Joannem abbatem cœnobii Rhaithu.* In eodem volumine sequitur de eodem : Βίος ἐν ἐπιτομῇ τοῦ ἁ66ᾶ Ἰωάννου τοῦ ἡγουμένου τοῦ ἁγίου ὄρους Σινᾶ, τοῦ ἐπίκλην Σχολαστικοῦ, τοῦ ἐν ἁγίοις ὡς ἀληθῶς, συγγραφεὶς παρὰ μοναχοῦ Ῥαΐθου, ἀνδρὸς τιμίου καὶ ἐναρέτου· *Vita Joannis abbatis S. montis Sina, cognomento Scholastici, vere sancti, compendio a* (*Daniele*) *monacho Rhaithuni cœnobii, viro venerando, et virtutibus egregie ornato conscripta.* Et in eodem codice : Λόγος ἀσκητικὸς τοῦ ἁ66ᾶ Ἰωάννου, ἡγουμένου τῶν ἐν τῷ Σινᾷ ὄρει μοναχῶν· *Liber de religiosa disciplina Joannis abbatis, monachorum in monte Sina præfecti.* Sequitur in eodem extremo libro : Περὶ τοῦ ἁ66ᾶ Ἰωάννου ἡγουμένου τοῦ Σινᾶ ὄρους, ἤγουν τοῦ τῆς Κλίμακος· *De abbate Joanne, præfecto montis Sina, sive auctore* SCALÆ. Et in fronte libri : Ἰωάννου Σιναΐτου.

Hic cognoscis eumdem esse S. Joannem abbatem montis Sina, cognomento Scholasticum, et Joannem Sinaitam, et Joannem Climacum.

Idem dices ex aliis exemplaribus ejusdem auctoris Græce scriptis et in Bavarica et aliis Europæ bibliothecis, quas infra laudabo.

Dices :

Ecquid opus per se splendentem ostendere solem ?

Scilicet,

Sæpe aliis nox est quod tibi clara dies.

Nam Jacobus Billius, vir cætera Græcis et Latinis litteris probe tinctus, gente Gallus, et ingenio et genere nobilis, professione religiosus, et in Minori Britannia ad Eremum S. Michaelis cœnobii præses, manum injicit, qui præter alia de SS. Barlaamo et Josaphat historiam e Græco versam Latio donavit, auctoremque facit S. Joannem Damascenum, in cujus omnibus operibus emendandis et transferendis multum et cum ingenti laude desudavit, Joannem autem Sinaitam cum Joanne monacho Thebaidis confundit. Causa quæ Billium in errorem traxit, fuit, quod incertum videretur, utrum historia de Barlaamo et Josaphato a Damasceno scripta esset, an ab alio aliquo : et ab nonnullis etiam Joanni Sinaitæ, hoc est Climaco, tribueretur : Ut ergo eam Billius Damasceno vindicet, et Sinaitæ abdicet, ita in præfatione ad lectorem disputat : *De sequentis historiæ auctore a quibusdam dubitari video ; quidam enim Damascenum verum ipsius auctorem esse censent, quidam autem falso ipsi tribui contendunt. Ac certe in clarissimi viri Fumæi codice Joanni Sinaitæ ascribitur. Ego vero, etsi lectoris non ita multum interesse puto, utrius ea sit, modo pia lectu digna sit, quemadmodum revera est, si tamen judicium meum interponere liceat, verum Damasceni fetum eam esse affirmare non dubitem. Nam ut omittam quod Trapezuntius, vir natione Græcus et magni non inter suos tantum, sed etiam inter nostros nominis, non alium quam Damascenum ejus auctorem protulit, primum ipsa phrasis, reliquis ipsius operibus quam simillima, Damascenum auctorem testatur. Deinde ad eam opinionem confirmandam illud mihi magni momenti est, quod ut in libris* De orthodoxa fide *ac reliquis pene omnibus, Damascenus multa e Basilio, Gregorio Nazianzeno aliisque ejusdem notæ Patribus libenter corrogat, atque integros sæpe versus, imo etiam totas periodos ab ipsis mutuatur : eodem modo in hac quoque historia multa ex iisdem auctoribus, suppresso interim nomine, produci animadverti, ac præsertim ex Nazianzeno, ut cap.* 7, 8, 10, 11, 15, 17, 20, 24, *ac plerisque aliis locis. Adde quod non solum ab illis libenter mutuo sumit, sed etiam multa affert libris* De orthodoxa fide *ad verbum transcripta, ut ea omnia quæ cap.* 15 *de arbitrii libertate disputat. Quod quidem, ut opinor, non tam aperte faceret, nisi tanquam suo jure iis, ut suis uteretur. Denique cap.* 19 *disputatio ea de imaginibus, quæ Damasceni ætate fervebat, in eadem sententia non parum me confirmat. Ut autem hæc omnia pro Damasceno faciunt, ita hanc historiam Joannis Sinaitæ minime esse apertissime convincunt. Nam cum ille Senioris Theodosii tempore fuerit, ut patet ex lib.* XIII Histor. miscell. *Pauli Diaconi, quonam pacto in hac historia, quam auctor ex India transvectam testatur, Nazianzenum, cujus vix dum scripta in manibus hominum versabantur, citare potuisset, atque etiam eo antiquiorem episcopum, ac Valentis tempore vita functum Basilium, suppresso licet nomine, cap.* 19, *ubi de imaginibus tractat, et cap.* 34,

Digitized by Google

ubi Josaphat eum ad Deum orationem habet, quam ex constitutionibus Basilii cap. 1 *perspicue hausit? Quonam item modo Barlaamum de imaginibus ad regis filium disserentem induceret, cum ea quæstio nondum eo tempore excitata fuisset?* Fatetur hic primum Billius historiam de Barlaamo et Josaphato in codice ms. Græco cl. viri Fumæi Joanni Sinaitæ inscriptam. Addit Baronius cardinalis ad 27 Novembris in Martyrolog. Rom. in Sfortiana quoque bibliotheca, num. 63, eamdem historiam Joanni Sinaitæ ut auctori assignari, quamvis apud Possevinum in Sfortianæ bibliothecæ descriptione num. 15 cum aliis compluribus desideretur, quod illi imperfectus librorum syllabus fuerit transmissus. Addo ego Bavaricam bibliothecam, in qua num. 205, hæc verba sunt : « Joannis Sinaitæ historia de Josaphat et Barlaam. » Subjunxit editor catalogi : *quæ vulgo Damasceno ascribitur.* In Heidelbergensi num. 200 exstat eadem ms. Græce sine auctore, alibi in eadem, num. 59, Damasceno ascribitur, fortasse ex ejus opinione, qui eumdem catalogum conscripsit. Veniendum esset in rem præsentem. Sed Joannem Sinaitam negat Billius auctorem illius historiæ et rem se factam habere putat ex temporum ratione, ut ex ejus verbis cognovisti. At enim Billius tota via aberrat a vero. Nam quod ex Paulo Diacono (*a*) docet Joannem Sinaitam Theodosii M. ævo vixisse, ἀπ' αὐτῆς θύρας ἥμαρτεν. Diaconi verba sunt : *Interea eventum belli considerans mittit ad Thebaida ad Joannem monachum perspicientem clara; ad quem destinavit* (Theodosius) *Eutropium eunuchum sibimet fidelissimum, ut aut eum, si vellet venire, deduceret, aut nolentem de eventu belli requireret. At ille Joannem quidem deducere non prævaluit, sed mandatum retulit ejus, quod vinceret et perimeret tyrannum, et post victoriam in Italia moreretur.* Nihil hic de Joanne Sinaita nec per somnium quidem Diaconus. Monachus hic, vates Theodosii, fuit anachoreta Thebaidis. Joannes Sinaita multis parasangis a Thebaide abfuit, montis Sina incola, abbas, ingressus cœnobium anno ætatis sextodecimo, præfecturam multis annis administravit eamdemque fratri suo germano reliquit, ut in ejus Vita ostendi, nunquam vixit cum Theodosio, sed post Theodosium centum et octoginta quinque annos. Joannis porro illius anachoretæ, qui Theodosio victorias et mortem prædixit, res gestas, vitam et prodigia scripsit Ruffinus Aquileiensis presbyter, et exstat apud Rosweidum lib. secundo SS. Patrum (*b*). Ejusdem mentio est in Fastis Martyrum Romanis 27 Martii et in Menæis 20 Septemb., ubi Ægyptius appellatur. Itaque ratio Billii cadit, cum illo Joannes Theodosianus nihil prorsus ad nostrum Sinaitam faciat. Cardinalis Bellarminus quoque in *Scriptoribus ecclesiasticis*, de D. Damasceno observavit historiam de Barlaamo dubium Damasceni partum videri, quamvis utilem et insignem historiam appellet : *Sed quia Barlaam*, inquit, *dum instruit discipulum suum Josaphat, jubet eum credere in Spiritum sanctum ex Patre et Filio procedentem, dubitatio exorta est an hoc opus esse potuerit Joannis Damasceni, qui lib.* 1 De fide orthodoxa, *cap.* 2, *docet, Spiritum sanctum non procedere ex Filio, sed per Filium. Sed responderi potest in historia Barlaam, particulam illam,* ex Filio *videri additam ab aliquo ; nam in nova editione per Billium castigata, non habetur,* ex Filio. *Dubitatio quoque exsistit, an hæc narratio sit vera historia, an potius conficta ad eruditos nobiles adolescentes ; qualis est Vita Cyri apud Xenophontem. Cæterum veram historiam esse constat ex eo, quod S. Joannes Damascenus in fine historiæ invocat sanctos Barlaam et Josaphat, quorum res gestas scripserat, et Ecclesia Catholica in Martyrologio descriptos veneratur die* 27 *Novembris eosdem sanctos Barlaam et Josaphat.*

Quod si jam, quid ipse sentiam, quæras, bona pace doctorum virorum dixerim, neque S. Joannis Sinaitæ sive Climaci, neque D. Damasceni, multo minus S. Joannis illius Ægyptii e Thebaide fetum hunc de Barlaamo et Josaphato videri ; sed Joannis monachi e cœnobio S. Sabæ. Ita testatur manuscriptus syllabus bibliothecæ Palatinæ Heidelbergensis num. 68, ubi hæc verba leguntur (*c*) : *Barlaami Joasaphi Vita ex interiori Æthiopum seu Indorum regione in sanctam urbem translata per Joannem monachum de contubernio S. Sabæ.*

Eumdem Joannem Sabæ monachum arbitror in regia bibliotheca Scoriaci in Hispania expressum, ubi hæc de eadem historia : *Joannis monachi expositio de Barlaam et Josaphat.* Idem historiæ auctor traditur in Reipub. Augustanæ bibliotheca diserte et expresse, num. 79 : *Joannis monachi* ἀνδρὸς τιμίου καὶ ἐναρέτου μονῆς τοῦ ἁγίου Σάββα, *historia interioris Indiæ, Indorum Æthiopiæ, continens vitam Barlaami et Josaphi.* Et in Bavarica num. 17 : *Narratio utilis ex interiore Æthiopum regione, quæ India dicitur, ad sanctam civitatem perlata, per Joannem archimandritam monasterii S. Sabæ. Liber hic inscribitur Barlaam, et est in illa ipsa historia, quæ Damasceno vulgo tribuitur.*

Nisi velis hæc testimonia ad ipsum Damascenum trahere, qui et ipse Joannes audiebat, et demum e foro et turbis secessit in lauram S. Sabæ : sed eum in omnibus bibliothecarum indicibus, ubi ejus opera recensentur, semper appelletur Damascenus, haud dubie, si hanc Barlaami historiam Damascenus scripsisset, nomen quoque Damasceni in epigraphe, sicut in aliis ejus operibus expressum fuisset. Quod autem docet multa ex Damasceni scriptis de orthodoxa fide deprompta esse in hac historia, parum videtur pro Damasceno facere, cum quæ publici juris facta sunt, a quolibet usurpari possint : nec erat opportunum, ut Barlaam de fide apud paganos vel neophytum disputans, testem ignotum et privatum laudaret. Par est ratio SS. Basilii et Nazianzeni, quorum satis erat argumenta et apodixes in medium attulisse, nomina nihil erat necesse.

(*a*) Lib. XII, pag. 384.
(*b*) Pag. 449.
(*c*) Apud Possevin., pag. 121.

Digitized by Google

Sanctum Joannem Sinaitam, sive Climacum, non esse hujus historiæ conditorem facile intelligo, non ob rationem illam, quam Billius affert, qui Sinaitam cum Thebæo et Ægyptio Joanne confundit, eumdemque esse existimavit, et Sinaitam cum Theodosio M. imperatore, qui anno 395 diem supremum obiit, vixisse tradidit, quod fieri non potuit, ut in notis ad Climaci *Pastorem* ostendi, ubi Trithemium, qui eumdem Climacum ad Constantinum M. et filios refert, refutavi. Proinde vere Bellarminus (*a*) anno 550 collocavit. Cæterum cur non arbitrer Climacum esse historiæ Barlaami scriptorem, hoc est, quod vere et Billius observavit; quamvis enim S. Joannes Sinaita Climacus demum post quingentesimum Christi annum scripserit, nulla tamen illius sæculo quæstio, et contentio in Ecclesia de sacris imaginibus colendis, vel abolendis nata erat, quæ ævo Damasceni ab Isaurico, et Copronymo iconomachis potissimum agitabatur, cum tamen in historia Barlaami, capite 19, prolixe de imaginibus adorandis disputetur : quod auctor historiæ ex scriptoribus illius sæculi, et ex ipso Damasceno potuit transcribere. De nomine etiam Joannis Sinaitæ magnopere suspicer aliquid immutatum, et scribendum fuisse Joannis Sabaitæ, non Sinaitæ, quod is monachus in cœnobio Sancti Sabæ vixerit, et scripserit. Sicut enim Joannes Climacus, et Anastasius scriptor Sinaitæ appellati sunt, ita Joannes Sabaita potuit dictus fuisse a cœnobio S. Sabæ, in quo religionem professus ætatem agebat. Nunc intelligamus, quamobrem idem Climacus noster scalæ cœlestis architectus, Climacus, et scholasticus audierit.

CAPUT II.

De nomine Climaci, et inscriptione libri.

Græce Ἰωάννης Κλίμαξ, Joannes *Klimax*, a libro, quem a scala inscripsit, appellatur, ita ut inscriptio libri cesserit in cognomentum scriptoris, sicut divus Gregorius primus (*b*), Pontifex Magnus, ab Dialogorum libro *Dialogus* dicitur; Cassianus beato Prospero *Collator* a Collationibus Patrum quas composuit; Petrus Lombardus *Magister sententiarum* ab sententiis Patrum et Theologorum collatis, et in ordinem rerum redactis; Clemens Alexandrinus a libris Stromatum Στρωματεύς· Strabo *Geographus*, quod geographiam, et orbem terrarum descripserit; sicut et Dionysius Alexandrinus propter suam περιήγησιν *Periegetes*, Græcis περιηγητής. Quibus fere addas Oratorem, Philosophum, Astronomum : sed quia hi κατ' ἐξοχὴν ita appellati sunt, huc non ascribimus. Interim nec sequendi, nec ferendi sunt qui *Climachum* dicunt, quod a tota verbi notatione, et origine discedant, nec enim climax *climachos*, sed *climacos* inflectitur, a quo Latina lingua ad suum modum et formam *Climacus* scripsit, quod recti casus asperitatem refugeret. Vitiosius apud Trithemium *Clymachus* legitur, qui vocem interpretatur e Græco, scholasticum, quæ significatio remotior est ab Græca voce *climax*, quam a Gadibus Ganges; forlasse Trithemius scripserat *scalasticus* a scala, a qua tamen voce Latium penitus abhorret, alii *scalarem* dixerunt.

Scholasticus cognomento, Græce τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰωάννου Κλίμακος, ἐπίκλην Σχολαστικοῦ, *S. Joannis Climaci, cognomento Scholastici*, ἀπὸ τοῦ σχῶ τὸ κρατῶ, σχάζω, καὶ σχολάζω, inquit Varinus. Sed aliud est σχολαστής, et aliud σχολαστικός. Σχολαστὴς est μαθητής, σχολαστικός, doctor, quem Arbiter umbraticum doctorem appellavit, inque id genus hominum acerrime debacchatus est : *Nondum*, inquit (*c*), *umbraticus doctor ingenia deleverat*. Intelligit declamatores, de quibus idem : *Num alio genere furiarum declamatores inquietantur qui declamant?* Et mox infrà : *Nunc et rerum tumore, et sententiarum vanissimo strepitu hoc tantum proficiunt, ut cum in forum venerint, putent se in alium terrarum orbem delatos*. Erat enim, uti Fabius docet, declamatio judiciorum imago, et forensium actionum meditatio, quam optime exposuit Eumenius rhetor : *Neque enim*, inquit (*d*), *tantum me aut negligentia, aut confidentia tenet, ut nesciam, quanta sit inter hanc aciem fori, et nostra illa secreta studiorum exercitia diversitas. Ibi armantur ingenia, hic præliantur, ibi prælusio : hic pugna committitur*. Et Seneca : *Ita arbitratum est, scholam quasi ludum, forum quasi arenam esse*. Sed quantopere scholasticos hos, et umbraticos doctores exagitat Arbiter, tantopere celebrat eosdem in suo magistro Isæo Plinius Minor, de quo post ingentes ejusdem laudes, et elogia hæc subjicit (*e*) : *Nam diebus, et noctibus nihil aliud agit, nihil audit, nihil loquitur, annum sexagesimum excessit, et adhuc scholasticus tantum est, quo genere hominum nihil aut sincerius, aut simplicius, aut melius : nos autem, qui in foro, verisque litibus terimur, multum malitiæ, quamvis nolimus, addiscimus (f). Schola, et auditorium ut ficta causa, ita res inermis, innoxia, nec minus felix, senibus præsertim.*

Magna erat horum scholasticorum auctoritas; viri principes, et imperatores, et doctissimi quique, et clarissimi hos audiebant, et ipsi apud eos declamabant : de quibus Woverius ad Arbitrum consulendus. Posterius sæculum eam *scholastici* vocem transtulit, non ad declamatores tantum, sed ad viros eruditos, eloquentes, et ad omnem litterarum elegantiam informatos, atque exercitatos; quamvis nec in foro causas actitarent, nec in gymnasiis declamitarent. Inde Prudentius, Ambrosius, Hilarius, Beda scholastici dicti. *Franco Leodien-*

(*a*) In *Scriptoribus ecclesiast.*
(*b*) Nonnulli Gregorium II dictum *Dialogum* falso scripserunt. Lege Ducæum Frontonem apud Baron. tom. IX, anno Christi 726, pag 71 et 72 ed. Antuerp.
(*c*) Sat. p. 1.
(*d*) Lib. I, c. 10.
(*e*) Lib. II, ep. 3.
(*f*) In margine : *Audite, advocati et causidici.*

Digitized by Google

sium scholasticus, et scientia litterarum, et morum probitate claret, inquit Sigebertus (*a*). Ex eodem genere celebratur Dionysius Exiguus, dictus etiam Serapion *scholasticus* apud divum Hieronymum *Catalog. illust. script. eccles.* (*b*); Eulogius Alexandrinus apud Palladium in *Lausiaca* (*c*); Procopius Porphyreonites, Cosmas, apud Joannem Moschum (*d*), Gregorius abbas *scholasticus* apud eumdem Moschum (*e*) : Anonymi *scholastici* Dialogus apud Simeonem Theologum; et apud Græcos Arabius, Nilus, Leontius Theætetus, Agathius, Eratosthenes in Epigr. In hoc ergo numero etiam Climacum nostrum jure ab Græcis positum nos quoque ponimus, quando illius varia eruditio passim etiam in hoc, quamvis sacro et religioso opere, elucet.

Sed enim transiit *scholastici* nomen etiam ad nostra tempora et mores : in summis enim antistitum cathedris, et sedibus, ubi canonicorum concilia et collegia sunt, uni alicui ex eorum numero, doctissimo plerumque, *scholastici* nomen imponitur, qui eorum, quos voluntas ad sacros ordines admovet, eruditionem publico examine cum collegis suis explorat; eaque res tam testata est, ut nullam auctoritatem et testimonium desideret. Interim non imus inficias *scholastici* nomen etiam auditoribus convenire, et discipulis, quæ hodie usitatissima vox est. Arbiter in satyrico : *Dum in hoc dictorum æstu motus incedo, ingens scholasticorum turba in porticum venit*, et quæ sequuntur.

Sancti montis Sina Antistes. Sina mons (qui et *Sinai*, et *Oreb* et *Sinæus* Josepho, et Justino) toto orbe super omnes Olympos, Hæmos, Caucasos, et Tauros notissimus, ubi supremus orbis Conditor Hebræis leges dixit et scripsit, ubi D. Catharinæ inclytæ heroidis, et virginis corpus cœlitum ministerio Alexandria delatum salutari fonte olei redundat. Ubi Climacus cum religiosissimo patrum cœtu Deo precibus litavit, ad cujus radices Justinianus imperator religiosis viris nobile cœnobium posuit. Ex hoc monte multi viri sancti prodiere, quos ubi locus erit in medium adducam. Mons in orbem erigitur, regionis illius longe altissimus, quo per gradus septies mille ad fastigium ascenditur, demptis clivis, qua per se patet ascensus. Nomen ab rubo, quo abundat, invenit. De monte Oreb et Sinai multa Bellonius, p. 126 et sequent.

Antistes. Græcis ἡγούμενος, ἡγεμών antistes, præses, abbas, cœnobiarcha, προεστὼς, προστάτης, πατὴρ πνευματικός dictus, quæ omnia eamdem significandi vim habent. Vocis tamen Græcæ ἡγουμένου varia significatio est, prout cum vario casu nectitur. Nunc enim quartum regit, quando idem valet quod νομίζω, puto, nunc cum tertio componitur, προηγοῦμαι seu προοδοποιοῦμαι, viam demonstro; nunc secundo, cum ἄρχω seu rego et impero significat, ut ἄρχω λαοῦ, populum rego, in quo significatu hic accipitur, ἡγουμένου τοῦ ἁγίου ὄρους τοῦ Σινᾶ. Ἡγουμένου, hoc est, moderatoris, præsidis, rectoris, cœnobiarchæ sancti montis Sina, συνεκδοχικῶς continens pro contento, religiosorum nempe virorum, qui in asceterio montis Sina degunt. Cæterum Climacum ad officium illud, et munus regendi cœtus religiosi plane divinitus destinatum ostendunt ea, quæ e Græco codice ms. bibliothecæ Bavaricæ extremis paginis erui, quæ tibi infra Græce et Latine cognoscenda subjicio, nec enim in Vita ipsius ab Daniele monacho conscripta sunt comprehensa.

Scala paradisi. Nulla mentem subit dubitatio, quin Climacus inscriptionem libri sui, quem κλίμακα seu *scalam* appellavit, ex Geneseos cap. XXVIII hauserit, ubi de scala Jacob patriarchæ tractatur; ita enim Moses ibi : *Cumque venisset* Jacob *ad quemdam locum, et vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui jacebant, et supponens capiti suo dormivit in eodem loco, viditque in somnis scalam stantem super terram, et cacumen illius tangens cœlum; angelos quoque Dei ascendentes et descendentes per eam, et Dominum innixum scalæ.* Cujus occasionem videtur præbuisse Climaco antistes sanctissimus Raithuni cœnobii, qui Climacum ad librum hunc conscribendum acerrime per epistolam, in qua scalæ Jacobææ mentionem facit, cohortatus est. Scripsit ergo, et ædificavit tralatitiam seu metaphoricam hanc scalam religiosam religiosissimus Climacus, cujus gradus, seu radii triginta omnem orbem, et posteritatem illustrarunt. Ad exemplum Climaci alii atque alii religiosi, et eruditi viri scalas item in cœlum moliti sunt. Dionysius *scalam religiosorum* quinque gradibus distinctam composuit, quos Pentateuchum dixit; Gabriel Inchinus *scalam cœli;* noster beatæ et æternæ memoriæ Bellarminus, *De ascensione mentis in Deum*, et propria quodammodo, brevissimaque via ad cœlum hæc est religiosorum, qui per rectos scalæ gradus sine longis viarum anfractibus et ambagibus ardua quidem, sed firma et secura enituntur, nisi scientes, volentes velint excidere. Inde et D. Romualdo Camaldulensis familiæ conditori persimilis Jacobi patriarchæ *scala* divinitus demonstrata est (*f*), per quam candidati magnis passibus in cœlum contendebant. Duæ itidem Leoni, qui e primis et intimis D. Francisci sodalibus fuit : *Magna erat planities*, inquit Platus (*g*), *et in ea species quædam judicii mox futuri; magna aderat hominum multitudo, angelorum tubæ personabant, denique binæ scalæ e summo cœlo usque ad terram demissæ, altera candido colore, altera purpureo. Huic autem purpureæ imminens visebatur ex alto Christus, vultus habitu severo, ac subirato. At Franciscus paulo infra ipsum fratres suos evocabat, ut ascenderent fidenter, Dominum ita velle, eosque invitare. Cum autem illi se per scalas audenter efferrent, alius de tertio, alius de quarto, vel de decimo,*

(*a*) Ad ann. 1048.
(*b*) Cap. 99.
(*c*) Cap. 16.
(*d*) Cap. 131.
(*e*) Cap. 122.
(*f*) *Breviarium Romanum.*
(*g*) L. I, c. 34, pag. 201, ex Annal. Francisc.

Digitized by Google

alii de superioribus, ac pene jam ultimis gradibus procidebant. Qua suorum clade magnopere commotus B. Franciscus, eos voce magna admonuit, ut ad scalam alteram candidam accurrerent, illic nihil fore periculi. Itaque cum ad eam accessissent, Mariam ei incumbentem vident, quæ eos blandissime intuens studiose etiam juvaret, exciperetque singulos, ita ut nullo negotio ad unum omnes in cælum evaserint. Ita D. Antonius de S. Dominici morte: *Prior*, ait (a), *Brixiensis eadem hora qua S. Dominicus obiit, vidit hiatum in cœlo, per quem submittebantur duæ candidissimæ scalæ: unam tenebat beata Virgo, alteram Christus; angeli vero ascendebant, et descendebant: et in fine utriusque scalæ sedes posita erat, et unus ei insidens similis fratri Prædicatori (is erat S. Dominicus) habens faciem velatam, quasi vadens versus cælum. Scalas autem Christus et Mater ejus sursum, cum sede et sedente trahebant, et tunc hiatus clausus est.* Eadem metaphora ipsa augustissima cœli Regina, et æterna Virgo dicitur *scala cœli* et *scala Jacob*, de qua plurima interpretes cœlestium litterarum. (b) S. Bernardus *scalam* illam interpretatur religionem: *Scala hic*, inquit, *est disciplina religiosa, vel regula ordinis, v. gr. qua dilectus Dei Benedictus ascendit ad cælum: duo latera sunt mentis humilitas, et vitæ asperitas; gradus sunt variæ regulæ et virtutum actus. Scala enim arcta arctam disciplinæ viam, quæ ducit ad cælum, significat.* Cæterum de scala Jacob plurima ad Genes. Pererius ex variis scriptoribus, qui existimant Homeri catenam *Iliad.* 8 inde excogitatam, et suspensam, quæ a cœlo ad terram usque pertinet, et Platonicos ex Apuleio genios, ubi de Socratis dæmone disputat, repertos.

At enim et Lucifer, et Babylonii gigantes, et impii omnes altiores ipso cœlo scalas moliuntur, ipsumque Deum cœlo deturbare conantur. Isaiam audi de Lucifero divinitatem affectante (cap. XIV, vers. 13, 15): *Qui dicebas in corde tuo: In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte Testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* Sed quis finis hujus ascensus? *Verumtamen ad infernum detraheris in profundum laci.* Ita Babylonius Nemrodus turrim ad cœlum pertinentem cœpit ædificare, cujus historiam poetæ more suo ad gigantum fabulas traduxere, qui montes montibus injectos viam muniebant, ut bellum cœlo inferrent. Ita Naso cum aliis mille poetis:

Terra feros partus, immania monstra, gigantes
Edidit ausuros in Jovis ire domum.
Exstruere hi montes ad sidera summa parabant,
Et magnum bello sollicitare Jovem.
Fulmina de cœli jaculatus Jupiter arce
Vertit in auctores pondera vasta suos.

Ex hoc genere scalarum est, de quo narrat Dionysius Carthusianus de sui ordinis tirone, cui malus genius applicuerat scalam, per quam e septo religioso exsiliret, et ad inferos descenderet. Verba Dionysii hæc sunt in parænæticis ad tirones: *Legi ordinem nostrum olim novitium admisisse, qui sub prima quidem conversatione satis se laudabilis vitæ monachum exhibebat. Verum illo agente qui sub anhelitu prunas ardere facit, nullam neque die neque nocte requiem habuit; stimulatus a Satana, ut ad sæculum remearet. Vicit tandem improbus exactor, et in eam insaniam miserum perduxit, ut scalam quærere inciperet, qua posset per murum cellæ contiguum se transmittere. Sic igitur affectus cum de recessu anxius cogitaret et per hortum æstuans crebro deambularet, scalam quam antea illic nunquam viderat, factione diabolica stare conspexit, et nimium admiratus ait: « Agnosco, o dæmon, fraudes tuas, et deceptionis laqueos patenter agnosco. Hæc scala quam video nunquam me levaret in cælum, magis autem me mergeret in Tartarum. Ut igitur tua te arte decipiam, dabo operam ut hac scala mihi fiat ascensus ad superos, quam tu mihi ad gehennæ puteum præparasti. » Hæc dicens sese ad se convertens in cellam rediit, et apud se deinceps sacer sedulusque permansit: semper tamen multis lacrymis affectum illum impium ac tetrum plangens, mentis suæ perfidiam gemitibus expiabat assiduis.*

Ejusdem generis scala B. Alberto M. religionem in S. Dominici asceterio professo per nocturnam quietem objecta est, per quam evadere claustra et redire ad mundum cogitabat: sed magna Dei Matre et comitibus virginibus sese illi objicientibus retardatus perseveravit, ut in primo Bavariæ sanctæ volumine ostendimus.

Pittacus quoque apud Mytilenem in templis scalam posuit Fortunæ (c), qua alios ad felicitatem ascendere, alios ad ærumnas et calamitates descendere docuit, quo melius ad virtutes et vitia divinamque providentiam retulisset.

Lepidum tamen est istud quod ex Polyæni stratagematum septimo coronidis loco, de Cosinga Junonis sacerdote Thracum duce, subjicio. In Thracia gentes sunt Ceronia et Scœba, quæ in bello sacerdotibus Junonis utuntur ducibus, uti Maro de Heleno cecinit,

..... rex idem hominum divumque sacerdos.

Erat illis sacerdos et dux Cosingas, cujus imperia Thraces detrectabant, quos ipse gnarus gentis et morum, tali cõmento ad obsequia et obedientiam reduxit. Scalas plurimas e materia ædificavit, aliasque aliis imposuit, ut in ingentem altitudinem moles excresceret.

(a) Cornel. a Lapide ad cap. XXVIII Genes., pag. 195.

(b) In eamdem fere sententiam D. Basilius ad primum Psal. et responsum 8 in Regulis fusius explicatis.

(c) Lib. II Var.

Digitized by Google

Tum minatus popularibus, nisi ad nutum suum parerent omnes, se cœlum conscensurum, illosque apud Junonem accusaturum, quod obedire sibi recusarent : hic Thraces, hominum genus barbarum et stupidum, ingenio feris quam hominibus propiore, vanis territi Cosingæ minis, duci supplices, deprecati pertinaciam, jurejurando sese obstrinxerunt, imperata deinceps omnia ad nutum ejus facturos.

Cur autem triginta gradus in *Scala* sua Climacus posuerit, ipse causam in extrema operis sui clausula aperit, cum dicit, *Qui* Christus *cum esset, ut videbatur triginta annorum baptizatus, tricesimum in scala spirituali gradum sortitus est, quandoquidem Deus est charitas.* Quasi Deus triginta annos in religiosa quiete, silentio et privata exercitatione traduxerit, et post tricesimum demum se mundo per charitatem exhibuerit, et salutis nostræ opus complerit. Cujus symbolum gessit Josephus qui tricesimo demum anno e silentio et privata vita, servitute et carceris tenebris eductus, Ægyptique præfectus salutem populo attulit, dictusque est *Salvator mundi*, et in Evangelio qui semen divini verbi exceperunt in terram bonam, tricesimum et bis tricesimum et centesimum fructum retulerunt.

Librum porro suum Climacus *asceticum* quoque appellavit, ut est in inscriptione ἄσκησις, Græcis exercitatio vel corporis vel animi, et ἀσκητής, perinde ad utrumque refertur. Scriptores sacri vocem ad religiosam vitam adhibent : ut ἀσκεῖν sit religiosam vitam profiteri; ἀσκητής, qui in religiosa vita se exercet, ἀσκητικὸς βίος, vita religiosa, ἀσκητικὸς λόγος, sermo, oratio, liber de vita et disciplina religiosa : ἀσκητικά, quæ ad eam vitam religiosam pertinent, qualia præter et ante Climacum scripsit Basilius M. quæ hodieque leguntur, quibus monachis et religiosis vivendi præcepta tradit et leges dicit. Huc Dorothei Parænetica pertinent; Collationes Cassiani; Philippi Solitarii Dioptra sive amussis ad Callinicum monachum; Carpathii Capita hortatoria; S. Maximi, Marci monachi, Isaaci, Diadochi, Isaiæ abbatis, Nili et aliorum complurium, quorum omnium summam et synopsin in Basilii monachi et præfecti Lauræ Maleini, vitæ asceticæ descriptione cognosces, quam Jacobus Pontanus nostræ societatis nôtissimus et laudatissimus scriptor e Græco vertit, et Simeonis Junioris orationibus adjecit. In qua totam ἀσκήσεως rationem oculis in una quasi imagine subjectam et descriptam intelliges.

Ab eadem voce, religiosorum domicilia et cœnobia appellantur asceteria, sicut et ab aliis originibus phrontisteria, archisteria, monasteria, eucheteria, lauræ, monæ, mandræ, synodiæ, conventus, et hoc genus alia complura.

CAPUT III.

De vita S. Climaci, cum elogiis ejusdem.

Vita Joannis cognomento Scholastici, vulgo Climaci. In alio codice (*a*) hæc est inscriptio, quæ simul auctorem vitæ conscriptæ ostendit.

Vita compendio conscripta abbatis Joannis antistitis sancti montis Sina, cognomento Scholastici vere sancti, a Daniele monacho, viro venerando et virtute conspicuo, e cœnobio Rhaitheno.

Βίος ἐν ἐπιτομῇ τοῦ ἁββᾶ Ἰωάννου τοῦ ἡγουμένου τοῦ ἁγίου ὄρους Σινᾶ, τοῦ ἐπίκλην σχολαστικοῦ τοῦ ἐν ἁγίοις ὡς ἀληθῶς, συγγραφεὶς παρὰ Δανιὴλ μοναχοῦ Φαϊθηνοῦ, ἀνδρὸς τιμίου καὶ ἐναρέτου.

(*a*) Quæ patria nobilisve civitas heroem hunc progenuerit, et ante susceptam, ut ita loquar, religiosæ vitæ palæstram, educarit, pro certo et explorato non habeo dicere. Quis vero divum omni dignum admiratione nunc teneat locus, epulisque et deliciis exceptum immortalibus pascat, minime ignoro. Est enim ille nunc in illa regia, de qua vocalissima cicada (Paulus) canit, cum in hæc verba exclamat: *Quorum conversatio in cœlis est* [1]; ubi sensu ab omni contagione corporis libero, sola mente et intelligentia, inexplebili modo, summa cum voluptate inexhausti boni pulchritudine fruitur, inundatur, et exsatiatur (*b*), digna sudoribus præmia laborum-

Τὸ μὲν, τίς ἡ ἐνεγκαμένη τοῦτον καὶ ἐκθρέψασα πρὸ τῆς ἀθλητικῆς αὐτοῦ, ἵν' οὕτως εἴπω, ἀξιάκουστος πόλις, εἰς ἅπαν ἐπεσκεμμένος τε καὶ διηκριβωμένως λέγειν οὐκ ἔχω. Τὸ δὲ, τίς ἡ νῦν φέρουσα, καὶ ἀμβροσίᾳ ἐστιάσει ἐστιῶσα τὸν πανθαύμαστον, ἀγνοῶ οὐδ' ὅλως. Θέλει γὰρ καὶ αὐτὸς νυνὶ εἰς ἐκείνην, περὶ ἧς ὁ διαπρύσιος ἐμπεδοῖ τέττιξ ὧδέ πη [l. ὧδέ πως] διακεκραγώς· Ὧν τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει· κορεννύμενος αἰσθήσει ἀΰλῳ τὸν ἀκόρεστον, καὶ τὸν ἀνείδεον κάλλει ἐνδόνως νοερῷ νοῖ, νῷ καὶ μόνῳ γαννύμενος, ὀξίας τῶν ἱδρώτων εἰληφὼς τὰς ἀμοιβὰς, καὶ πόνων ἀπόνων γέρας, τὴν ἐκεῖσε κληρουχίαν λαχὼν, εἴς τε ὢν καὶ εἰς ἀεὶ

[1] Philipp. III, 20.

(*a*) In ipso codice Climaci.

(*a*') Est eadem hæc Vita a Daniele monacho composita apud Lipomanum vol. II, p. 401, et Surium tom. II, 31 Martii.

(*b*) *Exsatiatur.* Scholiastes adnotavit hæc verba : Κόρος τῶν ἀΰλων αἴσθησις πνευματικὴ ἐστιν, ἡ ποιωθεῖσα δέξασθαι τὴν δύναμιν τὴν θεωρητικὴν, ὡς κόρη τῶν σωματικῶν ὀφθαλμῶν τῶν ἐν αὐτοῖς ἐχόντων τὸ φῶς τὸ αἰσθητόν. Ἡ θεωρία ἡ νοητή ἐστι γνῶσις, φυσικὴ δὲ ὡς ἐνοθεῖσα τῇ κατασκευῇ τῆς φύσεως, ἥτις καλεῖται φυσικὸν φῶς. Hoc est : « Satietas rerum materia seu corpore carentium est spiritualis animæ sensus, qui ad recipiendam contemplationis facultatem modificatus est, non secus atque pupilla oculorum corporis qui in se continent lumen quod in sensum cadit. Contemplatio est cognitio ex mente profecta. Naturalis autem cognitio est conjuncta cum statu naturæ, quam naturale lumen appellant. »

Digitized by Google

μετ' ἐκείνων ἐσόμενος· *Ὧν ὁ πούς ἕστη λοιπὸν* A *ἐν εὐθύτητι.* Ὅπως δ' ἐκεῖσε τοῖς ἄθλοις ὁ ἕνυλος συνθέων ἐστὶ, λέξω μάλα σαφῶς. α'. Ἐκκαίδεκα μέντοι ἐτῶν που πέλων ὁ μάκαρ τῇ ὁρωμένῃ ἡλικίᾳ, χιλιονταετὴς δὲ τῇ νοουμένῃ ἀγχινοίᾳ, προσαγήοχεν ἑαυτὸν ὥσπερ τι ἀκίβδηλον, καὶ ἐθελόθυτον τῷ μεγάλῳ Ἱερεῖ θῦμα. Σῶμα μὲν τούτου ἐν τῷ Σιναίῳ, ψυχὴν δ' αὖ ἐν τῷ οὐρανίῳ ὄρει εἰσκεκομικὼς, οἶμαι, κἀξ αὐτοῦ τοῦ ὁρωμένου χωρίου μεγίστην τὴν πρὸς τὸν ἀόρατον ποδηγίαν τε καὶ ὄνησιν ὀρέψασθαι σκεψάμενος. Καὶ τῇ μὲν ξενιτείᾳ τῇ προστάτιδι τῶν νοερῶν ἡμῶν νεανίδων, παῤῥησίαν τε ἄσεμνον διατεμὼν, ταπεινοφροσύνην δὲ κόσμιον προσειληφὼς, ἐξορίζει δ' ἀρίστῳ μάλα σκοπῷ σὺν τῇ εἰσόδῳ τὸν αὐτάρεσκον [αὐτάρεστον] καὶ οἰκειόπιστον ἀπατεῶνα· τὸν αὐχένα κλίνας, καὶ πεπιστευκὼς ἀρίστῳ πωλοδάμνῃ, ἀκινδύνῳ ὁδηγίᾳ τὸ βαρὺ πέλαγος στεραιοῦσθαι σκοπῷ καλῷ. Οὕτω τε κυρίως ἑαυτὸν τεθεικὼς, ὡς ἄλογόν τε καὶ ἀθέλητον ψυχὴν ἔχων, καὶ τῆς φυσικῆς ἰδιότητος ἀπηλλαγμένην πάντη. Τόδε δὴ θαυμαστότερον ἐν ἐγκυκλίῳ σοφίᾳ, οὐρανίῳ ἰδιωτείᾳ μαθητευόμενος, τὸ παραδοξότατον καὶ ταπεινώσει ἔκφυλον τὸ τῆς φιλοσοφίας φρύαγμα εἶτα ἑαυτοῦ μετὰ ἐννεακαιδεκαετῆ χρόνον, ὥσπερ τινὰ πρέσβυν, καὶ ἀντιλήπτορα πρὸς τὸν βασιλέα τὸν παιδοτρίβην προπεμψάμενος, ἐξέρχεται καὶ αὐτὸς μετὰ χεῖρας οἷα ὅπλα δυνατὰ πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων τὰς τοῦ μεγάλου φέρων εὐχὰς, ἐπὶ τὸ τῆς ἡσυχίας στάδιον· σημείοις τε πάντη αὐτάρκως ἐκ τοῦ κυριακοῦ τὴν τῆς παλαίστρας μονίαν εἰληφὼς C (Θολᾶς δὲ τοὔνομα τῷ χώρῳ), τεσσαράκοντα ἐκεῖ

que dolores omnes sedantium munera adeptus, et in sortem ibi hæreditatis, regni inquam cœlestis admissus, unus jam ex illis semperque cum illis, *Quorum pes stetit in via recta*[1] deinceps futurus. Quomodo autem corpore olim septus ad mentes illas puras aspirarit, nunc quam potero clarissime exponam. Primum ergo cum flos ævi perbeatus ille sextum jam decimum (*c*) ætatis annum agitaret, ingenii præstantia solertiaque, natu grandi millesimum adeo attigisse visus, seipsum magno pontifici Deo sincerum et voluntarium sacrificium obtulit; quando corpus quidem in hunc Sinæum, animum vero in cœlestem montem intulit; captata reor ex ipso loci aspectu occasione, qua sibi suo commodo viam ad cœlestem illum montem superandum communiret. Ita per fugam sæculi (*d*) tanquam antistitam spiritualium adolescentularum (*e*) (virtutum inquam magistram), omni loquendi obloquendive contumacia et impudentia resecta, decoram modestiam complexus, optimo sane consilio, in ipso statim religiosæ disciplinæ ingressu deceptorem sibi placendi et fidendi sensum penitus profligavit, cervicemque peritissimo animorum rectori extra viæ periculum bono fine ad importunum vitiorum pelagus sedandum et calcandum submisit. Porro ita se (in religiosa communique fratrum vita) gessit ac si infans ratione careret, nihilque vellet quod liberet, perinde ac si naturam ipsam animi (*f*) penitus exuisset. Sed quod longe majore dignum est admiratione, cum prius omnibus litterarum disciplinis esset initiatus (*g*), cœlesti tamen

[1] Psal. xxv, 12.

(*c*) *Sextum jam decimum.* Hoc interpretor de primo ingressu Climaci in tirocinium religiosum: infra enim ex Græco scriptore ostendam, in monachum attonsum fuisse, cum annum ageret vicesimum, ita ut quatuor annos in tirocinio posuerit, nec hoc illo sæculo novum. De Isidoro Alexandrino narratur illum in cœnobio Raithuno septem annos in tirocinio posuisse.

(*d*) *Per fugam sæculi.* Ξενιτείαν Græci Patres appellant secessionem, peregrinationem et voluntarium quasi exsilium.

(*e*) *Spiritualium adolescentularum.* Spirituales adolescentulæ sunt facultates naturales animæ, quas secessio seu fuga sæculi in occulto custodire novit, ut a nullo videantur, sed veluti virgines in sua domo, pro statu illarum, inclusas. Merito ergo secessionem seu fugam sæculi antistitam tanquam custodem virtutum appellavit, ut Helias Cretensis docet, quando ad oram ita notavit: Νεαραὶ νεάνιδες, αἱ ψυχικαὶ καταστάσεις εἰσὶν, ἃς ἡ ξενιτεία ὡς κρυφίους παραφυλάττειν οἶδε μηδενὶ ὁρωμένας· ἀλλ' ὡς κόρας ἐν οἴκῳ ἰδίῳ τῇ ἑαυτῶν καταστάσει ἀποκεκλεισμένας. Καλῶς οὖν προστάτην εἶπε τὴν ξενιτείαν ὡς ἀρετῶν οὖσαν φύλακα.

(*f*) *Naturam ipsam animi.* Proprietates et affectiones animæ facultates intelligit animæ ipsius vim et actiones, sive ut hoc velit aut illud. Sic enim Cretensis, φυσικὴν ἰδιότητα τὴν τῆς ψυχῆς ἐνέργειαν λέγει, ἤγουν, τὸ βούλεσθαι τοῦτο, ἢ ἐκεῖνο.

(*g*) *Omnibus litterarum disciplinis eruditus.* Hinc sortitus est nomen Scholastici, a varia inquam eruditione; continet enim encyclopædia omnes artes et scientias. Varinus: Ἐγκύκλιος παιδεία διὰ πάσης χωρεῖ τῆς παιδεύσεως, καὶ ῥυθμοῦ παντὸς καὶ κινήματος. Ἡ ἐγκύκλιος, ἡ γραμματικὴ, ἡ ποητικὴ, ἡ ῥητορικὴ, ἡ φιλοσοφία, ἡ μαθηματικὴ, καὶ πᾶσα τέχνη, καὶ ἐπιστήμη, διὰ τὸ περιέναι ταῦτα τοὺς σοφοὺς, ὡς διά τινος κύκλου. Encyclica disciplina dicitur, quod per omnes institutiones, rythmos, et choros transeat, aut encyclica, grammatica, poetica, rhetorica, philosophia, mathematica, omnisque ars et scientia, quod sapientes omnia hæc tanquam per orbem obeant et comprehendant.

Latinis ergo est omnium disciplinarum orbis. Christiani scriptores et patres exoticas vocant disciplinas. Cretensis τὴν ἀνθρωπίνην πᾶσαν σοφίαν, omnem humanam sapientiam, de qua D. Paulus (I Cor. II, 4) Καὶ ὁ λόγος μου, καὶ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις· *Sermo meus et prædicatio non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis.*

Pierius tamen multo aliter per quatuor circulorum orbes explicat Encyclopædiam, quando uno maximo tres minores includit, quem videbis lib. xxxviii, p. 279, ubi copiosissime de hac Encyclopædia disputat; et in Api lib. xxvi, pag. 187, ubi tamen de exoticis loquitur, in posteriore loco etiam de Christianis et theologicis.

Sed Climacus quamvis omni genere doctrinæ excelleret, perinde tamen se gessit, ac si esset illitteratus; ita quippe Cretensis de illo: Καίτοι γε τὴν ἀνθρωπίνην πᾶσαν σοφίαν ἀκριβῶς ἠσκημένος κατὰ ἰδιώτας, ὡς ἀγροικος ὤηλαδὴ, καὶ ἀπαίδευτος ἐδιότευε, ταπεινῶν ἑαυτὸν διὰ τὸν Θεόν. Καλῶς εἰδὼς, ὅτι τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς ἵνα τοὺς σοφοὺς καταισχύνῃ· καὶ τὸ πολέμιον τὸ φίλαυτον, τὸ ἐκ τῆς μαθήσεως τῇ διὰ Θεὸν ἀγχινοίᾳ· δηλοῖ δὲ διὰ τούτων τὸ ἀγροίκῳ διδασκάλῳ ὑπο-

Digitized by Google

simplicitate postea imbutus, per submissionem animi mirissimum illum sapientiæ (*h*) applausum fastumque proscripsit et eliminavit. Jam vicesimum annum exorsus, cum præmisso ad cœlestem imperatorem suo præside tanquam legato et patrono, ipse quoque cum copiis et apparatu bellico propugnaculis hostium subruendis opportuno, in stadium vitæ quietæ et solitariæ magni illius magistri sui precibus armatus ingreditur [descendit]; locoque, cui Tholas (*i*) nomen, certamini ad quintum ab æde sacra lapidem delecto, quadraginta ipsos annos inibi cœlesti amoris flamma succensus, adeoque semper ardens æstuansque impigre traduxit. Enimvero cui tanta dicendi vis, fandive copia sit, uti ingentes illius labores illic exantlatos ullo orationis applausu vel assequi, ne dicam triumphare possit? Et vero quo pacto, quod clam omnibus in occulto solitudinis silentio ab illo gestum est, in publicum proferetur? Licebit tamen velut ex libatis quibusdam frugum primitiis omnes sanctissimi viri sanctissimas opes (*j*) et virtutes animi præcipere et æstimare. In mensa nihil rejiciebat (*k*), quod a vitæ religiosæ instituto legibusque non abhorrebat, sed cibum ita modice sobrieque sumpsit, uti gustare potius quam edere videretur. Atque ita existimo, fracto cornu superbiæ per sobrietatem quidem, sed brevitate prandii et cœnæ dominam voluptatem multis exitiosam elisit, cum per egestatem exclamaret, *Tace, obmutesce* [3]; per solitudinem vero fugamque hominum incendium hujus fornacis exstinxit, adeoque sopivit, ut in cinerem demum redigeretur. Avaritiam porro, quam Paulus idolorum cultum appellat, benignitate in miseros, et rerum domi necessariarum inopia gene-

A

B

C

χρόνους διαπεράνας ἀνολιγώρως, καὶ διακαεῖ ἔρωτι καὶ πυρὶ πυρπολούμενος ἀεί. Ἀλλὰ τίς ἐστιν ἱκανὸς, ὥσπερ ἐκεῖσε διετέλει πόνους λόγοις θριαμβεῦσαι, καὶ κροτῆσαι ταῖς διηγήσεσι δυνάμενος; Πῶς δ' ᾧ πᾶς [δ' ἅπας] πόνος ἀφανῶς ἐσπείρετο, προφανῶς ληχθήσεται; Ὅμως ἐξ ἀπαρχῶν τινων, τὴν πανόσιον οὐσίαν λοιπὸν τοῦ τρισσοῦ ἀκούσωμεν. Ἔσθιε μὲν ἅπαντα, ἃ ἀμέμπτως ἐφεῖται τῷ ἐπαγγέλματι, βραχὺ δὲ λίαν· κἂν τούτῳ, οἶμαί που, τὸ τοῦ τύφου κέρας κλῶν πανσόφως, τῇ μὲν βραχύτητι τὴν δέσποιναν πολλοῖς μαιμάσσουσαν [μαιμάζουσαν, ἢ μέλλων ἐστὶ χρόνος, μαιμάσων μαιμάσσουσα] ἐξέθλιβε, δι' ἐνδείας βοῶν αὐτῇ· *Σώπα, περίμωσο*· ἐρημίᾳ δὲ καὶ ἀσυνουσίᾳ προσώπων τὴν φλόγα τῆς καμίνου ταύτης κατέσβεσεν· ὡς εἰς τέλος αὐτὴν λοιπὸν ἀποτεφρωθῆναι (*l*), καὶ κατευνασθῆναι τέλεον. Εἰδώλων δὲ προσκύνησιν ἐλαίῳ (*m*) καὶ σπάνει ἀναγκαίων ἀνδρείως ὁ ἀνδρεῖος διέφυγε. Ψυχῆς δὲ τὸν καθ' ὥραν [κἀθώρον] θάνατον, καὶ πάρεσιν, θανάτου κέντρῳ νύσσων [νυσσῶν] ἀνέστησε· νῆσιν δ' αὖ προσπαθείας, ἣ καὶ τάχα λοιπὸν [λοιπῶν] καὶ αἰσθητῶν ἀΰλῳ δεσμῷ λύτης λέλυκεν. Ἦν δ' αὐτῷ προτεθνηκυῖα διὰ ξίφους ὑπακοῆς τῆς μαινάδος ἡ τυραννίς. Ἀπροΐτῳ δὲ σώματι, καὶ ἀπροϊτωτέρῳ φθέγματι τὴν ἀραχνόδοξον [ἀραχνόστημον] τεθανάτωκε βδέλλαν. . . . . .

Τί τὸ τῆς ὀγδόης παρὰ τῷ καλῷ μύστῃ τούτῳ νεάνιδος ἔπαθλον; Τί δὲ ἄρα ὁ καθαρισμὸς ὁ ἀκρότατος; οὗ μὲν ἀπήρξατο ὁ τῆς ὑπακοῆς Βεελζεβὺλ, τετελείωκε δὲ ὁ τῆς ἐπουρανίου Ἱερουσαλὴμ Κύριος παρουσίᾳ ἑαυτοῦ ἐπιδημήσας· ἧς ἄνευ, οὐ καθαιρεθήσεται ὁ διάβολος, καὶ ἡ αὐτοῦ σύμμορφος [συμμορία]. Ποῦ θήσω ἐν τῇ παρούσῃ ἡμῶν τοῦ στεφάνου πλοκῇ τὴν τῶν ἀκρώων ἐκείνου πηγήν; πράγματος οὐκ ἐν πολλοῖς ἐνυπάρχοντος, ὧν τὸ ἀπό-

[3] Marc. IV, 39.

τάσσεσθαι. Quæ tu ita velim intelligas: Etenim Climacus omni litterarum humanarum genere accurate excultus, inter idiotas tamen et simplices tanquam et ipse rudis et illitteratus vivebat, seipsumque propter Deum deprimebat, probe guarus quod Deus stulta mundi elegerit, ut sapientes confunderet, et ipse, Deo inimicum amorem sui, qui ex scientia et eruditione nascitur, ex amore Dei (propter Deum) sua solertia ingenii exstinguebat. Ostenditur vero per hæc indocto etiam et rudi magistro subjectus parumsse.

(*h*) *Sapientiæ*. Philosophiæ, humanæ sapientiæ. Cretensis: Φιλοσοφία ἐστὶν ἠθῶν κατόρθωσις μετὰ δόξης τῆς περὶ τοῦ ὄντος γνώσεως ἀληθινῆς (ἀληθοῦς;). Philosophia est morum emendatio cum opinione de vera, ejus quod est, scientia et cognitione.

Ex quo intelligis, hic scholiasten partim de ethica, partim de naturali philosophia et sapientia loqui: de ethica, quando philosophiam appellat ἠθῶν κατόρθωσιν, morum correctionem; de naturali, quando ait cognitionem *entis*, ut philosophi loquuntur.

(*i*) Infra locum hunc Tholas ad extremum montis pedem situm fuisse docet.

(*j*) *Opes sanctissimas*. Veras vere opes; quemadmodum enim a sæcularibus opulentis nihil aliud substantia quam opes, seu divitiæ existimantur, ita virorum virtute excellentium veræ opes, sunt vita virtutis exculta. Sic enim Cretensis: Τὴν ἀληθινὴν ὄντως οὐσίαν· ὥσπερ γὰρ τοῖς κατὰ κόσμον πλουσίοις οὐσία ὁ πλοῦτος νομίζεται, οὕτω τοῖς ἐναρέτοις οὐσία ἐστὶν ὁ ἐνάρετος βίος.

(*k*) *In mensa nihil rejiciebat*. Τὸ ἀπὸ πάντων, inquit Cretensis, τῶν παρατιθεμένων ἢ χιρνωμένων ἐσθίειν καὶ πίνειν εὐχαριστοῦντα Θεῷ, οὐδαμῶς τῷ κανόνι τῆς γνώσεως μάχεται. Πάντα γὰρ καλὰ λίαν· τὸ δὲ ἡδέων καὶ πολλῶν ἡδέως ἀπέχεσθαι καὶ διακριτ[ικ]ώτατον ὑπάρχει, καὶ γνωστικώτατον. Οὐκ ἂν δὲ τῶν παρόντων ἡδέως καταφρονήσωμεν, εἰ μὴ καὶ τοῦ Θεοῦ γλυκύτητα ἐν πάσῃ αἰσθήσει καὶ πληροφορίᾳ γεύσωμεν. « De omnibus quæ apponuntur et infunduntur edere et bibere, cum gratiarum actione, non pugnat cum lege scientiæ seu cognitionis: omnia enim sunt valde bona (quæ fecit Deus); sed a suavibus et multis libenter et suaviter abstinere summæ prudentiæ et scientiæ est. Nec enim ab his facile et jucunde abstinebimus, nisi in omni sensu et fiducia Dei suavitatem et dulcedinem degustaverimus. »

(*l*) Camaldulensis videtur legisse ἀπονεκρωθῆναι, explicat enim *obstructa*. Longe melior est noster codex ἀποτεφρωθῆναι, *in cinerem redactam*.

(*m*) Ἐλέῳ, *misericordia*, non ἐλαίῳ, ascetæ veteres tribuebant sua, ipsique egebant.

Digitized by Google

κρυφον ἕως καὶ νῦν περίεστιν ἐργαστήριον ἐν ἐσχατιᾷ τινι, καὶ ὑπωρείᾳ πίλον, ἄντρον βραχύτατον· ἀπέχον μὲν ἀπὸ τῆς αὐτοῦ, καὶ πάσης κέλλης τοσοῦτον, ὅσον τὰ τῆς κενοδοξίας ὦτα ἀποφράσσειν ἠδύνατο. Πλήσιον δὲ τοῦ οὐρανοῦ ὧν τοῖς ὁλολυγμοῖς καὶ ἀνακλήσεσι, καὶ οἷα εἰκὸς πεφύκασι ποιεῖν οἱ ἵπποι, καὶ καυτῆρσι νυττόμενοι, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀποστερούμενοι. Ὕπνου μὲν μετελάγχανε τοσοῦτον, ὅσον τὴν τοῦ νοὸς οὐσίαν καὶ μόνον τῇ ἀγρυπνίᾳ μὴ λυμήνασθαι· πλεῖστά τε πρὸ ὕπνου καὶ ηὔχετο, καὶ δέλτια κατέτατταε· τοῦτο γὰρ ἦν αὐτῷ ἀκηδίας καὶ μόνον φίμητρον. Ὁ δὲ πᾶς δρόμος προσευχὴ ἀίννακος καὶ πρὸς Θεὸν ἔρως ἀνείκαστος· τοῦτον γὰρ νύκτωρ τε καὶ καθ' ἡμέραν ἐν καθαρότητι ἀγνείας ἐσόπτρως φανταζόμενος, κόρον λαβεῖν οὐκ ἐβούλετο· μᾶλλον δὲ οἰκειότερον φήσω, οὐκ ἠδύνατο. Οὕτινος κεντρωθεὶς τῷ ζήλῳ Μωσῆς τις τῶν τὸν μονήρη βίον μετιόντων, ἐκλιπαρεῖ λίαν φοιτητὴς γενέσθαι καὶ στοιχειωθῆναι πρὸς τὴν ὄντως φιλοσοφίαν· πρέσβεις τε κεκινηκὼς τῷ μεγάλῳ, ταῖς ἐκείνων ἱκεσίαις κατεδιάσατο· αὐτὸν προσληφθῆναι παρ' αὐτῷ. Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν, μετακομίζειν ὁ μέγας ἐκ χώρου τινὸς γαῖαν πρὸς λαχανίδων ποτισμὸν, καὶ ἀρδείαν τῷ Μωσῇ προσέταξε· καὶ δὴ κατειληφὼς οὗτος τὸν ὑποδειχθέντα τόπον τὸ κελευσθὲν ἀόκνως διεπέραινε· τοῦ δ' ἀκροτάτου φλογμοῦ καὶ σταθερᾶς μεσημβρίας καταλαβούσης (ἦν γὰρ λοιπὸν τῶν μηνῶν ὁ ὕστατος), ὁ Μωσῆς, κεκλικὼς παμμεγέθους λίθου ὑποκάτω, ὑπνώττων ἀναπαύλης μετελάγχανεν. Ὁ δὲ ἀνὴρ ἐν τινι τοὺς ἰδίους ἱκέτας Κύριος μὴ βουλόμενος προσταλαμβάνει συνήθως. Ὄντος γὰρ τοῦ ἐν τῇ κέλλῃ καὶ ἑαυτῷ προσαδολεσχοῦντος καὶ Θεῷ, A rosus iste heros generoso animo declinavit. Desidiam quoque, quotidianam animæ mortem et defectionem ac paralysin (*n*) mortis et ultimorum meditatione tanquam stimulo compunxit, et excitavit. Telam etiam seu nexum cupiditatum, omniumque vitiositatum, et quæ sub sensum cadunt affectionum luctus religiosi vinculo exsolvit. Tyrannicum præterea furoris impetum jam ante obedientiæ telo mactavit. Hirudinem (*o*) vero popularis auræ, gloriæque aranearum ingenio simillimam raro in publicum progressu, rarioreque sermone exanimavit. Quid de palma ab octavo superbiæ vitio (*p*) per hunc mysten reportata dicam? quid de summa cordis munditia, quam hic novus per obedientiam Beseleel (*q*) inchoavit, sed Jerusalem illius cœlestis B imperator sua præsentia consummavit, sine qua nunquam sator ille, sartorque scelerum diabolus cum sua ejusdem sortis et formæ legione et tribu (*r*) expugnabitur prosterneturque? At quo loco herois nostri diadema præsentis coronæ ex largo lacrymarum fonte, gemmisque concinnatum collocabo? rem in paucis hodie deprehendendam, cujus tamen etiamnum officina secreta exstat ad extremum montis pedem sita; antrum, inquam, perangustum, tantum a communibus cum ipsius tum aliorum domiciliis remotum, quantum satis est ad aures gloriæ vanæ captatrices arcendas et excludendas. Cum interim ille proximus cœlo gemitibus, suspiriis, votis astra feriret, uti solent ingemiscere C ii, qui vel ensibus lancinantur, vel cauteribus ustulantur, vel quibus oculi expunguntur. Somno tantum indulsit, quantum solum ad tuendum mentis

(*n*) **Πάρεσις, inquit Cretensis, ψυχῆς καὶ κάθωρος θάνατός ἐστιν ἡ ἀκηδία, ἥνπερ διὰ τοῦ κήτρου μνήμης τοῦ θανάτου νεκρώσας ἀνέστησε τὴν ψυχὴν πρὸς σπουδὴν τῶν θείων ἔργων διεγείρων αὐτήν.** « Animæ paralysis et quotidiana seu assidua mors est acedia seu desidia, quam stimulo memoriæ mortis enecans animam assidue monendo ad diligentiam et studium operum sanctorum excitavit. »

(*o*) *Hirudinem.* Vanam gloriam hirudini similem dicit: **Τὴν κενοδοξίαν λέγει. Ὡς γὰρ ἡ βδέλλα τὸ αἷμα πίνει τοῦ σώματος ἀπλήστως, οὕτως καὶ αὕτη τὴν ζωὴν τῆς ψυχῆς ἀφανίζει, ἤγουν τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν γνῶσιν.** « Vanam gloriam intelligit Climacus per hirudinem, inquit Cretensis, nam quemadmodum hirudo sanguinem e corpore insatiabiliter bibit, ita vana gloria vitam animæ exhaurit et abolet, hoc est, virtutem et cognitionem sive scientiam. » Addit idem Cretensis: **Ὥσπερ ὁ ἀράχνης τῶν δοκούντων ἅπτασθαι ἐκπιέζει τὰ αἵματα, οὕτω καὶ αὐτὸς διὰ τῆς ἡσυχίας τοὺς τῆς οἰήσεως ἐθανάτου λογισμούς.** « Quemadmodum araneus bestiolarum quæ videntur volare sanguinem exprimit, ita Climacus per studium solitariæ vitæ inflatas sui existimatione cogitationes exanimavit. »

(*p*) *Octavo vitio.* **Ὀγδόην τὴν ὑπερηφανίαν καλεῖ (Κλίμαξ)· ὄγδοον πάθος γὰρ ἐτέθη παρὰ τῶν Πατέρων ἐν τοῖς ὀκτὼ λογισμοῖς, ἤγουν πάθεσιν. Ἔπαθλον δὲ λέγει τὸν ἀκρότατον καθαρισμὸν, ἤγουν τὴν ἀπάθειαν ἥτις ἐξ ὑπακοῆς καὶ ἐπιδημίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατορθοῦται, καὶ πρῶτον μὲν ἔθηκε τὴν ξενιτείαν, εἶτα τὴν ἐγκράτειαν, καὶ ἑξῆς τὴν ἀποχὴν τῆς γαστριμαργίας, τῆς τε ἀκηδίας, καὶ μνησικακίας, καὶ προσπαθείας, καὶ κενοδοξίας.** « Octavum vitium vocat (Climacus) superbiam: inter octo enim vitia a Patribus octavum ponitur. Præmium autem dicit summam puræ mentis integritatem sive animi tranquillitatem omni perturbatione vacantem, quæ ex obedientia et Spiritus sancti adventu comparatur. Et primum quidem posuit secessum et fugam sæculi, deinde continentiam ac deinceps abstinentiam ab gula, desidia, memoria injuriarum, affectu erga res humanas et vana gloria. »

(*q*) *Beseleel.* Quemadmodum Beseleel tabernaculum Deo in quo habitaret et responsa daret, per patientiam ædificavit, ita et Climacus, cum animam suam omnibus excoluisset, corpus expurgatis sordibus emaculasset, seipsum sanctissimi Spiritus splendidissimum templum exhibuit. Quod ita scholia habent: **Καθάπερ ὁ Βεσελεὴλ τὴν σκηνὴν κατηρτίσας διὰ τῆς ὑπομονῆς χρηματίζειν ἐν αὐτῇ τὸν Θεὸν εἰσῳκίσατο· οὕτω καὶ οὗτος τὴν ψυχὴν κοσμήσας, καὶ τὸ σῶμα φαιδρύνας, ναὸν τοῦ παναγίου Πνεύματος ἔδειξεν ἑαυτὸν ὡραιότατον.**

(*r*) *Legione, seu tribu.* **Συμμορία ἡ ἑταιρία λέγεται. Μόριον γὰρ τὸ τοῦ μέρους μέρος· ἐπεὶ γοῦν ἐμερίσθη ἀγγέλων ὁ διάβολος, οὐκ ἔτι τοῦ πνευματικοῦ ἐκείνου σώματος μέρος ἦ ἐστιν ἡ λέγεται, ἀλλὰ ἄλλο μέρος. Κύλογως δὲ καὶ συναποστατοῦντα αὐτῷ.** Vox *συμμορία* idem valet quod ἑταιρία, sodalitium, factio: μόριον vero pars partis est. Postquam ergo diabolus ab angelis avulsus est, non amplius spiritualis illius corporis pars aut est aut dicitur, sed alia pars; neque absque ratione etiam idem nomen tulere, qui cum ipso apostatæ facti a Deo defecerunt.

Digitized by Google

statum ne per æternas vigilias corrumpatur, sufficit. Priusquam concederet cubitum, plurimas fundebat preces, libellosque componebat, qua re otium et desidiam penitus profligabat. Porro per omnem vitæ cursum assidue precabatur, immensoque in Deum amore ferebatur, quo die, nocteque tanquam in speculo per animi purissimi castimoniam sibi repræsentando nulla satietate expleri velle, imo ut verius dicam, nec posse videbatur. Cujus exemplo studioque incensus Moses quidam solitudinis et silentii cultor, vehementer laborabat, ut in disciplinam et contubernium ejus, veramque sapientiam discipulus admitteretur. Ad quam rem impetrandam, cum ad eum seniores ut patronos allegasset,

A εἰς ὕπνου μέν τινα λεπτοτάτου ἔμφασιν κατηνέχθη, τινὰ δ' ἱεροπρεπῆ ὁρᾷ διυπνίζοντα αὐτὸν, καὶ τὸν ὕπνον διακωμῳδοῦντα καὶ λέγοντα αὐτῷ Ἰωάννη « Πῶς ἀμερίμνως ὑπνοῖς, ὁ δὲ Μωσῆς ἐν κινδύνῳ διατελεῖ; » Θᾶττον οὖν ἀναπηδήσας ὑπὲρ τοῦ φοιτητοῦ τῇ προσευχῇ ὡπλίζετο. Εἶτα περὶ τὰς ἑσπερινὰς καταλαβόντα ὥρας, ἠρώτα αὐτὸν μή τι σκαιὸν ἢ ἀνέλπιστον αὐτῷ συνήντησεν. Ὁ δὲ, « Λίθος, ἔφη, παμμεγέθης με πιέζειν τὰς τῆς ἡμέρας ὥρας ὑπ' αὐτὸν ὑπνώττοντα ἤμελλεν, εἰ μή γε ὡς σέ με πεφωνηκότα οἰηθεὶς ἅλματι τοῦ χώρου ἐκπεπήδηκα. » Ὁ δὲ ταπεινόνους ὄντως, οὐδὲν τῶν ὁραθέντων ἀπήγγειλε, κρυφίαις δὲ βοαῖς, καὶ βίαις ἀγά-
B πης, τὸν ἀγαθὸν Θεὸν ἀνύμνει.

precibus illorum compulsus, Mosen in vitæ societatem et tirocinium recepit. Itaque cum aliquando usu venisset, uti magnus ille pater discipulo imperaret, uberem ut glebam certo quodam loco ad horti oluscula alenda et colenda deferret; Moses, ubi ad destinatum sibi locum pervenit, imperium sui magistri cœpit impigre exsequi. Imminebat jam meridies et sol altissimus ingenti ardoris æstu omnia incenderat, sextilis enim ultimus in æstate mensium erat: hic cum Moses æstum declinans sub immane saxum successisset, sopitus aliquantum conquievit. Enimvero Dominus qui suos sibi supplices clientes nullo patitur graviore casu premi, periculum pro more suo antevertit et avertit. Nam cum Joannes, magnus ille pater, in suo latibulo sibi Deoque per contemplationem vacaret, et ipse tantum pauxillum conniveret, aspicit virum humana specie augustiorem, a quo exprobrato excussoque somno compellari visus: « Itane, Joannes, tu securus hic stertis, et Moses vita periclitatur? » Exsiliit Joannes repente, et pro tirone suo arma precum assumpsit. Sub vesperam deinde revertentem percontatur, rectene omnia, an triste aliquid et inexspectatum malum inciderit? « Immane saxum, inquit Moses, sub quod meridiatum successeram, dormitantem minimo minus oppressisset, nisi visus abs te repente vocari e cavea prosiluissem (s). » At Joannes vere humilis hic reticere, nihilque eorum quæ viderat aperire: tacitis tantum vocibus animi votisque ardentibus amoris Numinis bonitatem grata mente celebrabat.

Erat vero et forma virtutum et latentium morborum medicus, ut ex Isaacio quodam constat, qui gravissima corporis seu carnis tyrannide oppressus, peneque in desperationem abjectus, ad magnum hunc virum curriculo contendit, bellumque domesticum lacrymis et singultibus interpolatum exposuit. Cujus fidem admiratus multo magis admirandus ipse: « Age, inquit, amice, ad vota simul ambo confugiamus. » Ergo precabundos (t) oracula promissorum sunt mox insecuta, quæ ut Deus per fraudem edita vera tamque ostenderet, abjecti adhuc in faciem, afflictique Deus voluntatem servi sui cœpit facere, ut ostenderet non fallere Davidem. Impurissimus quippe draco efficacissimarum precum flagris retusus, se in fugam conjecit. Æger autem ab animo ubi se curatum sensit, magnopere obstupuit, lætusque Deo Joannem exauditum honoranti, et Joanni honorato laudes gratiarum persolvit. Sed fuere qui invidiæ

C Ἦν μὲν οὖν καὶ τύπος, καὶ ἰατὴρ μωλώπων ἀφανῶν... ὡς καί τις ποτε Ἰσαάκιος τοὔνομα. ὑπὸ βάρους τοῦ φιλοσάρκου δαίμονος ἰσχυρῶς πιεζόμενος, ἀθυμίᾳ λοιπὸν καταβληθεὶς, πρὸς τὸν μέγαν τοῦτον δρομαίως κατέσπευσε, καὶ τὸν πόλεμον οἰμωγαῖς μεμιγμένον συμφύρων ἐδημοσίευσε· τὴν δὲ πίστιν αὐτοῦ ἀγάμενος ὁ πανάγαστος, « Εἰς λιτὴν ἄμφω στῶμεν, ἔφησεν, ὦ φίλε. » Ὡς οὖν τὰ τῆς ἱκετηρίας διεπεραίνετο λοιπὸν λόγια, ἔτι ἐπὶ πρόσωπον πρηνοῦς ὄντος τοῦ κάμνοντος, Θεὸς μὲν θεράποντος ἐποίει θέλημα, ἵνα μὴ τὸν Δαυῒδ ψευδόμενον δείξῃ· ὄφις δὲ ἐδραπέτευσε μάστιξιν ἐναργοῦς προσευχῆς δαμαζόμενος· ὁ νοσῶν δὲ ἄνοσον ἑαυτὸν θεώμενος, ὑψηλῶς ἐξίστατο, καὶ τῷ δοξάσαντι σὺν τῷ δοξασθέντι
D τὴν εὐχαριστίαν ἀνέπεμπε. Τινὲς δ' αὖ νυττόμενοι φθόνῳ [κέντρῳ τοῦ φθόνου] ἀείλαλον αὐτὸν καὶ φλήναφον ἀπεκάλουν· οὓς ἔργῳ παιδεύσας πάντα ἑαυτὸν πᾶσιν ἀπεδείκνυεν ἰσχύειν ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντι πάντας Χριστῷ. (u) Σεσιώπηκε δὲ ἐνιαυσιαίαν πάμπαν

(s) Addit Camaldul. *Quo facto continue saxum illud ripa (e rupe scribo) crulsum ac terræ affixum conspexi.* Hæc ab Græcis codicibus nostris absunt.

(t) *Ergo precabundos.* Germanitas amici in tentatione apparet, quando alterius periculum seu necessitatem, suam facit. Γνησιότης φίλου ἐν πειρασμῷ δείκνυται, ἡνίκα τῆς ἀνάγκης συγκοινωνὸς γένηται. Et mox infra: Φίλος πιστὸς, σκέπη κραταιά· ἐπειδὴ καὶ εὐημεροῦντι τῷ φίλῳ σύμβουλός ἐστιν ἀγαθὸς, καὶ συνεργὸς σύμψυχος· καὶ κακοπαθοῦντι ἀντιλήπτωρ γνησιώτατος ἢ ὑπέρμαχος συμπαθέστατος. Hoc est: Fidus amicus præsidium est validum; quandoquidem et in prosperis amico bona consilia suggerit, juvat, conspirat; et in adversis sincere succurrit, aut cum summa commiseratione propugnat.

(u) Hic Camaldulensis, paraphrastem potius quam interpretem agit.

Digitized by Google

περίοδον· ὥστε τοὺς σκώπτας ἱκέτας καταστῆναι λέγοντας πηγὴν ἀενάου ὠφελείας ἀποπεφράχθαι, καὶ τὴν τῶν ὅλων σωτηρίαν λυμήνασθαι. Εἶξέ τε ὁ ἀναντίλογος, καὶ πάλιν τῆς πρώτης εἴχετο καταστάσεως. Εἶτα ἀγάμενοι πάντες τὰ πάντα αὐτοῦ ἐν ἅπασι κατορθώματα, ὡς νεοφανῆ τινα Μωσέα, βίᾳ ἐπὶ τὴν τῶν ἀδελφῶν ἡγεμονίαν ἀνεβίβασαν ἐπὶ τῆς ἀρχικῆς λυχνίας τὸν λύχνον· οἱ καλοὶ δοκιμασταὶ μετεωρηκότες, καὶ οὐκ ἐψεύσθησαν· ἀλλὰ καὶ προπελάζει τῷ ὄρει καὶ αὐτός· καὶ τὸν ἄδυτον ὑπελθὼν γνόφον, τὴν θεοτύπωτον δέχεται, νοεραῖς ἀναβιβαζόμενος βαθμίσι, νομοθεσίαν καὶ θεωρίαν. Λόγῳ Θεοῦ ἀνοίγει τὸ στόμα, καὶ τὸ πνεῦμα εἵλκυσε, καὶ ἐξηρεύξατο λόγον, καὶ λόγους ἐξ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας· καὶ ἀποπεραίνει τὸ τοῦ ὁρωμένου βίου πέρας, ἐν τῇ ὁδηγίᾳ τῶν Ἰσραηλιτῶν μοναχῶν, ἓν καὶ μόνον [ἐνὶ καὶ μόνῳ] ἀνόμοιος Μωσεῖ γεγονὼς, τῇ ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ, τῇ ἄνω εἰσόδῳ ὡς ἐκεῖνος τῆς κάτω πως [(*v*) καὶ παντὸς ἀγαθὸς καὶ οἰκτίρμων Θεὸς τὴν προσευχὴν ἡμῶν οὐ περιόψεται] οὐκ οἶδα διέφευσται. Καὶ μαρτυροῦσι μὲν τῶν δι' αὐτοῦ τοῦ πνεύματος ἀπηχημάτων πλεῖστοι ὅσοι δι' αὐτοῦ, καὶ ἐσώθησαν, καὶ εἰς νῦν σώζονται· μάρτυς ἄριστος Δαυὶδ ὁ νέος τῆς σοφοῦ σοφίας καὶ σωτηρίας· μάρτυς δ' ἦν ὁ καλὸς Ἰωάννης ἡμῶν ὁ ὅσιος ποιμήν· ἐξ οὗ μάλα ὁ ὑπὲρ πολύμνης λιπαρηθεὶς, ἐκ τοῦ ὄρους πρὸς ἡμᾶς ὁ νέος, οὗτος θεόπτης τοῦ Σιναίου τῷ λογισμῷ συγκαταβὰς, ὑπέδειξεν ἡμῖν καὶ αὐτὸς τὰς θεογράφους αὐτοῦ πλάκας, ἔξωθεν μὲν πρακτικὰ, ἔσωθεν δὲ θεωρητικὰ περιεχούσας στηρίγματα λέ-

A œstro (*x*) perciti garrulum nugatoremque appellitarent, quos ille factis ipsis et exemplis refutando, ostendebat omnibus, omnia se posse in Christo omnibus vires sufficiente. Itaque per totius anni spatium tam altum siluit, ut ipsi illius calumniatores supplices ad illum quæstum regatumque adirent, ne vellet perennem utilitatis fontem obturare, omniumque salutem suo silentio in discrimen vocare. Cessit illico votis illorum, ut qui neque repugnare quidem sciret, rursumque priorem vitæ morem est ingressus. Unde omnes in omnibus ejus virtutem admirati tanquam alterum quemdam Moysen ad cœnobii præfecturam vi pertraxerunt (*y*), facemque magisterii super candelabrum collocarunt. Neque sane spem ille minime malorum judicum, a quibus ad illum dignitatis gradum erat provectus, fefellit. Nam et montem Dei ipse accessit, inaccessamque nebulam ingressus, scalæque cœlestis gradibus admotus scriptam Dei digito legem accepit, Deique verbo os aperuit, et spiritum attraxit, deque bono thesauro (*y'*) cordis sui verbum bonum eructavit. Ac tandem ad præsentis vitæ metam deducendis suis religiosis Israelitis pervenit : una duntaxat in re Moysi (*z*) dissimilis, quod Joannes in illud cœleste Jerusalem omnino ascenderit, Moyses, nescio quo modo, etiam terrestre non attigerit. Sanctitatem porro illius plurimi, qui spiritu verborum illius afflati salutem consecuti sunt, testantur. Testatur optimus, novusque David (*z'*) sapientiam hujus sapien-

(*v*) Inducta hæc, non adducta in Græco codice rubrica scripta sunt.

(*x*) *Œstro invidiæ*. Κέντρῳ φθόνου, stimulo invidiæ, alia scriptura præfert. Πιστοῦ φίλου νόμιζε μηδὲν ἄξιον, ὃν οὐ κρατὴρ ἔδειξε, καιροῦ δὲ ζάλη· Nihil fido amico dignum crede, quem non probavit calix temporis, scilicet tempestas. Videtur Cretensis alludere ad verba Christi : *Potestis bibere calicem*, et, *Calicem quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum ?* adversam nempe intelligit fortunam, ærumnas, calamitates et omnium incommodorum tempestates. De invidia porro Thalassius dicit, Νοῦν φθονερὸν ἐκτυφλοῖ Κύριος, ὅτι λυπεῖ ἀδίκως ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τοῦ πλησίον· Invidam mentem excæcat Dominus, quod improbe tristetur super bonis proximi. In eamdem sententiam est illud : Γνώμη πονηρὰ, κακὰ ἐνθυμοῦται, καὶ τὰ κατορθώματα τοῦ πλησίον εἰς ἐλαττώματα παραγνωρίζει· Mala mens mala cogitat, et virtutes etiam alterius extenuat, et vitia interpretatur. Et hoc etiam : Ἔννοησον τοὺς Ἰουδαίους, καὶ ἀσφάλιζε σεαυτὸν, οἱ ἐκ τοῦ φθόνου τυφλωθέντες τὸν Κύριον καὶ Θεὸν Βεελζεβοὺλ παρεγνώρισαν· Judæos considera et teipsum confirma, qui invidia obcæcati Dominum Deum Beelzebul dæmonum principem improbe judicarunt.

(*y*) Ille vere meritoque aliis imperare debebat, qui ea quæ ad virtutem pertinent, animo et corpore sanxit. Ita enim Græcus scholiastes : Ἄρξαι ὡς ἀληθῶς; ἐκεῖνος ὤφειλεν, ὃς καὶ ψυχῇ καὶ σώματι τὰ τῆς ἀρετῆς ἐνομοθέτησεν. Ἰατρὸν γὰρ καὶ φίλον καὶ πατέρα πνευματικὸν, οὐ τὸν ἡδὺν. ἀλλὰ τὸν ὠφελιμώτατον ἐκλεκτέον· Medicus enim et amicus et pater spiritualis non suavis, sed utilissimus deligendus est

(*y'*) *Thesauro*. Quis sit bonus aut malus thesaurus his verbis docet scholiastes : Ἡ μὲν φρόνησις πάσης τῆς ἐν Χριστῷ εἰς δόξαν Θεοῦ ἀρετῆς θησαυρός ἐστιν ἀγαθός. Ἡ δὲ φρόνησις τῆς κακίας τῶν ἀπηγορευμένων ὑπὸ τοῦ Κυρίου, θησαυρὸς πονηρός ἐστιν. Ἐξ ὧν προφέρεται, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, ἐν τοῖς οἰκείοις ἑκατέρων ἔργοις καὶ λόγοις ἢ τοι πονηρὰ ἢ ἀγαθά· Prudentia virtutis omnis quæ in Christo ad Dei laudem exercetur, est thesaurus bonus. Prudentia vero seu sensus malitiæ eorum, quæ a Domino interdicta sunt, thesaurus malus est. Ex his thesauris, ex sententia Domini, in singulis alterutrorum operibus et verbis proferuntur aut mala aut bona.

(*z*) *Dissimilis*. Mosi hac una re dissimilis, quod ille terram promissionis, terrestrem nempe hanc Jerusalem, non viderit, eo quod cum jurgio seu exaggeratione difficultatis ad ingratos Israelitas dixerit, *Nunquid ex hac petra vobis aquam elicium ?* hic autem in supernam Jerusalem intravit, quæ est promissionis regnum cœlorum, quod procurant animus ab omni vitiorum perturbatione repurgatus et tranquillus, necnon rerum cœlestium cognitio. Quæ ita habent Græce : Ὅτι ἐκεῖνος τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας οὐκ οἶδεν ἥτις ἐστὶν ἡ κάτω Ἱερουσαλήμ. Διὰ τὸ εἰπεῖν μετὰ ἐπιτάσεως· *Μή τι ἐκ τῆς πέτρας ταύτης δώσω ὑμῖν ὕδωρ ;* πρὸς τὸν ἀγνώμονα λέγων Ἰσραήλ. Οὗτος δὲ εἰσέδυ εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ, ἥ ἐστιν ἐπαγγελίας, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἧς πρόξενοι γίνονται ἀπάθεια καὶ γνῶσις.

(*z'*) Non assequor quem hic novum Davidem appellet, nisi Isaacum supra laudatum intelligat.

Digitized by Google

tis, et salutem adeptus. Testatur denique præclarus noster et venerandus præses Joannes, a quo pro ovili suo exoratus, e monte Sina novus hic Dei spectator per animum intelligentiamque descendit, nobisque et ipse dictatas a Deo tabulas, quæ litteris exterius agendi, interius vero contemplandi præcepta complectuntur, exhibuit. Ita paucis plurima exprimere conatus sum, haud ignarus eloquentiæ candidatis maxime probari in narratione brevitatem.

A γοντα τάδε· πεπείραμαι κυροῦν ἐν βραχέσι πλείστα· ῥήτορσι γὰρ κάλλος συντομία ἕπους.

De eodem abbate Joanne antistite montis Sina, sive Climaco.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ ἁββᾶ Ἰωάννου ἡγουμένου τοῦ Σινᾶ ὄρους, ἤγουν, τοῦ τῆς Κλίμακος.

(a) Cum olim abbas Martyrius cum P. Joanne ad magnum Anastasium venisset, Anastasius intuitus Joannem compellato Martyrio, « Dic, inquit, Martyri, unde hic filius? quis illum in monachum tondit? » Tunc inquit Martyrius, « Servus tuus, pater, ego attondi illum; » et Anastasius, « Papæ! inquit, abba Martyri, quis dixerit, quod tu antistitem montis Sina attonderis? » Nec Anastasii vaticinium inane fuit; nam post quadraginta annos Joannes creatus est præses noster et abbas. Alio rursum tempore Martyrius abbas præfectus illius cum Joanne suo ad magnum illum virum Joannem Sabaiten devenit, qui in Guddæ solitudine degebat. Quos cum Sabaites senex vidisset, illico consurrexit, et aqua pedes non Martyrii, sed Joannis Climaci lavit, manu etiam osculo delibata. Martyrii autem pedes non abluit. Quærente autem Stephano discipulo Sabaitæ, quid ita fecisset? « Crede mihi, fili, inquit Sabaites, ego quis ille (religiosus) filius sit nescio, ego enim antistitem montis Sina excepi, ejusque vestigia ablui. Quin et abbas Strategius ipso die quo Joannes Climacus, cum annum ætatis vicesimum ageret, in monachum attonsus est, prædixit ingens illum orbis olim sidus futurum. Itaque simul atque Climacus noster cœnobii præses creatus est, sexcenti hospites advenerunt, qui cum ad cibum capiendum accubuissent, vidit ipse quemdam quasi dispensatorem syndone in Hebræorum morem vestitum, qui undique circumcursabat, et cum imperio præcipiebat, nunc cocis et œconomis, nunc promis condis et cellariis, aliisque cœnobii ministris. Post dimissos ergo peregrinos, cum famuli quoque ad mensam assedissent, quæsitus est ille sedulus dispensator, qui omnia circumcursando et imperitando administrarat, ut et ipse accumberet; sed quantumvis diligenter investigatus, nullus tamen amplius inveniri potuit. Tum Dei servus venerandus pater noster Joannes dicit nobis: « Mittite quærere ipsum; nihil enim alienum fecit dominus Moyses, quando suo in loco ministerium obiit. »

Ἐλθόντος ποτὲ τοῦ ἁββᾶ Μαρτυρίου καὶ τοῦ ἁββᾶ Ἰωάννου πρὸς τὸν μέγαν Ἀναστάσιον, [καὶ] ἰδὼν αὐτοὺς λέγει τῷ ἁββᾷ Μαρτυρίῳ· « Εἰπέ, ἁββᾶ Μαρτύριε, πόθεν ἐστὶν ὁ παῖς οὗτος; καὶ τίς αὐτὸν ἐκούρευσεν; » Ὁ δὲ λέγει αὐτῷ· « Δοῦλός σού ἐστι, πάτερ, καὶ ἐγὼ ἐκούρευσα αὐτόν. » Καὶ λέγει αὐτῷ· « Βαβαί, ἁββᾶ Μαρτύριε! τίς εἶπεν [εἶπη], ὅτι ἡγούμενον τοῦ Σινᾶ ἐκούρευσας; » Καὶ οὐκ ἐψεύσθη ὁ ἅγιος· μετὰ γὰρ τεσσαράκοντα ἔτη γέγονεν ἡγούμενος ἡμῶν. Πάλιν ἄλλοτε παραλαβὼν τὸν αὐτὸν Ἰωάννην ὁ ἐπιστάτης αὐτοῦ ὁ ἁββᾶς Μαρτύριος ἀπῆλθε πρὸς τὸν μέγαν Ἰωάννην τὸν Σαβαΐτην, ἐν τῇ τοῦ Γουδδᾶ ἐρήμῳ τότε διάγοντι [διάγοντα]. Ὡς οὖν εἶδεν αὐτοὺς ὁ γέρων ἀναστὰς ἔβαλεν ὕδωρ καὶ ἔνιψε τοὺς πόδας τοῦ ἁββᾶ Ἰωάννου, καὶ κατεφίλησε τὴν χεῖρα αὐτοῦ· τοῦ δὲ ἁββᾶ Μαρτυρίου οὐκ ἔνιψε τοὺς πόδας. Πυνθανομένου δὲ τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ Στεφάνου, τί οὕτως πεποίηκε, λέγει αὐτῷ· « Πίστευσον, τέκνον, ἐγὼ, τίς ἐστιν ὁ παῖς, οὐκ οἶδα· ἀλλ' ἐγὼ ἡγούμενον τοῦ Σινᾶ ἐδεξάμην καὶ τοὺς πόδας τοῦ ἡγουμένου ἔνιψα. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἁββᾶς Στρατήγιος τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ ἐκουρεύσατο ὁ ἁββᾶς Ἰωάννης, εἶχοσιν ἐτῶν ὑπάρχων, προεῖρηκε περὶ αὐτοῦ, ὅτι μέγας ἀστὴρ γενήσεται. Ἀμέλει γοῦν ἅμα τῷ γενέσθαι αὐτὸν ἡγούμενον ἡμῶν, εἰσελθόντων ἐνταῦθα περὶ που ἑξακοσίων ξένων, ἐν τῷ καθέζεσθαι αὐτοὺς καὶ ἐσθίειν, ἐθεώρει αὐτός τινα κονδοκούρευτον (b) ἀναβεβλημένον Ἰουδαϊκῶς σινδόνα, περιτρέχοντα, καὶ ἐξουσιαστικῶς ἐπιτάσσοντα τοῖς τε μαγείροις καὶ οἰκονόμοις καὶ κελλαρίταις καὶ τοῖς λοιποῖς ὑπουργοῖς. Μετὰ οὖν τὸ ἀπελθεῖν τὸν λαὸν, καθεσθέντων φαγεῖν τῶν ὑπηρετῶν, ἐζητεῖτο ἐκεῖνος ὁ πανταχοῦ περιτρέχων καὶ ἐπιτάττων, οὐχ εὑρίσκετο. Τότε ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος ὁ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν Ἰωάννης λέγει ἡμῖν· « Ἐάσατε αὐτόν· οὐδὲν ξένον ἐποίησεν ὁ κύριος Μωϋσῆς εἰς τὸν ἴδιον τόπον διακονήσας. »

Sequentia cum in Climaci Vita desiderentur, libuit addere, ut intelligatur quibus auspiciis initiatus sit sacro antistitis magistratu. Sed et alia silentio non transmittenda, quæ Daniel biographus ipsius præteriit.

Ingens in Palæstinæ partibus siccitas erat, et aquæ cœlestes vehementer exoptabantur. Rogatus ergo Climacus ab accolis et vicinis incolis statim

Ποτὲ ἀβροχίας ἐν τοῖς κατὰ τὴν Παλαιστίνην μέρεσι γενομένης παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν περιοίκων προσηύξατο, καὶ κατηνέχθη πλούσιος ὑετός· καὶ οὐκ

(a) A monacho aliquo Sinaïta synchrono hæc scripta.

(b) Vox Græco-barbara.

Digitized by Google

ἄπιστον· θέλημα γὰρ τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιήσει ὁ Κύριος, καὶ τῆς δεήσεως αὐτῶν εἰσακούσεται. A a Deo precibus copiosum imbrem impetravit; nec hoc præter fidem, voluntatem enim timentium se faciet Dominus, et deprecationem eorum exaudiet.

Subjicit demum hæc de extremis ipsius annis, et morte, Danieli quoque tacita :

Ἰστέον ὅτι ὁ τῆς Κλίμακος Ἰωάννης εἶχε γνήσιον ἀδελφὸν, τοῦτον τὸν θαυμαστὸν ἀββᾶν Γεώργιον, ὃν ἔτι ζῶν κατέστησεν ἡγούμενον τοῦ Σινᾶ, τὴν ἡσυχίαν αὐτὸς ἀσπαζόμενος, ἣν ἀπ' ἀρχῆς νύμφην ἑαυτῷ ἠγάγετο ὁ σοφός. Μέλλοντος πρὸς Κύριον παραύεσθαι τοῦ νέου ἡμῶν Μωϋσέως τοῦ ὁσιωτάτου Ἰωάννου τοῦ ἡγουμένου, παρίστατο αὐτῷ κλαίων ὁ ἀββᾶς Γεώργιος ὁ ἴδιος αὐτοῦ ἀδελφὸς λέγων, ὅτι « Ἰδοὺ ἀφίεις με καὶ ὑπάγεις; ἐγὼ ἠὐχόμην, ἵνα σύ με προπέμψῃς· οὐδὲ γάρ εἰμι ἱκανὸς ἐκτὸς σοῦ ποιμᾶναι τὴν συνοδίαν, ὦ κύριέ μου· μᾶλλον δὲ ἐγώ σε προπέμπω. » Λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Ἰωάννης · « Μὴ λυποῦ, μηδὲ μερίμνα· ἐὰν γὰρ εὕρω παῤῥησίαν πρὸς Κύριον, οὐ μή σε ἐάσω τελειῶσαι ἐνιαυτὸν ὀπισθέ μου. » Ὅπερ καὶ γέγονεν· ἐντὸς γὰρ δέκα μηνῶν, ἀπῆλθε καὶ αὐτὸς πρὸς Κύριον. B

Sciendum Climaco fuisse germanum fratrem Georgium, quem sibi Climacus vivo successorem destinavit, ut cœnobium montis Sinæi suo loco cum abbatis potestate administraret, quod ipse studio eremi et solitudinis (quam sibi ab initio sponsam duxerat) amore teneretur. Cum ergo novus noster Moyses et religiosissimus antistes Joannes morituriens ad Dominum proficisceretur, Georgius abbas germanus ipsius, ut dixi, frater astabat, et lacrymabundus : *En*, inquit, *domine mi, me neglecto abis? Ego precabar uti tu me præmitteres, neque enim sine te possum hanc sacram familiam tuam gubernare, et ecce infelix ego te præmitto.* Cui Joannes abbas : *Non est quod tristeris et affligaris; si qua mihi spes et fiducia in Deo, non patiar ut annum hunc absolvas, quin me sequaris.* Quod et factum est; intra decimum enim mensem et ipse Georgius ad Dominum profectus est.

Hæc æquævus Climaco ex eodem contubernio auctor. Enimvero et alii sanctissimi ejusdem cœnobii abbates passim celebrantur, quos inter Georgius quidam, haud scio an idem Climaci frater, de quo modo narravimus (diversum tamen crediderim), quem Joannes Eviratus seu Moschus in suo *Viridario spirituali* laudat; et Orentus, quem idem auctor celebrat cap. 126. De Martyrio jam supra dictum, de quo tamen nihil singulare memini legere.

SEQUITUR VITA EJUSDEM CLIMACI EX MENÆIS 30 MARTII.

Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ συγγραφέως τῆς Κλίμακος. C *S. Patris nostri Joannis qui Scalam cœli composuit.*

Οὗτος ἐκαίδεκα χρόνων ὑπάρχων καὶ ἀγχίνους ὤν, τῇ ἐγκυκλίῳ σοφίᾳ προσενήνοχεν ἑαυτὸν θῆμα [θῦμα] ἱερώτατον τῷ Θεῷ ἐν τῷ Σιναίῳ ὄρει ἀνελθὼν, καὶ μονάσας, καὶ ἐν ὑποταγῇ διάγων. Εἶτα μετὰ χρόνους ἐννεακαίδεκα ἀναστὰς ἔρχεται πρὸς τὸ τῆς ἡσυχίας στάδιον, ἀπὸ σημείων πέντε τοῦ κυριακοῦ, τὴν τῆς παλαίστρας θείαν μονὴν κατειληφὼς (Θωλᾶς ὄνομα τῷ χώρῳ), καὶ τεσσαράκοντα ἔτη διατεράνας ἐν διακαεῖ ἔρωτι, καὶ πυρὶ θείας ἀγάπης πυρπολούμενος. Ἔσθιε μὲν ἐκ πάντων ἃ ἀμέμπτως ἐφεῖται τῷ ἐπαγγέλματι, βραχὺ δὲ λίαν καὶ οὐκ εἰς κόρον, καὶ ἐν τούτῳ, οἶμαι, τὸ τοῦ τύφου κέρας κλῶν πανσόφως. Ἀλλὰ τὴν τῶν δακρύων πηγὴν ἐκείνου τίς ἂν λόγος ἐξείποι; Ὕπνου δὲ τοσούτου μετελάμβανεν, ὅσον τὴν τοῦ νοὸς οὐσίαν τῇ ἀγρυπνίᾳ μὴ λυμήνασθαι. Ὁ δὲ δρόμος αὐτοῦ προσευχὴ ἦν ἀένναος, καὶ πρὸς Θεὸν ἔρως ἀνείκαστος. Οὗτος τοίνυν πᾶσαν ἀρετὴν ἐξασκήσας, καὶ καλῶς πολιτευσάμενος, καὶ μεγίστων θεωριῶν γενόμενος ἀνάπλεως, καὶ τὸν μαθητὴν ὑπνοῦντα ἔν τινι τόπῳ πέτρας μεγίστης, καὶ μέλλοντα ὑπ' αὐτῆς πιπτούσης ἤδη ἀναιρεθῆναι, καὶ εἰς μέρη διαιρεθῆναι, ἐν τῷ κελλίῳ ὢν καὶ Πνεύματι θείῳ γνοὺς, τοῦ τοιούτου θανάτου ἐῤῥύσατο, ἐπιφανεὶς αὐτῷ καθ' ὕπνους D

Hic cum sextum decimum annum ageret, et ingenio præstaret, sapientiæ disciplinas omnes complexus, seipsum per sacrificium sanctissimum in monte Sina consecravit, et religiose in cœnobio sub præside vixit. Post decimum nonum inde annum ad stadium solitudinis (Tholas loco nomen fuit) quinto lapide a basilica remoto se contulit, et in arenam, atque certamen vitæ anachoreticæ descendit, ibique annos ipsos quadraginta divinæ charitatis facibus inflammatus exegit. Cibum quidem sumpsit lege religiosa non interdictum, sed modicum oppido et nunquam ad satietatem, ut inanis, opinor, gloriæ fastum cornuque retunderet. Sed quod flumen orationis perennem ipsius fontem lacrymarum exhauriat? Somno hactenus indulsit, ne insomnia et pervigilio, mentis statum corrumperet. Jam vita ipsius omnis perennis erat precatio, Numinisque inexplicabile desiderium. Hunc in modum cum se in omni virtutis genere exercuisset, sancteque vixisset, cœlestibusque visis frequentissime recreatus esset, discipulum quoque suum intra ingentis saxi hiatum sopitum, et in extremo vitæ periculo versantem, in sua cella divinitus admonitus ab ipso mortis limine salvum eri-

(a) Hæc Vitæ epitome est e Danielis vita extracta.

Digitized by Google

pait : cum illi per quietem apparuisset, eumque exclasset, evocassetque ex loco, ubi fragmen rupis jam eum dormientem oppressurum, et in partes et frusta dissipaturum erat. Ad hoc ergo virtutum fastigium cum pervenisset, et præfecturam montis Sinæ administrasset, mortali hac vita deserta ad immortalem quietem aspiravit, cum prius eruditissimum volumen, quo gradus ad cœlum usque exstruxit, quodque *Scala* (Paradisi) appellatur, conscripsisset.

A καὶ διαναστήσας, οὗ ἔμελλεν ὑποστῆναι πτώματος. Ἐν τούτῳ οὖν ἀρετῆς ἀφικόμενος, καὶ ἡγούμενος τοῦ ἁγίου ὄρους Σινᾶ χρηματίσας, κατέλιπε τὴν ἐπίκηρον ζωὴν, [καὶ] πρὸς τὴν αἰώνιον μετετέθη ἀνάπαυσιν, πρότερον σχεδιάσας τὴν πάνσοφον βίβλον τῶν θείων καὶ πνευματικῶν ἀναβάσεων, ἥτις καὶ *Κλίμαξ* ἐπονομάζεται.

Ex Menologio (30 *Martii*).

Sancti Patris nostri Joannis cognomento Climacis, viri doctrina et exercitatione monastica insignis.

Martyrologium Romanum (30 *Martii*).

In monte Sina sancti Joannis Climaci abbatis. Baronius post alia : *Porro* animæ illius divina quædam effigies multo clarius perspicitur in scriptis ejus. Vixit non longe post tempora Justiniani imperatoris, ac post sanctum Sabam abbatem, cujus ea quæ scribit aliquando auctoritate confirmat.

EJUSDEM VITA EX TRITHEMIO (*a*).

Joannes Climacus, quod Latine sonat Scholasticus, abbas montis Sinai, vir in divinis Scripturis studiosus et eruditus, ingenio excellens, mitis et humilis, vita et conversatione devotus atque sanctissimus, cum adhuc sedecim esset annorum, mundum cum suis oblectamentis deseruit, et in dicto cœnobio monachum se fieri instantissime petiit et obtinuit. Deinde post annos decem et novem cum jam solitarius pugnare et vincere secundum regulam didicisset, cum licentia abbatis sui eremum petiit, in qua multis annis in omni sanctitate solus cum Deo habitavit. Postremo cum vita ejus sanctissima omnibus innotuisset, unanimi omnium consensu in abbatem eligitur, et renitens ad cœnobium revocatur. Scripsit ad Joannem abbatem de Raythu opus celeberrimum, et pro institutione monachorum valde accommodum, habens sermones triginta, quod prænotatur, *De triginta gradibus* lib. I : *A bono et super bono ; Ad Pastorem sermonem*, lib. unum : *In inferiori quidem libro ;* Epistolas plures ad monachos, librum unum ; et quædam alia. In quibusdam locis, maxime ubi de hominis spiritualis mortificati impassibilitate tractat, a modernis theologis (*b*) reprehenditur, sicut apud Joannem de Gerson in certis tractatibus invenitur. Claruit circa tempora Constantini, Constantii et Constantis fratrum imperatorum, qui regnaverunt anno Domini 346.

Hæc Trithemius, a quo multa mendose perscripta. Primum quod dicat Climaci nomen sonare Latinis Scholasticum : ita enim editi codices præ se ferunt. Sed ego ab Trithemio scriptum arbitror primulum *Scalasticum*, ab climace sive scala, quanquam sordide et barbare. De voce *Climax* et *Scholasticus* et *Scalasticus* supra a nobis copiose dictum est. Falsum etiam quod vixerit anno CCCXLVI, sub Constantino, Constante, et Constantio, cum post Justinianum demum et S. Sabæ ævum scripserit. Quod et Baronius et Bellarminus recte animadverterunt, et ego priusquam alterum legerem, alter scriberet, errorem Trithemii in Notis ad *Pastorem* adnotaram et emendaram.

Sed de Gersone, præter ea quæ in Notis ad Pastorem explicavi (*c*), habeo paulo plura dicere. Exagitat is sanctum Climacum in epistola de ornatu spiritualium nuptiarum, quando præter alia hæc scribit : *In talibus quippe plurima sæpe reperimus falsa aut male explicata, ac proinde multa erroris materiam præbentia simplicibus, quanquam in multis divina altissimaque sint. Inter tales scripturas narrantur aliquæ narrationes aut regulæ vel doctrinæ particulares aliquorum Patrum veterum, quæ magis admirandæ, quam imitandæ dicuntur. Quemadmodum Joannes qui Climacus dicitur, ponit virtutes impassibilitates, et quædam valde austera super pœnitentia et peccatis.* Hæc Gerso, qui primum fallit reperiri in Climaco falsa : nihil falsum est in toto Climaco, nihil contra Ecclesiæ decreta aut male explicatum, sed potius male intellectum, et subinde male interpretatum. Non ponit virtutes impassibilitates, sed ait per virtutes enitendum esse ad ἀπάθειαν seu animi tranquillitatem, quam Gerso vocat impassibilitatem, obedientiæ enim et humilitatis præmium ait hanc animi esse tranquillitatem seu indolentiam. Negat Climacus perfectos non sentire motus naturales iræ, cupiditatis, metus, gaudii, amoris, spei, et hoc genus aliorum, sed ait, perfectum religiosum hos omnes motus in sua potestate habere, ne in actum vel cogitationem improbam erumpant, quemadmodum venator canes. Et hoc non est contra dogmata divina, sed ab illis hæc confirmantur, quando Deus dixit Caino : *Sub te erit appetitus tuus et tu dominaberis illius* (*Gen.* IV, 7). Quod ad pœnitentias attinet, erant pleræque omnes voluntariæ : rogabant enim patrem religiosum hujusmodi pœnitentes, uti liceret sibi ire ad donium pœnitentiæ, aut si qui mitterentur, adhuc ampliores a se pœnas exigebant, orabantque præsidem, ut se in compedes compingeret, nec antea quam morerentur, laxaret et expediret, ut cadavera sua feris objicerentur, et hoc genus alia. Perstringit ibidem Cassianum, pro quo respondet Alardus Gazæus. Sed pro pœnitentiæ severitate, quam Climacus narrat, ipse Gerso alio loco (*d*) quasi propugnat cum dicit : *Ex hac consideratione forensis et publicæ justitiæ rationabiliter colligitur justificatio religionis Carthusiensis imo et alte-*

(*a*) *De script. eccles.*, p. 205.
(*b*) In marg., *sed male.*
(*c*) Pag. 464.
(*d*) *De non esu carnium et abstinentia Carthusianorum*, pag. 525, tom. II.

Digitized by Google

rius austerioris. Cur enim non poterit aliquis peccatorum suorum et flagitiorum conscius, quæ demeruerunt mortem æternam, imo et temporalem si publicarentur; cur, inquam, non poterit talem religionem vitæ suo judici secreto cui confessus est, impositam tolerare aut consultam suscipere, quanquam multo minus prævideat se victurum et infirmitatibus fatigandum? Legatur Joannes eremita montis Sinai qui Climacus dicitur, in illo gradu scalæ mysticæ, in quo de pœnitentia loquitur. Refert profecto stupenda et forte magis admiranda quam imitanda super voluntario carcere quorumdam Deum placare sibi volentium. Ex horum perspectione sedula liquet quam rationabilis sit pro peccatoribus Carthusiensium in vivendo severitas, imo et pro justis quatenus Deo satisfaciant pro peccatis propriis vel alienis tempore misericordiæ, ne severius puniat incomparabiliter ille purgatorius ignis aut gehenna. Quod autem dicit, *magis forte admiranda quam imitanda*: imo vero quamobrem non imitanda? cum malint hic satisfacere Deo quam experiri vel supplicia sempiterna vel ignes piaculares ad tempus. Audiat Gerso quid D. Bernardus censeat de anima, quæ Deum gustavit, et post gustum offendit, quid non conetur ut redeat cum Deo in gratiam. *Talis*, inquit, *anima, nescio an vel ipsam gehennam ad tempus experiri horribilius pœnaliusque ducat, quam post spiritualis studii hujus gustatam semel suavitatem exire denuo ad illecebras vel potius ad molestias carnis*, etc., serm. 35, super Cantica, p. 975, lit. m. Laudat tamen idem Gerso Climacum quando componit sui temporis theologos cum S. Augustino, Gregorio, Hugone: *Hæc omnia*, inquit (*a*), *Augustinus, Gregorius et Hugo et cæteri theologizantes nobis valde impares passim cantant. Et nos circa pugnas verborum, circa phantasiarum fumos plus obnubilantes quam illuminantes, plus fumantes quam flammantes languemus, arctamur, arescimus atque vanescimus; ut ob tales forte dixerit Climacus, theologiam non convenire nisi lugentibus.* Enimvero hoc nunquam et nusquam dixit Climacus, sed plane contrarium, theologiam, inquam, omnino non convenire lugentibus. Verba Climaci sunt gradu VII, de luctu salutari, οὐχ ἁρμόσει πενθοῦσι θεολογία, et ad rit causam, διαλύειν γὰρ αὐτῶν τὸ πένθος πέφυκεν, et quæ sequuntur. *Non conveniet* (ut syllabam a syllaba reddam) *lugentibus theologia, dissolvere enim illorum luctum solet.* Nec a prioribus falli interpretibus potuit Gerso, omnes enim tres contrarium docent ex Climaco. Climacus ubique orthodoxus, catholicus, sanctus, nihil dubiorum, falsorum, aut damnatorum dogmatum continet, quanquam ab Isseltio, qui Notas conscripsit, nonnunquam non intellectus est, uti suo loco monebo lectorem.

Celebrant eumdem Climacum Raph. Volaterranus, cujus verba in Notis ad *Pastorem* infra leges. Bellarminus B. memoriæ Cardinalis: *Joannes Climacus monachus religiosissimus scripsit librum triginta graduum, quibus*, etc. Platus (*b*): *Climacus quoque antiquus auctor et gravis, tum multa alia toto suo libro, tum illud breve quidem verbis, sed re multa complectens* (*c*), *monasterium esse quoddam cœlum terrenum, et ideo quo affectu ac reverentia credimus angelos ministrare Deo, eadem nos etiam fratribus nostris ministrare debere.* Laudat eumdem toto passim suo libro de bono status religiosi, uti et Rosignolius, Dionysius Carthusianus tironibus suæ religionis legendum proposuit (*d*).

Ludovici Granatæ locum infra gradu quinto adducam.

In Menæis porro exstant ad horas illius canonicas odæ et hymni et cantica in laudem nostri Climaci. Unum aut alterum exempli causa subjiciam: Πάτερ Ἰωάννη ὅσιε, διὰ παντὸς ἀληθῶς τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι τὰς ὑψώσεις ἔφερες, μελετῶν πρακτικώτατα, τὰ θεόπνευστα λόγια πάνσοφε, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀναπηγάζουσαν χάριν ἐπλούτησας, γεγονὼς μακάριος τῶν ἀσεβῶν πάντων τὰ βουλεύματα καταστρεφόμενος. *Venerande et sapientissime Pater Joannes, tu vere omni ex parte exaltationes Dei in gutture, meditationum exercitatissima et a Deo suggesta oracula proferebas, et inde magnos gratiarum thesauros tibi comparasti: beatus effectus omnium impiorum impia consilia evertisti.* Πάτερ Ἰωάννη ἐνδοξε, ταῖς τῶν δακρύων πηγαῖς τὴν ψυχὴν καθαιρόμενος, καὶ πανυύχοις στάσεσι ἱλασκόμενος, ἀνεπτερώθης πρὸς τὴν ἀγάπησιν τὴν τούτου, μάκαρ, καὶ ὡραιότητα, ἧς ἐπαξίως νῦν ἀπολαύεις ἄληκτα χαρμονικῶς μετὰ τῶν συνάθλων σου, θεόφρον ὅσιε. *Gloriose Pater Joannes, qui lacrymarum fontibus animam expoliisti, et totarum noctium assidua statione Deum propitiasti, tu alis cœlestibus sublimatus ad dilectionem Dei evolasti, et cum tuis commilitonibus venerande, cultor Numinis, illius pulchritudine et decore merito cum ingenti gaudio jam perfrueris.* Hoc genus laudes et hymni plures ibidem sequuntur, quos indigitasse hic satis est.

CAPUT IV.

De variis Climaci interpretibus, scholiastis, editionibus, novæque interpretationis et editionis causis.

Primus omnium interpres Climaci, quod sciam, fuit Angelus de Cingulo e S. Francisci contubernio, Patrum Clarenorum conditor, qui sub annum Christi 1294, Adolpho imperatore, arctius vitæ genus, Cœlestino V pontifice magno auctore, in monte Claro Anconitanæ provinciæ molitus est. Ita de hoc J. Gonzaga in Historia Ordinis sui: *Horum* PP. Clarenorum *antesignanus fuit doctissimus quidam pater ac frater Angelus de Cingulo, quod Anconitanæ Marchiæ oppidum est, cujus in sacris concionibus facundia atque doctrina, nec*

(*a*) Serm. *in solemnitate omnium SS.*, pag. 692, tom. II.

(*b*) Pag. 12.

(*c*) Grad. 4.

(*d*) *Exhort. ad novit.*, art. 9.

Digitized by Google

non Græcæ linguæ peritia illis temporibus mirabilis fuit. Nam et Joannis Climaci piissimum opus et Macarii dialogum, et libellum quemdam D. Joan. Chrysostomi polito elegantissimoque stylo ex Græco in Latinum transtulit. Hæc Gonzaga. Legi de eodem alicubi et annotavi in Notis ad *Pastorem* Climaci, hunc eumdem Angelum de Cingulo Græcæ linguæ cognitionem velut Ephrem olim divinitus accepisse. Sed enim Ambrosius Camaldulensis inficias it Climacum ab Angelo de Cingulo polito et elegantissimo stylo e Græco versum. Negat Clarenum hunc aperte et plane transtulisse, sed obscure potius et intricate, dum verbum verbo redderet, unde fieri necessario, ut linguæ nativæ seu Latinæ genius pereat: negat utriusque linguæ peritum fuisse, et quamvis Angeli nomen non exprimat, ita tamen describit et depingit illum, ut res oculis tangi possit. Accipe verba Camaldulensis (*a*) ad venerab. P. Matthæum præsidem ipsius: *Hortatus es, domine amantissime, et merito venerabilis pater, ut fratrum nostrorum commodis consulens beatissimi viri Joannis (cui ob insignem puto eruditionem Climaci cognomen fuit) opus illud egregium, in quo totius monasticæ perfectionis norma rectissime traditur, meo labore et studio in Latinum nova traductione converterem. Aiebas enim priorem illam interpretationem tibi parum satisfacere, viderique ad intelligendum difficillimam; difficultatis ipsius causam conjiciens, quod is scilicet qui prior transtulit, quicunque tandem ille fuerit (nam temere id definire non audeo), nimium inhæsisset litteræ, atque contra veterum eruditorum præcepta de verbo ad verbum transtulisset; exspectabasque a me, ut sensum illius viri apertius atque lucidius promerem. Id ego negotium, etsi, præterquam erat laboriosum, plurimorum etiam patere morsibus non ignorabam (neque enim deerunt qui me superfluum quemdam, et quod gravius sonat, arrogantem et temerarium insimulent, qui post priorem illum interpretem, quem afflatum Spiritu sancto id opus transtulisse, pertinacius fortasse quam consideratius asseverabunt, denuo transferre ausus sim), pro viribus perfeci.* Subjungit deinde idem Camaldulensis: *Præterea traductionem illam esse obscurissimam ne ipsi quidem negabunt: quod ergo crimen meum est, si quod ille obscurius transtulit, apertius ipse et aliquando etiam Latinius convertere conatus sum? Porro quam fuerit ille interpres eruditus, quid attinet dicere? contendant isti peritissimum in utraque lingua exstitisse; ego ab illis longe dissentiens in neutra satis peritum fuisse veraciter asseverabo: nam Græca pleraque non recte intellexisse, cuilibet ejus linguæ vel mediocriter perito facile constabit: et Latina posuisse qui affirmat sese imperitissimum esse haud obscure significat. Sanctissimum virum illum fuisse hi asserant, facile ac perlibenter consentiam: non tamen quia sanctus fuerit, eruditum etiam fuisse sequitur atque idoneum ad transferendum. Aliud enim sanctitas est, atque aliud eruditio. Imo vero si sanctus fuit, ne id quidem tentare debuit, quod commode implere non posset, neque id onus subire quod virium excederet modum. Facit enim injuriam doctissimo viro, qui illum imperite et rustice loquentem reddit, sed hæc fortasse liberius quam verecundiæ meæ conveniebat: necessario tamen, ut reor, a me dicta sunt, ne sine causa me transtulisse homines existiment.* Cæterum Camaldulensis vixit anno 1480, ducentis nempe uno et triginta annis post Angelum de Cingulo. Interpretationem Angeli de Cingulo editam non vidi, sed existimo illam cujus exemplar habemus ms. in Eberspergensi sede.

Alter fuit Climaci interpres et ipse non alti spiritus, pius tamen quantumvis humili et serpente stylo scriptor. Sed inseruit interpretamenta quædam indistincta a Climaco, quæ interpretis, magno rei litterariæ incommodo, quando hoc pacto Climacus in testem adduci non potest, dum periculum est ne aliena potius quam Climaci verba laudare videaris, atque hoc genus insertas adnotationes desumptas ait Pincius typographus Venetus ex antiqua translatione, simulque auctorem et interpretem excusat. Tres idem agnoscit interpretationes, antiquissimam, Camaldulensis, quem tamen non exprimit, uti nec suæ rudioris interpretationis auctorem. Audiamus Pincium, Epistola ad lectorem: *Cæterum,* inquit, *cum tres ferantur præsentis opusculi esse traductiones, hanc omnium infimam, atque in ipso verborum contextu humillimam accipere consilium fuit, quo parvulis et eloquentiæ inexpertis magis pervia foret sententia. Verum ipsa verborum tenuitas haudquaquam debet quempiam offendere aut deterrere. Ut enim debilis est stomachus qui non nisi delicatum admittit cibum, ita et mens imbecillis, quæ potius verborum lenocinio quam sententiarum ubertate pascitur, et tunc potissimum cum de recta morum institutione agitur, ubi sensa ipsa magis quam dictionum series ponderanda sunt. Quocirca sapientibus hujus mundi, et ea quidem sapientia, quæ Deo inimica est, non sapiet hoc opusculum, nisi stulti in Christo fieri laborent; et tunc demum veram sapientiam apprehendent. Nonnunquam tamen eodem contextu adjiciuntur huic translationi pauca quædam adnotamenta atque elucidationes ex antiqua traductione desumptæ, quibus omnia captu faciliora evadant.*

Tertius metaphrastes seu interpres Climaci est Ambrosius, qui a sacra familia sua Camaldulensis cognomentum accepit, sine dubitatione prioribus longe anteponendus, de quo ita Ant. Possevinus (*b*) a Climaco orsus: *Joannes Climacus abbas in monte Sinai, sermones Græce conscripsit, quibus tanquam gradibus triginta annorum vitæ Christi Domini discere quisque potest ascensionem ad perfectionem vitæ et Christianæ et monasticæ atque religiosæ. Versus autem erat Latine antea, sed non apte, cum Ambrosius Camaldulensis monachus eum iterum e Græco in Latinum convertit, et Michael Isseltius notis illustravit: quare versio admittenda est, quæ Coloniæ prodiit apud Arnoldum Mylium anno 1583, et antea Venetiis*

(*a*) Præfatio suæ editionis.

(*b*) *Apparat. sac.*, pag. 156.

Digitized by Google

anno 1569; *sed et antea ibidem anno* 1531, *apud fratres de Sabio. Quin et factus Italice editus est anno* 1585, *Venetiis apud Petrum Marinellum. Porro dum quisque gradum seu sermonem aliquem Joannis Climaci percurret, meminerit ad operis calcem exstare declarationem quamdam brevem rerum magis notabilium, quæ in unoquoque gradu sive sermone continentur. Quin et libro Joannis Climaci adjuncta est tum vita ipsius a Daniele monacho, tum Onuphrii anachoritæ a Paphnutio, alias Panuffio, scripta, qui Onuphrius in eremo socius fuit Joannis abbatis montis Sinai, quem Scholasticum appellarunt, et ad quem Joannes Climacus librum suum scripsit. Exstat in Bibliotheca SS. Patrum Margarini. Vivebat anno* 340, *Eisengreinio. Exstat item Romæ in bibliotheca Vaticana una cum scholiis Heliæ Cretensis* (*a*). Quæ de anno ex Eisengreinio, et Eisengreinius ex Trithemio annotavit, jam supra ostendimus non vixisse Climacum anno 340, sed 560.

Græce quoque Venetiis editum vidimus et legimus, sed is Climacus germanus non est, Græca paraphrasis vel interpretatio est lingua barbara et vulgari, qua vulgus etiam indoctum et illitteratum hodie utitur. Degeneravit enim elegantia Græca in barbariem non secus ac Latina in Italicam, et ipsam Latinam quæ hodie in omnes pene disciplinas irrepsit.

Cum ergo cognovissem ab non paucis ipsum Climacum, sua, hoc est, eleganti et prisca veterum Græcorum Patrum lingua loquentem audiri legique velle, adeoque magnopere desiderari, quod nulli interpretes mentem illius subinde satis assecuti videantur; quod adhuc factum est nunquam, ingenti sane labore et sudore moliri cœpi, et Climacum ipsum, uti scripsit ipse, et dixit Græce Christiano orbi legendum proponere. Sed quia non plurimi in Olympiis certant, paucique hodie Græciam adeunt, illorum quoque rationibus consulendum putavi, qui in Græcis parum versati sunt, ut fructum aliquem ex nostris conatibus decerperent. Novam interpretationem nostram novæ editioni adjeci, ut quod ab aliis interpretibus passim erratum est, emendarem, id quod toto opere factitatum, lector qui nostram operam cum aliorum studio volet componere, nullo negotio deprehendet. Et quia scriptor didacticus est, et religiosis viris præcepta vivendi præscribit, ubique brevis esse laborat, ex quo non raro obscuritas sequitur, abundat aposiopesibus et reticentiis, sæpe sententiam lectoris ingenio complendam permittit; nonnunquam ænigmata quoque proponit, et lectoris acumini cognitionem eorum et divinationem relinquit, ita ut Scholiastes ipse Græcus sæpius dicat : Οἶμαι αὐτὸν τοῦτο λέγειν· puto auctorem hoc dicere, ita ipse quoque de mente scriptoris conjectat. Et quia de scholiastis quoque dicturum promisi, tres ibidem recognovi, quorum primus et antiquissimus ipsique Climaco æquævus est, cui et libellum ad *Pastorem* Climacus inscripsit, quemadmodum ipsius subjectis religiosis Scalam sacram, Joannes Rhaithunus. Fuit autem is amplissimi asceterii ad XII fontes et LXX palmas in Ægypto (*b*) ad Elim sanctissimus antistes, de quo plura in Notis ad *Pastorem* : cujus scholia exstant in V volumine Biblioth. Patrum, Parisiis anno 1610 edita; nam in prioribus editionibus non reperiuntur. Si Græci exemplaris copiam habuissem, vertissem et hæc denuo, quod vetus interpretatio parum arrideat.

Alter est Elias metropolita Cretensis homo Græcus, qui ingens exegeseon sive explanationum volumen in Climaci scalam composuit, quod propemodum Eustathii symbolas ad Homerum mole sua exæquat : cujus unicum ex nobili inclytæ reipublicæ Augustanæ bibliotheca exemplar accepi, quamvis et capite et calce careat, omnibus paginis exesum, uti toto libro nulla charta sit sana et integra, ita per viscera libri, pestes chartarum tineæ grassatæ et debacchatæ sunt. Cæterum codex antiquissimus est, et magna cura resartus, et quantum fieri potuit redintegratus, ab erudita manu (nisi ipsum fortasse auctoris autographum fuit) veteri charactere Græco descriptus. Elias porro Cretensis pontifex vixit sub annum Christi 787; fuit in œcumenica synodo VII. Atque hic Eliæ commentarius ad Climacum in lucem nec Græce nec Latine prodiit unquam. Unicum exemplar ms. exstat in Bessarionis bibliotheca, quam hodie serenissimus Venetorum senatus possidet, ad quod aspirare mihi nondum licuit. Nam quod Antonius Possevinus in Apparatu suo ex Vaticana memorat, cum scholiis Eliæ Cretensis haud scio an Scholia tantum sint (et in catalogo Vaticanæ bibliothecæ sine nomine scribuntur), an adjunctus sit auctor : diversæ sunt enim exegeses Eliæ ad Climacum, et Scholia ex illo et aliis ab aliquo anonymo et posteriore decerpta. Non ignorandum tamen alium quoque Eliam Cretensem Hebræum exstare cum Joanne de Janduno, nobilem philosophum, qui libros composuit de primo motore, de mundi efficientia, de Esse et Essentia et Uno : annotationes super dictis Averrois. Sed hic demum, Joannis Pici Mirandulæ, qui anno 1494 vixit, ævo floruit, ut ipse apud Jandunum testatur, pag. 1644, itaque prorsus est diversus ab nostro Elia Cretensi metropolita exegeta Climaci; quod ne quid lector erraret, monendum censui!

Tertius est Scholiastes Græcus et anonymus, cujus unicum exemplar e serenissimi Boiorum ducis bibliotheca nactus, male passim ab incauto bibliopego accepium extremis in marginibus et oris, quæ Scholia continent, dolabra sæpe abrasum. Hæc tamen ipsa, quantum assequi potui, et restitui, et tibi Græce simul et Latine antehac nunquam edita vel translata una cum Climaco repræsentavi. De quibus hoc monere habeo lectorem, primum Scholiasten esse non Eliam Cretensem, sed Cretensi etiam posteriorem, cum auctores in

(*a*) Maximo Margunio, episcopo Cytherorum, interprete Græco-barbaro, anno 1590.

(*b*) Vide Adrichomium, p. 211 et 219.

Digitized by Google

illis laudentur, qui diu post Eliam vixerunt, uti Photius, Marcus eremita et alii. Dein quando Scholion duntaxat sine auctore adducitur, illud esse ex Eliæ Cretensis commentariis decerptum. Auctores vero ab Scholiaste laudati hi sunt :

Litteræ sacræ.
Antonius Magnus.
Aristoteles philosophus.
Athanasius.
Barsanuphius.
Basilius Magnus.
Chrysologus.
Chrysostomus.
Chrysozomus.
David Hieremias.
Diadochus.
Dorotheus.
Ephrem Syrus.
Evagrius.
Gabriel solitarius in Latro.
Gregorius Nazianzenus, theologus.
Gregorius Nyssenus.
Joannes Carpathius.
Joannes Damascenus.
Isaacus, presbyter.
Isaias, abbas.
Isidorus Pelusiota.
Maximus.
Marcus, eremita.
Nilus.
Photius, patriarcha.
Synclctica.
Thalassius.
Theodoretus.
Theodorus Edessenus.

Quartus est Michael Isseltius Amorfortius vir doctus et aliis ingenii monumentis clarus, qui non ita pridem (1593) editionem Camaldulensis, annotationibus illustravit; in quibus sæpius εὐστόχως nonnunquam etiam ἀστόχως de Climaci sententia conjectat, uti loco cognosces, quando illius in meis observationibus mentionem non semel facturus sum.

Atque hæc de interpretibus et Scholiastis Climaci cognovi. Jam quod ad exemplaria Græca attinet, quibus usus sum in Climaco edendo res ita habet. Dum Augustæ versarer primum in aurea Climaci scripta incidi, quorum cum Græca exemplaria tria e nobili inclytæ reipublicæ Augustanæ bibliotheca nactus essem, primum omnium libellum ad *Pastorem* anno 1606, Græce cum interpretatione mea et Notis in publicum dedi. Aliorum dein impulsu adjeci etiam ad Scalam conscendendam et explicandam. Nam ex bibliotheca serenissimi electoris Boiorum principis quatuor mss exemplaria accepi; ex quibus membranæ sunt optimæ et emendatissimæ; unicum idque minimum, et admodum mendosum, adjuncta, ut dixi, habet Scholia in oris, a vitiosa parumque docta manu descripta, ut mihi sæpe librarius Græcus fuerit emendandus. His duo Augustana addas, e quibus olim *Pastorem* edidi, et exemplar quod P. Andreas Scottus nostræ familiæ vir Græce Latineque bene doctus, ut ejus opera ostendunt, Antuerpiæ submisit, et illud ipsum ad aliud ms etiam emendatum. Adjunxit idem libro litteras, quarum parem hic subscribo, quod intersit hoc ipsum scire : *En*, inquit, *libero tandem fidem meam, pater opt. mitto per bibliopolas ad nundinas festinantes Joannis Climaci Græcum meum exemplar cum altero collatum. Illud memoria repeto, acceptum ex ore V. C. Antonii Augustini Tarraconensis archiepiscopi, cum forte Roma rediens Hieronymus Osorius Silvensis episcopus Lusitanus ad illum divertisset, quo anno ad superos abiit, promisisse se de tot tantisque operibus a se conscriptis colophonem addere velle nova interpretatione Latina Joannis Climaci, adeo illi auctor ille se probarat.* His ergo codicibus mss adjutus, priorum interpretum errores et lapsus, etiam Camaldulensis, non paucos deprehendi, uti maluerim de integro Climaci interpretandi laborem suscipere, quam aliena corrigendi, simulque Climacum sua simul et aliena lingua loquentem lectori seu utriusque vocis seu alterius duntaxat gnaro non invidere; et quia multa passim in ipso auctore partim in scholiis et scholiastis obscura dubiaque occurrunt, etiam explanandi studium adhibui, ut expeditam lector haberet legendi et intelligendi operis rationem; et hoc libentius et utilius nobilissimum et antiquissimum scriptorem tractaret, et nocturna versare manu versare diurna non cessaret. In quo nec ego actum egisse videbor, nec posteros in eo cognoscendo operam lusuros spero.

Hoc postremo deprecor, ne quis delicatioris palati aut emunctioris naris lector in hac metaphrasi mea exigat a me nitorem illum vel Tullianum vel Julianum, memor cujusmodi sit scriptum, pium, inquam, et religiosum, quod omnem fucum et pigmenta lenociniaque verborum respuit, et religiosa sua lingua et simplicitate gaudet, quæ scriptoribus religiosis non minus peculiaris est, quam theologis, philosophis, jurisprudentibus medicis, mathematicis, grammaticis. Quid enim absurdius, religiosisque auribus fastidiosius minusque ferendum sit, quam longis verborum circuitionibus, periparaphrasibusque uti et *humilitatem*, exempli causa, virtutis Christianæ et maxime religiosæ vocem (quæ prope centies uno capite nominanda et iteranda est), nunc *modestiam animi*, nunc *animi submissionem et demissionem* appellare; aut dicere : *modeste et submisse de se sentire*, et hoc genus multas adhibere verborum ambages? par est ratio vocum *discretionis, compunctionis, abnegationis, abrenuntiationis, orationis, puritatis, confessionis, passionum, tribulationum.* Quamvis ab nimium horridis et non necessariis verborum portentis et monstris, quibus duc vetustiores Climaci interpretes abundant, prudens abstinuerim, cum multa commode, Latine suaviter, fine quæsito etiam fuco proprieque exponi potuerint, ut Climacus etiam multo melius intelligeretur, quam a tam fictis vocum prodigiis, quorum usus etiam nunc pene explevit.

De variis Climaci exemplaribus Græcis mss quæ passim in nobilioribus bibliothecis exstant.

Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ. Et sunt hodie et futuris erunt sæculis præsertim

Digitized by Google

in religiosis sacrorum et doctorum virorum asceteriis cœnobiis, et collegiis, qui subinde volent ipsos adire fontes et exemplaria Græca manu exarata cognoscere, quibus etiam hac in re consulendum putavi, atque ex iis quidem codicibus, quos ego, dum primum Climaci *Pastorem* ederem, et nunc scalam adornarem, legi, fuere quatuor bibliothecæ Bavaricæ; tres reipublicæ Augustanæ, sed Augustanis non omnibus sum usus Monachii; unus Antuerpia submissus ab Andrea Schotto nostræ societatis viro egregio docto.

Primus codex Bavaricæ bibliothecæ est num. LXXXIV, his verbis signatus : *Joannis Climaci sermones. fol. charta.* Hic codex eleganti charactere scriptus est, nec tamen optimæ notæ.

Alter est num. LXXXVI, cum hac inscriptione : *Joannis Sinaitæ abbatis oratio ascetica, de monachorum exercitationibus, sermones* XXX *continens, qui Climaces seu gradus dicuntur : sermo qualem deceat esse præpositum. Joannis Sinaitæ abbatis cognomento Scholastici Vita breviter scripta*, etc., *cod. fol. membrana.* Hic codex e membranis est optimæ notæ et antiquissimo charactere scriptus, quo plurimum usus sum, ubi de scripturæ varietate certamen fuit.

Tertius est num. sequenti LXXXVII, et falsam habet hanc inscriptionem : *Joannis Raitæ Scala, et alia opera, vita Climaci charta.* Codex hic ἀκέφαλος duas primas paginas habet de aliis rebus perscriptas, quæ nihil ad operis totius rem faciunt; tertia pagina continet epistolam abbatis cœnobii Rhaithu, qua Climacum hortatur ad Scalam conscribendam, a qua epistola is qui catalogum librorum conscripsit, librum totum inscripsit, *Raitæ Scalam :* cum non sit Raitæ seu Raithu, sed Climaci, ut totum opus ostendit, et titulus etiam in extima libri fronte docet, Ἰωάννου Σιναΐτου. Hic idem codex in oris et marginibus per totum librum habet Scholia passim incuria bibliopegi abrasa. Idem codex fuit Photii : ita enim scriptura Græca ad initium libri ubi Raithuni abbatis epistola ad Climacum incipit, Φωτίου τοῦ ἁμαρτωλοῦ.

Quartus est num. CXIV, qui inter alia habet *Joannis Scholastici* sermonem tantum ad *Pastorem* cum Scholiis, Scalam non continet : est in minore folio, seu majore 4.

Antuerpianus codex ab Andrea Schotto submissus ad aliud quoque exemplar ms est emendatus, admodum tamen mendosus et ab recenti admodum manu.

Ex reipublicæ Augustanæ bibliotheca tribus codicibus mss usus sum, cum libellum *Climaci* πρὸς ποιμένα, ad *Pastorem* Græce et Latine ederem Augustæ anno 1606. Primus est num. LIII, cum hac inscriptione, quam index præfert. *Climax* seu scala *Joannis Sinaitæ.* Ejusdem liber ad *Pastorem* fol. memb.

Alter num. LIV, idem denuo in charta.

Tertius num. LV, idem auctor denuo cum Eliæ Cretensis episcopi expositione, sed ἀκεφαλος et ἄπους, carieque exesus. fol. charta. Hoc postremo rursus monachii usus sum propter exegeses Cretensis. Est ab erudita manu profectus. Desiderantur a principio duæ epistolæ, vita Climaci, et pars e primo gradu, cætera sunt integra usque ad *Pastorem*, cui finis deest.

Accepi præterea Augusta Climacum Græco-barbarum a Maximo Margunio episcopo Cytherorum translatum, et Venetiis 1590 editum; cujus hæc est inscriptio : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου καθηγουμένου τῶν ἐν τῷ Σινᾷ ὄρει μοναχῶν, Κλίμαξ τοῦ παραδείσου, ἢ λόγοι ἀσκητικοί, μὲ τοὺς ὁποίους διδάσκεται κάθε εἷς Χριστιανὸς πῶς χρεωστεῖ νὰ πολιτεύεται, διὰ νὰ ἀνέβῃ εἰς τὴν τελειότητα τῆς μοναχικῆς καὶ Χριστιανικῆς ζωῆς, νῦν πρῶτον εἰς ὠφέλειαν τοῦ Χριστωνύμου λαοῦ ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς διαλέκτου εἰς κοινὴν φράσιν μεταγλωττισθέντες παρὰ Μαξίμου Μαργουνίου ταπεινοῦ ἐπισκόπου Κυθήρων. Hoc est, ut ego interpretor : *S. Patris nostri Joannis antistitis monachorum in monte Sina Scala paradisi, sive sermones de disciplina religiosa, quibus Christianus docetur, quomodo vivendum sit, et ascendendum ad perfectionem religiosam Christianæ vitæ, nunc primum ad usum et utilitatem populi Christiani e Græca lingua in communem (seu Græco-barbaram) translati a Maximo Margunio Cytherorum episcopo.*

Atque his codicibus ego cum in translatione nova tum Scholiis et observationibus usus sum. Exstant præterea in aliis passim bibliothecis, alia mss exemplaria Græca Climaci.

In Vaticana littera I, apud Possevinum, p. XIII, *Joannes Scholastici*, demceps autem a suo commentario vocati *Climaci* liber continens triginta capita.

Ejus Vita in altero libro.

Protheoria ejus Scalæ in alio libro. Rursus ejusdem capita diversa de ipsa Scala cum Scholiis (Eliæ Cretensis ut alibi docet Possevinus (*a*) in Climaci verbo) item ejusdem de ratione virtutis.

In Sfortiana Romæ apud Possevinum, p. 23, num. XCVIII, *Joannis abbatis* monachorum montis Sinai opera fol. membrana.

In Vallicellana Romæ *Joannes Climacus*, Possevinus, pag. 27.

Bessarionis bibliotheca Venetiis littera C, apud Possevinum, p. 35.

Climacus cum expositione *Eliæ Cretensis*, fol. magno papyr.

Climacus et Isaac, fol. parvo pergam.

Climacus in-4, papyro.

Medicea bibliotheca Florentiæ apud S. Laurentium

Joannis Scholastici varia.

(*a*) In *Apparatu* suo; sed vereor ne fallatur : nam in syllabo bibliothecæ scholiorum quidem mentio fit, sed non Eliæ Cretensis.

Digitized by Google

Joannis Scholastici scala.
In Florentina apud S. Marcum in pluteo VII, Possev. p. 41.
Vita *Joannis Scholastici*.
Urbini et Pisauri Possev. 42 et 42.
Joannes Climax, de vita monastica.
Joannis Climaci Scala et Sermo ad pastorem.
Messanæ. *Joannis Climaci* abbatis montis Sinai cognomento *Scala*, epistolæ et orationes opus integrum.
Joannes Climaci abbatis montis Sinai cognomento Scala, alius codex in-4.
Alius codex *Joannis Climaci* cognomento *Scala*.
Nota. In his codicibus puto legendum cognomento Scholastici. Græce haud dubie erit ἐπίκλην Σχολαστικοῦ, quid enim sit Joannis Climaci cognomento *Climaci*, cum Scala et Climax idem sit.
Viennæ Austriæ in Cæsarea bibliotheca littera C, Climaci interpretatio in Scripturam sacram. (Poss. 64.) Nusquam legi, quod meminerim, Climacum scripsisse in sacram Scripturam, suspicor esse pseudoepigraphen. Palatina Heidelbergensis (Poss. pag. 98.) num XLIX, *Joannis Scholastici* abbatis in monte Sina Sermones XXX, de totidem virtutibus seu gradibus, quibus ad cœlum ascenditur, præmissa ejusdem Vita a Daniele monacho Rhaithino conscripta.
Idem mutilus num. LXXIX. (Poss. 101.)
Idem num. CCCLXXX. (Poss. 123.)
Scoriaci in Hispania bibl. regia. (Poss. pag. 130.) *Joannis Climaci* liber asceticus. Nec dubitare possum quin alia ms Græce exstent, in aliis quoque bibliothecis mihi ignotis. Tum enim celebratus apud Græcos hic auctor, adeoque πολυθρύλλητος, et decantatus fuit, uti nullam putem paulo nobiliorem bibliothecam exstare, in qua Climacus hic non reperiatur. Latinis serius cognitus est, quod primum sub annum 1294 sit e Græco versus, quos si ab annis 1626 subduxeris, manebunt trecenti triginta duo; sed hæc annotasse sit satis.

LITTERÆ SANCTI JOANNIS,
PRÆSIDIS CŒNOBII RAITHUNI,

Ad sanctum Joannem virum admirandum, asceterio in monte Sina præfectum.

Viro excellentissimo cœlitumque æmulo, Patri Patrum præstantissimo doctori, Joannes peccatori Raithuni monasterii anstites in Domino Salutem.

Cum nobis qui inter postremos sumus incuriosa tua et indiscussa omnique genere virtutum ornata obedientia in Domino non ignota sit, præsertim cum pro data tibi e cœlo gratia seu talento fructus est colligendus, supplici te libello, et infimis omnino precibus adiimus, illud prophetæ dictum animo complexi : *Interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi; seniores tuos, et dicent tibi* [1]. Quapropter tuam summam virtutem, imo apicem virtutum, et communem omnium parentem, optimumque præceptorem, tanquam in religiosæ vitæ palæstra diu præ cæteris Patribus exercitatum, atque ingenii acumine præpollentem supplices convenimus, uti nobis rudibus per litteras aperias quæ ad veteris exemplum Mosis in eodem monte divino [viso] spectaculo dignatus inspexisti, quasque divinæ legis tabulas ab eodem in tuo ad nos docendos (tanquam novos Israelitas, et modo ab actuali mundi Ægypto, vitæque tumultuosæ maris fluctibus egressos) libro destinato inscriptas accepisti. Ergo divina lingua tua anquam virga usus [ope cœlesti] secundum Deum tam admiranda perpetrasti. Rogatus igitur, quæcunque ad religiosæ vitæ disciplinam et officium pro salute nostra strenue in Domino exsequendum pertinent, tanquam certus eorum omnium qui cœ-

[1] Deut. XXXII, 7.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ
Τοῦ ἡγουμένου τῆς Ῥαΐθου.

Πρὸς Ἰωάννην ἀξιάγαστον τὸν Σιναΐου ὄρους ἡγούμενον.

Τῷ ὑπερφυεστάτῳ καὶ ἰσαγγέλῳ Πατρὶ Πατέρων καὶ διδασκάλῳ τῷ ὑπὲρ λίαν, ὁ ἁμαρτωλὸς τῆς Ῥαΐθου ἡγούμενος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Γινώσκοντες ἡμεῖς οἱ εὐτελεῖς τὴν ἐν Κυρίῳ ἀδιάκριτόν σου περὶ πάντων, ὡς καὶ ἐν πᾶσαις ἀρεταῖς κατακεκοσμημένην ὑπακοήν, καὶ μάλιστα ὅπου δ' ἂν ἐπικερδῆσαι τῷ παρὰ Θεοῦ δοθέντι σοι ταλάντῳ δέοι, εὐτελεῖ ὡς ἀληθῶς, καὶ οἰκτρᾷ κεχρήμεθα συλλαβῇ τὸ εἰρημένον ἐν νῷ λαβόντες· *Ἐρώτησον* γάρ, φησί, *τὸν πατέρα σου, καὶ ἀναγγελεῖ σοι· τοὺς πρεσβυτέρους σου, καὶ ἐροῦσί σοι.* Τούτου ἕνεκεν ὡς κοινῷ πάντων πατρὶ πρεσβυτέρῳ τε παρὰ πάντας ἔν τε τῇ ἀσκήσει καὶ τῇ ἀγχινοίᾳ, καὶ διδασκάλῳ ἀρίστῳ, διὰ τῶνδε ἡμῶν τῶν γραμμάτων, τὴν σὴν καθικετεύομεν τῶν ἀρετῶν κορωνίδα, τοῦ ἐπιστεῖλαι ἡμῖν τοῖς ἀμαθέσιν, ἅπερ ἐν τῇ θεοπτίᾳ κατὰ τὸν πάλαι Μωσέα ἐν τῷ αὐτῷ ὄρει τεθέασαι, καὶ οἱονεὶ πλάκας θεογράφους τῇ παρ' αὐτοῦ ἐπιστελλομένῃ πρὸς ἡμᾶς τιμίᾳ δέλτῳ ἐνθέμενον, εἰς διδασκαλίαν τοῦ νέου Ἰσραὴλ, ἀρτίως τῶν νοητῶν Αἰγυπτίων καὶ τῆς θαλάσσης τοῦ βίου ἐξεληλυθότων. Τοίνυν ὥσπερ ἀντὶ ῥάβδου τῇ θεορρήμονί σου γλώττῃ ἐν τῇ θαλάττῃ μετὰ Θεὸν (*a*) ἐθαυματούργησας, καὶ τὰ νῦν μὴ ἀπαξιώσῃς παρακαλούμενος εὐχρινῶς τὰ δέοντα τῇ μοναδικῇ πολιτείᾳ, καὶ πρέποντα ἀόκνως ἐν Κυρίῳ πρὸς σωτηρίαν ἡμῖν ἐγχαράξαι, ὡς μέγας καθηγητὴς ἀληθῶς πάντων τῶν ἐλομένων τὴν τοιάνδε ἀγγελικὴν πολιτείαν, μὴ λογιζόμενος θωπείαν εἶναί τινα ἢ κο-

(*a*) Mallem μετὰ Θεοῦ id est σὺν Θεῷ.

Digitized by Google

λακείαν, τὰ παρ' ἡμῶν εἰρημένα. Ἐπίστασαι γὰρ, ὦ ἱερὰ ὄντως κορυφὴ, ὅτι ἀλλότρια καὶ λεγόμενον παρὰ πάντων. Διὸ πεποίθαμεν ἐν Κυρίῳ δέξασθαι ταχέως καὶ περιπτύξασθαι τὰ παρ' ἡμῶν ἐλπιζόμενα τίμια ταῖς πλαξὶν ἐγχαράγματα καθοδηγοῦντα ἀληθῶς τοὺς ἑπομένους ἁπλανῶς, καὶ καθάπερ κλίμαξ ἑστηριγμένη μέχρι τῶν τοῦ οὐρανοῦ πυλῶν ἀναβιβάζουσα τοὺς προαιρομένους, ἀβλαβῶς καὶ ἀσινεῖς διαβαίνοντας καὶ ἀκωλύτως τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους, καὶ τοὺς ἄρχοντας τοῦ ἀέρος. Εἰ γὰρ Ἰακὼβ προβάτων ποιμὴν ὢν τὴν τοιαύτην φοβερὰν ὀπτασίαν ἐν τῇ κλίμακι τεθέαται, πόσῳ μᾶλλον ὁ λογικῶν θρεμμάτων προϊστάμενος, οὐκ ὀπτασίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ, καὶ ἀληθείᾳ ἁπλανῇ ἄνοδον πρὸς τὸν Θεὸν πᾶσιν ὑποδείξειεν; Ἔρρωσο ἐν Κυρίῳ, τιμιώτατε Πάτερ.

A leste hoc vitæ genus complexi sint, ductor (nullam dictis palpationem vel adulationem inesse suspicatus) non dedignaberis litteris consignare. Nosti quippe, vir venerande, nos ab hujusmodi blanditiis abhorrere, nihilque nisi quod est, palamque ab omnibus scitur, cernitur et jactatur, prædicare. Quare certa spe per Dominum nitimur, fore uti quamprimum opus hoc suscipias, tabulisque ea quæ exspectamus, et optamus religiosæ vitæ præcepta inscribas, quæ strenue secutos sine errore per verum salutis iter deducant, eosque qui ad cœlum enituntur, veluti per scalarum gradus ad usque cœli aditum portasque pertinentes per spiritualia nequitiæ et rectores mundi principesque tenebrarum harum, perque aerias potestates sine periculo salvos et incolumes expedite provehant et deportent. Nam si Jacob ovium

B

custos, tremendum ejusmodi in scala spectaculum contemplatus est, quanto magis gregis ratione pollentis magister non visum tantum, sed certum, et absque ullo viarum errore explicatum ad Deum iter omnibus ascendet? Vale, pater in Domino plurimum colende.

ΙΩΑΝΝΗΣ ΙΩΑΝΝΗ ΧΑΙΡΕΙΝ.

JOANNES JOANNI SALUTEM.

Respondet Climacus Joanni Raithuni cœnobii antistiti.

Ὑπεδεξάμην ὡς πρέπουσαν τῷ σεμνῷ σου καὶ ἀπαθεῖ (*a*) βίῳ καὶ τῇ καθαρᾷ καὶ τεταπεινωμένῃ σου καρδίᾳ, ἥπερ πρὸς ἡμᾶς τοὺς πτωχοὺς (*b*) καὶ πένητας τῶν ἀρετῶν ἀπέσταλκας τιμίαν σου συλλαβήν, μᾶλλον δὲ ἐπιταγήν, καὶ ὑπὲρ τὴν ἡμετέραν ἰσχὺν κέλευσιν. Σὸν γὰρ ἦν ὄντως, οὖν, καὶ τῆς σῆς ἱερᾶς ψυχῆς ἴδιον, τὸ παρ' ἡμῶν τῶν ἀπαιδεύτων, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἀμαθῶν, διδασκαλίας, καὶ νουθεσίας λόγον αἰτήσασθαι. Σεσυνήθικε γὰρ ἀεὶ ἡμῖν δι' ἑαυτῆς τύπον ταπεινοφροσύνης ὑποδεικνύειν. Πλὴν ὧν κἀγὼ ἐκεῖνο ἐρῶ, ὡς, εἰ μὴ φόβος, καὶ πολὺς ὁ κίνδυνος, τῆς μητρὸς πασῶν τῶν ἀρετῶν ὑπακοῆς τῆς ὁσίας τὸν ζυγὸν ἐξ ἑαυτῶν ἀποῤῥίψασθαι, ἐπῆρτο, οὐκ ἂν ἀλόγως ἐν τοῖς ὑπὲρ δύναμιν κατετολμήσαμεν. Ἔδει γάρ σε, ὦ θαυμάσιε Πάτερ, ἔδει ταῦτα πειθόμενον [πυθόμενον] παρὰ τῶν εὖ εἰδότων μαθεῖν· ἡμεῖς γὰρ ἐν τῇ τῶν μαθητευομένων τάξει καθεστήκαμεν. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο οἱ καθ' ἡμᾶς θεοφόροι, καὶ τῆς ὄντως γνώσεως μύσται ὑπακοὴν ὁρίζονται ἐν τοῖς ὑπὲρ δύναμιν ἀδιστάκτως τοῖς προστάττουσι πείθεσθαι, ἰδοὺ τὰ καθ' ἑαυτοὺς περιδόντες εὐσεβῶς ἐν τοῖς ὑπὲρ ἑαυτοὺς ταπεινῶς τὴν ἐγχείρησιν πεποιήκαμεν· οὐχ ὡς τί σοι χρησιμεῦσον, ἢ δηλοῦν ἐκεῖνο, ὅπερ καὶ σὺ οἶσθα οὐχ ἧττον ἡμῶν, ὦ ἱερὰ κορυφὴ

B Erat, inquit, in eodem Asiæ cœnobio alius quispiam alteri viro religioso et seniori in disciplinam traditus, homini valde moderati, æqui et sedati ingenii, sed tiro ille, cum videret se ab suo magistro coli et observari, sapienter apud se rem dispexit, quam multis sæpe periculosam et exitiosam fuisse recognorat. Itaque venia abeundi petita, magistrum suum, ut dimitteretur, rogavit. Quod seniori non poterat esse valde molestum, cum alium haberet discipulum ad manum. Inde ergo cum sui præsidis commendatitiis egressus, se ad quoddam in Ponto cœnobium contulit, quod ingressus prima statim nocte visus est sibi secundum quietem quosdam videre qui rationes abs se exigerent, seseque post tremendum illud et horrendum examinis tribunal centum auri pondo repetundarum postulatum. Experrectum ergo de objecto per somnium viso serio cogitasse ac dixisse : Infelix, inquam, Antioche (nam id illi nomen erat) gravi revera ære C alieno oppressi sumus. Perseveravi ergo in illo, inquit, cœnobio tres annos sine discrimine omnibus subjectus, ab omnibus tanquam adventitius despectus, abjectus et afflictus. Nemo enim alius illic peregrinus erat præter me. Rursus ergo post triennium ad examen citatus, video per somnium decem duntaxat auri librarum debitionem remissam. Tum vero post quietem intellecto probe cœlesti viso : per triennium pro 85 decem tantum pondo satisfeci, ecquando miser omnia nomina dissolvam? Ergo mecum ipse, vilissime Antioche, majori labore opus est, et gravioribus contumeliis assuescendum, ut totam debiti syngraphan aboleas. Deinceps ergo fatui personam sumpsi, non tamen omD nino mente destituti. Quod ubi Patres animadvertere, meamque simul animi alacritatem, nihilominus in obeundo meo officio sensere, immisericordes illi omnia monasterii molesta et gravia onera tanquam purgamento cœnobii imposuere. Quo in genere vitæ cum annos tredecim durassem, rursum quos primum videram exactores rationum, mihi oblatos aspexi, qui mihi totius debiti syngrapha perscripta, omne debitum remissum ostenderunt. Illis ergo annis cum me patres affligerent, semper memor æris alieni, omnia invicto animo exantlabam. Hæc mihi sapientissimus ille Joannes, mi pater Joannes, ex aliena persona de seipso tanquam de alio denarravit eoque se Antiochum cognominarat. Hic vere est ille qui ut magnanimus heros chirographum peccati per patientiam dilaceravit. Quam prudens vero idem in dijudicandis hominum animis fuerit (quam ex perfectissima obedientia consecutus erat virtutem) audiamus.

Καθεζομένῳ τούτῳ ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Σάββα προσῆλθον τρεῖς νεώτεροι μοναχοὶ μαθητεῦσαι αὐτῷ βουλόμενοι· οὓς ὑποδεξάμενος παραυτίκα ἐφιλοξέ-

Cum in phrontisterio sancti Sabbæ degeret, tres ad eum religiosi juvenes venere, uti se in ejus disciplinam traderent, quos ipse ut hospi-

Digitized by Google

tes mox peramanter excepit hospitio, et ab itineris molestia qua potuit humanitate recreavit. Post triduum inde senior illos allocutus : Fratres, inquit, ego natura **86** pronus sum in venerem, proinde nullum ex vobis in disciplinam possum admittere. Sed illi hoc dicto minime offensi, noverant enim patris virtutem, cum multis eum deprecarentur (ut impetrarent quod optabant) nec quidquam proficerent, simul omnes ad ejus pedes projecti obtestabantur uti saltem salutares sibi vivendi leges præscriberet, quomodo et ubi sibi degendum putaret. Cessit ergo pater precibus eorum, quod videret illos cum vera animi submissione et studio obsequendi dicta esse excepturos. Ergo ex tribus uni placet, inquit, fili, Domino ut in solitudine sub disciplina religiosi alicujus patris vivas. Alteri dein : Tu vade et totum voluntatis tuæ sensum dona Deo, et tolle crucem tuam, atque in communi religiosorum fratrum et cœnobio dege, et certum habebis thesaurum in cœlo. Postremo vero : Tu hauri toto spiritu mentis tuæ, vocem dicentis, quæ tibi nunquam excidat : *Qui perseveraverit in finem, hic salvus erit* [89]. Abi ergo et quam fieri potest, ex omni mortalium genere quære natura et ingenio asperrimum et severissimum vitæ et morum tuorum [informatorem], et perseverando apud illum quotidie subsannationes, et ludibria veluti lac et mel bibe. Tum ille ad eximium P. Joannem : Quid si, inquit, Pater ille per desidiam suum officium non faciat? Et Joannes : Etiamsi, inquit, fornicantem et incontinentem videris, ne recedas ab illo, sed tibi ipsi dic, amice, ad quid venisti? **87** Tum demum senties omnem in te superbiæ fastum concidere, omnemque luxuriæ flammam languescere et exstingui. Tota vi et viribus decertemus omnes, qui Dominum timemus, ne in palæstra virtutis versati, inde pro virtutibus malitiam, vafritiem, improbitatem, astutiam et iracundiam reportemus. Nec est quod mireris si quandoque id usu venire videas. Nam quandiu inter privatos aut nautas, aut agricolas degis, hostes tui regis non ita acriter in te concitantur. At ubi te imperatoris tui insignia induere, scutum sumere, et gladium ac rhomphæam, arcum, sagum et vestem militarem conspexerint ; tum enimvero frendere dentibus, omnibusque viribus in te insurgere et funditus perdere conantur. Itaque semper in excubiis vigiles persistamus. Vidi ego teneros puellos et innocentia et forma corporis pulcherrima prorsus amabiles ad ludum litterarium comparandæ doctrinæ, sapientiæ, et hauriendæ utilitatis causa missos, qui tamen ex æqualium societate nihil inde nisi vafritiem et improbitatem retulerunt. Qui sapit intelligit, quorsum

[89] Matth. x, 22.

νησεν, ἀσμένως τῶν τῆς ὁδοιπορίας κόπων ἀναψύξαι βουλόμενος. Μετὰ τρίτην οὖν ἡμέραν λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· Φύσει, ἀδελφοί, ἄνθρωπος πόρνος εἰμὶ, καὶ οὐ δύναμαι δέξασθαί τινας ἐξ ὑμῶν. Ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἐσκανδαλίσθησαν· ἐγίνωσκον γὰρ τὴν ἐργασίαν τοῦ γέροντος. Ὡς οὖν πολλὰ παρακαλέσαντες αὐτὸν, πεῖσαι ὅλως οὐκ ἴσχυσαν, τότε ῥίπτουσιν ἑαυτοὺς εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ· δυσωποῦντες κἂν κανονισθῆναι παρ' αὐτοῦ, ὅπως τε καὶ ὅπου καθίσαι ὀφείλουσιν. Εἴξας οὖν ὁ γέρων, καὶ γνοὺς ὅτι μετὰ ταπεινώσεως καὶ ὑπακοῆς δέχονται, λέγει τῷ ἑνί· (90) Βούλεταί σε ὁ Κύριος, τέκνον, ἐν ἡσυχαστικῷ τόπῳ μετὰ πατρὸς ἐν ὑποταγῇ καθεσθῆναι. Λέγει καὶ τῷ δευτέρῳ· Ἀπελθὼν πώλησόν σου τὰ θελήματα, καὶ δὸς Θεῷ· καὶ ἆρον τὸν (91) σταυρόν σου, καὶ καρτέρει ἐν συνοδίᾳ καὶ κοινοβίῳ ἀδελφῶν· καὶ πάντως ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανοῖς. Εἶτα καὶ τῷ τρίτῳ λέγει· Ἀναλαβοῦ σὺν τῇ πνοῇ σου ἀχωρίστως τὸν λόγον τὸν φάσκοντα· *Ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται.* Καὶ ἄπελθε, εἰ δυνατὸν, μὴ ἐάσῃς ἐν ἀνθρώπων φύσει ἐπιπληκτικώτερον, ἢ ἀποτομώτερον τοῦ σοῦ ἐν Κυρίῳ γυμναστοῦ, καὶ καρτερήσας καθ' ἡμέραν πίνε ὡσεὶ μέλι καὶ γάλα μυκτηρισμὸν καὶ χλευασμόν. Ὁ δὲ ἀδελφὸς ἔφησι πρὸς τὸν μέγαν Ἰωάννην· Κἂν ἐν ἀμελείᾳ, Πάτερ, ὁ τοιοῦτος παρέχεταί τί; Ὁ δὲ γέρων· Κἂν (92) πορνεύοντα αὐτὸν θεάσῃ, μὴ ἀποστῇς· ἀλλὰ λέγε καθ' ἑαυτόν· Ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει; Τότε ὄψει ἐκ σοῦ ἀφανιζομένην φυσίωσιν καὶ μαραινομένην πύρωσιν. Ἀγωνισώμεθα δυνάμει πάσῃ πάντες οἱ τὸν Κύριον φοβηθῆναι βουλόμενοι, ἵνα μὴ ἐν τῷ τῆς ἀρετῆς γυμνασίῳ, ἐκεῖσε πονηρίαν ἑαυτοῖς μᾶλλον καὶ κακίαν, δεινότητά τε καὶ πανουργίαν, κακεντρέχειαν, καὶ ὀργὴν ἐπικτησώμεθα. Γίνεται γὰρ, καὶ οὐ θαῦμα. Ἕως μὲν γὰρ ἰδιώτης ἐστὶν, ἢ ναυτικὸς, ἢ γηπόνος ἄνθρωπος, οὐ τοσοῦτον κατ' αὐτοῦ οἱ τοῦ βασιλέως ἐχθροὶ ὁπλίζονται. Ἐπὰν δὲ αὐτὸν τὴν (93) σφραγῖδα λαβόντα καὶ τὴν ἀσπίδα, καὶ τὴν μάχαιραν καὶ τὴν ῥομφαίαν, καὶ τὸ τόξον, καὶ τοῦ στρατιώτου τὸ ἔνδυμα ἡμφιεσμένον θεάσωνται, τότε καὶ αὐτοὶ τοὺς ὀδόντας κατ' αὐτοῦ βρύχουσι, καὶ πάντως ἀνελεῖν αὐτὸν δοκιμάζουσι. Διόπερ μὴ ὑπνώ[σ]σωμεν. Εὐρακαιρα καὶ κάλλιστα νήπια ἐν σχολῇ διὰ σοφίαν, καὶ παιδείαν, καὶ ὠφέλειαν παραγενόμενα· καὶ μηδὲν ἐκεῖσε εἰ μὴ δεινότητα καὶ κακίαν παιδευθέντα ἐκ τῆς τῶν λοιπῶν συνδιατριβῆς. Ὁ νοῦν ἔχων νοήσει. Ἀδύνατον τοὺς τέχνην μανθάνοντας ὁλοψύχως μὴ καθ' ἡμέραν προκόπτειν ἐν αὐτῇ· ἀλλ' οἱ μὲν τὴν προκοπὴν ἐπιγινώσκουσιν· οἱ δὲ οἰκονομικῶς ἀγνοοῦσιν. Ἄριστος τραπεζίτης (94) καθ' ἑσπέραν τὸ τῆς ἡμέρας κέρδος ἢ ζημίαν πάντως ψηφίζει· οὐ δύναται δὲ σαφῶς γνῶναι, εἰ μὴ καθ' ὥραν ἐν τῷ πινακιδίῳ σημειοῦται. Τὰ γὰρ καθ' ὥραν λογοθέσια τὸ καθημερινὸν φωτίζουσι· ὅταν ὀνειδιζόμενος, ἢ καταχρινόμενος ὁ ἄφρων δάκνηται, καὶ ἀντιλέγειν δοκιμάζει, ἢ συντόμως τῷ ἐπιπλήττοντι μετάνοιαν δέδωκεν, οὐ ταπεινώσεως χάριν, ἀλλὰ τοὺς ὀνειδι-

Digitized by Google

σμοὺς παῦσαι βουλόμενος· τυπτόμενος σιώπα, καὶ καταδέχου ψυχῆς καυστῆρας, μᾶλλον δὲ ἀγνείας φωστῆρας. Παυσαμένου τοῦ ἰατροῦ, τότε τούτῳ μετανόει· ἐν τῷ θυμῷ γὰρ ἴσως οὐδὲ τὴν μετάνοιαν δέχεται.

A hæc pertineant. Fieri non potest ut qui se opificio addiscendo totum addicit, quin plurimum in eo quotidie proficiat, quem quidem profectum alii sentiunt, alii vero, pro Dei providentia, non animadvertunt. Optimus ille mensarius [trapezita] est, qui quotidie sub vesperam lucri damnive rationes computat. Quod accurate fieri non potest, **88** nisi per omnes horas in pugillaribus rationes adnotes, singularum enim horarum observatio totius dici statum ostendit. Malus religiosus cum reprehenditur et objurgatur, dolet et uritur, et obloqui solet, aut statim supplex veniam petit ab objurgante, non submissionis studio, sed ut pater finem faciat objurgandi. Convitiis everberatus [dum objurgaris] tace, et fortiter sustine animi cauterium et ustionem, imo vero castimoniæ faces et lumina. Ubi medicus desiit objurgare, tunc supplex veniam precare, et culpam deprecare, in ardore enim ustionis fortasse non admittet pœnitentiam.

Πρὸς πάντα (95) μὲν, πλὴν ἴσως πρὸς τὰ δύο ταῦτα πάθη οἱ ἐν συνοδίαις καθ' ὥραν ἀγωνισώμεθα· πρὸς τὴν κοιλιομανίαν, καὶ τὴν ὀξυχολίαν· τῶν οἰκείων γὰρ ὑλῶν ἐν τῷ ὄχλῳ εὐποροῦσι. Τοῖς ἐν ὑποταγῇ ὁ διάβολος ἀδυνάτων αὐτοῖς ἀρετῶν ἐπιθυμίαν ἐμβάλλει, ὁμοίως καὶ τοῖς ἐν ἡσυχίᾳ τὰ ἀνοίκεια ὑποτίθεται· ἀνάπτυξον ὑποτακτικῶν ἀδοκίμων διάνοιαν, καὶ εὑρήσεις ἐκεῖ (96) πεπλανημένην ἔννοιαν, ἐπιθυμίαν (97) ἡσυχίας, νηστείας ἀκροτάτης, προσευχῆς ἀρεμβάστου, ἀκενοδοξίας ἄκρας, μνήμης ἀνεπιλήστου ἐξόδου, διηνεκοῦς κατανύξεως, ἀοργησίας παντελοῦς, σιωπῆς βαθείας, ἀγνείας ὑπερβαλλούσης. Ὥνπερ κατ' οἰκονομίαν ἐν προοιμίοις ἀποροῦντες, εἰκῆ μετεπήδησαν ἀπατηθέντες. Πρὸ γὰρ καιροῦ ζητῆσαι αὐτοὺς, ὁ ἐχθρὸς ταῦτα πεποίηκεν, ἵνα μὴ ὑπομείναντες ἐν τῷ καιρῷ τούτων ἐπιτύχωσι. Μακαρίζει παρ' ἡσυχασταῖς ὁ ἀπατεὼν τῶν ὑπηκόων τὴν φιλοξενίαν, τὴν διακονίαν, τὴν φιλαδελφίαν, καὶ συνδιαγωγὴν, τὴν τῶν νοσούντων ὑπηρεσίαν, ἵνα κἀκείνους ἀνυπομονήτους κατὰ τοὺς προτέρους ἀπεργάσηται ὁ πλάνος. Σπανίων μὲν γὰρ, ὡς ἀληθῶς τὸ λόγῳ τῆς ἡσυχίας μετέρχεσθαι· κἀκείνων μόνων τῶν τὴν θείαν παράκλησιν πρὸς τὴν τῶν πόνων παραμυθίαν, καὶ πολέμων συνέργειαν κτησαμένων. Πρὸς τὰς ποιότητας ἡμῶν τῶν παθῶν, καὶ τὰς ὑποταγὰς διακρίνωμεν, καὶ ἐκλεξώμεθα πρεπόντως. Ἔστω (98) σοι περὶ τὸ λάγνον ἀκρατῶς ἔχοντι καὶ ῥέποντι γυμναστὴς, (99) ἀσκητὴς, καὶ ἀπαράκλητος πρὸς τροφὴν, καὶ μὴ μᾶλλον θαυματοποιὸς, καὶ ἕτοιμος παντὶ εἰς ὑποδοχὴν καὶ τράπεζαν. Ἔστω σοι ὑψύχενι ὄντι ὀξὺς καὶ ἀπαραχώρητος, καὶ μὴ πρᾶος καὶ φιλάνθρωπος· μὴ ζητῶμεν προγνώστας, μηδὲ προβλέπτας· ἀλλὰ πρὸ πάντων πάντως ταπεινόφρονας, καὶ τῇ ἐν ἡμῖν νόσῳ ἁρμοδίους ἐκ τρόπου καὶ τοῦ καθίσματος. Ἔστω σοι κατὰ τὸν Ἀββᾶκυρον τὸν προμνημονευθέντα δίκαιον, καὶ οὗτος καλὸς πρὸς ὑπακοὴν ὁ τρόπος, τὸ ἀεὶ λογίζεσθαι, ὅτι πειράζει σε ὁ προεστὼς, καὶ οὐ μὴ ἀστοχήσεις ποτέ. Ὅταν ἐπιπλήσσοντος ἀπαύστως, πλείονα τὴν πρὸς αὐτὸν πίστιν καὶ ἀγάπην προσλαμβάνῃς, Πνεῦμα ἅγιον ἀοράτως ἐν τῇ ψυχῇ σου ἐνῴκησε, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπεσκίασέ σοι, γίνωσκε. Πλὴν μὴ καυχῶ, μηδὲ χαῖρε, γενναίως ὑποφέρων τὰς ὕβρεις καὶ τὰς ἀτιμίας· ἀλλὰ μᾶλλον θρήνει, ὅτι ὅλως ἀξιόν τι ὕβρεως διεπράξω, καὶ ἐτάραξας ψυχὴν κατὰ σοῦ. Μὴ (100) θαμβηθῇς, ἐφ' ᾧ μέλλω λέγειν· Μωϋσῆν (*a*) γὰρ ἔχω συνήγορον·

B Iis qui in religiosorum cœtibus versantur, adversus omnia quidem alia, sed in primis duo vitia singulis prope momentis depugnandum est : adversus insanam ventris rabiem et bilem seu iracundiam. His enim vitiis ipsa copia domesticorum copiosam materiam subministrat, sub antistitis imperio vitam agentibus hostis noster subinde virtutum facultatem et vires nostras excedentium desiderium immittit ; sicut anachoretis absurda quædam suggerit. Excute improborum seu stultorum religiosorum mentes, et deprehendes errorem in illis : nimium solitudinis studium, extremas jejunitates, indefessam precandi contentionem, ultimam sui despicientiam, æternam mortis memoriam, continuum C animi luctum, perfectam iræ sedationem, summam taciturnitatem, cœlestem castitatem. Quas virtutes cum in tyrocinio religionis, quod ita Deo videretur, non statim assequerentur temere a cœpto conatu decepti resilierunt. **89** Nam idcirco hostis ante justum tempus affectare tam sublimia illos voluit, ne perseverantes virtutibus illis suo tempore potirentur. Deprædicat apud anachoretas idem veterator cœnobitarum hospitalitatem, ministerium, fraternam charitatem, familiare contubernium, curam ægrorum, ut et illos, quemadmodum priores, præstigiator de statu vitæ suæ dejiciat. Paucorum sane est vitam anachoreticam, uti decet, agere, et eorum duntaxat D qui ad laborum, certaminum alacriter sustinendorum gratiam cœlesti consolatione firmantur. Pro ratione vitiorum nostrorum convenienter nobis quæramus et deligamus statum obedientiæ. Qui te ad intemperantiam et corporis voluptates propendere sentis, virtutis magistrum et ventris castigationem inexorabilem inquire, non prodigiorum patratorem seu thaumaturgum, non hospitalem et cuivis adventori mensam apparantem. Elatus et arrogans deligat rectorem morum stomachosum, tetricum, nunquam renidentem, sed inclementem et inhumanum. Non quæramus qui nobis de rebus futuris oracula edant, aut multa prævideant : sed doctores qui ante omnia submissionis et humilitatis exempla præ se ferant, quique ad morbos animi nostri curandos sint idonei, seseque ad mo-

(*a*) Michael Isseltius, qui notas ad Climacum scripsit, negat (adnot. 27) hic intelligendum esse

res nostros et statum locumque accommodent. Sit tibi in studio obsequendi, sanctus ille supra laudatus Abbacyrus forma, semper cogitando; tentat te et explorat virtutem tuam tuus antistes, nec unquam aberrabis a meta. **90** Si assidue te præside tuo objurgante majorem in illum fidem et affectum indueris, sanctum Spiritum in anima tua quamvis inaspectabilem sibi sedem fixisse scias. Enimvero non est quod glorieris aut magnopere læteris, si contumelias et convitia fortiter et generose perferas, imo vero est, quod potius doleas et deplores, quod omnino dignum te justa objurgatione præbueris, et patris tui animum in te concitaris. Non est quod perculsus obstupescas super eo quod dicturus sum : habeo enim sententiæ suffragatorem Mosen. Hoc aio, præstare in Deum ipsum peccare, quam in religiosum patrem antistitem nostrum. Nam Deum a nobis offensum noster præses placare et reconciliare nobis potest : offenso autem religioso patre nostro, quem deinceps habebimus, qui Deum nobis propitium reddat? Quæ tamen utraque in unam sententiam recurrunt. Videamus et dispiciamus, et sobria mente rem perpendamus. Objurgatis a moderatore nostro nunc quidem grato et patienti animo cum silentio reprehensio sustinenda est, nunc vero ratio facti nostri reddenda est. Meo quidem judicio cum nos ipsi duntaxat contumeliosius tractamur, omnino tacendum est, tunc enim lucri comparandi est tempus. Ubi vero contumelia in alterius quoque damnum redundat, tum mutuæ charitatis et pacis indissolubilis vinculum exigit, ut pro altero respondeamus. Quicunque ab obedientia desiluerunt, illi tibi ejus utilitatem denarrabunt. Tum demum enim intelligunt, quo in cœlo prius constiterint. **91** Qui ad veram animi tranquillitatem et ipsum Deum properat, ingens detrimentum se accepisse existimat, quo die nullam calumniam tulit. Quemadmodum enim arbores a ventis agitatæ altiores radices agunt, ita qui sub obedientiæ jugo vivunt, fortes et invicti redduntur. Quisquis in solitudine versatus, suam ipsius imbecillitatem cœpit recognoscere, indeque ad cœnobium demigrans seipsum ultro obedientiæ auctorat et addicit, hic cæcus ante, repente sine labore Christum cœpit respicere. State, state, religiosi athletæ, iterum atque iterum dicam, state, et perseverate, et currite stadium obedientiæ, sapientis illius vocem attendentes, tanquam aurum in fornace[66], imo vero multo magis in cœnobio Dominus probavit illos : et sicut holocausti hostias accepit illos in sinu suo, cui gloria et imperium æternum cum Patre qui est sine principio, et Spiritu sancto adorando. Amen.

De quatuor adhuc gradibus paradisi egimus, qui numerum quatuor evangelistarum exprimunt. Stet athleta Christi, et impavidus stadium obedientiæ decurrat. Olim Joannes Petrum cursu antevertit : nunc ergo et hic gradus obedientiæ ante gradum pœnitentiæ collocatus est. Joannes enim præcurrendo symbolum obedientiæ expressit, Petrus vero pœnitentiæ.

συμφέρον εἰς Θεὸν, καὶ μὴ εἰς πατέρα ἡμῶν ἁμαρτῆσαι· Θεοῦ μὲν γὰρ παροργισθέντος, ὁ ἡμῶν ἡγούμενος καταλλάξαι αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς δύναται, τούτου δὲ ὑφ' ἡμῶν παραχθέντος, τινὰ τὸν ἐξιλεούμενον λοιπὸν ὑπὲρ ἡμῶν οὐκ ἔχομεν. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ εἰς μίαν δόξαν ἀνατρέχειν τὰ ἀμφότερα. Σκοπήσωμεν καὶ διακρίνωμεν, καὶ νήψωμεν· ποτὲ μὲν κατηγορούμενοι πρὸς τὸν ποιμένα εὐχαρίστως ὑπομένειν, καὶ ἡσυχίως ὀφείλομεν· ποτὲ δὲ πρὸς αὐτὸν πληροφορίαν ποιήσασθαι. Ἐμοὶ δοκεῖ ἐπὶ μὲν τοῖς ἀτιμίαν ἡμῖν προξενοῦσι σιωπᾷν· κέρδους γὰρ ὥρα ἐστίν· ἐπὶ δὲ τοῖς εἰς πρόσωπον ἑτέρου ἀνατρέχουσιν ἀπολογεῖσθαι, διὰ τὸν σύνδεσμον τῆς ἀγάπης, καὶ τῆς ἀλύτου εἰρήνης. Ὅσοι ἐξ ὑπακοῆς ἀπεπήδησαν, οὗτοί σοι ἀναγγελοῦσι τὴν ταύτης ὠφέλειαν. Τότε γὰρ ἔγνωσαν ἐν ποίῳ οὐρανῷ ἵστανται. Ὁ πρὸς τὴν ἀπάθειαν καὶ τὸν Θεὸν τρέχων, πᾶσαν ἡμέραν, ἐν ᾗ οὐ λοιδορεῖται, πολλὴν ζημίαν λογίζεται, ὥσπερ τὰ δένδρα ὑπὸ τῶν ἀνέμων σειόμενα, βαθείας ῥίζας καταβάλλουσιν· οὕτω καὶ οἱ ἐν ὑπακοῇ διατρίβοντες ἰσχυρὰς καὶ ἀσαλεύτους ψυχὰς κέκτηνται. Ὅστις καθ' ἡσυχίαν καθήμενος, ἐπέγνω τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν, καὶ μεταλθὼν πέπρακεν ὑπακοῇ, οὗτος τυφλὸς ὢν, ἐκόπως πρὸς Χριστὸν ἀνέβλεψε. Στῆτε, στῆτε, καὶ πάλιν ἐρῶ, στῆτε τρέχοντες, ἀδελφοὶ ἀθληταὶ, ἀκούοντες περὶ ὑμῶν τοῦ σοφοῦ ἐκείνου βοῶντος· Ὡς χρυσὸν ὁ Κύριος ἐν χωνευτηρίῳ, μᾶλλον δὲ ἐν κοινοβίῳ ἐδοκίμασεν αὐτοὺς, καὶ ὡς ὁλοκαύτωμα θυσίας προσεδέξατο αὐτοὺς ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ· ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος αἰώνιον σὺν Πατρὶ ἀνάρχῳ καὶ Πνεύματι ἁγίῳ καὶ προσκυνητῷ. Ἀμήν.

Ἰσάριθμος εὐαγγελιστῶν βαθμός. Ὁ ἀθλητὴς στῆκε, τρέχων ἀφόβως. Προέδραμέ ποτε Πέτρου Ἰωάννης· προτέτακται δὲ νῦν ὑπακοὴ μετανοίας. Ὁ μὲν γὰρ προλαβὼν ὑπακοῆς, ὁ δὲ ἕτερος περὶ μετανοίας τύπον καθέστηκεν.

92 SCHOLIA AD GRADUM IV.

De obedientia.

Scholion 1.

Sive ad agonistas et milites Christi adversus dæmones depræliantes. Veteres enim, omnes bellatores, pugiles vocitabant, quod digitis in pugnum

ΣΧΟΛΙΑ ΕΙΣ ΛΟΓΟΝ Δ'.

Περὶ ὑπακοῆς.

Σχόλιον α'.

Ἤτοι πρὸς ἀγωνιστὰς καὶ στρατιώτας τοῦ Χριστοῦ τοὺς πολεμοῦντας κατὰ τῶν δαιμόνων. Πάντας γὰρ οἱ ἀρχαῖοι τοὺς πολεμιστὰς, πύκτας ἐκάλουν, διὰ τὸ

[66] Sap. III, 5

magnum illum Israelitarum doctorem et prophetam, sed monachum. Atqui Græci Patres omnino id affirmant, et rem exemplis demonstrant.

Digitized by Google

μετὰ τῶν πυγμῶν, ἤτοι τῶν γρόνθων τῶν χειρῶν ἐξιέναι αὐτοὺς εἰς πόλεμον καὶ μονομαχεῖν.

Φωτίου ἄλλο.

Εἰσὶ τῶν ἐμφωλευόντων ἡμῖν παθῶν καὶ τυραννὶς, καὶ βάσανοι, καὶ κολαστήρια, τῆς ἔξωθεν τυραννίδος οὐδὲν διαφέροντα. Ὁ γοῦν ἀντισχὼν γενναίως πρὸς ταῦτα, καὶ τὸ τοῦ λογισμοῦ μὴ ἀρνησάμενος αὐτεξούσιον, τοῖς μαρτυρικοῖς ἀγῶσι παραθέων, οὐδὲν τῶν ὁμοίων ἐπάθλων ἀστοχήσει.

A collectis et condylis manuum in bellum ad singulare certamen prodirent.

Aliud Photii.

Sunt ex perturbationibus affectuum quædam quæ se insinuant et illatebrant nobis, et tyrannis quædam, et tormenta, et supplicia, quæ ab externa corporis tyrannide nihil differunt. Qui ergo hujusmodi tyrannidi fortiter et generose resistit, et liberum mentis imperium atque arbitrium non inficiatur, ille pari cum martyribus cursu contendit, nec dubium est quin par quoque præmium sit relaturus.

Σχόλιον β'.

Ἤγουν, οὐκ ἔχουσι τοὺς πόδας αὐτῶν κεκολλημένους, ἀλλὰ τὸν μὲν ἕτοιμον πρὸς κίνησιν, τὸν δὲ ἀμετακίνητον ἐπὶ προσευχὴν ἔχοντες.

B

Scholion 2.

Sive non habent pedes suos velut glutino devinctos, sed alterum quidem ad motum paratum, alterum vero immotum ad precandum retinent.

Σχόλιον γ'.

Ἡ ὑπακοὴ τοῦ ὄντος θελήματός ἐστιν ὑπακοὴ, οὐ τοῦ μὴ ὄντος ὑποταγή· οὐ γὰρ τὸ ἄλογον ὑπήκοον ἢ παρήκοον λέξομεν.

Scholion 3.

Obedientia est voluntatis in homine existentis obedientia, non illius in quo voluntas non est: quod enim ratione caret, nec obediens, nec inobediens dici potest.

Ἄλλο σχόλιον.

« Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν. » Πῶς δὲ ἑαυτὸν ἀρνεῖται ὁ ἄνθρωπος, εἰ μὴ ἄρῃ τὰ θελήματα αὐτοῦ τὰ φυσικὰ, καὶ αὐτῷ ἀκολουθήσει; Διὰ τοῦτο εἰδὼς περὶ τῶν φυσικῶν λέγει, καὶ οὐ τῶν παρὰ φύσιν. Ἐὰν γὰρ τὰ παρὰ φύσιν ἀφῆσέ τις, τῶν αὐτοῦ οὐδὲν ἀφῆκε διὰ τὸν Θεόν· οὐδὲ γὰρ αὐτοῦ εἰσιν. Ὁ δὲ τὰ φυσικὰ αὐτοῦ ἀφεὶς, οὗτος ἠρνήσατο ἑαυτόν.

Aliud scholion.

« Si quis vult venire post me, abneget semetipsum[91]. » Quomodo autem homo abnegat semetipsum, nisi renuntiet naturali voluntati suæ, et sequatur Christum? Hoc ergo non ignorans de naturæ bonis non quæ sunt præter naturam, loquitur: qui enim ea quæ præter naturam sunt, reliquit, nihil suorum reliquit propter Deum; neque enim ipsius sunt. Qui autem suæ naturæ bona (seu propriam voluntatem) reliquit, hic abnegavit seipsum.

C

Σχόλιον δ'.

Οὐ τὸν ψυχικὸν κίνδυνόν φησι, ἀλλὰ τὸν σωματικὸν, ὃν ὑφίστατο ὁ ὑπακούων ἐκ συμβεβηκότος, ἢ θαλάσσῃ πλέων, ἢ λησταῖς περιπεσών, καὶ οὕτως ἀποθνήσκων, ὄντινα θάνατον οὐ μεριμνᾷ ὁ ἀληθινὸς ὑπήκοος, καλῶς εἰδὼς ὅτι εἰς μαρτύριον αὐτῷ ἔσται ὁ συμβεβηκὼς κίνδυνος τὴν ὑπακοὴν ἀδιακρίτως ἐπιτελοῦντι.

Scholion 4.

Non loquitur hic de periculo animæ, sed corporis, quod subit obediens forte fortuna, aut mari navigans, aut in latrones incidens, adeoque 93 sic moritur: quam mortem cui vera obedientia cordi est, non curat, quod optime norit periculum, quo casu perfunctus est, ipsi obedientiam sine propria dijudicatione et examinatione exsequenti in coronam martyrii cessuram.

Σχόλιον ε'.

Τὸν προεστῶτα λέγει. Τοῦ γὰρ ὑπηκόου τὸ θέλημα αὐτὸς ἀνελάβετο, καὶ μονονουχὶ ἐθανάτωσεν αὐτόν· οὗτος οὖν ὑπὲρ τοῦ ὑπηκόου ἀπολογήσεται.

Scholion 5.

Cœnobiarcham intelligit, qui voluntatem obedientis in se suscepit, et subjectum tantum non (secundum propriam ejus voluntatem) mactavit. Hic ergo pro subjecto suo, Deo rationem reddet.

D

Σχόλιον ς'.

Ἀπόθεσις διακρίσεώς ἐστι τὸ ὑπακούειν, ὡς καλοῖς, τοῖς φαινομένοις ὡς κακοῖς, ὡς Ἀβραὰμ κελευσθεὶς σφάξαι τὸν υἱὸν, ἁπλοῦται ἀδιακρίτως τὴν ἐξ ἀρχῆς στοιχειωθεῖσαν ὑπακοήν.

Scholion 6.

Abdicatio propriæ judicii est obedire tanquam bonis, quamvis videantur mala, ut Abraham jussus mactare filium adeptus est a principio doctam sine discussione simplicem obedientiam.

Εὐαγρίου ζ'.

Τὸν νοῦν αἱ ἀρεταὶ, καὶ αἱ κακίαι τυφλὸν ἀπεργάζονται· αἱ μὲν, ἵνα μὴ βλέπῃ τὰς κακίας· αἱ δὲ, ἵνα μὴ πάλιν ἴδῃ τὰς ἀρετάς.

Evagrii 7.

Mentem, et virtutes et vitia cæcam reddunt; virtutes quidem, ne meus vitia respiciat; vitia, ne virtutes agnoscat.

Σχόλιον η'.

Στάδιον ἀθλήσεως καὶ προκοπῆς εὐοδία, καὶ διηνεκὴς γυμνασία, καὶ μελέτη τῶν τοῦ Κυρίου ἐντολῶν, ἡ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατοίκησίς ἐστι τῶν ἀδελφῶν.

Scholion 8.

Stadium certaminis est felix in via Domini progressus, assidua exercitatio, et meditatio præceptorum Dei, et habitatio fratrum in unum.

Σχόλιον θ'.

Ὁ τὴν ἰδιορυθμίαν ἀποχρυσάμενος, ὑπήκοος καὶ

Scholion 9.

Qui suam vivendi rationem non sequitur, sed

[91] Matth. xvi, 24.

Digitized by Google

potius repudiat, hic et obediens est, et ad nutum sui religiosi magistri se dingit, et jam in statu versatur perfectorum, quamvis per opera perfectionis nondum incesserit. Quando solet improbus dæmon obstrepere obedientibus, eorumque laborem elevare et contemnere, quasi neque jejunia, neque disciplinam religiosam rite exerceant, neque precibus puris animum intendere, neque alia præstare possint, quæ anachoretis et solitariis conveniunt, tum Pater dicit, quod hæc omnia nihil sint si cum vera obedientia comparentur. Vicem enim illorum nec implet, et antequam obediens per illa ingrediatur efficit ut jam in medio illorum versetur.

A προστανέχων τῷ διδασκάλῳ, ἤδη ἐστὶν ἐν τοῖς τῶν τελείων ἔργοις, κἂν μήπω δι' αὐτῶν ὦδευσεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἔωθεν ὁ πονηρὸς ἐνοχλεῖν τοῖς ἐν ὑπακοῇ, καὶ ἐξουθενεῖν τὸν κόπον αὐτῶν, ὡς μήτε νηστείαν μήτε ἄσκησιν ἐχόντων ἀκριβῆ, μήτε προσευχὴν καθαράν, μήτε τὰ ἄλλα ἃ ἐστι τοῖς ἡσυχάζουσι, λέγει Πατήρ, ὅτι οὐδέν εἰσι ταῦτα πρὸς τὴν ἀληθινὴν ὑπακοήν. Τὸν γὰρ τόπον αὐτῶν αὕτη ἀναπληροῖ, καὶ πρὸ τοῦ διελθεῖν τὸν ὑπήκοον δι' αὐτῶν ἐν μέσοις αὐτοῖς εἶναι παρασκευάζει.

Scholion 10.

Omne judicium propriæ voluntatis periculosum est, quod haud ignoravit (propheta) David, cum dixit: *Jurari et statui custodire judicia justificationis tuæ* [69], non meas voluntates.

B Σχόλιον ι'.

Πᾶσα κρίσις ἰδίου θελήματος ἐπισφαλής. Ὅπερ εἰδὼς ὁ Δαβὶδ ἔλεγεν· *Ὤμοσα καὶ ἔστησα τοῦ φυλάξασθαι τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου*, οὐ τὰ ἐμὰ θελήματα.

Aliud.

Exstirpare suam voluntatem, hoc est, 94 ut quis in bonis rebus propriam voluntatem rescindat, et sanctorum faciat: in malis autem per se, quod non decet, refugiat.

Ἄλλο.

Τὸ κόψαι τὸ θέλημα, τοῦτ' ἔστιν, ἵνα ἐν μὲν τοῖς καλοῖς τὸ ἴδιον κόπτῃ τις θέλημα, τὸ δὲ τῶν ἁγίων ποιῇ· ἐν δὲ τοῖς κακοῖς ἀφ' ἑαυτοῦ φεύγῃ τὸ ἄτοπον.

Scholion 11.

Consuetudinem negligenter viventis refugias, quantumvis apud alios magnum virtutis nomen obtineat.

Σχόλιον ια'.

Τοῦ ἀμελῶς βιοῦντος μάκρυνον σεαυτὸν, κἂν ὄνομα μέγα παρὰ πολλοῖς κέκτηται.

Scholion 12.

Ante abdicationem sæculi, religiosi doctoris mores explorandi sunt, post abdicationem non amplius. Nam qui explorat, damnat; qui damnat, contemnit, postea nec paret amplius nec fidit.

C Σχόλιον ιβ'.

Πρὸ τῆς ἀποταγῆς ἀκριβολογεῖν τὸν διδάσκαλον προσήκει· μετὰ δὲ τὴν ἀποταγὴν οὐκ ἔτι. Ὁ ἀκριβολογῶν, καταγινώσκει, καὶ ὁ καταγινώσκων, ἀθετεῖ, εἶτα καὶ ἀπειθεῖ.

Aliud scholion 13.

Vita religiosa stadium appellatur, qui autem præsidem suum religiosum judicat et explorat, certo in quibusdam etiam damnat: qui autem damnat, aut non paret, aut quod illi præscribitur, non cum debita fide exsequitur: qui autem non fideliter præscripta faciunt, peccant.

Σχόλιον ιγ'.

Στάδιον λέγεται ὁ μοναχικὸς βίος. Ὁ δὲ ἀνακρίνων τὸν προεστῶτα, δηλονότι ἔν τισι καταγινώσκει· ὁ δὲ καταγινώσκων, ἢ ἀπειθεῖ, ἢ οὐ μετὰ πίστεως τὸ ἐπιταχθὲν ἀνύει. Τοῖς δὲ οὐκ ἐκ πίστεως, ἁμαρτία ἐστίν.

Aliud.

Non ii tantum qui ob Christi nomen mortem oppetunt, martyres sunt; sed ii etiam qui propter legum ipsius observationem moriuntur.

Ἄλλο.

Οὐ μόνον οἱ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν δεξάμενοι τὸν θάνατον, μάρτυρές εἰσιν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ τήρησιν ἀποθνήσκοντες.

D Σχόλιον ιδ'.

Scholion 14.

Quærendum quomodo sine subjectione nemo Deum visurus sit? quid enim? Maria Ægyptiaca et alii quidam nulli unquam subjecti, non videbunt Dominum? Affirmamus ergo Climacum non de subjectione corporis tantum loqui, sed de subjectione etiam animæ. Nullum igitur reperimus sanctorum qui non subjecerit corpus spiritui, ut clarum proinde sit, quod nisi quis et hanc (obedientiam) una cum corporis subjectione habeat, non visurus sit Dominum. Multi enim parentibus subjecti, nullum tamen ex hac subjectione fructum retulere, eo quod animum voluptatum servituti subjecerint.

Ζητητέον πῶς χωρὶς ὑποταγῆς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Θεόν; τί γάρ; Ἡ Αἰγυπτία Μαρία, καὶ ἄλλοι τινὲς μὴ ὑποταγέντες τινὶ, οὐκ ὄψονται τὸν Κύριον; Λέγομεν οὖν, ὅτι οὐ λέγει περὶ τῆς σωματικῆς μόνης ὑποταγῆς, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς ψυχικῆς. Οὐδένα οὖν εὕρομεν τῶν ἁγίων, ὃς οὐχ ὑπέταξε τὸ σῶμα τῷ πνεύματι· ὥστε δῆλον, ὅτι ὁ μὴ καὶ ταύτην μετὰ τῆς σωματικῆς ἔχων, οὐκ ὄψεται τὸν Κύριον. Πολλοὶ τοίνυν σωματικοῖς πατράσιν ὑποτασσόμενοι ταῖς ἡδοναῖς τὴν ψυχὴν κατεδούλωσαν, οὐδὲν δὲ ἀπὸ τῆς τοιαύτης ὑποταγῆς ὠφελήθησαν.

Scholion 15.

Humilis non videtur sibi perfecte subjectus esse

Σχόλιον ιε'.

Ὁ ταπεινόφρων οὐ δοκεῖ τελείως ὑποτετάχθαι· ἐ

[69] Psal. cxviii, 106.

Digitized by Google

δὲ τῷ ἰδίῳ θελήματι ποιῶν τι, εἰ καὶ δοκεῖ ὑποτετάχθαι, ὅμως αὐτὸς τὸ φορτίον ἐπιφέρεται.

Σχόλιον ις'.

Κοινὴν ποιεῖται διὰ τῆς ἀπορίας τὴν παρέκπτωσιν τοῦ τε ἀνυποτάκτου μαθητοῦ, καὶ τοῦ μὴ ἐλέγχοντος πατρὸς ἐμφαίνων διὰ τῆς ἀπορίας καὶ τὸν προεστῶτα εἶναι ὑπόδικον.

Ἄλλο.

Ὁ παρασιωπῶν τῶν ὑπηκόων τὰ πταίσματα, ὡς αὐτὸς πράξας κατακριθήσεται.

Σχόλιον ιζ'.

Οὐ δίδοται χώρα τῷ εὐγνώμονι ὑπηκόῳ λογοπραγεῖν τὰς πράξεις τοῦ ποιμένος, ἐπεὶ οἱ δαίμονες εἰς διακρίσεις λογισμῶν τὴν διάνοιαν ῥέμβοντες ἐν σκολιότητι διαπεραίνειν τὴν ἁπλῆν ὑπακοῆς ὁδὸν πανούργως οἱ κακοὶ ὑποβάλλουσι.

Σχόλιον ιη'.

Μετὰ τὴν ἑβδόμην, καὶ οὐχὶ ἐντὸς τῶν ἑπτά· ὅτι πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἐν σαρκὶ ζωὴν διὰ τῆς ἑβδόμης περάνας εἰς ἄμειψιν κατήντησεν ἑτέρου βίου τὸ κατ' ἀξίαν τῶν ἤδη πεπραγμένων ἀντιλαμβάνων, καὶ πρὸ αἰσχύνης τῆς ἐν τῇ ὀγδόῃ, ἤγουν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, ἐν τῷ παρόντι βίῳ αἰσχύνην ὑφιστάμενος, καὶ μένων εἰς τὸ ἑξῆς ἀνεπαίσχυντος.

Ἄλλο.

Περὶ τῶν ἑπτὰ ἡλικιῶν τοῦ ἀνθρώπου. Βρέφος ἀπὸ γεννήσεως μέχρις ἐτῶν δ'· παῖς ἀπὸ ἐτῶν ε', ἕως ιδ'. Μειράκιον ἀπὸ ἐτῶν ιε', ἕως ἐτῶν κβ'· νεανίσκος ἀπὸ ἐτῶν κγ', ἕως ἐτῶν μδ'· ἀνὴρ ἀπὸ ἐτῶν με', ἕως ἐτῶν νς'· γηραιὸς, ἀπὸ ἐτῶν νζ' ἕως ἐτῶν ξς'· πρεσβύτης ἀπὸ ἐτῶν ξζ', ἕως τέλους τῆς ζωῆς αὐτοῦ.

Σχόλιον ιθ'.

Δοκιμάζειν χρὴ, καὶ εἴ τις ἐν ἁμαρτήμασι προληφθείς, ἀνεπαισχύντως ἐξαγορεύει τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, καὶ κατήγορος ἑαυτοῦ γίνεται, ὁμοῦ τε καταισχύνων καὶ ἀποποιούμενος τοὺς τῶν πονηρῶν ἔργων αὐτοῦ συνεργούς, κατὰ τὸν εἰπόντα· *Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν*, καὶ ἀσφάλειαν ἑαυτῷ εἰς τὸν ἑξῆς βίον κτώμενος πρὸς τὸ μηκέτι τοῖς ὁμοίοις πάθεσι περιπεσεῖν.

Τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐρώτησις.

Πῶς κατορθοῖ τις τὸ μῖσος πρὸς τὰ ἁμαρτήματα;

Ἀπόκρισις κ'.

Ἐκ τοῦ ἀηδοῦς ἀεὶ καὶ λυπηροῦ ἀποτελέσματος τὸ μῖσος πρὸς τοὺς αἰτίους τῶν τοιούτων ἐγγίνεται. Ἐὰν οὖν τις πληροφορηθῇ καὶ ὅσων καὶ ἡλίκων κακῶν γίνεται τὰ ἁμαρτήματα αἴτια, αὐτομάτως

et obedire. Qui autem sua voluntate aliquid facit, quamvis videatur sibi obedire et subjectus esse, feret tamen ipse (judicii sui) onus.

Scholion 16.

Communem Climacus culpam et casum facit et discipuli et religiosi moderatoris ipsius, propter spiritus inopiam et inscitiam, docetque religiosum præsidem propter imperitiam seu spiritus inopiam pœnæ obnoxium esse.

95 *Aliud.*

Qui subjectorum delicta per silentium dissimulat (nec castigat) ipsemet tanquam auctor delictorum condemnabitur.

Scholion 17.

Bonæ mentis subditus non sumit sibi tempus et otium quo in vitam et mores sui religiosi patris inquirat, cum non ignoret, quod improbi dæmones mentem per judicia et suspiciones distrahant, ne subjectus per simplicem et rectam obedientiæ viam incedat, sed in obliqua deflectat, suaque non rite peragat.

Scholion 18.

Post hebdomadem, non intra septimum diem, quia tota mortali seu præsenti vita per significationem septem dierum exacta, ad alterius vitæ mercedem properavit, uti pro meritis rerum in hac vita gestarum et ignominia, in illa octava die, seu futuro sæculo præmium accipiat, ut qui in præsenti vita erubuit, deinceps in altera vita non amplius erubescat.

Aliud.

De septem hominis ætatibus agit. Infans est ab die natali usque ad annum 4 expletum, puer a 5 ad 14; adolescens a 15 ad alterum supra 20; juvenis a 23 usque ad 43; vir a quinto et quadragesimo ad quinquagesimum sextum: senex a quinquagesimo septimo usque ad sexagesimum sextum: vetulus ab anno sexagesimo septimo ad finem vitæ ipsius.

Scholion Basilii M. 19.

Examinandus est tiro, etsi peccatis occupatus, abjecto noxio pudore occulta verecundiæ libere exponat, adeoque sui ipsius accusator fiat, simulque pudefaciat socios operum malorum et ipsis valedicat, prout ille dixit: *Discedite a me, omnes qui operamini iniquitatem* [13], ut comparata sibi in reliquam vitam securitate a similibus vitiis deinceps abstineat.

Ejusdem quæstio.

Quomodo odium comparandum sit adversus peccata?

Responsio 20.

Ex acerbo et tristi effectu nascitur odium adversus eos qui causas hujusmodi malorum præbuerunt. Ubi ergo quis exploratum habebit, quot et quantorum malorum causæ sint, **96** sua sponte

[13] Matth. VII, 23.

Digitized by Google

et ex animo odium adversus illa concipit, quemadmodum ostendit Psal. cxvm, qui dixit : *Iniquitatem odio habui et abominatus sum* [66].

Isauci scholion 21.

Fieri nullo modo potest, ut aut peccandi habitum exuas, nisi prius cum illo inimicitias exerceas, aut veniam impetres antequam peccata confitearis : illæ enim sunt veræ humilitatis causæ, hæc vero (confessio inquam) compunctionis, quæ ex verecundia sequitur in corde.

Scholion 22.

Dixit Deus ad Moysen et Aaron : *Si quæ femina aut vir peccatum fecerit, illudque vestro Domino confitebitur, dignamque pœnitentiam egerit, hic acceptus erit Domino* [67].

Aliud.

Rarum seu peregrinum est, et antehac ignotum, quod fieri non soleret. Rarum etiam et peregrinum est, quod admiratione dignum est ; habitus autem peregrinus, est mirifice quidem, sed recens factus.

Basilii Magni interrogatio.

Quid est convitium ?

Responsio 23.

(a) Omne verbum quod eo animo profertur, ut ex eo alter ignominia afficiatur, convitium est, quamvis verbum ipsum non videatur contumeliosum. Atque hoc manifestum est ex Evangelio ubi de Judæis agit, quia maledixerunt ei et dixerunt : *Tu discipulus illius es* [68].

Ejusdem interrogatio.

Quibus ex verbis otiosus sermo judicatur ?

Responsio.

Generatim loquendo omne verbum quod ad destinatam in Domino utilitatem non facit, otiosum est, et tam grave periculum est ejusmodi verbi, ut quamvis ex se bonum sit, quod dicitur, nisi tamen ad ædificationem fidei accommodetur, nequaquam propterea, quod bonum sit, vacet periculo, qui illud locutus est : quippe qui ex eo quod ad ædificationem illud non dixerit, contristasse noscitur Spiritum sanctum Dei. Hoc enim aperte docuit Apostolus, cum dixit : *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus* [67]. Et subjecit illud : *Nolite contristare Spiritum sanctum Dei in* 97 *quo signati estis* [68]. Quam autem grave malum sit contristasse Spiritum sanctum, quid opus est dicere ?

Ejusdem interrogatio.

Quid est otiosus sermo ?

Responsio.

Promissio fidei quæ opere fidei caret. Credit quidem et confitetur Christum, sed feriatur nec facit quod Christus præcepit. Est et alius sermo otiosus, quando quis confitetur, et non emendat peccata καὶ ἐνδιαθέτως ἔχει τὸ πρὸς αὐτὰ μῖσος, οἷον ἔδειξεν ὁ εἰπών· *Ἀδικίαν ἐμίσησα, καὶ ἐβδελυξάμην.*

Ἰσαὰκ σχόλιον κα'.

Ἀδύνατόν τινι τὴν ἕξιν τῆς ἁμαρτίας καταλιπεῖν, πλὴν ἔχθραν κτήσεται· μετ' αὐτῆς, ἢ ἄφεσιν τυχεῖν πρὸ τῆς τῶν πλημμελημάτων ἐξομολογήσεως· ἡ μὲν γὰρ ταπεινώσεώς ἐστιν ἀληθοῦς αἰτία, ἡ δὲ κατανύξεως ἀπὸ αἰσχύνης ἀκολουθούσης τῇ καρδίᾳ.

Σχόλιον κβ'.

Εἶπεν ὁ Θεὸς πρὸς Μωϋσῆν καὶ Ἀαρών· *Εἴ τις γυνὴ ἢ ἀνὴρ ποιήσῃ ἁμαρτίαν, ἐξομολογήσεται δὲ ὑμῶν τῷ Κυρίῳ, καὶ ἀξίως μετανοήσῃ, οὗτος ἔσται δεκτός.*

Ἄλλο.

Ξένον μέν ἐστι, καὶ τὸ τέως ἄγνωστον δὲ καὶ ἀσύνηθες· ἔστι δὲ ξένον καὶ τὸ θαύματος ἄξιον· σχῆμα δὲ ξένον τὸ παραδόξως μὲν, προσφάτως δὲ τελεσθέν.

Τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐρώτησις.

Τί ἐστιν λοιδορία ;

Ἀπόκρισις κγ'.

Πᾶν ῥῆμα ἐκ διαθέσεως τοῦ ἀτιμάσαι λεγόμενον, λοιδορία ἐστὶ, κἂν αὐτὸ τὸ ῥῆμα μὴ δόξῃ εἶναι ὑβριστικόν· καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου λέγοντος περὶ τῶν Ἰουδαίων, ὅτι ἐλοιδόρησαν αὐτὸν καὶ εἶπον· *Σὺ εἶ μαθητὴς ἐκείνου.*

Τοῦ αὐτοῦ ἐρώτησις.

Ἕως ποίων ῥημάτων ἡ ἀργολογία κρίνεται ;

Ἀπόκρισις.

Καθόλου πᾶν ῥῆμα, τὸ μὴ συντελοῦν πρὸς τὴν προκειμένην ἐν Κυρίῳ χρείαν, ἀργόν ἐστι, καὶ τοσοῦτός ἐστι τοῦ τοιούτου ῥήματος ὁ κίνδυνος, ὅτι, κἂν ἀγαθὸν ᾖ τὸ λεγόμενον, μὴ πρὸς οἰκοδομὴν δὲ τῆς πίστεως οἰκοδομῆται, οὐκ ἐν τῇ ἀγαθότητι τοῦ ῥήματος ὁ λαλήσας ἔχει τὸν κίνδυνον, ἀλλ' ἐν τῷ μὴ πρὸς οἰκοδομὴν οἰκονομῆσαι τὸ ῥηθὲν, λυπεῖ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Τοῦτο γὰρ σαφῶς ἐδίδαξεν ὁ Ἀπόστολος εἰπών· *Πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω. Ἀλλὰ τὸ ἀγαθὸν πρὸς οἰκοδομὴν τῆς πίστεως, ἵνα δῷ χάριν τοῖς ἀκούουσι·* καὶ ἐπαγαγών· *Καὶ μὴ λυπῆτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε.* Τὸ δὲ λυπῆσαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅσον ἐστὶ κακὸν, τί δεῖ λέγειν ;

Τοῦ αὐτοῦ ἐρώτησις.

Τί ἐστιν ἀργὸς λόγος ;

Ἀπόκρισις.

Ἐπαγγελία πίστεως ἔργον οὐκ ἔχουσα. Πιστεύει μὲν καὶ ὁμολογεῖ Χριστὸν, ἀλλ' ἀργεῖ μὴ ποιῶν ὁ προσέταξεν. Ἔστι καὶ ἄλλος ἀργὸς λόγος, ὅτε τις ἐξομολογεῖται, καὶ οὐ διορθοῦται, ὅτε μετανοεῖν

[66] Psal. cxvm, 165. [67] Num. v, 6, 7. [68] Joan. ix, 28. [67] Ephes. iv, 29. [68] Ibid. 30.

(a) Reg. brev., p. 330.

Digitized by Google

λέγει, καὶ πάλιν ἁμαρτάνει, καὶ ἡ καταλαλιὰ δὲ ἀργὸς λόγος ἐστίν, ὅτε τις ὁρᾷ τὸν διασύροντα, καὶ σωπᾷ. Καὶ ὁ μὴ ἐλέγχων δὲ μετὰ παῤῥησίας, καὶ οὗτος καταλαλεῖ, ἐπειδήπερ ὃ λαλεῖ οὐκ ἔχει ὑπόστασιν. Καὶ ὁ ἀφ' ἑαυτοῦ ψεῦδος συντιθεὶς, ἀργολογίαν ἐργάζεται, ἐπειδὴ τὸ μὴ πραχθὲν, ἢ ὁραθὲν διηγήσατο. Καὶ ὁ διδάσκων καλὸν ποιεῖν, αὐτὸς δὲ μὴ ποιῶν, ἀργολόγος ἐστίν.

A ta, quando se pœnitentiam agere profitetur, et iterum peccat. Est et detractio sermo otiosus, cum quis videt quod alterum alter laceret et calumnietur, et tacet. Quin et qui detrahentem non libere redarguit, ipse quoque detrahit, quandoquidem quod loquitur non habet rem subsistentem : et qui per se comminiscitur mendacium, otiosum sermonem effutit, quando rem non factam aut visam narrat. Et qui alterum docet quod bonum est, et ipse non facit, ipse otiosus doctor est.

Τοῦ μεγάλου Βασιλείου κδ' περὶ τοῦ μὴ συγκρύπτειν ἁμαρτήματα ἀδελφῶν ἢ ἑαυτῶν.

Πᾶν ἁμάρτημα ἀναφέρεσθαι χρὴ τῷ προεστῶτι, ἢ παρ' αὐτοῦ τοῦ ἡμαρτηκότος, ἢ παρὰ τῶν συνειγνωκότων, ἐὰν αὐτὰ θεραπεῦσαι μὴ δυνηθῶσι, κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Κυρίου προστεταγμένον. Καχία γὰρ B ἰσωπηθεῖσα νόσος ὕπουλός ἐστιν ἐν ψυχῇ. Ὡς οὖν οὐκ ἂν εἴπωμεν εὐεργέτην τὸν ἐγκαταχλείοντα τῷ σώματι τὰ ὀλέθρια, ἀλλὰ μᾶλλον τὸν δι' ὀδύνης καὶ ἀμύξεως εἰς τὸ φανερὸν ἕλκοντα, ὥστε ἢ δι' ἐμέτου ἀποῤῥῖψαι τὸ βλάπτον, ἢ καθόλου διὰ τῆς τοῦ πάθους φανερώσεως εὔγνωστον ὑπάρξαι τὸν τρόπον τῆς θεραπείας. Οὕτω δῆλον ὅτι καὶ τὸ κρύπτειν ἁμαρτίαν συγκατασκευάζειν ἐστὶ τῷ νοσοῦντι τὸν θάνατον· *Κέντρον γάρ ἐστι τοῦ θανάτου ἡ ἁμαρτία*, φησί. Κρεῖσσον δὲ ἔλεγχοι μετὰ παῤῥησίας, κρυπτομένης φιλίας· μήτε οὖν ἄλλος ἄλλῳ συγκρυπτέτω, ἵνα μὴ ἀδελφοκτόνος ἀντὶ ἀδελφοῦ γένηται, μήτε αὐτὸς ἑαυτῷ. Ὁ γὰρ μὴ ἰώμενος ἑαυτὸν, φησὶ, ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, ἀδελφός ἐστι τοῦ λυμαινομένου ἑαυτόν. C

Basilii Magni de non occultandis seu propriis seu alicnis delictis. 24.

Omne peccatum referendum est ad antistitem, sive ab eo ipso qui peccavit sive ab aliis, qui illius conscii sunt, si illud ipsi curare non possint, et eo modo mederi, quo a Domino præceptum est ; quando vitium dissimulatum morbus est in animo oblitescens, et supputrescens. Quemadmodum igitur nullo modo bene de nobis meritum diceremus illum, qui intestina, peste infecta in corpore nostro clauderet, sed illum potius qui cum dolore et cruoris etiam missione per sectionem seu scarificationem ea in apertum extraheret ; quo videlicet aut quod noxium esset per vomitum repelleret, aut in universum per morbi declarationem efficeret, ut modus quoque curationis facilius cognosceretur : ita clarum et certum est, eum qui celat peccatum, ægrotanti mortem procurare, *stimulus enim peccati mors*, inquit Apostolus [c]. Reprehensionem vero seu objurgationes liberas et apertas, utiliores occulta amicitia. Nemo ergo alius alterius peccatum tegat, ne pro fratre fratris fiat homicida, neque suum ipsius ipse. [38] Qui enim se ipse in suis operibus non curat, frater est se ipsum perdentis.

Σχόλιον κε'.

Ἐνταῦθα μὲν ὁ πάμμεγας οὗτος Πατὴρ καὶ ἡ συνήθεια τὴν λέξιν ἐπὶ ψόγου τάσσει. Τοὺς γὰρ αὐθάδεις καὶ ἀπαιδεύτους, καὶ θρασεῖς καὶ ἀλαζόνας, καὶ οἰηματίας, καὶ ὑπερμένους, ἀγερώχους λέγουσιν. Ὁ δὲ Ὅμηρος καί τινες τῶν σοφῶν, τοὺς ἄγαν ἐντίμους ἀγερώχους φασὶν ἀπὸ τοῦ ἄγαν ἐπὶ τὸ γέρας ὀχεῖσθαι. Ἔνιοι δὲ τῶν γλωσσογράφων (a) ἰδίως τοὺς νησιώτας εἶπον ἀγερώχους καλεῖσθαι διὰ τὸ ἐπεισάκτῳ τροφῇ κεχρῆσθαι αὐτοὺς, ἀπὸ ἀγείρειν ὀχὴν, ἤγουν συνάγειν τροφήν· ὀχὴ γὰρ λέγεται τροφὴ παρὰ τοῖς πολλοῖς τῶν σοφῶν, ἐκ τοῦ ἔχειν καὶ διακρατεῖν τὸν ζωόν.

Scholion 25.

Et hic quidem, maximus hic pater, sicut et consuetudo seu usus loquendi vocem hanc (ἀγέρωχον) in malam partem accipit : audaces enim et indoctos et præsidentes et arrogantes, et insolentes et elatos dicunt ἀγερώχους. Homerus (b) vero et alii sapientum valde honoratos (sive heroas) vocant ἀγερώχους ; ab ἄγαν quod est valde, et γέρας honor, et ὀχεῖσθαι, quod valde magno honore evehantur, ἄγαν ἐπὶ τὸ γέρας ὀχεῖσθαι. Nonnulli glossographi docent proprie quosdam insulares dictos ἀγερώχους, eo quod illatis et invectis uterentur alimentis, ab ἀγείρειν ὀχὴν, a corrogando seu colligendo victu. Ὀχὴ enim apud complures doctorum virorum dicitur alimentum, eo quod alat et tueatur vitam animalis.

Βασιλείου μεγάλου κς'.

Δύο σημαίνει ἡ τοῦ πανούργου προσηγορία, καὶ ὁ μὲν [πως] ἐπὶ βλάβῃ ἑτέρων τῇ ἐπινοίᾳ χρώμενος, πονηρός· ὁ δὲ ἐπαινετὸς πανοῦργος, ὁ ὀξέως καὶ συνετῶς τὸ οἰκεῖον ἀγαθὸν ἐξευρίσκων, καὶ τοῖς δολίοις καὶ ἐπιβούλοις παρ' ἑτέρων αὐτῷ βλάβας σκαιωρουμένας ἀποδιδράσκων. D

Basil. Magn. 26.

Astuti appellatio duo significat. . . . . et quidem, qui, quomodo aliis noceat, meditatur, malus est, laudabiliter vero astutus est, qui acute et prudenter bonum suum investigat et deprehendit, atque meditatas sibi per fraudes et insidias aliorum noxas et damna caute declinat.

[c] Rom. vi, 23.

(a) Hesychius

(b) *Iliad.* B, 671.

Digitized by Google

Marci 27.

Qui ærumnas et ignominiam pro veritate tuenda eligit, apostolicam viam ambulat, crucemque tollit catena circumdatus. Qui extra hæc duo, cordi suo obsequi conabitur fallitur animo, inciditque in tentationes, et laqueos diaboli.

Maximi 28.

Quisquis cum religiosis fratribus vivere decresti, statim ab ipso vestibulo et ingressu tuas voluntates abdica, neque enim alio modo vel [apud Deum vel tuos contubernales] divina vel humana pace frui unquam poteris.

Diadochi 29.

Exploratum est obedientiam esse virtutum omnium, quæ ad religiosam vitam viam muniunt principem; retundit enim omnem fastum suique existimationem tollit, humilitatem parit: unde et aditum aperit iis qui prompte eam amplectuntur ad Dei charitatem. **99** Hanc cum Adamus exuisset, se ipse in imum tartarum præcipitem egit. Hanc cum Dominus per susceptam humanitatem redamasset, factus est Patri suo obediens usque ad crucem et mortem [70]. Prima ergo et summa hujus cura habenda est iis qui cum superbiæ spiritu diabolo certamen aggrediuntur. Hæc enim ulterius progrediendo omnes nobis virtutis vias sine ullo errore demonstrabit.

Scholion 30.

Veneratur et observat pater legitimum septennium, dum illo exacto Isidorum a statu pœnitentiæ exsolvit, quo ostendit hoc omnibus mortalibus usu venire, ut præsentem vitam cum labore et dolore exigant, quoad his præsentibus perfuncti ad requiem alterius vitæ perveniant.

Thalassii (*a*) 31.

Optima disciplina seu studium, mala dedisceie.

Marci 32.

Qui futuras ærumnas et labores tollere et exstinguere voluerit, oportet ut præsentes libenter et jucunde perpetiatur. Ita prudenter rem cum re connectens modicis doloribus ingentes molestias declinabit.

Isaaci.

Parva afflictio propter Deum suscepta, aut tolerata, præstat operi magno sine afflictione facto. Quia voluntaria afflictio specimen fidei et charitatis edit; opus vero quietis, quasi ex conscientiæ copia, seu satietate nascitur. Propterea sanctorum in Christum charitas per afflictiones probata fuit, (et non per quietem). Itaque opus sine labore factum sæcularium est justitia, qui ex bonis exterioribus eleemosynam largiuntur, et non ex seipsis lucrum faciunt.

Μαρκου κζ'.

Ὁ κακουχίας καὶ ἀτιμίας ὑπὲρ ἀληθείας αἱρούμενος, ἀποστολικὴν ὁδὸν πορεύεται, τὸν σταυρὸν ἄρας, καὶ τὴν ἅλυσιν περικείμενος. Ὁ δὲ ἐκτὸς τῶν δύο τούτων, τῇ καρδίᾳ προσέχειν πειρώμενος πλανᾶται κατὰ νοῦν, καὶ ἐμπίπτει εἰς πειρασμὸν καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου.

Μαξίμου κη'.

Πνευματικοῖς ἀδελφοῖς συζῆσαι προῃρημένος, τοῖς σοῖς θελήμασι ἀπὸ θυρῶν ἀπόταξαι· οὐ μὴ γὰρ ἑτέρῳ τρόπῳ εἰρηνεῦσαι δυνήσῃ, οὔτε πρὸς Θεὸν, οὔτε πρὸς τοὺς συζῶντας.

Διαδόχου κθ'.

Ἡ ὑπακοὴ πρῶτον ἐν πάσαις ταῖς εἰσαγωγοῖς ἀρεταῖς ὑπάρχειν ἔγνωσται καλόν. Ἀθετεῖ γὰρ τέως τὴν οἴησιν, τίκτει δὲ ἡ μὲν τὴν ταπεινοφροσύνην. Ὅθεν καὶ θύρα γίνεται τοῖς αὐτῆς ἀνεχομένοις ἡδέως τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης. Ταύτην ἀθετήσας ὁ Ἀδὰμ, εἰς τὸν βύθιον ἀπωλίσθησε τάρταρον. Ταύτης ἐραστὴς ὁ Κύριος τῷ τῆς οἰκονομίας λόγῳ ἄχρι σταυροῦ καὶ θανάτου ὑπήκουσε τῷ ἑαυτοῦ Πατρί. Πρώτου οὖν τούτου ἐπιμελεῖσθαι δεῖ τοὺς πρὸς τὴν οἴησιν τοῦ διαβόλου ἀναδεχομένους τὴν πάλην· δείξει γὰρ ἡμῖν αὕτη προϊοῦσα πάσας ἁπλανῶς τὰς τρίβους τῶν ἀρετῶν.

Σχόλιον λ'.

Τιμᾷ ὁ Πατὴρ τὴν νομικὴν ἐπταετίαν, λύσας τοῦ ἐπιτιμίου τὸν Ἰσίδωρον, τούτῳ παραδεικνὺς τὸ ἐπωδύνως τὴν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ζωὴν διέρχεσθαι πάντα ἄνθρωπον συμβαίνειν, μέχρις ἂν τῶν ὧδε ἀπαλλαγεὶς πρὸς τὴν ἐκεῖθεν καταντήσῃ ἀνάπαυσιν.

Θαλασσίου (*a*) *λα'.*

Ἄριστον μάθημά ἐστιν ἀνθρώποις τὸ ἀπομαθεῖν τὰ κακά.

Μάρκου λβ'.

Τὰ μέλλοντα μοχθηρὰ ἀναιρεῖν βουλόμενος, ὀφείλει τὰ ἐνεστῶτα ἡδέως ὑποφέρειν· οὕτω γὰρ νοερῶς συναλλάσσων πρᾶγμα πράγματι, διὰ μικρῶν ὀδυνῶν μεγάλας ἐκφεύξεται.

Ἰσαὰκ ἄλλο.

Θλῖψις μικρὰ διὰ τὸν Θεὸν γινομένη κρείσσων ἐστὶ μεγάλου ἔργου τοῦ ἀθλίπτως τελουμένου. Διότι ἡ ἑκούσιος θλῖψις, τὸ δοκίμιον τῆς πίστεως καὶ τῆς ἀγάπης ἀνατέλλει. Τὸ δὲ ἔργον τῆς ἀναπαύσεως ἐκ τοῦ κόπου τῆς συνειδήσεως γίνεται. Διὰ τοῦτο ἐν θλίψεσιν ἐδοκιμάσθησαν οἱ ἅγιοι ὑπὲρ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐχὶ ἐν ἀνέσει· διότι τὸ χωρὶς κόπου γινόμενον ἔργον, ἡ δικαιοσύνη ἐστὶ τῶν κοσμικῶν, οἵτινες ἐκ τοῦ ἔξωθεν ποιοῦσιν ἐλεημοσύνην, καὶ οὐκ ἐν ἑαυτοῖς κερδαίνουσιν.

[70] Philipp. II, 7, 8.

(*a*) Hic Thalassius est tom. III. *Bibl.*, cujus sunt IV hecatontades, p. 562, sed hic locus non repetitur.

Digitized by Google

Σχόλιον λγ'.

Ὁ τὰ ἐνεστῶτα θλιβερὰ, προσδοκίᾳ τῶν μεταγενεστέρων ἀγαθῶν προσδεχόμενος, γνῶσιν ἀληθείας εὕρηκε, καὶ ὀργῆς, καὶ λύπης ῥᾳδίως ἀπαλλαγήσεται.

Ἰσαὰκ σχόλιον λδ'.

Οἱ ἀγωνισταὶ πειράζονται, ἵνα προσθήσουσι τῷ πλούτῳ αὐτῶν· οἱ χαῦνοι, ἵνα ἐκ τῶν βλαπτόντων ἑαυτοὺς φυλάξωνται· καὶ [οἱ] ὑπνώττοντες, ἵνα εἰς ἐξυπνισμὸν εὐτρεπισθῶσι· καὶ οἱ μακρὰν ὄντες, ἵνα προσεγγίσωσι τῷ Θεῷ· καὶ οἱ οἰκεῖοι, ἵνα ἐν παῤῥησίᾳ εἰσοικισθῶσιν.

Σχόλιον λε'.

Ὅρα πῶς οὐ κενῶς τοῖς κρείττοσι καὶ ἀναβεβηκόσι παραμετρεῖται ἡ ταπείνωσις· ἀλλ' ἐὰν ἐν τοῖς ἤδη βαλοῦσιν ἀρχὴν τελεῖται, τότε πλέον θαυμάζεται.

Μάρκου σχόλιον λς'.

Ὁ ὑποτακτικῷ, ὅπου οὐ δεῖ, ἀντιλέγοντι παραχωρῶν πλανᾷ αὐτὸν ἐν ἐκείνῳ τῷ πράγματι, καὶ τὰς συνθήκας τῆς ὑποταγῆς ἀθετεῖν παρασκευάζει.

Σχόλιον λζ'.

Οὐ μόνον τοὺς διὰ ξίφος θανόντας, καὶ ἐπὶ τυράννων μαρτυρήσαντας στεφανοῖ ὁ Κύριος, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν ἀσκήσει ἢ ἀγάπῃ εὐδοκιμήσαντας. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι διὰ τὸν Κύριον ὑπέμειναν τοὺς αἰκισμούς, οὕτω καὶ οὗτοι διὰ τὸν Κύριον ὑπέμειναν τὴν κακουχίαν, καὶ τὴν ἄσκησιν.

Σχόλιον Μάρκου λη'.

Ὁ ἐν τῇ ὑποταγῇ μίσγων λάθρᾳ τὸ ἑαυτοῦ θέλημα, μοιχός ἐστι, καθὼς ἐν τῇ σοφίᾳ δεδήλωται, καὶ δι' ἔνδειαν φρενῶν ὀδύνας, καὶ ἀτιμίας ὑποφέρει.

Ἄλλο Ἰωάννου Καρπαθίων.

Μηδέποτε ὑποδέχου τὸν ἐν ὑποταγῇ σου λέγοντά σοι· Παράσχου μοι ἐξουσίαν πρὸς ἀρετὴν χρόνον τινά, τὸ ἢ τόδε τὸ πρᾶγμα δοκιμάσαι, καὶ οὕτω κατορθῶσαι. Ὁ γὰρ δὴ οὕτως λέγων, δηλονότι τὸ ἴδιον ἐπιτελεῖ θέλημα, καὶ τῆς βελτίστης ὑποταγῆς τὰς συνθήκας ἀθετεῖ.

Τοῦ Χρυσολόγου σχόλιον λθ.

Οὐ βλάπτει σε θλῖψις, ἀλλ' ὑπομονὴν κατεργάζεται. Ὥσπερ γὰρ τὸ χρυσίον οὐ βλάπτει κάμινος, οὕτως οὐδὲ τὸν γενναῖον διαφθείρει θλῖψις.

Μαξίμου μ'.

Τρία εἰσὶ τάγματα· ἄγγελοι, ἄνθρωποι, δαίμονες. Τὸ μὴ πίπτειν οὐ κατ' οὐσίαν οἱ ἄγγελοι κέκτηνται, ἀλλὰ κατὰ προαίρεσιν· οὐ γὰρ ἀκίνητοι φύσει πρὸς τὸ κακόν εἰσιν· ἐπεὶ οὔτε ὁ Σατανᾶς ἔπεσεν ἄν· ὡς ἐκ φύσεως μὴ δυνάμενος τοῦτο παθεῖν· ἀλλὰ δυσκίνητοι πρὸς τὸ ἐναντίον πεφύκασιν, ὡς καὶ ὁ Θεολόγος λέγει Γρηγόριος. Τοίνυν οὐ κατ' οὐσίαν, ἀλλὰ κατὰ προαιρετικὴν πιστότητα, ἣν οἱ δαίμονες ἐπὶ κακῷ στερεώσαντες, ἔμειναν διὰ τὸ ἀνεπίστροφον ἐν τῇ ἀποστασίᾳ· οἱ δὲ ἄνθρωποι διὰ τὴν ἐπιστροφὴν

Scholion 33.

Quicunque mala imminentia spe futurorum bonorum excipit et tolerat, hic veritatis cognitionem invenit, et nullo negotio ab ira et tristitia liberabitur.

Isaaci scholion 34.

Religiosi certatores tentantur, ut opes suas cœlestes (gratias) augeant : superbi ut ab noxiis sibi caveant, somniculosi **100** ut ad vigilantiam excitentur : Qui remotiores sunt a Deo ut ad illum propius accedant : qui domestici et familiares sunt ut ad majorem Dei familiaritatem admittantur.

Scholion 35.

Adverte quomodo non temere humilitas cum melioribus et perfectioribus comparetur : sed cum jam in quibusdam, qui fundamentum illius posuerunt, perficitur, tunc admirabilior apparet.

Scholion Marci 36.

Qui subdito contradicenti ubi non oportet, cesserit eo ipso, fallit et efficit ut obedientiæ leges contemnat.

Scholion 37.

Non solum gladio cæsos et ab tyrannis martyrio affectos Dominus coronat, sed religiosos etiam athletas aut ascetas, aut ex charitate probatos. Quemadmodum enim illi propter Dominum supplicia pertulerunt, ita hi propter eumdem Dominum omnia vitæ incommoda et labores vitæ religiosæ subierunt.

Ex Marco scholion 38.

Qui obedientiæ miscet propriam voluntatem, adulter est, quemadmodum sapiens docet, et propter mentis inopiam, dolores et ignominias sustinet.

Aliud Joannis Carpathiorum episcopi.

Nunquam tibi subjecti vocem audias cum dicit ; Da mihi potestatem [liberam voluntatem] ad tempus, ad virtutem vel ad hoc illudve negotium probandum, et sic recte agam. Qui enim ita loquitur, suam ipsius voluntatem manifeste sequitur, et optimæ obedientiæ institutum infringit, et optimæ subjectionis fœdera irrita facit.

Chrysologi scholion. 39.

Afflictio non obest tibi, sed patientiam præstat. Quemadmodum ignis auro non nocet, ita generosum animum non corrumpit afflictio.

Maximi 40.

Tres sunt ordines : angeli, homines, dæmones. Non peccare angelorum est, non natura, sed electione : neque enim natura sunt immutabiles seu immobiles ad malum ; neque enim Satanas cecidisset, si per naturam cadere non potuisset. **101** Sed ad contrarium ægre impelluntur : ut Gregorius Theologus testatur. Non ergo ex natura rei peccant, vel non peccant, sed qualitate voluntatis ad eligendum libere, quam electionem dæmones in malo obfirmarunt. et propterea facti immutabiles in

Digitized by Google

apostasia a Deo et defectione manserunt. Homines autem propter mutationem seu conversionem illis meliores sunt; angeli autem vincunt utrosque, quod nunquam a bono averti amplius possint.

Scholion 41.

ἃ ὡς ἔτυχεν ὀφθαλμὸς ἀνθρώπου ἀμελοῦς οὐκ εἶδε, καὶ οὗς ῥᾳθύμου οὐ δέχεται, καὶ ἐπὶ καρδίαν ὀκνηροῦ οὐκ ἀνέβη· πράγματα καὶ ῥήματα τὸν Θεὸν δυνάμενα βιάσασθαι, ἐπιτηδεύματά τε καὶ σχήματα τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν συντόμως κατακάμπτοντα. Τοὺς μὲν τῶν ὑπευθύνων ἐκείνων τῶν ἀνευθύνων παννυχὶ μέχρι πρωΐας ἱσταμένους αἰθρίους, τοὺς πόδας ἀκινήτους ἔχοντας, καὶ τῷ ὕπνῳ ἐλεεινῶς κατακλονουμένους [κατακλωμένους] τῇ βίᾳ ταύτης τῆς φύσεως, καὶ μηδεμίαν ἀνάπαυσιν αὐτοῖς χαριζομένους· ἀλλ' ἑαυτοὺς ἐπιπλήσσοντας καὶ ἀτιμίαις καὶ ὕβρεσι διυπνίζοντας· ἄλλους εἰς οὐρανὸν ἀτενίζοντας, καὶ τὴν ἐκεῖθεν βοήθειαν μετ' ὀδυρμῶν καὶ βοῶν ἐπικαλουμένους· ἑτέρους ἐν (3) προσευχῇ παρισταμένους, καὶ ὄπισθεν ἑαυτῶν καταδίκων δίκην τὰς χεῖρας συνδήσαντας, εἰς γῆν τε τὸ σκοτεινὸν αὐτῶν πρόσωπον κλίναντας, καὶ ἀναξίους ἑαυτοὺς τῆς εἰς οὐρανὸν ἀναβλέψεως καταδικάσαντας, μηδέ τι εἰπεῖν, ἢ φθέγξασθαι, ἢ εὔξασθαι πρὸς Θεὸν, ὑπὸ τῆς τῶν λογισμῶν καὶ τοῦ συνειδότος ἀτιμίας εὐπορουῦντας, μηδὲ πῶς ἢ πόθεν τὴν ἱκεσίαν ποιήσασθαι εὑρίσκοντας, μόνην (4) ψυχὴν ἄλογον, καὶ νοῦν ἄφωνον τῷ Θεῷ παριστῶντας, σκοτίας πεπληρωμένους, καὶ ψιλῆς ἀπογνώσεως· ἄλλους ἐν τῷ ἐδάφει ἐπὶ σάκκου καὶ σποδοῦ καθημένους, καὶ τὸ πρόσωπον τοῖς γόνασι καλύπτοντας, καὶ τὸ μέτωπον εἰς γῆν τύπτοντας· ἑτέρους τὸ στῆθος διαπαντὸς τύπτοντας, καὶ τὴν ἑαυτῶν (ὦ) ψυχὴν καὶ ζωὴν ἀνακαλουμένους. Οἱ μὲν ἐν ἐκείνοις τὸ ἔδαφος τοῖς δάκρυσιν ἔβρεχον· οἱ δὲ δακρύων ἀπορροῦντες ἑαυτοὺς κατέκοπτον (*a*). Οἱ μὲν ὡς ἐπὶ ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς ὠλόλυζον, τὴν συνοχὴν τῆς καρδίας φέρειν μὴ ἰσχύοντες· οἱ δὲ τῇ (6) καρδίᾳ ἔβρυχον, καὶ τῷ στόματι τὸν τοῦ ὀδυρμοῦ ψόφον διεκώλυον. Ἔστι δὲ ὅτε μηκέτι κρατεῖν ἰσχύοντες αἰφνιδίως ἀνέκραζον. Εἶδον ἐγὼ ἐκεῖ τινας ὥσπερ ἑαυτῶν ἐξεστηκότας τῷ ἤθει καὶ τῇ συννοίᾳ ἐνεοὺς τινας τῇ πολλῇ ἀδημονίᾳ γεγονότας ὅλους ἐσκοτισμένους, καὶ ὥσπερ ἀναισθήτους πρὸς πάντα [κα]τὰ τοῦ βίου τυγχάνοντας, τῷ νοῒ λοιπὸν ἐν τῇ ἀβύσσῳ τῆς ταπεινώσεως καταδύσαντας, καὶ τῷ πυρὶ τῆς ἀθυμίας τὰ τῶν ὀφθαλμῶν δάκρυα ἀποτηγανίσαντας· ἄλλους καθημένους σύννους εἰς γῆν νενευκότας, καὶ τὴν ἑαυτῶν κεφαλὴν ἀδιαλείπτως κινοῦντας, καὶ δίκην λεόντων καρδίας καὶ ὀνύχων [ἐγκάτων] βρύχοντας καὶ στένοντας. Οἱ μὲν ἐν ἐκείνοις ἄφεσιν εὐελπίστως παντελῆ ἐπεζήτουν καὶ ηὔχοντο· ἕτεροι ἀναξίους ἑαυτοὺς τῆς ἀφέσεως ἐκ ταπεινώσεως ἀφάτου κατεδίκαζον, καὶ μὴ ἰσχύειν ἀπολογήσασθαι τῷ Θεῷ ἀνέκραζον. Τινὲς μὲν ἐνταῦθα κολασθῆναι, κἀκεῖ ἐλεηθῆναι ἐδυσώπουν τὸν Κύριον· ἕτεροι συντετριμμένοι ὑπὸ τοῦ βάρους τοῦ

A rarer, rogavi sanctum illum præsidem uti mihi liceret sedem illam coram inspicere. Cessit precibus meis ille inclytus cœnobii antistes, quod nollet me ulla ratione offensum. Cum ergo ad locum illum pœnitentium, imo vero ad regionem lugentium (carcerem inquam) venissem (*b*), vidi revera, si fas dicere, quæ, uti solet, hominis ignavi oculus non vidit, et inertis aures non audierunt, quæque in cor pigri non ascenderunt, facta, inquam, et verba quæ Deo quodammodo possint vim inferre; studia et habitus quæ clementiam ipsius statim inflectant. Vidi **116** quosdam ex innocentibus illis reis totas noctes ad usque mane sub dio immotis pedibus stantes, et miserabiliter cum somno et natura luctantes, vique hujus pene fractos, dum nullam sibi penitus quietem indulgerent, imo seipsos B graviter adhuc objurgarent, et convitiis insuper et contumeliis excitarent. Alios cœlum intuentes, et illinc opem cum lamentabili voce gemituque implorantes. Alios item qui in precibus perseverabant, manus post terga sceleratorum ritu revincti vultus alto mœrore confusos humi defigebant, ut qui se indignos judicarent qui cœlum respicerent, nihil ausos loqui, nec illam vocem mittere, nec precari, Deumve præ cogitationum turba et conscientiæ trepidatione et ignominia appellare, non habentes quid et quomodo dicerent, undeque precum exordia ducerent, sed solam animam ratione confusam mentemque Deo, pleni tenebris et subtili quasi desperatione affecti, repræsentantes. Sedebant alii humi C in pavimento super cinerem et saccum, genibusque vultum tegebant, frontibus humum ferientes: alii assidue pectus tundebant, animæ suæ statum primum vitamque præteritam (quam cum virtute traduxerant) revocantes. Ex his ergo alii pavimentum lacrymis inundabant, alii lacrymarum fonte destituti se ipsos diverberabant. Alii tanquam **117** in funere animas suas lamentabantur, nec magnitudinem doloris pectore poterant continere. Alii intus (leonum instar) rugiebant et spiritu fremebant, sed interim strepitum lamentorum reprimebant, quamvis vim doloris nonnunquam non potuerint sustinere, sed repente in apertos clamores eruperint. Spectavi ego ibi quosdam eo corporis habitu D ac sibi ab se ipsis excessissent, et alto mœrore defixi ad stuporem animi et æternum silentium redacti essent, tenebris animi altissimis confusos, et ad omnia vitæ officia velut stupentes et exsensos: cæterum animo ad extremum humilitatis gradum demissos, et igne mœstitiæ lacrymas eliquantes. Spectavi alios qui capitibus in terram promissis

(*a*) Male transtulit hunc locum Camaldulensis, quando illa verba Climaci ἑαυτοὺς ἔκοπτον interpretatus est: *Seipsos miserabiliter lamentabantur*; melius vetus interpres: *Seipsos disciplinis verberabant*, uti et nos *diverberabant*; nam κόπτω et διακόπτω nunquam valet, quod lamentor vel plango, sed κόπτομαι, τὸ μέσον κόπτω, verbum medium aliquando illam vim habet, ut plango vel lamentor significet; κόπτω vel διακόπτω activum nunquam. Adi Gretserum lib. 1. *De disciplinis*, cap. 10. p. 65 et seq. Et *Apologetico*, lib. 1, c. 15, p. 152, *De Disciplinis Græcorum*.

(*b*) Nota operarum lapsum apud Camaldulensem, ubi pro *regionem lugentium* exaratum est, religionem fugientium. Χώρα πενθούντων, est locus seu *regio lugentium*, non *religionem fugientium*; qui tamen multos auctorum passim libros occupavit.

Digitized by Google

meditabundi sedebant, cervicesque assidue motabant, et ex imo pectore et intimis visceribus ritu leonum rugiebant et ingemiscebant. Ex quibus alii veniam omnium delictorum spei pleni petebant et obsecrabant : alii se indignos venia ex altissima humilitate judicabant, nec posse pro delictis suis Deo respondere vociferabantur. Nonnulli ut hic pœnas darent, et ibi gratiam misericordiamque consequerentur, rogitabant. Alii simul oneris conscientiæ gravitate depressi, et supplicia æterna deprecabantur, et indignos tamen se cœlo sincere proclamabant, et dummodo hoc, inquiunt, fiat, sufficit nobis. Vidi illic animas humiles contritas, et oneris pondere depressas, quæ saxa ipsa verbis et vociferationibus **118** precibusque ad Deum fusis ad sensum commiserationis possent flectere. Nutantibus quippe pronisque in terram capitibus dictitabant : Ita sane non ignoramus, sed probe novimus nos deinceps omni pœna et supplicio dignissimos, et merito sane ; non possumus enim præ numero et multitudine peccatorum nostrorum satisfacere, etiamsi totus mundus convocatus nobiscum plangeret. Illud unum rogamus, illud deprecamur, illud deinceps unum obtestamur : *Ne in furore tuo arguas nos, neque in ira tua, sed* misericordiâ *corripias nos* [62]. Satis enim nobis est, si a gravissima tua commination et inexplicabilibus et reconditis suppliciis liberemur. Ut enim omnis prorsus pœna nobis remittatur, veniaque donetur, petere non audemus; qua fronte enim id audeamus, qui votum sanctum violavimus, et post primam culparum omnium gratiam pro singulari tua clementia factam tam fœde inquinavimus? Erat ibi, erat, amici, vere ibi clareque videre Davidis verba ; spectare, inquam, afflictos, et curvatos usque ad finem totius vitæ, qui toto die contristati incedebant [63], olentibus jam et corruptis putrefactisque corporis cicatricibus, ut qui nullam corporis curam haberent, et obliti erant comedere panem suum, et potum aquæ lacrymis et fletu miscebant ; pulverem et cinerem pro pane comedebant. Ossa cuti adhærebant et ipsi tanquam fenum exaruerant [64] : nec aliud apud illos audire erat, quam hujuscemodi voces: Væ, væ miseris nobis, **119** iterumque væ miseris nobis ; merito, merito; parce, parce, Domine. Alii clamitabant : Miserere, miserere. Rursus alii miserabilius : Ignosce, Domine, ignosce, si ullus veniæ locus. Videre erat in illis linguas ardentes et pro ritu canum ex ore promissas. Alii in gravi solis æstu se cruciabant ; alii frigore se torquebant ; alii cum modicum quid aquæ libassent, desierunt, tantum ut ne siti enecarentur ; alii cum panem gustassent duntaxat, illum rursus procul ab se rejiciebant, se indignos dictitantes qui cibum humanum sumerent, qui bestiarum opera exercuissent. Ubi signum apud illos risus? ubi otiosæ

A συνειδότος ὑπάρχοντες, μήτε (7) κολασθῆναι, μήτε τῆς βασιλείας ἀξιωθῆναι εἰλικρινῶς ἔλεγον· Καὶ ἀρκετὸν ἡμῖν, φασὶν, ἔστιν. Ἑώρακα ἐκεῖ ψυχὰς (8) ταπεινὰς [τεταπεινωμένας] καὶ συντετριμμένας, καὶ καταπλαττομένας ὑπὸ τοῦ βάρους τοῦ φορτίου ὑπαρχούσας, καὶ αὐτὴν τὴν τῶν λίθων αἴσθησιν καταν ύξαι δυναμένας, ἐπὶ ταῖς παρ' αὐτῶν πρὸς Θεὸν βοωμέναις φωναῖς καὶ ῥήμασιν· Ἔλεγον γὰρ κάτω εἰς γῆν νενευκότες· Οὕτως οἴδαμεν, οἴδαμεν ὅτι ἄξιοι λοιπὸν πάσης τιμωρίας καὶ κολάσεώς ἐσμεν, καὶ δικαίως· οὐδὲ γὰρ ἐξαρκοῦμεν λοιπὸν πρὸς ἀπολογίαν τοῦ πλήθους τοῦ ἡμετέρου χρέους, οὐδ' ἂν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ὑπὲρ ἡμῶν πανθοῦσαν συγκαλέσωμεν. Ἐκεῖνο δὲ μόνον ἐρωτῶμεν, ἐκεῖνο δυσωποῦμεν, ἐκεῖνο ἱκετεύομεν λοιπόν· *Μὴ τῷ θυμῷ [σου] ἐλέγξῃς*
B *ἡμᾶς, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃ ἡμᾶς.* Ἀλλὰ φειδομένως, καὶ ἀρκετὸν ἡμῖν τῆς πολλῆς σου ἀπειλῆς, καὶ βασάνων ἀνωνύμων καὶ ἀποκρύφων ἐλευθερωθῆναι· εἰς τέλος γὰρ ἄφεσιν αἰτήσασθαι, οὐ τολμῶμεν. Πῶς γὰρ οἱ τὸ ἑαυτῶν ἐπάγγελμα μὴ φυλάξαντες ἄμωμον, ἀλλὰ τοῦτο μετὰ τὴν προτέραν φιλανθρωπίαν, καὶ ἄφεσιν ῥυπώσαντες; Ἦν ἐκεῖ τὰ τοῦ Δαυὶδ ἐναργῶς θεάσασθαι ῥήματα, ταλαιπωροῦντας ἰδέσθαι, καταπλαττομένους ἕως τέλους τῆς ἑαυτῶν ζωῆς· ὅλην τὴν ἡμέραν σκυθρωπάζοντας πορευομένους· πρωσόζοντας καὶ σεσηπμένους (a) σώματος μώλωπας, καὶ ἀνεπιμελήτους ὑπάρχοντας, ἐπιλανθανομένους τοῦ φαγεῖν τὸν ἄρτον αὐτῶν· τὸ δὲ πόμα τοῦ ὕδατος μετὰ κλαυθμοῦ κιρνῶντας· καὶ σποδὸν,
C καὶ τέφραν ἀντὶ ἄρτου ἐσθίοντας· καὶ κεκολλημένα ἔχοντας τὰ ὀστᾶ τῇ σαρκί· καὶ αὐτοὺς ὡσεὶ χόρτος ἐξηραμμένους. Οὐδὲν ἦν ἕτερον παρ' αὐτοῖς ἀκούειν, εἰ μὴ ταῦτα τὰ ῥήματα· Οὐαὶ, οὐαὶ, οἱ μοι, οἱμοι, δικαίως, δικαίως· φεῖσαι, φεῖσαι, Δέσποτα. Οἱ μὲν ἔλεγον· Ἐλέησον, ἐλέησον· οἱ δὲ πάλιν ἔτι ἐλεεινότερον· Συγχώρησον, Δέσποτα, συγχώρησον ἐὰν ἐνδέχεται. Ἦν ἐν ἐκείνοις γλώσσας φλεγομένας ἰδέσθαι, καὶ δίκην κυνῶν τοῦ στόματος προβαλλομένας. Οἱ μὲν ἐν τῷ καύσωνι ἑαυτοὺς ἐτιμώρουν· οἱ δὲ ἐν τῷ ψύχει ἑαυτοὺς ἐβασάνιζον. Ἔνιοι μὲν μικρὸν τοῦ ὕδατος ἀπογευόμενοι, ἐπαύοντο, ὅσον μόνον μὴ ἐκ δίψης ἀποθνήσκειν· οἱ δὲ τοῦ ἄρτου μικρὸν μεταλαμβάνοντες, τοῦτον τῇ χειρὶ μακρὰν ἀπέῤῥιπτον, ἀναξίους ἑαυτοὺς λέγοντες λογικῆς βρώσεως
D ὡς τὰ τῶν ἀλόγων διεσπραξαμένους. Ποῦ ἐν ἐκείνοις γέλωτος ἐμφάνεια; ποῦ ἀργολογία; ποῦ θυμός; ποῦ ὀργή; Οὐδὲ εἰ ἔστιν ὀργὴ παρ' ἀνθρώποις λοιπὸν ἠπίσταντο· τοῦ πένθους εἰς τέλος τὸν θυμὸν ἀπολέσαντος. Ποῦ ἀντιλογία; ποῦ ἐορτή; ποῦ παῤῥησία; ποῦ θεραπεία σώματος; ποῦ ἴχνος κενοδοξίας; ποῦ τρυφῆς λοιπὸν ἐλπίς; ποῦ οἴνου ἔννοια; ποῦ ὀπώρας γεῦσις; ποῦ χύτρας παράκλησις; ποῦ λάρυγγος γλυκασμός; Πάντων γὰρ τούτων λοιπὸν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι ἡ ἐλπὶς παρ' ἐκείνοις ἐσβέσθη. Ποῦ ἐν ἐκείνοις μέριμνα ἐπιγείου τινός; ποῦ κρῖναί τινα

[62] Psal. vi, 2. [63] Psal. xxxvii, 7. [64] Psal. ci, 5 et 12.

(a) Τοῖς σεσηπμένοις τοῦ σώματος μώλωψι.

Digitized by Google

ἀνθρωπων; Οὐδαμοῦ. Ταῦτα ἦν παρ' ἐκείνοις διηνεκῶς τὰ λεγόμενα καὶ βούμενα πρὸς Κύριον. Οἱ μὲν τὸ στῆθος ἰσχυρῶς κρούοντες, ὥσπερ ἐν τῇ τοῦ οὐρανοῦ πύλῃ ἱστάμενοι, πρὸς Θεὸν ἔλεγον· Ἄνοιξον ἡμῖν, δικαστά, ἄνοιξον ἡμῖν, ἐπειδὴ ἁμαρτίαις ἐκλείσαμεν ἑαυτοῖς, ἄνοιξον ἡμῖν. Οἱ δὲ ἔλεγον· *Ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου μόνον, καὶ σωθησόμεθα. Ἄλλος πάλιν· Ἐπίφανον τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις ταπεινοῖς.* Ἕτερος· *Ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου, Κύριε, ὅτι ἀπολώλαμεν, ὅτι ἀπεγνώκαμεν, ὅτι ἐξελ[ε]λίπομεν σφόδρα.* Οἱ μὲν ἔλεγον· Εἰ ἄρα ἐπιφάνοι Κύριος τοῦ λοιποῦ ἐφ' ἡμᾶς· ἕτεροι δέ· *Ἆρα διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν τὸ χρέος τὸ ἀνυπόστατον;* Ἄλλος· *Ἆρα παρακληθήσεται Κύριος τοῦ λοιποῦ ἐφ' ἡμᾶς;* ἆρα ἀκουσόμεθα αὐτοῦ λέγοντος ἡμῖν τοῖς ἐν δεσμοῖς ἀλύτοις· *Ἐξέλθετε· καὶ τοῖς ἐν τῷ ᾅδῃ τῆς μετανοίας· Συγχωρήθητε;* *Ἆρα εἰσῆλθεν ἡ κραυγὴ ἡμῶν εἰς τὰ ὦτα Κυρίου;* Πάντες δὲ ἐκάθηντο ἀεὶ ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῶν ὁρῶντες τὸν θάνατον, καὶ λέγοντες· Ἆρα τί τὸ ἀποβησόμενον· ἆρα τίς ἡ ἀπόφασις; ἆρα τί τὸ τέλος ἡμῶν; ἆρα ἔστιν ἀνάκλησις; ἆρα ἔστι συγχώρησις τοῖς σκοτεινοῖς, τοῖς ταπεινοῖς, τοῖς καταδίκοις; ἆρα ἴσχυσεν ἡμῶν ἡ δέησις εἰσελθεῖν ἐνώπιον Κυρίου; ἢ ἀπεστράφη δικαίως τεταπεινωμένη καὶ κατηφιγμένη; ἆρα δὲ εἰσελθοῦσα, πόσον ἐξευμενίσατο; πόσον ἤνυσεν; πόσον ὠφέλησε; πόσον ἐνήργησεν; ἐπειδὴ ἐξ (9) ἀκαθάρτων στομάτων καὶ σωμάτων ἀνεπέμφθη, καὶ οὐ πολλὴν τὴν ἰσχὺν κέκτηται. Ἆρα εἰς τέλος διήλλαξε τὸν κριτήν; ἆρα μερικῶς; ἆρα κατὰ τὸ ἥμισυ τῶν μωλώπων; μεγάλοι γὰρ οὗτοι ὄντως, καὶ πολλῶν ἰδρώτων καὶ μόχθων δεόμενοι. Ἆρα ἐπλησίασαν ἡμῖν οἱ ἡμῶν φύλακες, ἢ ἔτι πόρρω ἀφ' ἡμῶν ὑπάρχουσιν; Ἐκείνων γὰρ μὴ ἐγγιζόντων πρὸς ἡμᾶς, πᾶς ὁ κόπος ἡμῶν ἀνωφελὴς καὶ ἀνόνητος· οὐ γὰρ ἔχει δύναμιν παῤῥησίας ἡ προσευχὴ ἡμῶν, οὐδὲ πτερὸν καθαρότητος εἰσελθεῖν πρὸς Κύριον, εἰ μή τί γε οἱ ἄγγελοι ἡμῶν προσεγγίσαντες ἡμῖν, ταύτην λαβόντες Κυρίῳ προσενέγκωσιν. Οἷα δὲ [Οἱ δὲ] πολλάκις καὶ πρὸς ἀλλήλους διηπόρουν, καὶ ἔλεγον· Ἆρα, ἀδελφοί, ἀνύομεν; ἆρα τυγχάνομεν τῆς αἰτήσεως; ἆρα δέχεται πάλιν; ἆρα ἀνοίγει; Οἱ δὲ ἕτεροι πρὸς ταῦτα ἀπεκρίνοντο· Τίς οἶδεν, ὡς εἶπον οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν οἱ Νινευῖται· Μή πως μεταμεληθήσεται Κύριος; Καὶ κἂν τῆς πολλῆς κολάσεως λυτρώσηται ἡμᾶς, ὅμως ἡμᾶς τὸ ἐφ' ἡμῖν ποιήσωμεν. Καὶ ἐὰν ἀνοίξῃ, εὖ καὶ καλῶς· ἐπεὶ εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ ἀποκλείσας ἡμῖν δικαίως. Πλὴν (10) ἐπιμείνωμεν κρούοντες, ἕως τέλους τῆς ζωῆς ἡμῶν· ἴσως τῇ πολλῇ ἡμῶν ἀναιδείᾳ ἀνοίξει ἡμῖν. Διὸ καὶ ἑαυτοὺς διεγείροντες, ἔλεγον· Δράμωμεν, ἀδελφοί, δράμωμεν· δρόμου γὰρ χρεία καὶ δρόμου, ἐπειδὴ τῆς καλῆς ἡμῶν συνοδίας ἀπελείφθημεν· δράμωμεν μὴ φειδόμενοι ταύτης τῆς ῥυπαρᾶς καὶ μοχθηρᾶς σαρκὸς ἡμῶν· ἀλλ' ἀποκτείνωμεν αὐτὴν, ὡς ἀπέκτεινεν ἡμᾶς, ὥσπερ καὶ ἐποίουν οἱ μακάριοι ὑπεύθυνοι. Ἐν

A fabulæ? ubi subitus furor aut ira apud quos jam nesciebatur utrum adhuc inter homines ullus esset iræ locus? adeo luctus æternus omnem in illis iræ motum exstinxerat. Ubi verborum concertatio? ubi feriæ? ubi nimia loquendi libertas? ubi cura corporis? ubi vestigium vanæ gloriæ? ubi deinceps deliciarum spes? ubi de vino cogitatio? ubi vel pomi gustatio? ubi culinæ et ollæ solatium? ubi gulæ illecebra? omnium horum deinceps in omni præsenti vita spes apud illos penitus sublata et deleta erat. Ubi cura inter illos ulla rerum humanarum? ubi judicandi quemcunque alium libido? Nusquam. Sed hæc apud illos perpetuo ingeminabantur, hæc ad Dominum illi vociferabantur. Alii quippe pectus graviter tundentes, perinde ac si ad cœli starent B limina ad Dominum clamitabant: Aperi nobis, judex, **120** aperi nobis, quando nobis ipsi peccatis nostris fores cœli occlusimus, aperi nobis. Alii dictitabant: *Ostende nobis* solum *faciem tuam, et salvi erimus* [88]. Alius: *Illuminare his* miseris *qui in tenebris et umbra mortis sedent* [89]. Alius: *Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, Domine, quoniam perimus, quia desperavimus, quia defecimus valde* [90]. Alii dicebant: An Dominus iterum apparebit super nos? Alii vero: *Num transivit anima nostra æquam debili intolerabilem* [91]? Alius: *Num consolabitur Dominus iterum super nos* [92]? Putasne audiemus Dominum dicentem nobis vinculis insolubilibus astrictis: *Exite;* et qui in carcere pœnitentiæ sedetis, *Laxamini* a delictis [93]. *An penetravit clamor noster ad aures ejus* [94]? Omnes porro sessitabant præ C oculis semper mortem defigentes. Ecquid, inquiebant, nobiscum fiet? quæ sententia in nos proferetur? quis finis vitæ nostræ? Eritne reditus ab exsilio in cœlestem patriam? Eritne spes veniæ tenebris confusis, abjectis, reis? potuitne deprecatio nostra ad conspectum Domini pervenire? An merito rejecta est, abjecta et cum ignominia repudiata? Utrum admissa potuit aliquantulum judicem placare? quantum profecit? quantum profuit? quid effecit? quando ex impuro ore et corpore effusa est, non magnam profecto vim habuerit. An judicem nobis penitus reconciliavit? an parum et aliquantulum duntaxat? An dimidia vulnerum pars tantum D curata: nam ingentia profecto multo sudore et ingenti labore egent. **121** Num angeli custodes ad nos tandem redierunt? an adhuc procul a nobis absunt? Nam quandiu illi dedignantur ad nos accedere, omnis conatus et labor noster inanis et inutilis est nobis: nec enim spes est libertatis, nec vim confidentiæ habent preces nostræ, nec castum alarum remigium, quibus evolare possint ad Dominum, nisi angeli nostri nobis iterum familiares has a nobis oblatas Domino repræsentent. Alias sæpenumero subdubitantes inter se quærebant, Proficimus aliquid, fratres? potiemurne voto nostro? Ad-

[88] Psal. LXXIX, 20. [89] Luc. I, 79. [90] Psal. LXXVIII, 8. [91] Psal CXXIII, 5. [92] Job. XLII, 11. [93] Isa. LII, 11. [94] Job. XXX, 20.

Digitized by Google

mittitne preces nostras iterum? iterumne aperit nobis? Ad quæ alii : Quis, inquiunt, novit, ut olim fratres nostri Ninivitæ dicebant [22] : An convertatur Dominus, et ab immani illa pœna nos liberet? Ut ut sit, nos nostrum faciamus officium. Et si quidem aperuerit nobis, bene est. Sin aliud visum illi ; nihilominus benedictus Dominus Deus, qui merito nos exclusit. Enimvero perseveremus pulsando usque ad finem vitæ nostræ, fortasse propter importunitatem et impudentiam nostram aperiet nobis. Ergo se ipsos excitando dicebant : Curramus, fratres, curramus. Opus est enim cursu, et contentissimo cursu, quando sanctam societatem nostram deseruimus. Curramus, neque impuro et ærumnoso corpori nostro parcamus, sed mactemus carnem nostram, quemadmodum illa mactavit animas nostras : quod et faciebant beati illi ad illum carcerem damnati. Erat videre in illis genua, quæ ex assidua geniculationum consuetudine callum obduxerant : oculos exesos et depiles, altosque in sinus capitis recedentes : genas **122** habebant saucias, et ardore ferventium lacrymarum adustas : vultusque pallentes et emaciatas facies, nihil a mortuis, si conferres, differentes; pectora plagarum ictibus liventia, et e crebris pugnorum verberibus cruenta, sanguinis ex pectore rejecta sputa. Ubi illic lectus quieti positus? ubi mundities, et adversus frigora vestis munimentum? Rupta et lacera omnia et inquinata, sordibusque verminum scatentia. Nihil ad horum patientiam obsessorum a dæmonibus vexatio; nihil mortuorum luctus; nihil in exsilio degentium calamitas; nihil supplicium parricidarum; nihil revera illorum pœnæ, et inflicta tormenta ad voluntariam horum castigationem et carnificinam. Rogo, fratres, nolite putare me vobis fabulas narrare. Rogabant illi sæpe eximium suum moderatorem et judicem, pastorem, inquam, et angelum inter homines versantem, et petebant uti collum numellis et cæteris, manicis brachia constringerentur, pedes lippo et robore reorum ritu includerentur, nec prius inde expedirentur, donec sepulcro inferrentur, imo nec sepulcro se dignabantur. Nequaquam enim, nequaquam reticebo, et hanc vere sanctorum illorum miserandam humilitatem, et humillimam in Deum charitatem ac pœnitudinem. Quando ergo aliqui per mortem ad Dominum erant profecturi, ad inexorabile judicis tribunal sistendi, tum ex inclytis illis in loco illo pœnitentiæ degentibus civibus, quando quis ex illis se in **123** valetudinario depositum videbat, præsidem illum eximium per jusjurandum rogabat, ne se communi hominum sepultura dignaretur, sed more pecudum, vel in flumen abjiceret, vel feris in agro devorandum exponeret. Quod horum antistes, prudentiæ lumen, precibus illorum obsecutus sæpenumero fecit, jussitque omni exsequiarum, et precum funerarium honore privatos foras projici. Sed enim

A ἐκείνοις ἐωρᾶτο γόνατα ἐπεσκληκότα τῷ πλήθει τῶν μετανοιῶν· οἱ ὀφθαλμοὶ ἐκτακέντες καὶ ἔσω που εἰς βάθος δεδυκότες· τριχῶν ἀπεστερημένοι, παρειὰς κεκτημένοι (11) πεπληγμένας, καὶ περιπεφλεγμένας τῇ ζέσει τῶν πολλῶν δακρύων· πρόσωπα καταμεμαρασμένα καὶ ὠχρά, μηδὲν ἐν συγκρίσει νεκρῶν διαφέροντα· στήθη ταῖς πληγαῖς ἀλγοῦντα καὶ αἱμάτων πτύελοι ἐκ τῶν ἐν τῷ στήθει πυγμῶν ἐκπεμπόμενοι. Ποῦ ἦν ἐκεῖ στρωμνῆς κατάστασις; ποῦ ἐνδύματος καθαρότης ἢ στερεότης; Ἀλλὰ διερρηγμένα καὶ ῥυπῶντα, καὶ ὑπὸ τοῦ φθειρὸς ἐπικεκαλυμμένα. Τί πρὸς ἐκείνους ἡ τῶν δαιμονώντων κακοπάθεια; τί ἡ τῶν νεκροὺς πενθούντων; τί ἡ τῶν ἐν ἐξορίᾳ διαγόντων; τί ἡ τῶν ἐπὶ φόνοις καταδίκων; Οὐδὲν ὄντως ἡ ἐκείνων βάσανος, καὶ τιμωρία ἀκούσιος, πρὸς

B τὴν τούτων ἑκούσιον. Καὶ μὴ μύθους τὰ εἰρημένα λογίσησθε, ἐρωτῶ, ἀδελφοί. Ἐδυσώπουν πολλάκις τὸν κριτὴν τὸν μέγαν ἐκεῖνον, τὸν ποιμένα λέγω, τὸν ἄγγελον ἐν ἀνθρώποις· καὶ παρεκάλουν σίδηρα καὶ κλοιὰ ἐν χερσὶ καὶ τραχήλῳ περιθέσθαι· καὶ τοὺς πόδας ἐν τῷ τῶν πασχόντων κατασφαλισθῆναι ξύλῳ, καὶ μὴ πρότερον ἐκεῖθεν λυθῆναι, ἄχρι λοιπὸν τὸ μνῆμα διαδέξεται, πλὴν οὐδὲ τὸ μνῆμα. Οὐ μὴ γάρ, οὐ μὴ κρύψω οὐδὲ ταύτην αὐτῶν τῶν μακαρίων ὄντως ἠλεημένην ταπείνωσιν, καὶ συντετριμμένην πρὸς Θεὸν ἀγάπην καὶ μετάνοιαν. Μέλλοντες τοίνυν πρὸς Κύριον πορεύεσθαι, καὶ τῷ ἀδεκάστῳ βήματι παρίστασθαι, καλοὶ ἐκεῖνοι τῆς χώρας τῆς μετανοίας πολῖται, ὁπηνίκα τις αὐτῶν ἐν τῷ (12) παντὶ ἐθεώρει

C ἑαυτὸν, τοῦτο διὰ τοῦ προεστῶτος αὐτῶν ἐδυσώπει μεθ' ὅρκων τὸν μέγαν, τοῦ μὴ καταξιωθῆναι αὐτὸν ἀνθρωπίνης ταφῆς, ἀλλὰ ἀλόγου, ἢ ἐν τῷ ῥείθρῳ τοῦ ποταμοῦ, ἢ ἐν τῷ ἀγρῷ τοῖς θηρίοις παραδοθῆναι· ὅπερ πολλάκις καὶ ὑπήκουσεν [ἐποίησεν ὑπακούσας] ὁ τῆς διακρίσεως λύχνος, ψαλμῳδίας τε πάσης καὶ τιμῆς ἐστερημένους ἐξυδιάζεσθαι κελεύων. Οἷον δὲ καὶ τὸ θέαμα φοβερὸν καὶ ἐλεεινὸν τῆς ἐκείνων ἐσχάτης ὥρας· ὁπόταν γὰρ οἱ συγκατάδικοι τὸν προπορευόμενον τελειοῦσθαι μέλλοντα ἤσθοντο, ἔτι τοῦ νοὸς ἐῤῥωμένου περιεκύκλουν καὶ διῳῶντες, καὶ πενθοῦντες ἐλεεινοτάτῳ ἤθει καὶ σκυθρωπῷ λόγῳ τὴν κεφαλὴν σείοντες τὴν ἑαυτῶν [τὰς ἑαυτῶν κεφαλάς], ἠρώτων τὸν ἐκλείποντα· καὶ καιόμενοι τῇ συμπαθείᾳ τῇ

D πρὸς αὐτὸν ἔλεγον· Τί ἐστιν, ἀδελφὲ καὶ συγκατάδικε, πῶς; τί λέγεις; τί ἐλπίζεις; τί ὑπολαμβάνεις; Ἥνυσας ἐκ τοῦ (13) κόπου τὸ ζητούμενον, ἢ οὐκ ἴσχυσας; Ἠνοίξας, ἢ ὑπεύθυνος ἔτι ὑπάρχεις; Ἐφθασας, ἢ οὐκ ἐπέτυχες; Ἐλαβές τινα πληροφορίαν, ἢ ἄδηλον ἔχεις τὴν ἐλπίδα; Εἴληφας ἐλευθερίαν, ἢ κλονεῖται καὶ ἀμφιβάλλει ἔτι ὁ λογισμός; Ἤσθου τινὸς ἐν τῇ καρδίᾳ φωτισμοῦ, ἢ ἐσκοτισμένη ἔτι καὶ ἠτιμωμένη ὑπάρχει; Ἐγένετό τις ἐν σοὶ φωνὴ λέγουσα ἔνδον· *Ἴδε ὑγιὴς γέγονας· ἢ, Ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι· ἢ, Ἡ πίστις σου σέσωκέ σε;* ἢ ἆρα ἔτι ἐκείνης ἀκούεις τῆς λεγούσης· *Ἀποστρεφήτωσαν οἱ ἁμαρτωλοὶ εἰς τὸν ᾅδην· καὶ· Δήσατε χεῖρας καὶ πόδας· καὶ· Ἀρθήτω ὁ ἀσεβὴς, ἵνα*

[22] Jon. III, 9.

Digitized by Google

μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν Κυρίου; Τί λέγεις ἁπλῶς, ἀδελφέ; εἰπὲ ἡμῖν, δυσωποῦμεν, ἵνα καὶ ἡμεῖς γνῶμεν, ἐν ποίοις μέλλομεν ἔσεσθαι· σοῦ γὰρ λοιπὸν ὁ καιρὸς ἐκλείσθη, καὶ ἄλλον οὐχ εὑρήσεις ἔτι εἰς τὸν αἰῶνα. Πρὸς ταῦτα, οἱ μὲν τῶν κοιμωμένων, *Εὐλογητὸς Κύριος*, ἀπεκρίνοντο, *ὃς οὐκ ἀπέστησε τὴν προσευχήν μου, καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀπ' ἐμοῦ*. Οἱ δὲ πάλιν· *Εὐλογητὸς Κύριος, ὃς οὐκ ἔδωκεν ἡμᾶς εἰς θήραν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν*. Οἱ δὲ ἐκείνῳ ἐνωδύνως; ἔλεγον· *Ἆρα διέλθῃ ἡ ψυχὴ ἡμῶν τὸ ὕδωρ τῶν πνευμάτων τοῦ ἀέρος τὸν ἀνυπόστατον*; Μὴ θαῤῥοῦντες ἀκμὴν, ἀλλὰ ἀποσκοποῦντες τί ἐν τῷ λογοθεσίῳ ἐκείνῳ γίνεται. Ἕτεροι δὲ τούτου ἐνωδυνηρότερον ἄλλο ἀπεκρίναντο, καὶ ἔλεγον· Οὐαὶ ψυχῇ, τῇ μὴ φυλαξάσῃ τὸ ἐπάγγελμα ἄμωμον, ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ καὶ μόνῃ γνώσεται τί αὐτῇ ἡτοίμασται· ἐγὼ δὲ ταῦτα ἑωρακώς τε παρ' ἐκείνοις καὶ ἀκηκοὼς, μικροῦ δεῖν ἑαυτοῦ ἀπογινώσκειν ἔμελλον, ὁρῶν τὴν ἑαυτοῦ [ἐμαυτοῦ] ἀδιαφορίαν, καὶ συγκρίνων ταύτην πρὸς τὴν ἐκείνων κακοπάθειαν. Οἷα γὰρ ἦν καὶ αὐτὴ ἡ τοῦ τόπου κατάστασις καὶ κατοίκησις; Ὅλη σκοτεινὴ, ὅλη δυσώδης, ὅλη ῥυπῶσα καὶ αὐχμηρά. Φυλακὴ γὰρ καὶ καταδίκη εὐλόγως προσωνόμασται· ὡς καὶ αὐτὴν τὴν τοῦ χώρου ὄψιν μεταγνοίας πάσης καὶ πένθους ὑπάρχειν διδάσκαλον. Ἀλλὰ τὰ ἑτέροις δυσχερῆ καὶ ἀκατάδεκτα, τοῖς ἐξ ἀρετῆς καὶ πνευματικοῦ πλούτου ἐκπεπτωκόσι προσηνῆ καὶ εὐπαράδεκτα τυγχάνουσι. Ψυχὴ γὰρ παῤῥησίας προτέρας ἐστερημένη, καὶ ἐλπίδος ἀπαθείας ἐκπεσοῦσα, καὶ σφραγῖδα ἀγνείας διανοίξασα, καὶ πλούτου χαρισμάτων συληθεῖσα, θείας τε παρακλήσεως; ἀλλοτριωθεῖσα, καὶ συνταγὴν Κυρίου ἀθετήσασα, πυρὸς καλοῦ δακρύων ψυχικῶν ἀποσβεσθεῖσα, καὶ τῇ τούτου μνήμῃ πληττομένη, καὶ ἐνωδύνως νυσσομένη, οὐ μόνον τοὺς προειρημένους πόνους μετὰ πάσης καταδέξεται προθυμίας, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὴν ἀναιρεῖν εὐσεβῶς δι' ἀσκήσεως ἐπιτηδεύσει· εἰ ἄρα καὶ ἔστιν ἐν αὐτῇ ἐγκατάλειμμα σπινθῆρος ἀγάπης, ἢ φόβου Κυρίου. Οἷοι ὄντως ὑπῆρχον οἱ μακάριοι οὗτοι· ταῦτα γὰρ ἐν (15) νῷ ἔχοντες, καὶ ὕψος οὗ ἐκπεπτώκασιν εἰς νοῦν λαμβάνοντες, ἔλεγον· *Ἐμνήσθημεν ἡμερῶν ἀρχαίων*, τοῦ πυρὸς ἐκείνου τῆς ἡμετέρας σποδῆς. Ἄλλοι πρὸς τὸν Θεὸν ἐβόων· *Ποῦ εἰσὶ τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα, Κύριε, ἃ ἔδειξας τῇ ψυχῇ ἡμῶν ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου*; *Μνήσθητι τοῦ ὀνειδισμοῦ καὶ τῶν μόχθων τῶν δούλων σου*· (16) ἕτερος· *Τίς ἂν με θείη κατὰ μῆνας ἡμερῶν τῶν ἔμπροσθεν, ὧν με ἐφύλαττεν ὁ Θεὸς, ὅτε ἠύγει ὁ λύχνος τοῦ φωτὸς αὐτοῦ ὑπὲρ κεφαλῆς τῆς καρδίας μου*; πῶς τε τῶν προτέρων αὐτῶν ἐμνημόνευον κατορθωμάτων, καὶ ταῦτα δίκην νηπίων (*a*) τεθνηκότων [θρηνούντων, vel τέκνων] ἀπ-

extrema vitæ hora cuipiam imminente, tum vero quale, et quam tremendum miserandumque spectaculum videres. Nam quando socii pœnitentiæ, aliquem præcedere se ad mortem sensere, sibi adhuc præsentem et sentientem, omnes in orbem circumstabant, sitique æstuantes et luctu mœrentes, ardentesque desiderio miserabili oris habitu, tristique sermone capita agitantes, jam deficientem summa commiseratione prosecuti cogitabant: Quid est, frater et commilito noster, quomodo habes? quid dicis? quid tibi spei superest? quid sentis? assecutusne es quod tanto labore quæsisti? an nondum etiam? Ingressus es portum salutis, an adhuc fluctuaris animo? attigisti metam, an aberrasti? Concepistine certam veniæ spem an adhuc in ancipiti B salus tua pendet? donatusne es libertate, an adhuc tumultuantur, et torquent te cogitationes tuæ? illustratane mens tua est cœlesti lumine, an adhuc confusa tenebris, et ignominia hæret in nocte? accepistine vocem aliquam tibi in corde respondentem: *Ecce sanus factus, es* [93]; aut, *Remittuntur tibi peccata tua* [94]; aut, *Fides tua te salvum fecit* [95]; aut, fortasse illam terribilem adhuc sententiam audis, **124** *Convertantur peccatores in infernum* [96]; et: *Ligate manus et pedes ejus* [97]; et: *Tollatur impius, ne videat gloriam Domini* [98]. Quid respondes omnino, frater, die nobis, obsecramus te, ut et nos sciamus, quæ nos sors exspectet. Tuum quippe vitæ tempus jam effluxit, quod in omnem æternitatem non redibit. Ad hæc alii morientium dixere: *Benedictus* C *Dominus qui non amovit orationem meam, et misericordiam suam a me* [99]. Alii vero iterum: *Benedictus Dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum* [99]. Alii autem admodum dolenter respondebant: Forsitan pertransivit anima nostra aeriarum potestatum intolerabilem aquam [1]? Incerti adhuc salutis et anxie cogitantes, quid in illo tremendo judicii tribunali futurum esset. Alii vero multo hoc tristius responderunt: Væ, inquiebant, animæ, quæ voti sui professionem non inviolatam custodivit: hac in hora et sola experietur quid illi sit paratum. Hæc ego cum apud illos coram spectassem et audissem, parum abfuit quin meam negligentiam cum illorum patientia et afflictione comparando, desperarem. Nam qualis non erat ipsius D loci aspectus habitatio! Tota domus obscura et tenebricosa, tota olens et fetens, tota sordida et squalida. Carcer enim et damnatorum ergastulum, non immerito appellata est. Adeo ut solius loci contemplatio spectatorem ad pœnitentiam et luctum incitaret. Enimvero quæ aliis **125** gravia et intolerabilia videntur, hæc iis, qui virtutis et cœlestium

[93] Joan. v, 14. [94] Matth. ix, 2. [95] Luc. xviii, 42. [96] Psal. ix, 18 [97] Matth. xxii, 13. [98] Psal. xxiv, 4. [99] Psal. lxv, 20. [99] Psal. cxxiii, 6. [1] ibid. 5.

(*a*) Omnia Græca exemplaria mss. habent, νηπίων τεθνηκότων, sed mortui non plorant. Proinde rescripserim pro νηπίων τεθνηκότων, νηπίων τέκνων (vocantur enim νήπια τέκνα) vel θρηνούντων sed τέκνων magis arridet, cui scriptura, similitudo vocis et syllabarum favet: accedit, quod νήπιος, vox nobilis sit, ut νήπιος παῖς, etc.

Digitized by Google

gratiarum jacturam fecerunt, prona faciliaque sunt, et prompte suscipiuntur. Anima quippe, quæ a priori Dei familiaritate et fiducia repulsa est, et spe beatæ tranquillitatis recuperandæ excidit, signumque castitatis violavit, et thesauro divinarum gratiarum spoliata est, cœlestique consolatione privata, pactum Domini rescidit, et ignem præstantem lacrymarum spiritualium exstinxit, dum horum omnium memoria percellitur, et ingenti dolore lancinata convulneratur, non solum commemoratus supra labores promptissime suscipit, sed scipsam religiosis exercitationibus pie mactare conatur. Si tamen ullæ sunt in illa reliquiæ, et scintillæ divini amoris ac timoris Domini. Tales erant reipsa beati isti. Hæc enim animo versantes, et altissimum virtutis gradum, ex quo delapsi sunt, apud se reputantes, identidem dicebant: *Memorati sumus dierum antiquorum* [a], ardentisque illius virtutis nostræ. Alii ad Deum clamitabant: *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine* [b], quas ostendisti in veritate tua animæ nostræ? *Memor esto opprobrii et laboris servorum tuorum* [c]. Alius, *Quis me ponet secundum menses dierum priorum, quibus custodiebat me Deus, quando splendebat lucerna luminis ejus super caput cordis mei* [d]. Atque sic priora sanctioris vitæ studia in memoriam revocabant, **126** et ritu innocentium parvulorum plorabundi dicebant: Ubi precum nostrarum munditia? ubi per hanc cum Deo familiaritas et fiducia? ubi dulces pro amaris lacrymæ? ubi spes perfectissimæ castitatis et puræ conscientiæ? Ubi exspectatio beatæ tranquillitatis? ubi fides erga pastorem? ubi vis et efficacia precum ejus in nobis? Evanuere, periere hæc omnia, et tanquam nunquam visa, et quasi nunquam omnino fuissent, defecerunt, deleta sunt et exstincta. Atque hæc proloquentes plorantesque optabant, alii a malo dæmone occupari et torqueri; alii Dominum precabantur, uti morbo comitiali seu epilepsia corriperentur: alii obcæcari, et fœdum miserandumque naturæ monstrum, portentum ac spectaculum fieri cupiebant: alii nervorum stupore percuti, et paralysi dissolvi, dummodo ne futura inferorum supplicia experiri cogerentur. Ego vero, amici, nescio quo pacto libens volens in illo luctus ergastulo detentus, mei penitus sum oblitus, et attonitus quasi a potestate mentis præ stupore totus excessi. Sed enim revocanda est, unde digressa est oratio. Cum ergo in illo carcere ad tricesimum usque diem moratus essem, illis prorsus dissimilis et minime ferendus, ad inclytum illud cœnobium et magnum præsulem reversus sum. Qui me intuitus, **127** cum alium prorsus a priore et velut attonitum avocatumque a remsibus videret, facile rationem causamque stuporis, utpote sapientissimus, assecutus: Quid est, inquit, pater Joannes? Vidistine eximie laborantium certamina? Et vidi, inquam, Pater, et demiratus, beatiores prædicavi eos, qui lapsi sunt, et suas

A ωδύροντο, καὶ ἔλεγον [ἀπωδυρόμενοι ἔλεγον]· Ποῦ ἡ τῆς προσευχῆς καθαρότης; ποῦ ἡ ταύτης παρρησία; ποῦ τὸ γλυκὺ ἀντὶ πικροῦ δάκρυον; ποῦ (17) ἐλπὶς τῆς παντελοῦς ἁγνείας καὶ καθάρσεως; ποῦ ἡ προσδοκία τῆς μακαρίας ἀπαθείας; ποῦ ἡ πρὸς τὸν (18) ποιμένα πίστις; ποῦ ἡ τῆς αὐτοῦ προσευχῆς ἐν ἡμῖν εὐεργεσία [ἐνέργεια]; Ἀπώλεσε ταῦτα πάντα· καὶ ὥσπερ μὴ φανέντα, ἐκλέλοιπεν· καὶ ὡς μὴ ὑπάρξαντα, ἠφανίσθησαν καὶ ᾤχετο. Ταῦτα μὲν λέγοντες καὶ θρηνοῦντες, οἱ μὲν, δαιμονᾷν ηὔχοντο· οἱ δὲ τῇ ἱερᾷ περιπεσεῖν νόσῳ, ἐδυσώπουν τὸν Κύριον· οἱ μὲν τὰ; ὄψεις ἀποβάλλειν, καὶ ἐλεεινὸν προκεῖσθαι θέαμα· οἱ δὲ πάρετοι γενέσθαι, καὶ μόνον τῶν ἐκεῖ μοχθηρῶν μὴ πειρασθῆναι. Ἐγὼ δὲ, ὦ φίλοι, λέληθα ἐμαυτὸν ἐν τῷ ἐκείνῳ

B ἀμφιλοχωρῶν πένθει, καὶ ὅλος τῷ νοῒ συνηρπάγην, κατέχειν ἐμαυτὸν μὴ δυνάμενος. Ἀλλ' ἐπαναστέον τὸν λόγον. Τοίνυν προσμείνας ἐν τῇ φρουρᾷ ἐπὶ ἡμέρας τριάκοντα, ἐπανέρχομαι ὁ ἀνυπομόνητος εἰς τὸ μέγα κοινόβιον πρὸς τὸν μέγαν. Ὁ δὲ θεασάμενός με, ὥσπερ ἠλλοιωμένον ὅλον καὶ ἐξεστηκότα, ἔγνω ὁ πάνσοφος ἀλλοιώσεως τὸν τρόπον· καὶ φησι· Τί ἐστι, Πάτερ Ἰωάννη; Ἑώρακα; τοὺς τῶν καμνόντων ἄθλους; Ἐγὼ δὲ ἔφην· Καὶ ἑώρακα, Πάτερ, καὶ τεθαύμακα, καὶ μεμακάρικα ἔγωγε τοὺς πεπτωκότας, καὶ πενθοῦντας, ὑπὲρ τοὺς μὴ πεπτωκότας, καὶ ἑαυτοὺς μὴ πενθοῦντας· ὅτι διὰ πτῶσεως ἀνέστησαν ἀνάστασιν ἀκίνδυνον. Ὁ δὲ, Οὕτως ἔχει, φησί· καὶ διηγήσατο ἡ ἀψευδὴς αὐτοῦ γλῶττα·

C Ὅτιπερ, φησὶ, πρὸ δέκα χρόνων, εἶχον ὧδε ἀδελφὸν πάνυ σπουδαῖον καὶ ἐργάτην, καὶ τοιοῦτον ὥστε με ὁρῶντα αὐτὸν, οὕτως τῷ πνεύματι ζέοντα, τρέμειν ὑπὲρ αὐτοῦ τὸν τοῦ διαβόλου φθόνον, μή πως τῷ πολλῷ δρόμῳ *πρυσκόψῃ πρὸς λίθον τὸν πόδα* ὅπερ τοῖς ὀξέως βαδίζουσι συμβαίνειν πέφυκεν· ὅπερ καὶ γέγονεν. Εἶτα ἀνέρχεται πρός με, ἐπείρας βαθείας, δείκνυσι τὸ τραῦμα γυμνόν· ζητεῖ ἔμπλαστρον (19), αἰτεῖται καυτῆρα, θορυβεῖται σφοδρῶς. Εἶτα ἐπεὶ ἄξιος συμπαθείας ἦν, ὁρᾷ μὴ πάνυ αὐτῷ αὐστηρᾷ τομῇ τὸν ἰατρὸν χρήσασθαι βουλόμενον, ῥίπτων ἑαυτὸν εἰς τὸ ἔδαφος, ἐπιλαμβάνεται τῶν

D ποδῶν, λούει ἱκανῶς τούτοις τοῖς δάκρυσιν· αἰτεῖται καταδίκην ἐν ᾗ ἑώρακας φρουρᾷ· ἀδύνατον ἔδοξε μὴ ἐκεῖ με πορευθῆναι. Εἶτα βιάζεται εὐσπλαγχνίαν ἰατροῦ μετενεγκεῖν εἰς ἀποτομίαν, τὸ σπάνιον ἐν νοσοῦσι καὶ παραδοξότατον· καταλαμβάνει θάττον τοὺς μετανοοῦντας, γίνεται κοινωνὸς καὶ συναλγὴς. Πλῆγεις οὖν τὴν καρδίαν ὡς ὑπὸ ξίφους τῆς δι' ἀγάπην Θεοῦ λύπης, τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ ἐκθημεῖ πρὸς Κύριον, αἰτησάμενος ταφῆς μὴ τυχεῖν. Ἐγὼ δὲ αὐτὸν καὶ ἐνταῦθα ἐνήνοχα, καὶ τοῖς πατράσι συντέταφα ὡς ἄξιον· διὸ καὶ μετὰ τὴν ἑβδόμην (20) δουλικὴν, τῇ ὀγδόῃ λύεται ἐλεύθερος; ἡμέρᾳ. Ἔστι δέ τις ἐκεῖνο γνοὺς ἐναργῶς, μὴ πρότερον αὐτὸν τῶν εὐτελῶν καὶ βυπαρῶν μου ποδῶν ἀναστῆναι, πρὶν Θεὸν ἐξευμενίσασθαι· καὶ οὐ θαῦμα· πίστιν γὰρ ἐν καρδίᾳ τῆς πόρνης ἐκείνης ἀναλαβὼν, τοιαύτῃ καὶ αὐτὸς πλη-

[a] Psal. CXLII, 5. [b] Psal. LXXXVIII, 50. [c] ibid. 51. [d] Job XXIX, 2-5.

Digitized by Google

ροφορίᾳ τοὺς ἐμοὺς ταπεινοὺς πόδας κατέβρεξε · *Πάντα δὲ δυνατὰ τῷ πιστεύοντι*, ὁ Κύριος εἴρηκεν. Εἶδον ἀκαθάρτους ψυχὰς περὶ ἔρωτας σωμάτων ἐμμανῶς μαινομένας · καὶ δὴ σκῆψιν [σκέψιν] μετανοίας προσλαβοῦσαι, ἐκ πείρας ἔρωτος, τὸν αὐτὸν πρὸς Κύριον μετενηνόχασιν ἔρωτα · καὶ πάντα φόβον ὑπερπηδήσασαι, ἁπλήστως εἰς ἀγάπην Θεοῦ ἐνεγκαντρίσθησαν. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Κύριος τῇ σώφρονι ἐκείνῃ πόρνῃ οὐ λέγει, ὅτι ἐφοβήθη, ἀλλ' *Ὅτι ἠγάπησε πολύ*, καὶ ἐδυνήθη εὐχερῶς ἔρωτι ἔρωτα διακρούσασθαι. Οὐκ ἀγνοῶ δὲ ἐγὼ, ὦ θαυμάσιοι, ὅτι τοῖσιν μὲν ἄπιστα, ἑτέροις δὲ ἀνύπιστα · ἄλλοις δὲ ἀπόγνωσιν τίκτοντα φαίνονται, ἅπερ διηγησάμην, ἔπαθλα. Ἀνὴρ δὲ ἀνδρεῖος ἐκ τούτων προσελάβετο κέντρον, καὶ βέλος πυρὸς, καὶ ζῆλον ἐν καρδίᾳ ἀπῆλθε βαστάζων. Ὁ τούτου ὑποβεβηκὼς, ἐπέγνω τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν, καὶ ταπεινοφροσύνην εὐχερῶς κτησάμενος διὰ τῆς ἑαυτοῦ μίμψεως τὸν [κατέπιν, τοῦ πρώτου] πρῶτον κατέδραμεν, ἀγνοῶ δὲ εἰ καὶ κατέλαβεν. Ἀνὴρ δὲ ἀμελὴς μὴ προσψαύσῃ τοῖς εἰρημένοις, μή πως καὶ αὐτὸ ὃ ἐργάζεται, ἀπογνοὺς σκορπίσει [σκορπίσῃ] · καὶ γένηται καὶ ἐπ' αὐτῷ τὸ φάσκον λόγιον · ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος προθυμίαν, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ · οὐκ ἔστιν ἡμᾶς ἐν τῷ λάκκῳ τῶν ἀνομιῶν πεπτωκότας, καὶ μὴ εἰς τὴν ἄβυσσον τῆς ταπεινώσεως τῶν μετανοούντων καταδύσαντας, ἐκεῖθεν ἑλκυσθῆναι (22) · ἄλλη ἡ τῶν μετανοούντων [πενθούντων] σκυθρωπὴ ταπείνωσις, καὶ ἑτέρα τῶν ἔτι ἁμαρτανόντων τοῦ συνειδότος κατάγνωσις · καὶ ἄλλη ἡ τοῖς τελείοις δι' ἐνεργείας Θεοῦ προγινομένη μακαρία πλουτοταπείνωσις · μὴ σκεύσωμεν [σκευάσωμεν] τὴν τρίτην λόγοις εὑρεῖν, μάτην γὰρ δραμούμεθα [τρέχομεν. *Al.* θρέξομεν] · τῆς δὲ δευτέρας σημεῖον (23), ὑπομονὴ ἀτιμίας παντελὴς · τυραννεῖ ἡ πρόληψις, καὶ τὸν πενθοῦντα πολλάκις. Καὶ οὐ θαῦμα, ὁ περὶ κριμάτων καὶ πτωμάτων λόγος σκοτεινὸς, καὶ πάντῃ ψυχῇ [πάσῃ ψυχῇ] ἀκατάληπτος · ποῖα μὲν τὰ δι' ἀμελείας, ποῖα δὲ δι' ἐγκατάλειψιν οἰκονομικὴν · ποῖα δὲ δι' ἀποστροφὴν Θεοῦ συμβαίνοντα ἡμῖν πτώματα. Πλὴν ἐκεῖνό μοί τις διηγήσατο, ὅτι περ τὰ κατ' οἰκονομίαν ἡμῖν συμβαίνοντα, ταχείαν τὴν ἐξ αὐτῶν ἀποστροφὴν κέκτηνται · οὐ γὰρ συγχωρεῖ ὁ παραδοὺς, ἐπεὶ πολὺ κρατεῖσθαι ἡμᾶς τὸ τῆς λύπης δαίμονι. Οἱ πεσόντες πρὸ πάντων μαχησώμεθα πρὸς αὐτόν · αὐτὸς γὰρ παρὰ τὸν καιρὸν τῆς προσευχῆς ἡμῶν παριστάμενος, καὶ τῆς προτέρας ἡμῶν παρρησίας ὑπομιμνήσκων καταργῆσαι ἡμᾶς τῆς εὐχῆς βούλεται. Μὴ (24) θαμβηθῇς καθ' ἡμέραν πίπτων, μηδὲ ἀποκτῆσαι, ἀλλὰ στῆθι ἀνδρείως, καὶ πάντως αἰδεσθήσεταί σου τὴν ὑπομονὴν ὁ φυλάσσων σε ἄγγελος. Ὢ νεαρὸν καὶ ζέον τὸ τραῦμα εὐΐατον εἶναι πέφυκε · τὰ γὰρ χρόνια καὶ ἡμελημένα καὶ κεχερωμένα δυσίατα, καὶ πολλοῦ τοῦ κόπου, καὶ σιδήρου καὶ ξηρίου, καὶ τοῦ πυρὸς ἐνταῦθα πρὸς ἰατρείαν δεόμενα. Πολλὰ τῷ χρόνῳ ἀνίατα, παρὰ δὲ Θεῷ πάντα δυνατά. Πρὸ μὲν (25) τοῦ πτώματος, φιλάνθρωπον ·

culpas ita defleverunt, iis qui non peccarunt, et seipsos non deplorant. Per lapsum enim ad vitam nulli amplius periculo subjectam resurrexerunt. Ita est, inquit præsul, et lingua quæ mentiri nescit, exposuit mihi hujuscemodi factum. Ante decem, inquit, annos fuit hic ex fratrum numero quidam tam pius, sollicitus et religiosus athleta, tamque ardens spiritu, adeoque talis, uti contemplatus ipsum tremerem, ac vehementer invidiam hostis adversus illum formidarem, ne præ nimio et præcipiti cursu, *offenderet ad lapidem pedem suum*[6], quod iis usu venire solet, qui contentius ambulare solent : quod et huic accidit. Ergo post casum ad me reversus, sero vespere vulnus suum nudat, ostenditque, et quærit emplastrum, ustorem et cauterium vehementissime afflictus poscit. Dein quod dignus commiseratione videretur, cum animadverteret medicum minus severa sectione uti velle, humi abjectus pedesque meos complexus, largo lacrymarum imbre irrigavit, precatus uti ad carcerem illum quem vidisti damnaretur. Clamitabat enim : Impossibile est me illuc non proficisci. Vi ergo misericordiam medici ad severitatem transtulit, ut in se cogeret esse durum, **128** quod in ægris perrarum et extra omnem usum et morem videre est. Dicto ergo citius ad pœnitentes properat, collegaque et socius fit laborum et dolorum. Vulneratus ergo in corde dolore tristitiæ tanquam gladio ex divino amore, octavo post die migravit ad Dominum, cum prius petiisset ut honore sepulturæ privaretur. Sed ego illum huc reportari curavi, et ut minime indignum suis, in patrum conditorio reponi, ut qui post septem servitutis dies octavo in libertatem sit assertus. Et est qui certo cognovit, illum priusquam ab indignis et impuris pedibus meis surgeret, jam tum plena peccatorum venia donatum, Deoque reconciliatum fuisse. Nec id mirum videri debet. Illius enim peccatricis fidem in animo assumpserat, eademque spe et fiducia vilissimos pedes lacrymis imbuerat. *Omnia autem possibilia credenti*, inquit Dominus[7]. Vidi ego animas impuras insano quodam amore erga corpora affectas et furentes, quæ tamen per pœnitentiæ occasionem et considerationem amoris impuri experimentum, eumdem amorem et affectum totum in Dominum transtulerunt, adeoque in divinum commutarunt, et omni servili timore superato, totos se in divinum amorem demerserunt [impulerunt]. Itaque Dominus sobriæ [prudenti] illi peccatrici non dicit, quoniam timuit, sed, *quoniam dilexit multum*[8]. Potuit ergo, nullo negotio, amore amorem pellere. Non ignoro ego, viri eximii, hæc aliis supra fidem, aliis supra spem, visum iri ; aliis etiam desperationem allatura quæ narravimus certamina. Atqui **129** generosus et heroicus animus stimulum inde ad virtutem arripuit, igneoque jaculo divini amoris saucius, succensus charitate et ardens abivit. Qui

[6] Psal. xc, 12. [7] Marc. ix, 22. [8] Luc. vii, 47.

Digitized by Google

in secundis constitit, quamvis longe illo inferior, agnovit tamen suam ipsius imbecillitatem, et per eam facile comparata humilitate per sui ipsius reprehensionem, alterum a tergo secutus, nescio utrum sit assecutus. At degener et negligens certamini superiorum ne se misceat, ne id ipsum, quod agit, per desperationem deserat, et in illum quadret illud Christi oraculum : *Ab non habente* promptum animum et alacritatem, et *quod videtur habere, auferetur ab eo* [a].Fieri non potest, ut quicunque in lacum iniquitatum cecidimus, inde extrahamur, nisi abyssum humilitatis per pœnitentiam ingressi fuerimus. Alia est mœsta pœnitentium humilitas ; alia adhuc peccantium conscientiæ condemnatio ; alia quæ perfectis divinitus accedit beata ac copiosa humilitas. Non conemur hanc tertiam verbis assequi, frustra enim laborabimus : secundæ signum est perfecta ignominiæ et contemptus patientia, quamvis etiam non raro lugentes adhuc prior vivendi consuetudo impellat in ruinam (*a*). Nec id demirandum ; ratio quippe judiciorum divinorum et lapsuum in peccantibus est perobscura, et quæ ab nulla anima comprehendi potest. Incertum est enim quæ sint, quæ per negligentiam nostram peccata committuntur, quæ permissione divina, et quæ ex aversione Dei perpetrantur. Enimvero hæc non nemo affirmavit, eos qui ex aliqua Numinis permissione peccant, non diu in peccatis hærere, quod is **130** qui nos permisit cadere, non patiatur nos diu a spiritu tristitiæ torqueri. Nos qui cecidimus, ante omnia pugnemus adversus hunc tristitiæ dæmonem qui tempore, quo precandum est, astat nobis, et revocato nobis priore innocentiæ statu, vult ut ab oratione (tanquam desperati) desistamus. Nec percellaris, etiamsi quotidie labaris ; nec resilias a studio piæ exercitationis, sed generose et fortiter persta, et angelus tuus tutelaris reverebitur tuam patientiam et constantiam. Dum vulnus recens est et adhuc calet, facilem habet curationem : ubi tempore inveteravit, et neglectum corruptumque est, ægerrime curatur, multoque labore, ferro, pharmaco, igne et cauterio indiget. Enimvero etiam longo tempore in usum deducta mala, et immedicabilia, a Deo tamen cui nihil impossibile, curari possunt. Ante peccati lapsum improbi dæmones Deum nobis benignum et clementem, post perpetratum peccatum, durum et inexorabilem dicunt. Ne tu credideris ei, qui tibi post gravius peccatum commissum de minutis et quotidianis suggerit : Utinam hoc non fecisses ; nam hoc vel illud parvum nihil est : nam sæpenumero exigua dona ingentem judicis iram sedaverunt. Qui ex animo cupit satisfacere pro admissis noxis, is omnem diem quem sine luctu transegit, perditam arbitratur, quamvis alia quæcunque bona in illa fecit. Nemo eorum qui pec-

μετὰ δὲ τὸ πτῶμα ἀπότομον τὸν Θεὸν λέγουσιν οἱ δαίμονες· μὴ πείθου τῷ λέγοντι μετὰ τὸ πτῶμα ἐπὶ τοῖς μικροῖς ἐλαττώμασιν, εἶθε τόδε μὴ ἐποίησας· τοῦτο γὰρ οὐδέν ἐστι. Πολλάκις γὰρ μικρὰ δῶρα πολὺν θυμὸν κριτοῦ κατέπαυσαν. Ὁ ἐν ἀληθείᾳ εὐθύνας διδοὺς, πᾶσαν ἡμέραν ἐν ᾗ οὐ πενθεῖ, ὡς ἀπολέσας ταύτην λογίζεται. Κἂν ὁποῖα ἀγαθὰ πεποίηκεν ἐν αὐτῇ· μηδεὶς τῶν θρηνούντων ἐν ἐξόδῳ τὴν πληροφορίαν ἐκδέξηται. Τὸ γὰρ ἄδηλον οὐ βέβαιον. Ἄνες μοι διὰ πληροφορίας, ἵνα ἀναψύξω πρὸ τοῦ με ἀπελθεῖν ἐντεῦθεν ἀπληροφόρητον. Ὅπου πνεῦμα Κυρίου, ὁ δεσμὸς λέλυται· ὅπου (26) ταπείνωσις ἀνείκαστος, ὁ δεσμὸς λέλυται. Οἱ γὰρ τῶν δύο τούτων χωρὶς, μὴ πλανηθῶσι, δέδενται γάρ. Οἱ ἐν κόσμῳ καὶ μόνοι τούτων ὑπάρχουσι ξένοι τῶν πληροφοριῶν, καὶ μάλιστα τῆς προτέρας, δι' ἐλεημοσύνης δέ τινες τρέχουσιν ἐν ἐξόδῳ τὸ ἑαυτῶν κέρδος γνωρίζοντες. Οὐ γνώσεται ὁ ἑαυτὸν θρηνῶν, θρῆνον, ἢ πτῶμα ἄλλου, ἢ μέμψιν. Ὑπὸ θηρὸς δηχθεὶς κύων, ἐπὶ πλέον ἐθυμώθη κατ' αὐτοῦ, τῷ πόνῳ τῆς πληγῆς πρὸς αὐτὸν ἀσυγχωρήτως μαινόμενος (27)· πρόσχωμεν, μήπως οὐκ ἐκ (28) καθαρότητος, ἀλλὰ περικακῆσαν ὥσπερ, τοῦ ἐλέγχειν τὸ συνειδὸς ἐπαύσατο. Σημεῖον τῆς ἐν πτώματι λύσεως, τὸ διὰ παντὸς χρεώστην λογίζεσθαι. Οὐδὲν τῶν τοῦ Θεοῦ οἰκτιρμῶν ἴσον, ἢ μεῖζον ὑπάρχει· διὸ ὁ ἀπογινώσκων ἑαυτὸν ἔσφαξε (29). Σημεῖον μεμερισμένης μετανοίας πασῶν τῶν συμβαινουσῶν ὁρατῶν καὶ ἀοράτων θλίψεων ἀξίους ἑαυτοὺς λογίζεσθαι· καὶ τούτων πλείω [πλειόνων]. Μωϋσῆς μετὰ τὸν Θεὸν ἐν τῇ βάτῳ ἰδέσθαι, πάλιν εἰς Αἴγυπτον, ἤγουν σκοτασμὸν πρὸς τὴν πλινθουργίαν τοῦ νοητοῦ ἴσως Φαραὼ ὑπέστρεψεν· ἀλλὰ πάλιν ἀνέρχεται ἐν τῇ βάτῳ· καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ὄρει. Ὁ γνοὺς τὸ θεώρημα, οὐδέ ποτε ἑαυτοῦ ἀπογινώσκει. Πτωχεύει ὁ μέγας Ἰὼβ, ἀλλὰ πάλιν διπλῶς ἐπλούτησεν. Ἐν τοῖς (30) ῥαθύμοις, χαλεπὰ τὰ μετὰ τὴν κλῆσιν πτώματα, τὴν ἐλπίδα τῆς ἀπαθείας ῥαπίσαντα [πατάξαντα. *Al.* ῥαπίσασι] καὶ εἰς μακάριον ἡγεῖσθαι πείθοντα λογιζομένους [λογιζομένοις], κἀν τὴν τοῦ βόθρου ἀνάπτασιν. Ὅρα, οὐ γὰρ πάντως δι' ἣς ἐδοῦ ἐπλανήθημεν, ἐπιστρέφομεν· ἀλλὰ δι' ἑτέρας συντόμου. Εἶδον δύο ὁμοτρόπως καὶ ὁμοχρόνως πρὸς Κύριον βαδίζοντας· καὶ ὁ μὲν τούτων γηραιὸς ἦν, καὶ προῦχων ἐν πόνοις· ὁ δὲ ἄλλος μαθητὴς, καὶ προέδραμε τάχιον τοῦ γέροντος· καὶ ἦλθε πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον τῆς ταπεινώσεως. Πρόσχωμεν πάντες, ἐπὶ πλείω δὲ οἱ πεπτωκότες, μὴ νοῆσαι ἐν καρδίᾳ τὴν τοῦ (31) Ὠριγένους τοῦ ἀθέου νόσον· τὴν γὰρ Θεοῦ φιλανθρωπίαν, ἡ μιαρὰ προβαλλομένη, εὐπαράδεκτος ἐν τοῖς φιλήδονοις γίνεται. Ἐν τῇ μελέτῃ μου, μᾶλλον δὲ ἐν τῇ μετανοίᾳ μου ἐκκαυθήσεται πῦρ προσευχῆς καὶ οὐσίας ὕλην. Ὅρος σοι, καὶ τύπος, καὶ ὑπογραμμὸς, καὶ εἰκὼν πρὸς μετάνοιαν ἔστωσαν οἱ προμνημονευθέντες ἅγιοι κατάδικοι, καὶ οὐ μὴ δεηθῇσῃ βιβλίου ὅλως ἐν τῇ ζωῇ

[a] Matth. xxv, 29.

(*a*) Tertiæ tacetur signum, quod jam expresserat per damnationem conscientiæ.

Digitized by Google

σου πάσῃ, ἕως οὗ ἐπιφαύσῃ σοι ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς A τοῦ Θεοῦ, καὶ θεὸς ἐν τῇ ἀναστάσει τῆς μεμεριμνημένης μετανοίας. Ἀμήν.

cata sua lugent, in morte primum securitatem exspectet; est enim id anceps et incertum [quod enim obscurum, est incertum]. Dimitte me per eram spem, ut refrigerer, priusquam hinc salutis incertus abeam. **131** Ubi Spiritus Domini, ibi vinculum peccatorum diruptum est: ubi sincera humilitas, ibi nexus omnis est exsolutus. Qui vero sine his duobus comitibus decedunt, ne se fallant, vincti sunt. Qui in sæculo versantur, hi soli hac certa et plena spe securitateque præsertim priore (Spiritus Domini) carent, cum de vita migrant. Per opera tamen misericordiæ nonnulli cum ad vitæ finem properant, suum in exitu commodum et fructum percipiunt. Qui seipsum luget, non curabit, nec curiose quæret de luctu, peccato, et reprehensione alterius. Canis, a fera læsus, atrocius adversus eam insurgit; nam vulneris dolore accensus implacabili rabie sævit in illam. Caveamus ne conscientia nostra destiterit nos redarguere, non propter cordis munditiem, sed nostram potius malitiam. Argumentum est remissæ noxæ, si te semper noxium et debitorem recognoscas. Nihil cum misericordiis Dei comparari potest; nihil his majus est. Proinde qui desperat, sui ipsius parricida est. Perfectæ et accuratæ pœnitentiæ signum est, quando quis seipsum omnibus malis et afflictionibus, quæ accidere solent, seu sensu tangantur, seu inaspectabiles et spiritales sint, dignum existimat, et his adhuc pluribus. Moses cum Deum in rubo vidisset, in Ægyptum, sive ad mundi tenebras, et lateres coquendos symbolici illius fortasse Pharaonis reversus est, sed idem ad rubum postliminio, imo ad montem Dei regressus est. Qui intelligit quid sibi hoc visum et figura velit, nunquam de seipso desperabit. Jobus ille inclytus ad ultimam mendicitatem redactus, ad duplo postea **132** majores opes quam ante paupertatem habuerat, pervenit. Apud ignavos et inertes, graves post sacram professionem seu vocationem solent esse casus et lapsus, qui spem beatæ tranquillitatis omnino incidunt, persuadentque iis qui peccarunt sat beatos fore, dummodo ex peccati voragine et fovea emergant et resurgant. Sed enim attende, nulla ratione redeundum est illa via qua exerravimus, sed omnino breviore. Vidi duos simul et eodem modo et eodem tempore ad Dominum in religione currentes, quorum alter erat senior, et religiosis studiis excellentior, alter discipulus, qui cursu seniorem superavit, et prior ad monumentum humilitatis pervenit. Caveamus omnes, et imprimis qui lapsi sunt, ne morbo impii Origenis in animo concepto laboremus: impura enim Origenis doctrina iis qui voluptatibus capiuntur de proposita Dei clementia admodum grata est, et avide arripitur. In meditatione mea, imo vero in pœnitentia mea, exardescet ignis precationis, quæ omnem peccati materiam absumit. Sint tibi pœnitentiæ duces, finis, modus, exemplum, imago et figura illi sancti rei, quos supra in hoc gradu tibi proposui, et nullo per omnem vitam libro indigebis, quoad illuminabit te Christus Dei Filius et Deus in resurrectione veræ et perfectæ pœnitentiæ. Amen.

Πέμπτον βαθμὸν ἀνῆλθες ὁ μετανοήσας, τὰς γὰρ B πέντε αἰσθήσεις ἐκάθηρας δι' αὐτῆς· καὶ τὴν ἀκούσιον τιμωρίαν καὶ κόλασιν δι' αὐτῆς αὐτοπροαιρέτου ἐκφυγών.

Quintum gradum per pœnitentiam ascendisti, quinque sensus per eam repurgasti, et pœnam invito pendendam, supplicium que per eam quam ipse sponte susceptisti pœnitentiam evasisti.

ΣΧΟΛΙΑ ΕΙΣ ΛΟΓΟΝ Ε'.

Περὶ μετανοίας ἢ φυλακῆς.

Σχόλιον α'.

Μετάνοιά ἐστιν ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν εἰς τὴν κατὰ φύσιν, καὶ ἐκ τοῦ διαβόλου πρὸς τὸν Θεὸν ἐπάνοδος δι' ἀσκήσεως καὶ πόνου.

133 SCHOLIA AD GRADUM V.

De pœnitentia seu carcere.

Scholion 1.

Pœnitentia est reditus ex statu, in quo vixit contra naturam, ad statum qui est secundum naturam, et a diabolo ad Deum beneficio religiosæ disciplinæ et laboris.

Ἄλλο.

Μετάνοιά ἐστι τὸ ἀποστρέψαι ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. Οὐ γὰρ ἔστι μία ἁμαρτία· ἀλλ' ὅλος ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος ἁμαρτία καλεῖται. C

Aliud.

Pœnitentia est averti a peccato. Non enim unum est peccatum, sed totus vetus homo peccatum appellatur.

Ἄλλο.

Μετάνοιά ἐστι καταλεῖψαι τὰ πρότερα, καὶ λυπεῖσθαι ὑπὲρ αὐτῶν.

Aliud.

Pœnitentia est relinquere priora, et de iisdem dolere.

Σχόλιον β'.

Ὁ αὐτομέριμνος, καὶ αὐτοκατάκριτος γίνεται, ἐπεὶ οὖν διὰ τὸ αὐτομέριμνος, αὐτοκατάκριτος γίνεται, ἀμέριμνος εἰς ἅπαν χρηματίζει τῶν τοῦ κόσμου πραγμάτων, καὶ ἀκατάκριτος τῷ καλῷ λογισμῷ αὐτοῦ.

Scholion 2.

Qui tantum sua curat, neminem præter se damnat; quoniam ergo qui sua tantum curat, se ipsum tantum judicat et damnat, is qui curas alias omnes abjicit, omnino sæculi curis defunctus est, et ob sanctas cogitationes suas indemnatus manet.

Digitized by Google

Aliud.

Curis omnibus vacare is dicitur, qui nihil eorum, quæ in terris sunt, curat : αὐτομέριμνος is est, qui sua tantum curat, et suæ duntaxat salutis curam habet.

Scholion Isaaci 3.

Merito precationem quæ mente fit, quæque peragitur etiam ab iis qui corporis officiis occupantur. Etenim quando dæmones vident religiosum externis corporis ministeriis distractum non posse precibus vocalibus operam dare, invadunt ipsum gravissime, et turpissimas cogitationes objiciunt, quibus illum ad ruinam impellant. Tum vero necesse est ut posthabita meditatione mentis sub opere ad vocales et consuetas preces recurrat.

Scholion 48.

Docet internam quæ mente agitur precationem.

Scholion 49.

Primum precare ut ab omni passionum impuritia repurgeris; deinde ut ab ignorantia; postremo ab omni tentatione et interno defectu libereris.

Scholion.

Divinum enim auxilium experiri est remuneratio animæ nostræ in bono statu versantis.

Scholion S. Chrysostomi 50.

Sciendum quod non quæratur loci aspectus, sed mentis affectus (*a*). Jeremias in cœno et luto erat, et Deum precibus flexit; Daniel in lacu Deum sibi conciliavit; tres pueri in camino Deum propitiarunt; Job in sterquilinio Deum vidit; Moyses in mari, cui dixit Deus: *Quid clamas ad me* [70]? Latro in cruce paradisum aperuit. Ergo **252** et tu ubicunque fueris, in pura conscientia precare, et Deus audit. Ipsius enim est terra et plenitudo ejus [71].

Aliud.

Non locus virtuti, sed virtus loco solet venerationem conciliare.

[70] Exod. XIV, 15. [71] Psal. XXIII, 1.

(*a*) Vide Agnetis imper. quæstionem apud Damianum; S. Pauli Epistolam, *in omni loco puras levare manus*

Digitized by Google

Scholion 51.

Vide quomodo dicat animam tyrannide oppressam non a passionibus, sed ob præteritorum peccatorum consuetudinem seu memoriam. Voluntarius enim liberi arbitrii accessus et collusio dat passionibus imperium : tyrannis enim et violentia est, cum nolenti objiciuntur et suggeruntur (peccatorum illicia et illecebræ).

Aliud.

Deus cogitationes cum dijudicatione tractas in examen vocat. Quando enim aliud cogitavero et eo recreatus et delectatus fuero, et rem ipsam seu actum desideraro, et cum deliberatione et judicio consensum præbuero, tum reus judicii condemnor.

Aliud.

Quando aliquid mali et impuri mente concipio, et statim cogitationes illas compesco, extra culpam sum, nec damnor. Si autem hæsero in illis, et desideraro, et victus captivusque ad consensum fuero protractus, subibo damnationis judicium, tanquam cogitationibus in exitium raptus et inquinationibus sordidatus per ea quæ in mente descripta, depicta et perfecta sunt.

Scholion.

(*a*) Ego in meipsa me dilectionem habere parentem glorior, et ab ipsa generatam et educatam : et exterioris porro et corporei ardoris genitricem habeo (nimiam) mei curam et communem quamdam (virtutum ac laborum) cessationem seu remissionem. Ita enim culta et molliter tractata in sensibus exterioribus exardesco. Interioris autem flammæ, et cogitationum impulsus causæ et occasiones nascuntur et exsistunt ex præcedenti cessatione et præteritis actionibus.

Σχόλιον να'.

Ὅρα πῶς οὐχὶ τὴν ὑπὸ τῶν παθῶν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν προλήψεων τυραννουμένην. Προσφόρια γὰρ ἑκούσιος τοῦ αὐτεξουσίου, ἡ τῶν παθῶν ἐστιν ἐπικράτεια· ἀκούσιος γὰρ τυραννὶς ἡ προσβολὴ καὶ ὑπόληψις.

Ἄλλο.

Τὰς μετὰ διαγνώσεως ἐνθυμήσεις ὁ Θεὸς ἐξετάζει· ὅταν γὰρ λογίσωμαί τι καὶ εὐφρανθῶ, καὶ ποθήσω τὴν πρᾶξιν, ἐν τῇ προαιρέσει καὶ κρίσει συγκατάθεσιν ποιήσω, λογοθετοῦμαι καὶ κατακρίνομαι.

Ἄλλο.

Εἰ λογίσομαι πονηρίαν καὶ ἀκαθαρσίαν, καὶ τάχιον παύσομαι, οὐ κατακρίνομαι· εἰ δὲ χρονίσω, καὶ ποθήσω, καὶ ἡττηθῶ, καὶ αἰχμαλωτισθῶ ταῖς συγκαταθέσεσι τῆς πράξεως, κατακρίνομαι, ὡς τοῖς λογισμοῖς ὀλισθαίνων, καὶ σπιλούμενος τοῖς μολυσμοῖς, τοῖς ἐν τῇ διανοίᾳ ζωγραφουμένοις καὶ τελουμένοις.

Σχόλιον.

Ἐγὼ ἐν ἐμαυτῇ ἀγάπην συνέχειν καυχῶμαι μητέρα, καὶ ὑπὸ ταύτης γεννηθῆναί τε καὶ ἀνατραφῆναι· καὶ τῆς μὲν ἔξωθεν σωματικῆς πυρώσεως τὴν ἐμὴν θεραπείαν ἔχω γεννήτριαν, καὶ αὐτὴν τὴν καθολικὴν ἄνεσιν. Θεραπευομένη γὰρ καὶ ἀνέσεως μεταλαμβάνουσα ἔξωθεν ἐκπυροῦμαι· τῆς δὲ ἔσωθεν φλογὸς καὶ κινήσεως τῶν λογισμῶν αἱ ἀφορμαὶ ἀποτίκτονται ἐκ προλαβούσης ἀνέσεως καὶ πράξεων προγεγενημένων.

---

253 GRADUS XVI.

De avaritia.

Maxima pars doctorum Patrum post tyrannum corporis et carnis, jam explicatum, subjicium hunc præsentem avaritiæ dæmonem innumeris capitibus redundantem. Ne ergo nos insipientes sapientum virorum dispositionem immutaremus, eamdem cum illis ordinis et legis rationem secuti sumus. De hoc ergo morbo animi pauca, si placet, dein de remediis breviter tractemus. Avaritia est cultus idolorum, soboles incredulitatis, morborum et infirmi corporis excusatrix, senectutis vates, famis præmuntia, siccitatis monitrix. Avarus est Evangeliorum irrisor, et voluntarius prævaricator. Qui possidet charitatem, pecunias dispertit. Qui utrumque se possidere dicit (charitatem, inquam, et pecunias) deceptus (neutrum tenet). Qui seipsum luget, etiam corpus abnegavit, suoque tempore ne illi quidem parcit. Ne dic te in pauperum gratiam pecuniæ studere. Duobus quippe minutis cœleste regnum comparatum est. Vir hospitalis et avarus sibi mutuo occurrerunt. Avarus hospitalem judicio carere dixit. Victor hujus vitii omnes curas abje-

(*a*) Caro seu natura.

ΛΟΓΟΣ ΙΣ'.

Περὶ φιλαργυρίας.

Πλεῖστοι ὅσοι τῶν σοφῶν (1) διδασκάλων πεφύκασι μετὰ τὸν προγεγραμμένον τύραννον τὸν παρόντα μυριοκέφαλον δαίμονα φιλαργυρίας ἐντάττειν. Ἵνα μὴ οὖν τὴν τάξιν τῶν σοφῶν οἱ ἄσοφοι ἡμεῖς ἐναλλάξαιμεν, τούτῳ ὅρῳ καὶ κανόνι ἐξηκολουθήσαμεν. Διὸ περὶ τῆς νόσου, εἰ δοκεῖ, μικρά, εἶθ' οὕτως περὶ τῆς ὑγείας βραχέα διαλάβωμεν. Φιλαργυρία ἐστὶν εἰδώλων προσκύνησις (2), ἀπιστίας θυγάτηρ, ἀσθενειῶν προφασίστρια, γήρως μάντις, λιμῶν προμηνυτὴς ἀβροχίας ὑποβολεύς. Φιλάργυρός ἐστιν Εὐαγελίων (3) μυκτηριστής, καὶ ἑκούσιος παραβάτης. Ὁ κτησάμενος ἀγάπην (4), διεσκόρπισε χρήματα· ὁ δὲ τοῖς δύο λέγων συζῆν, ἑαυτὸν ἠπάτησεν. Ὁ πενθῶν ἑαυτὸν καὶ τὸ σῶμα ἠρνήσατο· καὶ καιροῦ καλοῦντος, οὐδὲ τούτου ἐφείσατο. Μὴ λέγε συνάγειν τῶν πτωχῶν ἕνεκα· δύο γὰρ λεπτὰ τὴν βασιλείαν ἠγόρασαν. Φιλόξενος καὶ φιλάργυρος ἑαυτοῖς ὑπήντησαν· ὁ δὲ δεύτερος τὸν πρότερον ἀδιάκριτον ὠνόμασεν· ὁ νικήσας τὸ πάθος, μερίμνας περιέκοψεν· ὁ δὲ δεδεμένος οὐδέποτε καθαρῶς προσεύξεται. Ἀρχὴ φιλαργυρίας ὑπόθεσις ἐλεημοσύνης, τέλος δὲ

Digitized by Google

ταύτης μῖσος πρὸς πένητας. Ἕως οὗ συνάξῃ, ἐλεήμων γίνεται· τῶν χρημάτων δὲ παρόντων, τὰς χεῖρας ἀπέσφιγξεν. Εἶδον πένητας τοῖς χρήμασιν ἐν τῇ τῶν πτωχῶν τῷ πνεύματι πολιτείᾳ πλουτήσαντας· καί γε τῆς προτέρας αὐτῶν πενίας ἐπελάθοντο· Φιλοχρήμων μοναχὸς ἀκηδίας ἀλλότριος, τοῦ ἀποστολικοῦ λόγου καθ' ὥραν μνημονεύων· *Ὁ ἀργὸς μηδὲ ἐσθιέτω. Καὶ· Αἱ χεῖρές μου διηκόνησαν ἐμοὶ, καὶ τοῖς σὺν ἐμοί.*

A cit, qui illo astrictus est, nunquam puras ad Deum preces fundet. Avaritia primum in speciem, benignitatem in pauperes **254** prætexit. Postremo (comparato thesauro) illos cane pejus et angue odit. Donec colligat aurum, misericors est; collectis pecuniis restringit manus. Vidi pauperes a pecunia, spiritu divites effectos, suæque prioris paupertatis oblitos, dum inter pauperes spiritu versarentur. Monachus studiosus pecuniæ, nunquam est otiosus, semper illud Apostoli secum revolvens: *Qui non vult operari non manducet* [73]. (Græcè, ἀργός, *otiosus.*) Et: *Manus meæ ministraverunt mihi, et his qui mecum sunt* [73].

Ἐκκαιδεκάτη πάλη· ἣν ὁ νικήσας ἢ ἀγάπην κέκτηται, ἢ μέριμναν περιέκοψεν.

Lucta sextadecima qui vicit, aut charitatem acquisivit, aut curas abjecit.

ΣΧΟΛΙΑ ΕΙΣ ΛΟΓΟΝ ΙϚ'.

SCHOLIA AD GRADUM XVI.

Περὶ φιλαργυρίας.

Σχόλιον α'.

B

De avaritia.

Scholion 1.

Πλάτων τοὺς φιλαργύρους ὑδρωπιῶσιν ἐοικέναι ἔλεγεν· οἱ μὲν γὰρ πεπλησμένοι ὑδάτων, διψῶσιν, οἱ δὲ χρημάτων.

Plato avaros cum iis comparat (a), qui aqua intercute laborant, quando dicebat, quod hi quidem, quamvis aqua pleni, semper tamen aquam sitiant, illi vero pecunias.

Ἄλλο.

Ὁ φιλαργύρου βίος ἔοικε νεκροῦ δείπνῳ· πάντα γὰρ ἔχων τὸ ἐμφανταζόμενον οὐκ ἔχει.

Aliud.

Vita avari persimilis est cœnæ mortuorum: cum enim omnia habeat, illud quod sibi imaginatur non habet.

Ἄλλο Εὐαγρίου.

Ἡ φιλαργυρία γῆρας μακρὸν ὑποβάλλει, καὶ πρὸς ἐργασίαν ἀδυναμίαν χειρῶν, λιμούς τε ἐσομένους, καὶ νόσους συμβησομένας, καὶ τὰ τῆς πενίας πικρά, καὶ ὡς ἐπονειδιστον, τὸ παρ' ἑτέρων λαμβάνειν τὰ πρὸς χρείαν.

Aliud Evagrii.

Avaritia imaginatur sibi longam senectutem, et ad labores futuros imbecillitatem, futuram famem, morbos ingruentes, paupertatis ærumnas, et quod omnium probrosissimum est, aliena misericordia vivere.

C

Σχόλιον β'.

Ἀποστήσας ὁ φιλάργυρος τὸν νοῦν ἑαυτοῦ ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, εἴδωλα ἀνθρώπων ἐγγεγλυμμένα τῷ χρυσῷ ἀγαπᾷ.

Scholion.

Avarus ubi a Dei charitate defecit, colit hominum idola, et imagines auro cælatas pro Deo.

Ἄλλο τοῦ ἁγίου Μαξίμου.

Ὁ μὲν φιλήδονος ἀγαπᾷ ἀργύριον, ἵνα δι' αὐτοῦ τρυφήσῃ, ὁ δὲ κενόδοξος, ἵνα δι' αὐτοῦ δοξασθῇ· ὁ δὲ ἄπιστος, ἵνα κρύψῃ, καὶ φυλάξῃ λιμὸν φοβούμενος, ἢ γῆρας, ἢ νόσον, ἢ ξενιτείαν· καὶ ἐπ' αὐτῷ μᾶλλον ἐλπίζει, ἢ τῷ Θεῷ, τῷ πάσης κτίσεως δημιουργῷ, καὶ προνοητῇ, καὶ ἕως τῶν ἐλαχίστων καὶ σμικροτάτων ζώων.

255 *S. Maximi aliud.*

Voluptatibus addictus amat pecunias ut possit sibi indulgere genio. Captator vanæ gloriæ ut per eas colatur, infidelis ut recondat et servet ob metum famis vel imminentis senectutis, vel morbi, vel exsilii, nititurque magis pecunia quam Deo totius mundi conditore, qui providet omnibus, usque ad minimas etiam et ultimas animantes.

Σχόλιον γ'.

D

Scholion 3.

Ἀκούων τοῦ Εὐαγγελίου λέγοντος· *Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα*, καὶ τὰ ἑξῆς, ὡς ἀδύνατον τὴν ἐντολὴν μυκτηρίζει. Εἰ πάντες γὰρ, φησὶ, πωλοῦσι, τίς ὁ ἀγοράζων; Ὁμοίως ἀκούων· *Μὴ μεριμνήσητε περὶ τῆς αὔριον*· οὐ πιστεύει, ἀλλ' ἀντιβαίνει, καὶ ἐκουσίως παραβαίνει ἀντιλέγων.

Avarus cum audit Evangelium quod dicit: *Vende quæ habes* [74], et quæ sequuntur, tanquam præceptum quod sit supra hominis facultatem irridet. Si enim, inquit, omnes venderent, quis emeret? Eodem modo cum audit, *Nolite solliciti esse de crastino* [75], non credit, sed contra venit, et sciens volens contradicit et peccat.

Ἄλλο τοῦ ἁγίου Μαξίμου.

Τρία εἰσὶ τὰ αἴτια τῆς τῶν χρημάτων ἀγάπης·

Aliud S. Maximi.

Tria sunt quæ mortales ad studium divitiarum

[73] II Thess. III, 10. [74] Act. XX, 34. [75] Matth. XIX, 21. [75] Matth. VI, 34.

(a) Ovid.:

Et quibus intumuit suffusa venter ab unda,
Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

Digitized by Google

impellunt: voluptatis amor, seu vita luxuriosa, inanis gloriæ studium, et infidelitas [incredulitas vel diffidentia], quæ postrema est omnium gravissima.

Aliud ejusdem.

Quatuor sunt hominum genera pecunias sitientium: primum tria illa jam modo explicata, quibus accedit quartum patris familiæ, qui solus recte et ordine dat operam pecuniis acquirendis, ut omnibus necessaria largiatur, ne aliquando quid deficiat.

Aliud Joannis Carpathii.

Est qui plus possidet, quam privata necessitas exigit, ut aliis succurrere possit, non ob possidendi libidinem [non quod sit amor opum]. Quamvis enim videatur plus possidere quam usus proprius exigat, non plus tamen possidet, quia auxilium alterius seu liberalitatem in alios, interpretatur suam necessitatem.

S. Maximi 4.

Ut mors et vita simul in eodem subjecto recipi non possunt, ita charitas simul cum pecuniis consistere nullo modo potest. Charitas enim non solum tollit amorem pecuniæ, sed etiam præsentem exponit vitam.

φιληδονία, κενοδοξία, καὶ ἀπιστία· χαλεπωτέρα δὲ τῶν δύο, ἡ ἀπιστία.

Ἄλλο τοῦ αὐτοῦ.

Τέσσαρές εἰσιν οἱ περιποιούμενοι χρήματα· οἱ προειρημένοι τρεῖς, καὶ ὁ οἰκονομικός· μόνος δὲ οὗτος δηλονότι ὀρθῶς περιποιεῖται, ἵνα ἑκάστῳ τὴν χρείαν παρέχων, μὴ διαλίποι ποτέ.

Ἄλλο Ἰωάννου Καρπαθίου.

Ἔστιν ὅστις πλεῖον τῆς ἰδίας χρείας κέκτηται, τῆς ἑτέρων θεραπείας ἕνεκεν, ἀλλ' οὐχ ἡδονῇ κτήσεως· εἰ γὰρ καὶ δοκεῖ τῆς ἑαυτοῦ χρείας πλέον κεκτῆσθαι, ἀλλ' οὐ πλεῖον κέκτηται, ἐπεὶ χρείαν ἡγεῖται ἰδίαν τὴν ἑτέρων θεραπείαν.

Σχόλιον τοῦ ἁγίου Μαξίμου δ'.

Ὡς ζωὴν καὶ θάνατον ἅμα συμβῆναι ἐν ταυτῷ τῶν οὐκ ἐνδεχομένων ἐστὶν, οὕτως ἀγάπην χρήμασι συνυπάρξαι τῶν ἀδυνάτων ἐστίν. Ἀναιρετικὴ γὰρ οὐ μόνον χρημάτων ἡ ἀγάπη, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς ἡμῶν τῆς προσκαίρου ζωῆς.

---

256 GRADUS XVII. (a)

De paupertate ad cœlum properante.

Religiosa paupertas est curarum abdicatio, libera a curis vitæ, viatrix expedita, observatio præceptorum, ab omni molestia aliena. Pauper religiosus est dominus mundi, qui omnes curas rejecit in Deum, quique per fidem omnes suos efficit servos. Ubi re aliqua egebit, querelam non deponet apud hominem. Quæ vero illi præbentur, tanquam e manu Domini recipiet. Pauper religiosus alumnus est tranquillitatis animi, ab omni affectu liber, qui non magis curat præsentia, quam absentia, aut ea quæ omnino non sunt, solitudinem ingressus omnia arbitrabitur ut stercora [76]: quod si quapiam re indigens doleat, nondum est pauper. Vir pauper puras Deo preces sternit. Avarus simulacra rerum in oratione quærit (*b*). Qui sub alterius imperio vivunt, ab omni pecuniæ cupiditate alieni sunt; cum enim etiam corpus suum emanciparint, quid deinceps proprium possideant? Uno tamen incommodo laborant, quod faciles et semper parati sint ad permutandum locum. Vidi quibus res parta ut in loco perseverarent adjumento fuit, sed illis beatiores judicavi propter Dominum in loco perseverantes. Qui cœlestia degustavit, faciles contemnit terrena. Qui vero rerum cœlestium gustum nullum est expertus, opibus humanis delectatur. **257** Pauper sine judicio in duo mala incidit: præsen-

[76] Philipp. III, 8.

(a) Camaldul. non distinguit hunc gradum a priore, sed membranæ et charta omnes secernunt.

ΛΟΓΟΣ ΙΖ'.

Περὶ ἀκτημοσύνης [τῆς οὐρανοδρόμου].

Ἀκτημοσύνη ἐστὶ φροντίδων ἀπόθεσις (1), ἀμεριμνία βίου, ὁδοιπόρος ἀνεμπόδιστος, πίστις ἐντολῶν, λύπης ἀλλότριος· ἀκτήμων μοναχὸς δεσπότης κόσμου, τῷ Θεῷ τὴν φροντίδα πιστεύων, καὶ διὰ πίστεως πάντας δούλους κεκτημένος· οὐκ ἐρεῖ ἀνθρώπῳ περὶ χρείας· αὐτοῦ· τὰ δὲ ἐρχόμενα ὡς ἐκ χειρὸς Κυρίου δέξεται. Ἀκτήμων ἐργάτης, ἀπροσπαθείας υἱὸς, τὰ προσόντα αὐτῷ ὡς μὴ ὄντα λογιζόμενος, ἀναχωρήσεως καταλαβούσης ἠγήσατο πάντα σκύβαλα. Εἰ δὲ λυπεῖται ἔν τινι, οὔπω ἀκτήμων γέγονεν. Ἀκτήμων ἀνὴρ ἐν προσευχῇ καθαρὸς, ὁ δὲ φιλοκτήμων εἰκόνας ὕλης προσεύχεται· οἱ ἐν ὑποταγῇ διατρίβοντες, φιλαργυρίας ἀλλότριοι· ὅπου γὰρ καὶ τὸ σῶμα ἐξέδωκαν, τί λοιπὸν κέκτηται ἴδιον; Ἔν οἱ τοιοῦτοι ἀλλοκεῖσθαι πεφύκασιν, εἰς μετάβασιν εὐχερεῖς καὶ ἕτοιμοι ὑπάρχοντες. Εἶδον ὕλην ὑπομονὴν μοναχοῖς ἐν τόπῳ γεννήσασαν. Ἐκείνων δὲ ἐγὼ τοὺς διὰ Κύριον πελαζομένους πλέον ἐμακάρισα. Ὁ γευσάμενος τῶν ἄνω, εὐχερῶς καταφρονεῖ τῶν κάτω· ὁ δὲ ἐκείνων ἄγευστος, ἐπὶ κτήμασιν ἀγάλλεται. Ἄλογος ἀκτήμων δύο ἀδικεῖται· τῶν παρόντων ἀπεχόμενος, καὶ τῶν μελλόντων στερούμενος. Μὴ οὖν φανῶμεν, ὦ μοναχοὶ, τῶν πετεινῶν ἀπιστότεροι (2). Οὐ γὰρ μεριμνῶσιν, οὐδὲ συνάγουσιν· μέγας γὰρ ὁ ἀποκτώμενος εὐσεβῶς χρήματα· ἅγιος δὲ ὁ ἀποκτώμενος τὸ ἑαυτοῦ θέλημα. Ὁ μὲν ἑκατονταπλασίονα ἢ

(a) Id est, idola materiæ adorat, sive imagines rerum corporearum sibi imaginatur.

(b) *Stulte, quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago?*

Digitized by Google

διὰ χρημάτων, ἢ διὰ χαρισμάτων λήψεται· ὁ δὲ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει· οὐκ ἐκλείψει κύματα θάλασσαν, οὐδὲ φιλάργυρον ὀργὴ καὶ λύπη. Ὁ καταφρονήσας ὕλης, ἐλυτρώθη δικαιολογίας καὶ ἀντιλογίας· ὁ δὲ φιλοκτήμων ὑπὲρ βαφῖδος ἕως θανάτου πυκτεύει· πίστις ἀκλινὴς περικόψει φροντίδας· θανάτου δὲ μνήμη ἀπαρνεῖται καὶ σῶμα. Οὐκ ἦν ἐν τῷ Ἰὼβ φιλαργυρίας ἴχνος· διὸ καὶ στερηθεὶς, ἀδόρυβος ἔμεινε. Ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἐστι καὶ λέγεται ἡ φιλαργυρία· μῖσος γὰρ, καὶ κλοπὰς, καὶ φθόνους, καὶ χωρισμοὺς, καὶ ἔχθρας, καὶ ζάλας, καὶ μνησικακίας, καὶ ἀσπλαγχνίας, καὶ φόνους αὕτη ἐποίησε. Διὰ μικροῦ πυρός τινες πολλὴν ὕλην κατέκαυσαν, καὶ διὰ μικρᾶς ἀρετῆς ὅλα τὰ παρόντα, καὶ τὰ εἰρημένα ἔφυγον πάθη· αὕτη καλεῖται ἀπροσπάθεια. Ταύτην δὲ ἔτεκε πεῖρα καὶ γεῦσις γνώσεως Θεοῦ, καὶ φροντὶς ἀπολογίας ἐξόδου. Οὐκ ἠγνόηται μὲν τῷ μετὰ προσοχῆς ἀνεγνωκότι πάσης τῆς μητροκάκου ὁ λόγος (3). Φησὶ γὰρ ἐν τῇ πονηρᾷ αὐτῆς καὶ ἐπαράτῳ τεκνογονίᾳ, δεύτερον αὐτῆς εἶναι ἀπόγονον, τὸν ἀναισθησίας λίθον· κεκώλυκε δέ με τὴν οἰκείαν αὐτῷ τάξιν ἀπονεῖμαι ὁ πολυκέφαλος τῆς εἰδωλολατρίας ὄφις. Τρίτην πῶς οὐκ οἶδα λαχὼν παρὰ τοῖς διακριτικοῖς τῶν πατέρων ἐν τῇ τῶν ὀκτὼ ἀλύσει· ὃν συμμέτρως ἀποπεράναντες λέγειν λοιπὸν περὶ ἀναισθησίας βουλόμεθα, ὡς τρίτης ὑπαρχούσης τῆς ἐν γενέσει δευτέρας, μεθ' ἣν λοιπὸν καὶ περὶ ὕπνου καὶ ἀγρυπνίας· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς νηπιώδους καὶ ἀνάνδρου δειλίας, βραχέα διαλάβωμεν· εἰσαγωγικῶν γὰρ τὰ τοιαῦτα νοσήματα.

Ἑπτακαιδέκατον ἆθλον ὁ κτησάμενος, πρὸς οὐρανὸν ἀΰλως ὁδοιπορεῖ.

tibus non fruitur, futuris bonis privatur. Caveamus o monachi, ne alitibus deteriores videamur, quæ (de crastino) non sollicitæ sunt, neque congregant. Magnus est qui se pecuniis suis religiose abdicat: sed ille sanctus est qui de suæ voluntatis jure sponte decedit. Ille quidem centuplum accipiet, sive per pecunias, sive per cœlestia dona et gratias; hic vero vitam æternam possidebit. Nunquam fluctus destituent mare, neque unquam avarus carebit molestia et ira. Qui opes contempsit, ab omnibus litibus et controversiis sese expedivit. Auri manipium super acu ad necem usque decertabit. Inconcussa fides tollit omnes curas. Mortis meditatio ipsum abnegat corpus. Nullum in patiente Job vestigium fuit avaritiæ, unde factum est ut omnibus bonis funditus eversus, tamen non perturbaretur. Avaritia est et dicitur omnium malorum radix, quæ odia, furta, invidiam, divortia, inimicitias, perturbationum procellas, injuriarum memorias, inhumanitatem, et cædes denique creare solet. Per exiguum igniculum magna sæpe silva exusta est, et per exiguam parvamque virtutem multi omnia præsentia quæ diximus, vitia effugerunt. Hæc paupertas recte appellatur omnium malarum cupiditatum privatio, quam peperit divinæ cognitionis gustus et usus, atque rationis in morte reddendæ sollicitudo. Non ignoratis qui cum attentione legit quartum decimum caput seu gradum de gula omnium malorum parente, quæ in improba et exsecrata sua progenie affirmavit, secundam suam prolem esse saxeum animi stuporem, cui quominus suum locum darem, intercessit multiceps draco et idolorum cultrix avaritia: tertium locum qua ratione apud prudentes Patres in illa octo vitiorum serie et catena occuparit, nescio. Sed avaritiam cum mediocriter explicaverimus, deinceps de illo animi stupore dicere statuimus, ut qui tertius in ordine, sed propagine secundus est. Post quem de somno et vigilia, necnon de puerili et degenere timore breviter tractabimus, quæ sunt vitia et morbi plerumque tironum.

Septimum decimum certaminis præmium adeptus ad cœlum quodammodo sine re terrena proficiscitur.

ΣΧΟΛΙΑ ΕΙΣ ΛΟΓΟΝ ΙΖ'.

Περὶ ἀκτημοσύνης.

Σχόλιον α'.

Ἀκτημοσύνη ἐστὶ νοητὴ, ἡ παντελῶς ἀπάθεια, καθ' ἣν γενόμενος ὁ νοῦς ἀναχωρεῖ τῶν ἐνταῦθα.

Ἄλλο τοῦ ἁγίου Μαξίμου.

Ἀκτήμων ἐστὶν ὁ ἀποταξάμενος πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῷ, καὶ μηδὲν τὸ σύνολον ἐπὶ τῆς γῆς κεκτημένος, πλὴν τοῦ σώματος, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸ δὲ σχέσιν διαρρήξας, τῷ Θεῷ καὶ τοῖς εὐσεβέσι τὴν ἑαυτοῦ κατεπίστευσεν οἰκονομίαν.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὁ μὲν τοῖς πράγμασιν ἀποταξάμενος, οἷον τῇ γυναικὶ, καὶ τοῖς χρήμασι, καὶ τοῖς ἔξῃς, τὸν ἔξω ἄνθρωπον ἐποίησε μοναχὸν, οὔπω δὲ καὶ τὸν ἔσω· ὁ δὲ τοῖς τούτων ἐμπαθέσι νοήμασι, τὸν ἔσω ἄνθρωπον, ὅς ἐστιν ὁ νοῦς· καὶ τὸν μὲν ἔξω ἄνθρωπον εὐ-

SCHOLIA AD GRADUM XVII.

De paupertate spiritus.

Scholion 1.

Paupertas est omnino perfecta animi tranquillitas, quam assecutus animus prorsus a rebus præsentibus recedit.

Aliud sancti Maximi.

Ille nihil possidet et vere pauper est, qui se omnibus suis bonis abdicavit, et nihil prorsus in terra possidet, præter corpus: quique omnem ad id affectionem abrupit, Deoque et religiosis patribus curam vitæ commisit.

Aliud ejusdem.

Qui rebus humanis se abdicavit, uxori nempe, opibus, et hoc genus aliis, exteriorem hominem fecit monachum, nondum autem interiorem. Qui autem affectum etiam animi et cogitationum erga easdem res exuit, ille etiam interiorem hominem

Digitized by Google

mutavit in monachum, qui est animus. Et qua exteriora facile quis monachum induat, modo velit, 259 sed interiorem hominem in monachum transformare, hoc opus, hic labor est.

Scholion 2.

Altius intellige, et volucres cœli interpretare eos qui contemplationi addicti, rebusque omnibus humanis et sæcularibus turbis penitus abdicati, tantum divinis et cœlestibus animo sunt intenti.

Scholion 3.

Sive gulæ, cujus ibi alteram prolem appellavit duritiem cordis, hic eamdem vocat stuporem sensuum seu mentis, quo significat idem esse animi stuporem et duritiem cordis.

A κόλως τις ποιεῖ μοναχὸν, μόνον ἐὰν θελήσῃ, οὐκ ὀλίγος δὲ ἀγὼν, τὸν ἔσω ἄνθρωπον ποιῆσαι μοναχόν.

Σχόλιον β'.

Νόησον ὑψηλότερον, πετεινὰ οὐρανοῦ τοὺς τὴν θεωρητικὴν μετιόντας φιλοσοφίαν, καὶ τῆς μὲν κοσμικῆς σχέσεως καὶ τύρβης ἀπεξενωμένους παντάπασι, πρὸς μόνα δὲ θεῖα καὶ ἐπουράνια τὸν νοῦν ἐπανατείνοντας.

Σχόλιον γ'.

Ἤγουν τῆς γαστριμαργίας, ἧς ἀπόγονον ἐκεῖ δεύτερον ὀνομάσας τὴν σκληρότητα τῆς καρδίας, νῦν ἀναισθησίαν λέγει ταύτην ὡς τῆς ἀναισθησίας καὶ B τῆς σκληρότητος τὸ αὐτὸ σημαινούσης.

GRADUS XVIII.

De insensibili mentis stupore seu duritie et morte animæ ante mortem corporis.

Stupor sensuum tam in corpore quam spiritu est mortuus sensus, qui ex diuturno morbo, et negligentia in stuporem sensuum desinit. Indolentia est negligentia quæ in usum et habitum venit, torpor quidam mentis, præsumptionis partus, alacritatis pedicæ, generosi animi laqueus, compunctionis ignorantia, janua desperationis, oblivionis parens; quam ubi pepererit, ipsa nata fit mater suæ matris, quæ timorem Domini penitus excludit. Religiosus stupidus et exsensus, et stultus philosophus qui docendo seipsum condemnat; orator qui contra seipsum causam agit; cæcus videndi medicus; doctor, C qui de vulnere curando disputat, et vulnus ipsum interim refricando exulcerare non cessat. Contra morbum disserit, et ipse ab noxiis cibis non abstinet: contra 260 se deprecatur, et statim ad pravam agendi consuetudinem revertitur: in qua dum versatur, contra seipsum indignatur, et super suis verbis infelix non erubescit. Male facio, clamat, in facinus tamen graviter incumbit. Ore contra se precatur, corpore pro se laborat. De morte philosophatur, et ipse ut immortalis est effectus. De migratione vitæ ingemiscit, et ipse velut æternus futurus dormitat. De abstinentia dissertat, et gulæ genioque liberaliter indulget. Lectitat de extremo judicio, et subridere incipit; de vana item gloria, et sub ipsa lectione gloriam vanam aucupatur. Vigilias eructat, et ipse statim alto sopore mergitur. Preces laudibus celebrat, a quibus tamen tanquam a flagro refugit et abhorret. Obedientiam beatam prædicat, quam primus ipse violat [cui primus ipse repugnat]. Extollit illos qui nullius rei cupiditate tenentur, et ipse pro vilissimo panni flocco non erubescit irasci et rivari. Indignatur cum irascitur, et quod indignatus sit, iterum irascitur, et cum ebrietatem vincatur et ruat, iterumque vincatur et ruat, ruinam tamen stupidus non sentit. Bene saginato ventre pœnitet, et paulum progressus saginam saginæ addit, et iterum vorat. Silentium beatum affirmat, et contra silentium multa de laudibus silentii garrit; de mansuetudine docet, et in-

ΛΟΓΟΣ ΙΗ'.

Περὶ ἀναισθησίας ἤγουν νεκρώσεως ψυχῆς, καὶ θανάτου νοὸς πρὸ θανάτου σώματος.

Ἀναισθησία καὶ ἐπὶ σωμάτων (1) καὶ ἐπὶ πνευμάτων ἐστὶν νενεκρωμένη αἴσθησις, ἐκ χρονίας νόσου, καὶ ἀμελείας εἰς ἀναισθησίαν καταλήξασα. Ἀναλγησία ἐστὶ πεποιωμένη ἀμέλεια, ναρκῶσα ἔννοια· προλήψεως γέννημα, προθυμίας παγὶς, ἀνδρείας βρόχος· κατανύξεως ἄγνοια· ἀπογνώσεως θύρα, λήθης μήτηρ (2), καὶ μετὰ τόκον μητρὸς οἰκείας μήτηρ, διάκρισις φόβου· ἀνάλγητός ἐστιν ἄφρων φιλόσοφος αὐτοκατάκριτος ἐξηγητής· αὐτεναντίος φιλολόγος (3), τυφλὸς διδάσκαλος τοῦ βλέπειν (4)· περὶ τῆς τοῦ τραύματος ὑγιείας διαλέγεται, καὶ τοῦτο C ἐπικνήθων οὐ παύεται, κατὰ τοῦ πάθους φθέγγεται (5)· καὶ τὰ βλάπτοντα ἐσθίων οὐ παύεται· κατ' αὐτοῦ προσεύχεται, καὶ εὐθέως ἐπὶ τὴν αὐτοῦ ἐργασίαν πορεύεται· ἐπὶ τῇ τούτου ἐργασίᾳ κατ' αὐτοῦ ὀργίζεται· καὶ τοὺς ἑαυτοῦ λόγους οὐκ αἰσχύνεται ὁ τάλας. Κακῶς πράττω, βοᾷ, καὶ προθύμως ἐπίκειται· τὸ στόμα κατ' αὐτοῦ προσεύχεται, καὶ τὸ σῶμα ὑπὲρ αὐτοῦ ἀγωνίζεται. Περὶ θανάτου φιλοσοφεῖ, καὶ ὡς ἀθάνατος διάκειται. Περὶ χωρισμοῦ στενάζει, καὶ ὡς αἰώνιος νυστάζει. Περὶ ἐγκρατείας διαλέγεται, καὶ περὶ γαστριμαργίας ἀγωνίζεται. Περὶ κρίσεως ἀναγινώσκει, καὶ μειδιᾷν ἄρχεται περὶ κενοδοξίας, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἀναγνώσει κενοδοξεῖ· περὶ ἀγρυπνίας ἐκστηθίζει, καὶ τῷ ὕπνῳ εὐθέως ἑαυτὸν καταβαπτίζει· τὴν προσευχὴν ἐγκωμιάζει, καὶ ὡς ἀπὸ μά- D στιγος ταύτης φεύγει· τὴν ὑπακοὴν μακαρίζει, καὶ πρῶτος αὐτὸς παρακούει. Τοὺς ἀπροσπαθεῖς ἐπαινεῖ, καὶ διὰ ῥάκος μνησικακῶν, καὶ πολεμῶν οὐκ αἰσχύνεται. Ὀργιζόμενος πικραίνεται, καὶ ἐπὶ τῇ πικρίᾳ πάλιν ὀργίζεται, καὶ τῇ ἥττῃ ἥτταν προστιθεὶς οὐκ αἰσθάνεται· κορεσθεὶς μεταμελεῖται, καὶ μικρὸν προβὰς, πάλιν τῷ κόρῳ προσέθηκε. Τὴν σιωπὴν μακαρίζει, καὶ διὰ πολυλογίας αὐτὴν ἐγκωμιάζει. Περὶ πραότητος διδάσκει, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ διδασκαλίᾳ πολλάκις ὀργίζεται, καὶ ἐπὶ τῇ πικρίᾳ πάλιν ὀργίζεται· ἀνανήψας ἐστέναξε, καὶ τὴν κεφαλὴν κινήσας πάλιν τοῦ πάθους ἔχεται. Τὸν γέλωτα φέγει, καὶ μειδιῶν περὶ πένθους διδάσκει. Ἑαυτὸν ὡς κενόδοξον ἐπί τινων καταμέμφεται, καὶ διὰ τοῦ ψόγου δόξαν ἑαυτῷ πραγματεύεται. Ἐμπαθῶς εἰς πρόσωπον βλέπει, καὶ

Digitized by Google

περὶ σωφροσύνης διαλέγεται. Τοὺς ἡσυχάζοντας ἐν κόσμῳ διατρίβων ἐπαινεῖ, καὶ ἑαυτὸν αἰσχύνων οὐ κατανοεῖ. Τοὺς ἐλεήμονας δοξάζει, καὶ τοὺς πτωχοὺς ὀνειδίζει. Πάντοτε ἑαυτοῦ κατήγορος γίνεται (6), καὶ εἰς συναίσθησιν ἐλθεῖν οὐ βούλεται, ἵνα μὴ εἴπω οὐ δύναται.

ter docendum sæpe irascitur, et rursum quod irascatur, irascitur. Resipiscens ingemiscit, et motato capite rursus relabitur. Risum reprehendit, et ipse de luctu subridens docet. **261** Seipsum vanæ gloriæ coram aliquibus reum profitetur, et per ipsam hanc professionem vanam gloriam captat. Impudice vultus aliorum contemplatur, et de pudicitia interea argumentatur. Vitam solitariam ipse extra solitudinem in sæculo degens collaudat, et quod seipsum redarguat ac pudefaciat, stupidus non intelligit. Benignos in pauperes laudibus prosequitur, et ipse mendicis interim conviciatur. In omnibus seipsum accusat, et non studet resipiscere, ne dicam, non potest.

Εἶδον οὖν ἐγὼ τοιούτους πολλοὺς περὶ ἐξόδου καὶ φοβερῶν κριτηρίων ἀκηκοότας καὶ δακρύοντας, καὶ ἔτι τῶν δακρύων ἐν ὀφθαλμοῖς ὑπαρχόντων σπουδαίως ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἐβάδιζον. Καὶ τεθαύμακα πῶς καὶ πένθος αὕτη ἡ δέσποινα καὶ ὄζοθήκη τροπώσασθαι ἠδυνήθη ἐξ ἀναλγησίας πολλῆς κρατυνομένη. Κατὰ τὴν δύναμιν τὴν ψιλὴν τὴν προσοῦσάν μοι τῆς λιθώδους ταύτης, καὶ ἀκροτόμου μαινάδος, καὶ μωρᾶς τοὺς δόλους, καὶ μώλωπας γεγύμνωκα. Ἐπὶ πολὺ γὰρ φιλολογεῖν πρὸς αὐτὴν οὐκ ἀνέχομαι· ὁ δὲ δυνάμενος ἐν Κυρίῳ ἐκπειρασθῆναι τοῖς μώλωψι τὰ φάρμακα, μὴ κατοκνήσει· οὐ γὰρ αἰσχύνομαι πρὸς ταῦτα ἀδυναμίαν προβαλλόμενος ὡς ὑπὸ ταύτης ἰσχυρῶς κατεχόμενος, οὐδέ γε τοὺς δόλους αὐτῆς καὶ μηχανὰς ἐξ ἑαυτοῦ καταλαβέσθαι ἴσχυσα, εἰ μή γε αὐτὴν που κατειληφὼς βίᾳ κεκράτηκε. Καὶ τὰ προλεχθέντα βασανίσας αὐτὴν ὁμολογῆσαι πεποίηκα, μάστιγι φόβου Κυρίου, καὶ ἀδιαλείπτου προσευχῆς μαστιγώσας αὐτήν. Διὸ καὶ ἔλεγεν ἡ τυραννὶς καὶ κακοῦργος· Οἱ ἐμοὶ ὑπόσπονδοι νεκροὺς ὁρῶντες γελῶσιν· ἐν προσευχῇ παριστάμενοι, λιθώδεις ὄλοι καὶ σκληροὶ καὶ σκοτεινοὶ τυγχάνουσι· πρὸς τὴν ἱερὰν τράπεζαν παριστάμενοι ἀναισθητοῦσι τοῦ δώρου μεταλαμβάνοντες ὡς ψιλοῦ ἄρτου ἐπιγεύσει διάκεινται· ἐγὼ κατανυσσομένους ὁρῶσα μυκτηρίζω. Πάντα τὰ τικτόμενα ἐξ ἀνδρείας καὶ πόθου ἀγαθὰ ἐγὼ ἀποκτείνειν ὑπὸ τοῦ ἐμὲ γεγεννηκότος πατρὸς μεμάθηκα. Ἐγὼ γέλωτος μήτηρ· ἐγὼ ὕπνου τροφός· ἐγὼ κόρου φίλη· ἐγὼ ψευδευλαβείᾳ συμπλέκομαι· ἐγὼ ἐλεγχομένη οὐ πονῶ· ἐγὼ οὖν ὁ τάλας τῆς μαινάδος τὸ λόγιον θαμβηθείς, ἠρώτων τοῦ ταύτην γεγεννηκότος τὸ ὄνομα μανθάνειν θέλων. Ἡ δέ· Γέννησιν μίαν οὐ κέκτημαι· μικτὴ δέ πως καὶ ἄστατος ἡ ἐμὴ καθέστηκα κύησις· ἐμὲ κρατύνει κόρος, ἐμὲ ηὔξησε χρόνος, ἐμὲ πεπαγίωκε συνήθεια πονηρά, ἐκείνην ὁ κατέχων οὐκ ἐλευθερωθήσεταί μου (7). Ἐπίμενε μελετῶν ἐν ἀγρυπνίᾳ πολλῇ κρίσιν αἰωνίαν, ἴσως μικρὸν ὑποχαλάσω σοι. Ὅρα τὴν ἐμὴν αἰτίαν πόθεν ἐν σοὶ τίκτομαι· καὶ κατὰ τῆς ἐμῆς ἀγωνίζου μητρός· οὐ γὰρ μίαν ἐν πᾶσι κέκτημαι. Ἐν σοροῖς προσεύχου πυκνά· εἰκόνα τούτων ἀνεξάλειπτον ζωγραφῶν ἐν σῇ καρδίᾳ· ταύτης γὰρ μὴ γραφείσης γραφείῳ νηστείας, οὐ μή με νικήσῃς εἰς τὸν αἰῶνα.

Vidi ergo permultos ex hoc genere hominum, cum de exitu vitæ, et tremendo Judicis tribunali, alios perorantes audirent, lacrymis perfundi, eosdemque lacrymantibus adhuc oculis ad mensam properare. Et demiratus sum, quomodo hæc otiosa domina ex diuturna indolentia et stupore corroborata potuerit etiam luctum ipsum vincere. Ego pro tenui mea facultate hujus saxeæ, præcipitisque et furiosæ ac stolidæ dominæ malas artes et vulnerum vibices detexi : nam multa cum illa fabulari et sermocinari non sustineo. Si quis tamen est, qui usu doctus vulneribus his mederi potest, id facere ne cunctetur. Ego quippe non vereor ingenue confiteri, meas ad hanc rem vires deficere, ut qui ipse huic vitio valde obnoxius sim, cujus strophas et fraudes ne deprehendere quidem per me potuissem, nisi improbam hanc insidiatricem vi comprehensam flagroque timoris Domini, et assiduis precibus tortam ea confiteri quæ de illa scripsi, coegissem. Itaque **262** improba illa et sæva tyrannis prolocuta : Fœderati mei, inquit, cadavera contemplantes rident, inter preces saxei et duri, confusique seu cæci sunt ; cum ad sacram synaxin accedunt sine ullo pietatis sensu cœleste donum, perinde ac si vile panis crustulum gustarent, percipiunt. Ego quando compunctos video irrideo. Ego omnia præclara opera ex generoso animo et bono affectu nata ab eo qui me genuit, patre, mactare didici. Ego parens sum levitatis et risus. ego nutrix somni : ego societatis amica : ego simulatæ pietati me adjungo : ego objurgata non deleo. Hæc ego infelix cum ab hac furia cognovissem, in summam admirationem raptus, et obstupefactus omnino cupivi nomen patris hujus cognoscere. Ego vero, inquit, non e simplici unaque stirpe nata sum : mistus enim mihi et incertus originis sanguis est, variaque conceptus ratio. Nimius me cibus roborat, tempus auget, improba consuetudo firmat [detinet], qua qui tenetur, a me nunquam liberabitur. Persevera in assidua per multas vigilias judicii extremi meditatione, et fortasse nonnihil tibi cedam. Dispice diligenter causam, ex qua tibi nata sum, et adversus matrem meam decerta, quam non unam habeo. In ossariis sepulcrorum frequenter precare, et in corde tuo imaginem mortuorum æternam depinge : hac enim in mente tua, penicillo jejunii non descripta, nullis sæculis me vinces.

Digitized by Google

263 SCHOLIA AD GRADUM XVIII.

De stupore animi.

Scholion 1.

Ille stupore laborat nervorum, cujus instrumenta sensuum sunt otiosa et enervata, quique destitutus est facultatibus naturæ, quibus sensuum officia exsequatur : eademque ratio cogitationum in eo qui animi stupore laborat.

Scholion 2.

Stupor animi et oblivio se mutuo pariunt, alteraque est alterius mater et soboles. Oblivio est memoriæ abolitio.

Scholion 3.

Sibi ipsi et verbis et factis suis contrarius.

Scholion 4.

Qui æger est ab animo, et aliis recte vivendi consilium suggerit, perinde facit ut cæcus qui aliis viam monstrat.

Scholion 5.

Sunt qui loquuntur de operibus quibus regnum Dei acquiritur, quæ tamen ipsi non faciunt. Sunt qui et faciunt, sed non caute et scienter : illi autem, de quibus sermo Salvatorisloquitur : *Regnum Dei intra vos est* [17], et pauci sunt et rari et inventu difficiles.

Aliud.

Hoc molestum est quod verbum ἀπάθειαν, hoc est, animi tranquillitatem omni pertubationum affectu carentem in ore habeamus, et in corde iniquitatem et malitiam seu vitium retineamus.

Aliud.

Nihil est pauperius, et miserius mente quæ caret Deo, et de Deo philosophatur et disputat.

Aliud.

Qui fatetur dulcedinem et non gustat de illa, hic amaram esse illam ostendit.

Aliud.

Qui se multa scire et pauca facere ostendit, ille morbo insensilis stuporis laborat.

Aliud.

Observa quod qui seipsum verbis damnat, nihil ex eo fructus percipiat, 264 nisi simul mores emendet, et melioribus permutet.

Gregorii Nysseni 6.

Quorum magnitudo mali simul sensum eorum quæ patiuntur abstulit.

Aliud Photii patriarchæ.

Virtutum paulatim defectio quantum de sensu peccantis subducit, tanto gravius damnum efficit. Postquam enim sensum mali exstinxit, morbum immedicabilem efficit.

Scholion 7.

A quorum oculis timor Dei absconditus recessit, hos insensibilis animi stupor comprehendit.

Aliud Isaaci.

Mens fermento vitiorum corrupta non potest effu-

[17] Luc. XVII, 21.

ΣΧΟΛΙΑ ΕΙΣ ΛΟΓΟΝ ΙΗ'.

Περὶ ἀναισθησίας.

Σχόλιον α'.

Ἀναίσθητός ἐστιν ὁ ἀνίργητα κεκτημένος τὰ αἰσθητήρια, καὶ ἀφῃρημένος τὸ πεφυκὸς τῶν κατὰ τὰ αἰσθητήρια ἕξεων, καὶ ἐπὶ τῶν ἐννοιῶν ὡσαύτως.

Σχόλιον β'.

Ἀναισθησία καὶ λήθη ἀλληλομητρότεκνος γεννᾷ· λήθη ἐστὶ μνήμης ἀποβολή.

Σχόλιον γ'.

Ἑαυτῷ καὶ τοῖς ἰδίοις λόγοις, καὶ πράξεσιν ἐναντιούμενος.

Σχόλιον δ'.

Ὁ τὴν ψυχὴν ἀσθενῶν, καὶ τοῖς ἄλλοις διορθοῦσθαι συμβουλεύων, ὥσπερ ἄνθρωπός ἐστι τυφλὸς, καὶ δεικνύων τὴν ὁδόν.

Σχόλιον ε'.

Εἰσί τινες λαλοῦντες τὰ τῆς βασιλείας ἔργα, μὴ ἐργαζόμενοι δὲ αὐτά. Καὶ εἰσί τινες ἐργαζόμενοι τὰ τῆς βασιλείας, ἀλλ' οὐκ ἐν φυλακῇ, οὐδὲ ἐν γνώσει· ἐν οἷς δὲ γέγονεν ὁ λόγος τοῦ Σωτῆρος, τό· *Ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν*, ὀλίγοι καὶ σπάνιοί εἰσι καὶ δυσεύρετοι.

Ἄλλο.

Τοῦτό ἐστι κόπος, ὅτι τὴν ἀπάθειαν ἔχομεν ἐν τῷ στόματι, τὴν δὲ ἀνομίαν, καὶ τὴν κακίαν ἐν τῇ καρδίᾳ.

Ἄλλο.

Οὐδὲν πτωχότερον διανοίας, ἐκτὸς Θεοῦ, φιλοσοφούσης τὰ τοῦ Θεοῦ.

Ἄλλο.

Εἴ τις ὁμολογεῖ γλυκύτητα, μὴ ἐσθίει δὲ ἀπ' αὐτῆς, ὁ τοιοῦτος πικρὰν αὐτὴν δείκνυσι.

Ἄλλο.

Ὁ γνωστικὸν ἑαυτὸν δεικνύων, καὶ οὐ μᾶλλον πρακτικὸν, ἀναισθησίαν νοσεῖ.

Ἄλλο.

Σημείωσαι ὅτι ὁ διὰ λόγου ἑαυτοῦ καταγινώσκων οὐδὲν ὠφελεῖται ἐκ τούτου, ἐὰν μὴ καὶ τὴν διὰ τρόπων ἐπιστροφὴν κτήσηται.

Σχόλιον Γρηγορίου Νύσσης ς'.

Ὧν ἡ ὑπερβολὴ τοῦ κακοῦ, καὶ τὴν αἴσθησιν, ὧν πάσχουσι, προσαφῄρηται.

Ἄλλο Φωτίου πατριάρχου.

Ἡ κατὰ μέρος τῶν ἀρετῶν ἀποῤῥοὴ, ὅσον ὑποκλέπτει τὴν αἴσθησιν, τοσοῦτον τὴν βλάβην χαλεπωτέραν ἐργάζεται· ἀναπαισθήτου γὰρ ἐπιφερομένου τὸ κακὸν, ἀθεράπευτον τὴν νόσον εἶναι ποιεῖν.

Σχόλιον ζ'.

Ὧν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ὁ φόβος ἀπεκρύβη τοῦ Θεοῦ, τούτους ἀναισθησία πεπέδηκεν.

Ἄλλο Ἰσαάκ.

Νοῦς ἐμπεφυρμένος οὐ δύναται φυγεῖν τὴν λή-

Digitized by Google

θην, καὶ ἡ σοφία τὴν ἑαυτῆς θύραν τῷ τοιούτῳ οὐκ ἀνοίγει.

A gere oblivionem, et sapientia tali aditum ad se præcludit.

ΛΟΓΟΣ ΙΘ'.

Περὶ ὕπνου καὶ προσευχῆς, καὶ τῆς ἐν συνοδίᾳ ψαλμῳδίας.

Ὕπνος ἐστὶ φύσεως ποσῶς σύστασις (1) εἰκὼν θανάτου, αἰσθήσεων ἀργία. Εἷς μὲν ὁ ὕπνος, πλείστας δὲ τὰς ὑποθέσεις, ὡς καὶ ἡ ἐπιθυμία ἔχει. Λέγω δὲ ἐκ φύσεως, ἐκ βρωμάτων, ἐκ δαιμόνων, ἢ τάχα που καὶ ἐξ ἄκρας ἐπιτεταμένης νηστείας· ἐξ ἧς ἐξασθενοῦσα ἡ σὰρξ, δι' ὕπνου λοιπὸν ἑαυτὴν παραμυθεῖσθαι βούλεται, ὥσπερ ἡ πολυποσία συνηθείᾳ ἥρτηται· οὕτως καὶ ἡ πολυϋπνία· διὸ ἐν ἀρχαῖς μάλιστα τῆς ὑποταγῆς κατ' αὐτῆς ἀγωνισώμεθα. Χαλεπὸν γὰρ συνήθειαν μακρὰν λάσασθαι. Ἐπιτηρήσωμεν καὶ εὑρήσομεν τῆς πνευματικῆς σάλπιγγος σημαινούσης ὁρατῶς μὲν ἀθροιζομένους ἀδελφοὺς, ἀοράτως δὲ συνάγομένους τοὺς ἐχθρούς· διὸ οἱ μὲν ἐπὶ τὴν κλίνην ἐπιστάντες μετὰ τὴν ἀνάγερσιν, πάλιν ἡμᾶς ἐπὶ ταύτην ἀνακλιθῆναι ὑποτίθενται Μεῖνον, λέγοντες, ἄχρι συμπληρώσεως τῶν προοιμιακῶν ὕμνων, εἶθ' οὕτως ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πορεύσῃ. Οἱ δὲ ἐν τῇ προσευχῇ παρισταμένους τῷ ὕπνῳ καταβαπτίζουσιν. Ἕτεροι τὴν γαστέρα παρὰ τὴν συνήθειαν ἐπιτεταμένως νύττουσιν· ἄλλοι συντυχίας ποιεῖν ἐν τῷ Κυριακῷ προτρέπονται· ἄλλοι τὸν νοῦν εἰς λογισμοὺς αἰσχροὺς ὑποσύρουσιν· ἕτεροι δὲ τῷ τοίχῳ ἡμᾶς, ὡς ἐξατονήσαντας ἀνακλίνουσιν· ἔστι δὲ ὅτε καὶ χάσμαις πλείοσι περιβάλλουσι· τινὲς μὲν αὐτῶν γέλωτα πολλάκις ἐν τῷ τῆς προσευχῆς καιρῷ γενέσθαι ἐποίησαν, ἵνα δι' ἐκείνου τὸν Θεὸν καθ' ἡμῶν εἰς ἀγανάκτησιν διεγείρωσιν· ἄλλοι σπεύδειν ἡμᾶς· ἐν τῇ ἐκ ῥᾳθυμίας βιάζονται (2)· ἄλλοι σχολαιότερον ψάλλειν ἐκ φιληδονίας προτρέπονται. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ τῷ στόματι παρακαθήμενοι, κεκλεισμένον τοῦτο καὶ δυσάνοικτον ἀπεργάζονται. Ὁ Θεῷ παρίστασθαι λογιζόμενος, ἐν αἰσθήσει καρδίας, ἐν προσευχῇ στῦλος ἀκίνητος εὑρεθήσεται, ὑπ' οὐδενὸς τῶν προειρημένων ἐμπαιζόμενος. Ὁ ὄντως ὑπήκοος, πολλάκις ἐξαίφνης ἐπὶ προσευχὴν ὅλως φωτεινὸς καὶ ἀγαλλιώμενος γίνεται. Προπαρασκευασμένος γὰρ ἦν διὰ τῆς ἀνοθεύτου διακονίας καὶ προπεπυρωμένος ὁ πύκτης. Πᾶσι μὲν δυνατὸν μετὰ πλήθους προσεύχεσθαι, τοῖς πολλοῖς δὲ ἁρμόδιον μεθ' ὁμοψύχου μόνου. Ὀλίγων γὰρ λίαν ἡ μεμονωμένη προσευχή· μετὰ πλήθους ὑμνῶν, οὐ δυνήσῃ ἀβλαβῶς προσεύξασθαι. Ἔστω δέ σοι εἰς ἐργασίαν νοὸς ἡ τῶν λεγομένων λογίων θεωρία, ἢ πάλιν ὡρισμένη εὐχὴ ἐν τῇ ἀναμονῇ τοῦ στίχου τοῦ πλησίον. Οὐδενὶ πρέπει ἐν προσευχῇ πάρεργον (3), μᾶλλον δὲ κάτεργον. Τοῦτο γὰρ σαφῶς ἐπαίδευσεν ὁ κατὰ τὸν μέγαν Ἀντώνιον ἄγγελος. Δοκιμάζει μὲν γὰρ χάμινος χρυσὸν (4), προσευχῆς δὲ παράστασις σπουδὴν καὶ ἀγάπην πρὸς Θεὸν μοναχῶν.

CRADUS XIX.

De somno, precibus, et in publico conventu psalmorum cantu.

Somnus est status seu affectus quidam naturæ, mortis imago (*a*), sensuum quies et cessatio. Una quidem est ratio somni, sed plurimas, veluti cupiditas, habet causas. Ex natura, inquam, ex cibis, a dæmonibus, aut fortasse etiam ex summa et nimia jejunii inedia, qua debilitatum corpus per somnum deinceps conatur se reficere et recreare. Quemadmodum frequens et larga potitatio ex consuetudine nata est, ita multus et longus somnus : contra B quem in ipso religionis et tirocinii exordio pugnandum est. Inveteratam enim consuetudinem emendare et sanare est difficile. Observemus accurate et intelligemus signo sacræ **265** tubæ canente cogi fratrum cœtus oculis parentes; simulque inaspectabiles hostes nostros concurrere qui ad lectum cubicularem astant, et nos postquam evigilavimus, rursum conantur in lectum dejicere. Mane, inquiunt, tantisper, dum primi psalmodiæ hymni absolvantur, et tum satis adhuc mature ad ecclesiam descendes. Alii precibus vacantes circumstant, ut nos somno mergant. Alii præter morem intempestive alvum vehementius urgent; alii nos ad fabulas in templo conserendas incitant; alii mentem ad impuras cogitationes pertrahunt; alii nos in parietem veluti debiles et exhaustos inclinant; alii crebris nos oscitationibus fatigant. nonnulli risum etiam ipso precandi tempore nobis movent, ut irati numinis indignationem adversus nos concitent; alii nos ad præcipitandos psalmorum versus ex ignavia impellunt; alii ut tardius cum quadam delectatione pronuntiemus hortantur; alii denique quasi linguam et os obsiderent, impediunt nos et os occludunt ut ægre labia aperiamus, dum psalmis vacamus. Qui Deo assistere se cogitat, in intimo sensu cordis inter preces tanquam immobilis columna reperietur, nulla re eorum quæ sunt enarrata delusus. Verus et obediens religiosus sæpe repente ad precandum prosilit totus illustratus cœlestibusque gaudiis inundatus et exhilaratus. Est enim hujuscemodi religiosus jam ante per sincerissimum et fidelissimum ministerium tanquam egregius pugil præparatus ad orationem. **266** Omnes quidem possunt inter multos cum multis precationi vacare, sed multis opportunius est cum uno solo ejusdem animi et affectus psallere. Paucorum enim est solitaria oratio; si cum multis psallas, non poteris contemplari sine imaginum formis. Sit tibi ad occupandam mentem sacrorum eloquiorum quæ recitantur, meditatio : aut etiam certa precatio, dum exspectas, quoad alter versum

D

finiat (*b*). Non decet ullo modo ut inter preces aliud agatur seu necessarium sit, seu non necessarium.

(*a*) *Stulte, quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago?*

(*b*) Alterutris enim canebant, ut hodie passim in ecclesiis.

Digitized by Google

hoc enim expresse docuit, teste magno Antonio, angelos; ignis explorat aurum, attenta et sincera oratio monachorum studium et charitatem erga Deum.

Hoc laudabile precandi studium qui possidet, Deum ad se invitat, et dæmonas fugat.

SCHOLIA AD GRADUM XIX

De somno

Scholion 1.

Est somnus, bona bonorum actio; et est laborum remissio, ut illud psalmi testatur : *Cum dederit dilectis suis somnum* [78]. Et : *Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt in manibus suis* [79].

Scholion 2.

Pigritiæ præses dæmon et stupor animi urgent nos ut in psalmorum recitatione properemus.

Scholion 3.

Observandum, nunquam, dum res divina fit, ullum opus manuum omnino attingendum.

Scholion 4.

Studium, inquit, precandi ostendit monachorum diligentiam et charitatem quam habent erga solum Deum, et non ad aliud aliquid, quam laborem corporis sive animi evagationem.

A Ἐπαινετὸν ἔργον ὁ κτησάμενος, καὶ Θεῷ πλησιάζει, καὶ δαίμονας δραπετεύει.

ΣΧΟΛΙΑ ΕΙΣ ΛΟΓΟΝ ΙΘ'

Περὶ ὕπνου.

Σχόλιον α'.

Ἔστιν ὁ ὕπνος, καὶ ἀγαθῶν εὐπραξία, καὶ καμάτων ἄνεσις, κατὰ τὸ, *Ὅταν δῷ τοῖς ἀγαπητοῖς αὐτοῦ ὕπνον.* Καὶ, *Ὑπνωσαν ὕπνον αὐτῶν, καὶ οὐχ εὗρον οὐδέν.*

Σχόλιον β'.

Καὶ ὁ δαίμων ὁ τῆς ἀκηδίας, σπεύδειν ἡμᾶς ἐν τῇ στιχολογίᾳ ποιεῖ, καὶ ἡ ἀναισθησία.

Σχόλιον γ'.

Σημειωτέον ὅτι ἐν οὐδεμιᾷ λειτουργίᾳ αὐτοῦ τινὰ χρὴ ἐργόχειρον κρατεῖν τὸ σύνολον.

B

Σχόλιον δ'.

Ἡ τῆς προσευχῆς, φησὶ, παράστασις, τὴν σπουδὴν καὶ τὴν ἀγάπην τῶν μοναχῶν φανεροῖ, ἣν πρὸς τὸν Θεὸν μόνον ἔχουσι, καὶ οὐ πρὸς ἄλλο τι, ἐργόχειρον, ἢ ῥεμβασμόν.

---

267 GRADUS XX.

De vigiliis corporis, quomodo per eas fiant vigiliæ spiritus, et quomodo hæ sint exercendæ.

Qui terrarum reges stipant, alii inermes et nudi sunt, alii fascibus, alii scutis, alii gladiis armati. Inter quos tamen ipsos magnum est et incomparabile discrimen, cum alii inter ultimos, alii inter primos sint. Hi quippe cognati et domestici familiaresque regis esse solent. Atque hæc in his fieri consueverunt. Enimvero videamus quomodo et nos geramus, quando Deo regi nostro in precibus diurnis, vespertinis et nocturnis assistimus. Sunt enim qui in vespertinis et nocturnis excubiis ab omnibus rerum aspectabilium curis nudi, et expediti puras ad Deum in precibus manus extendunt. Alii per psalmorum cantum in iisdem (excubiis) se Deo repræsentant. Alii in rerum sacrarum lectione pervigilant, alii mente debiliores, opere tamen faciendo generose cum somno colluctantur; alii assidua mortis consideratione sibi compunctionem conciliare student. Ex his omnibus primi et ultimi in Deo gratissimis precum pervigiliis excubant. Secundi monasticam precandi rationem sequuntur. Tertii extremum et infimum exercitationis gradum insistunt; Deus tamen pro ratione piæ voluntatis et facultatis **268** oblata illorum munera acceptat et æstimat. Vigil oculus omnes mentis labes abstersit. Multus somnus obtundit et obcæcat animam. Monachus vigilans hostis est luxuriæ : somnolentus vero illius est conturbernalis. Vigiliæ libidinis faces exstinguunt, insomnia fœda pellunt, oculos lacrymis suffundunt, conscientiam cordis teneram et delicatam reddunt, cogitationes in potestate habent et custodiunt : cibos tanquam fornax absumunt, vitia cupiditatum

[78] Psal. CXXVI, 2. [79] Psal. LXXVI, 6.

ΛΟΓΟΣ Κ'.

Περὶ ἀγρυπνίας σωματικῆς, πῶς διὰ ταύτης γίνεται ἡ τοῦ πνεύματος, καὶ πῶς δεῖ ταύτην μετιέναι.

Τοῖς ἐπὶ γῆς βασιλεῦσιν οἱ μὲν ὁπλοί τινες καὶ γυμνοὶ, οἱ δὲ ῥάβδους κατέχοντες, οἱ δὲ θυρεοὺς, οἱ δὲ μαχαίρας παρίστανται· πολλὴ δέ τις ἡ διαφορὰ τῶν πρωτευόντων παρὰ τοὺς ἐσχάτους καὶ ἀσύγκριτος. Οὗτοι γὰρ καὶ συγγενεῖς κυρίως, καὶ οἰκεῖοι C τοῦ βασιλέως εἶναι πεφύκασι. Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τούτοις· φέρε δὴ λοιπὸν καὶ ἡμεῖς ἴδωμεν πῶς τὴν ἡμετέραν παράστασιν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ βασιλέα ποιούμεθα, ἔν τε ταῖς ἑσπεριναῖς, καὶ ἡμεριναῖς, καὶ νυκτεριναῖς παραστάσεσι καὶ εὐχαῖς. Τινὲς μὲν γὰρ ἐν τῇ ἑσπερινῇ (1) διανυκτερεύσει ἄϋλοι, καὶ γυμνοὶ πάσης φροντίδος, ἐπὶ προσευχὴν τὰς χεῖρας ἐκτείνουσιν· ἕτεροι δὲ, μετὰ ψαλμῳδίας ἐν ταύταις παρίστανται· ἄλλοι, τῇ ἀναγνώσει μᾶλλον προσκαρτεροῦσι· τινὲς δὲ, διὰ τοῦ ἔργου τῶν χειρῶν ἐξ ἀσθενείας ἀνδρείως τῷ ὕπνῳ μάχονται (2)· ἄλλοι, τῇ τοῦ θανάτου ἐννοίᾳ προσασχολούμενοι, διὰ ταύτης κατάνυξιν προλαβέσθαι βούλονται. Τούτων πάντων οἱ D πρῶτοι καὶ ἔσχατοι θεοφιλεῖ προσκαρτεροῦσι διανυκτερεύσει· οἱ δὲ δεύτεροι, μοναχικῇ· εἰ δὲ τρίτοι ἐσχατωτέραν βαδίζουσιν ὁδόν· πλὴν κατὰ τὸν λογισμὸν καὶ τὴν (3) δύναμιν ὁ Θεὸς τὰ δῶρα δέχεται καὶ λογίζεται· ἄγρυπνον ὄμμα ἔγνισεν νοῦν. Πλῆθος δὲ ὕπνου ἐπώρωσε ψυχήν (4)· ὁ δὲ ὑπνώδης, ταύτης σύζυγος· ἀγρυπνία πυρώσεων θραῦσις· ἐνυπνιασμῶν λύτρωσις· κάθυγρος ὀφθαλμὸς, ἠπαλυμένη καρδία, λογισμῶν φυλακὴ, βρωμάτων χωνευτήριον, πνευμάτων δαμαστήριον, γλώττης κολαστήριον, φαντασιῶν φυγαδευτήριον. Μοναχὸς ἄγρυπνος (5), ἁλιεὺς λογισμῶν, ἐν γαλήνῃ νυκτὸς εὐχερῶς τούτους καταναλίσκει (6), καὶ ἀγρεύει δυνάμε

Digitized by Google

νος· μοναχὸς φιλόθεος σάλπιγγος προσευχῆς σημαινούσης λέγει· Εὔγε, εὖγε! Ὁ δὲ ῥᾳθυμος λέγει. Οἴμοι, οἴμοι! Τραπέζης ἑτοιμασία ἐδοκίμασε γαστριμάργους· καὶ προσευχῆς ἐργασία ἐδοκίμασε φιλοθέους· ὁ μὲν πρότερος ἰδὼν ἐκείνην, σκιρτᾷ, ὁ δὲ δεύτερος σκυθρωπάζει· λήθης πρόξενος ὕπνος πολύς (7)· ἀγρυπνία δὲ μνήμην ἐκκαθαίρει· πλοῦτος γερωγοῖς ἐν ἄλωνι καὶ ληνῷ συνάγεται· πλοῦτός τε καὶ γνῶσις μοναχοῖς ἐν ἐσπεριναῖς, καὶ νυκτεριναῖς παραστάσεσι, καὶ ἐργασίαις νοός· ὕπνος πολὺς σύμβιος ἄδικος· τὸ ἥμισυ τῆς ζωῆς τῶν ῥᾳθύμων ἁφαρπάζων ἀπ' αὐτῶν, ἢ καὶ πλέον. Ἀδόκιμος μοναχὸς (8) ἐν συντυχίαις ἄγρυπνος, καὶ ὥρας εὐχῆς καταλαβούσης, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐβαρήθη· μοναχὸς χαῦνος ἐν πολυλογίαις δόκιμος, καὶ ἀναγνώσεως ἐνεχθείσης, ἐμβλέπειν ἀπὸ τοῦ ὕπνου οὐ δύναται. Σάλπιγγος γενομένης νεκρῶν ἀνάστασις, καὶ ἀργολογίας καταλαβούσης κοιμωμένων ἀνάνηψις· δόλιος φίλος τοῦ ὕπνου ὁ τύραννος· κορεσθέντων ἡμῶν πολλάκις ὑποχωρεῖ· καὶ ἐν πείνῃ καὶ ἐν δίψῃ ἰσχυρῶς πολεμεῖ· ἔργον χειρῶν ἐν ταῖς εὐχαῖς βαστάζειν ὑποτίθεται· ἄλλως γὰρ τὴν προσευχὴν τῶν ἀγρυπνούντων ἀφανίζειν οὐ δύναται· τοῖς εἰσαγωγικοῖς πρῶτον ἐν τῷ πολέμῳ ὑπεισέρχεται, ἵνα ῥᾳθυμῆσαι ἐκ προοιμίων ποιήσῃ, ἢ ἵνα τῷ τῆς πορνείας προευτρεπίσῃ δαίμονι. Ἕως οὖ τούτου ἐλευθερωθῶμεν, μετὰ πλήθους ψάλλειν μὴ παραιτησώμεθα· πολλάκις γὰρ αἰδούμενοι, οὐ νυστάζομεν· ἐχθραίνει τοῖς λαγωοῖς ὁ κύων, καὶ τῷ ὕπνῳ ὁ τῆς κενοδοξίας δαίμων. Μετὰ μὲν τὴν ἡμέραν ὁ πράτης (9)· μετὰ δὲ τὴν ψαλμῳδίαν ὁ ἐργάτης καθεσθεὶς τὸ κέρδος ψηφίζει· ἐκδέξαι μετὰ προσευχὴν νηφόντως· καὶ τότε ὄψει ὁρμαθοὺς δαιμόνων ὡς πολεμηθέντας ὑφ' ἡμῶν μετὰ τὴν προσευχὴν ταῖς ἀτόποις ἡμᾶς φαντασίαις περιπαίρειν δοκιμάζοντας· καθεσθεὶς τήρει, καὶ ὄψει τοὺς σεσυνηθικότας τὰς ἀπαρχὰς ἁφαρπάζειν τῆς ψυχῆς· ἔστι μὲν μετὰ τοὺς ὕπνους ἐκ συνεχείας μελετᾷν τὰ τῶν ψαλμῶν λόγια· ἔστι δὲ ὅτε οἱ δαίμονες ἡμῖν ταῦτα ὑποτίθενται, ἵνα πρὸς ὑπερηφανίαν ἀνεπάρωσι. Τὸ δὲ τρίτον λέγειν οὐκ ἤθελον, πλήν τίς με λέγειν βεβίαχε. Ψυχὴ λόγον Κυρίου ἀδιαλείπτως μεθ' ἡμέραν μελετῶσα (10), καὶ τῷ ὕπνῳ ἐν τούτῳ ἐμφιλοχωρεῖν πέφυκεν. Ἀντιμισθία γὰρ κυρίως τοῦ προτέρου τὸ δεύτερον πρὸς ἀποτροπὴν πνευμάτων καὶ φαντασμάτων.

et dæmonas edomant. Linguæ petulantiam plectunt, omnium phantasmatum formas delent. Pervigil monachus piscator cogitationum suarum, nullo negotio illas in tranquillitate noctis observat et capit. Monachus Dei amator signo ad comprecandum sonante (lætus et alacer) exclamat: Euge euge. Socors vero et ignavus ingemiscit: Heu mihi, væ mihi! Instructio mensæ ostendit gulosos studium precandi, veros Dei cultores, Deique amantes: Ille instructam mensam intuens exsultat gaudio; hic tristem vultum ostendit. Multus somnus oblivionem parit, vigiliæ repurgant memoriam. Agricolæ suas opes in area et torculario vini lacu colligunt: monachi thesaurum cœlestis cognitionis vespertinis et nocturnis precibus mentisque exercitatione et contemplatione sibi comparant. Multus somnus improbus est convictor, qui dimidium vitæ tempus, vel eo amplius ignavis et inertibus subducit et furatur. Illaudatus religiosus in familiari fratrum colloquio vigilat; cum precandi hora adest, somno premitur. Monachus solutus ad fabulas **269** promptus est et alacer: ubi sacra lectio proponitur, sopitus legere non potest. Quemadmodum ad tubam novissimam mortui exsurgent, ita nunc ad otiosas fabulas somnolenti monachi evigilant. Fallax est amicus somni dominus. Bene saginatis nobis sæpe se subducit: in fame vero et siti nos vehementer [acerrime] oppugnat. Suggerit quoque ut inter preces opus faciamus, quando aliter pervigilantium preces interpolare aut impedire et sbolere non potest. Tironibus religiosis primum movet bellum per somnum, ut illos statim ab initio ignavos reddat, aut luxuriæ dæmoni aditum paret. Quoad ergo ab hoc tyranno liberemur, non gravemur cum toto fratrum cœtu psallere: sic enim verecundia præpediti sæpe non dormitabimus. Odit lepores canis, et somnum vanæ gloriæ spiritus. Mercator sub vesperam, religiosus post psalmodiam residens rationes parti lucri init. Post preces sobrius dura, et spectabis magnas dæmonum turmas a nobis oppugnatas post pias meditationes absurdis phantasmatum cogitationibus objectis conari nos infestare et circumvenire. Observa quietus et videbis qui sint qui rapere primitias animæ et cogitationum consueverunt. Est cum subinde in somno, propter assiduum precandi usum psalmorum oracula meditamur. Est etiam cum hostes improbi nobis illa suggerunt, ut nos in superbiam extollant. Tertium prudens tacuissem, nisi me quis per vim eloqui rem coegisset. **270** Anima quæ per diem verbum Dei perpetuo secum meditando revolvit, in somno quoque idem versare mente consuevit. Est enim hæc vera prioris exercitationis merces et remuneratio, qua improborum dæmonum phantasmata arcemus.

Βαθμὸς εἰκοστός· ὁ τοῦτον εἰληφὼς, φῶς ἐδέξατο [*al.* ἔλαμψεν] ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.

Gradus XX, quem qui superavit illius in corde cœleste lumen refulsit [hic in corde suo cœleste lumen recepit].

ΣΧΟΛΙΑ ΕΙΣ ΛΟΓΟΝ Κ'.

SCHOLIA AD GRADUM XX.

Περὶ ἀγρυπνίας.

De vigiliis.

Σχόλιον α'.

Scholion 1.

Οὐχὶ ἡ στάσις ἐστὶν ὅλη ἡ ἀγρυπνία· οὐδὲ πάλιν ἡ στιχολογία τῶν ψαλμῶν μόνων· ἀλλ' ἔστιν ὁ ἐν

Non consistunt totæ vigiliæ in stando, aut recitatione psalmorum; sed est, qui tota quidem

Digitized by Google

nocte psallit, et est, qui eamdem in studiis pœnitentiæ et precibus et inclinatione in terram consumit. Est etiam qui in fletu et lacrymis et planctu super admissis peccatis totam ponit. Exiguntur etiam vigiliæ, cum quis sub initium vesperi incipit a psalmorum recitatione, et reliquum noctis consumit in troparіis seu brevibus canticis directis ad Deum et sanctos. Fiunt rursum, cum Deo laudes decantantur, aut prælectioni impenduntur. Instituuntur etiam a quibusdam, qui sibi legem dicunt, ne genu ponant aut flectant ad exemplum illius, qui luxuriæ cogitationibus oppugnabatur.

Qui sensum et effectum charitatis divinæ proprie, et humilitatis decenter [uti decet]; et beatæ castitatis vere; et divinæ illustrationis clare et aperte; et timoris ejus non ficte; et certæ cordis fiduciæ sincere verbis, quæ sub sensum cadunt, explicare conatur, eorumque animos, qui hunc sensum et effectum nunquam degustarunt, de his et hujuscemodi virtutibus illustrare et erudire se per explanationem orationis posse existimat, perinde facit ac qui verbis et similitudinibus vult mellis dulcedinem iis declarare, qui illam nunquam gustarunt: sed hic quidem frustra disserendo laborat, ne dicam nugatur et operam perdit. Sed ille prior, aut nescit quid doceat, aut per vanæ gloriæ cupiditatem subtiliter deluditur. Proposuit hic sermo thesaurum ad exploranda reliquas virtutes in vasis fictilibus, seu potius in corporibus humanis reconditum et custoditum, sed cujus vim et qualitatem nullis verbis assequaris, qui tantum cælestem inscriptionem habet adjectam, sed quæ nullo humano sensu capi possit, quæque infinitam investigationem et laborem exhibeat, iis qui illam **310** verbis conantur explicare. Sunt autem inscriptionis verba isthæc: *Sancta humilitas.* Quicunque Dei spiritu aguntur, hi nobiscum in concilium spirituale et plenum sapientiæ conveniant, secumque tabulas cognitionis divinitus scriptas, et utraque manu spirituali ferant. Coacti ergo in senatum convenimus, et vim venerandæ inscriptionis ac tituli ad examen vocavimus. Et hic quidem aiebat humilitatem esse perpetuam seu continuam omnium recte factorum oblivionem. Alius vero (dicebat) eamdem esse, inter postremissimos se, et peccatis magis quam cæteros obnoxium existimare. Alius, suæ imbecillitatis et fragilitatis cognitionem habere. Alius, antevertere alterum in altercationis reconciliatione, ita ut prior ipse iram missam faciat et dissolvat. Alius rursum, divinæ gratiæ et commiserationis seu misericordiæ agnitionem. Alius item contritæ animæ sensum et voluntatis propriæ abdicationem. Quæ ego cum omnia audivissem, et considerate sobrieque mecum perpendissem, beatum illum humilitatis sensum per auditionem assequi non potui. Itaque velut ultimus omnium et vilissimus tanquam catellus de micis e mensa et ore sapientum illorum et beatorum Patrum cadentibus collegi, et de humilitate disserturus dixi:

ΛΟΓΟΣ ΚΕ'.

Περὶ τῆς τῶν παθῶν ἀπωλείας τῆς ὑψίστου ταπεινοφροσύνης, ἀοράτῳ αἰσθήσει ἐγγινομένης· ὃς ἀνάβασιν ἰσχύσει, θαρσείτω, τὸν διδάσκαλον γὰρ Χριστὸν μιμησάμενος σέσωσται.

Ὁ ἀγάπης Κυρίου κυρίως, καὶ ταπεινοφροσύνης πρεπόντως, καὶ μακαρίας ἀγνείας ἀληθῶς, καὶ ἐλλάμψεως Θεοῦ ἐναργῶς (a), καὶ φόβου αὐτοῦ ἀψευδῶς, καὶ πληροφορίας καρδίας εἰλικρινῶς αἴσθησιν καὶ ἐνέργειαν διὰ λόγου ὁρατοῦ διηγεῖσθαι βουλόμενος (1), καὶ τοὺς ταύτης ἀγεύστους ἐν ἐξηγήσεσι περὶ τῶν τοιούτων φωτίζειν δοκῶν, ὅμοιόν τι ποιεῖ ἀνδρὶ, τῷ τοὺς μὴ γευσαμένους μέλιτος πώποτε τὴν τούτου γλυκύτητα διὰ λόγων, καὶ ὑποδειγμάτων διδάσκειν θέλοντι. Ἀλλ' ὁ μὲν δεύτερος εἰς μάτην φιλολογεῖ, ἵνα μὴ εἴπω βαττολογεῖ· ὁ δὲ πρότερος, ἢ ἄπειρος τῆς ἑαυτοῦ διηγήσεως κατέστηκεν, ἢ ὑπὸ κενοδοξίας ὀξέως ἐμπαίζεται. Προέθηκεν ὁ λόγος θησαυρὸν εἰς βάσανον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσι, μᾶλλον δὲ σώμασι, κατησφαλισμένον ὑπάρχοντα, παντὶ λόγῳ τῇ ποιότητι ἀγνώριστον διαμένοντα, μόνην δὲ τὴν ἄνωθεν ἐπιγραφὴν ἀκατάληπτον περικείμενον πολλὴν καὶ ἀπέραντον τοῖς λόγῳ ζητοῦσι τὴν ἔρευναν, καὶ τὸν μόχθον [κόπον] παρέχουσαν. Εἶχε δὲ ἡ λέξις οὕτως· *Ἡ ἁγία ταπείνωσις.* Ὅσοι Πνεύματι Θεοῦ ἄγονται (2), οὗτοι ἡμῖν εἰς τὸ νοερὸν τοῦτο καὶ πάντοφον συνεισιέτωσαν συνέδριον, πλάκας γνώσεως θεογράφους σὺν αὐτοῖς μετὰ χεῖρας νοερὰς ἐπιφερόμενοι· καὶ συνεληλύθαμεν καὶ συνεζητήκαμεν, καὶ βεβασανίκαμεν τῆς τιμίας ἐπιγραφῆς τὴν δύναμιν. Καὶ ὁ μὲν ἔλεγε λήθην τῶν κατορθουμένων προσεχῆ· ἕτερος δὲ τὸ πάντων ἐσχατώτερον καὶ ἁμαρτωλότερον ἑαυτὸν λογίζεσθαι· ἄλλος ἐπίγνωσιν νοὸς τῆς οἰκείας ἀσθενείας καὶ ἀδυναμίας· ἕτερος, τὸ προκαταλαμβάνειν τὸν πλησίον ἐν παροργισμοῖς καὶ λύειν πρῶτον τὴν μῆνιν· ἕτερος πάλιν χάριτος Θεοῦ καὶ συμπαθείας ἐπίγνωσιν· ἄλλος συντετριμμένης ψυχῆς αἴσθησιν, καὶ θελήματος οἰκείου ἄρνησιν. Ἐγὼ δὲ πάντων ἀκηκοὼς, καὶ ἐν ἑαυτῷ ταῦτα ἐπεσκεμμένως τε καὶ νηφάντως βεβασανικὼς, τὴν μακαρίαν ἐκείνης αἴσθησιν δι' ἀκοῆς μανθάνειν οὐ δεδύνημαι. Διόπερ καὶ ἔσχατος πάντων ὡς κύων ἐκ ψιχίων τραπέζης τῶν γνωστικῶν καὶ μακαρίων ἐκπιπτόντων αὐτῶν τοῦ στόματος συλλελεχὼς περὶ ταύτης ὁριζόμενος εἶπον·

(a) ἐναργῶς habent omnes codices, non ἐνεργῶς, ut Camaldulensis videtur legisse, qui *firmiter* exponit.

Digitized by Google

Ταπεινοφροσύνη ἐστὶ ἀνώνυμος χάρις ψυχῆς (3), μόνοις εὐώνυμος τοῖς τὴν πεῖραν εἰληφόσιν, ἄφραστος πλοῦτος Θεοῦ ὄνομασία, καὶ χορηγία. *Μάθετε* γὰρ, φησὶν, οὐκ ἀπ' ἀγγέλου, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπου, οὐκ ἀπὸ δέλτου, ἀλλ' *ἀπ' ἐμοῦ*, τοῦτ' ἔστιν, ἐκ τῆς ἐμῆς ἐν ὑμῖν ἐνοικειώσεως καὶ ἐλλάμψεως, καὶ ἐνεργείας· *ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ*, καὶ τῷ λογισμῷ, καὶ τῷ φρονήματι, καὶ *εὑρήσετε ἀνάπαυσιν* πολέμων, καὶ κουφισμὸν λογισμῶν *ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν*. Ἄλλη τῆς ὁσίας ταύτης ἀμπέλου ἡ θέα ἐν χειμῶνι παθῶν ἔτι, καὶ ἄλλη ἐν ἔαρι λοιπὸν τῶν καρπῶν· καὶ ἑτέρα ἡ ἐν θέρει τῶν ἀρετῶν, εἰ καὶ εἰς μίαν πᾶσαι αὐτῆς αἱ θεωρίαι συντρέχουσιν τὴν εὐφροσύνην καὶ καρποφορίαν· ὅθεν καὶ οἰκεῖα ὥσπερ εἰ τὰ σύμβολα καὶ τὰ τεκμήρια τῶν καρπῶν κέκτηνται. Ὅταν μὲν γὰρ ἐν ἡμῖν ὁ τῆς ὁσίας ταύτης ἐπανθεῖν βότρυς ἄρξηται (4), μισοῦμεν εὐθέως μετὰ πόνου πᾶσαν ἀνθρωπίνην δόξαν καὶ εὐφημίαν· θυμὸν καὶ ὀργὴν ἐξ ἑαυτῶν ἐξορίζοντες. Προκοπτούσης δὲ λοιπὸν τῆς βασιλίδος ταύτης τῶν ἀρετῶν τῇ πνευματικῇ ἡλικίᾳ ἐν τῇ ψυχῇ, εἰς οὐδὲν, μᾶλλον εἰς βδέλυγμα, πάντα τὰ παρ' ἡμῶν ἐκτελούμενα ἀγαθὰ λογιζόμεθα, πᾶσαν ἡμέραν προστιθέντι μᾶλλον τῷ φορτίῳ ἐν ἀγνώστῳ σκορπισμῷ ὑπολαμβάνοντες· τὴν δὲ τῶν ἐν ἡμῖν ἐπιδημούντων θείων χαρισμάτων περιουσίαν, ὡς προσθήκην πλείονος κολάσεως, ὡς οὐκ ἀξίοις αὐτῶν ὑποπτεύομεν. Διὸ τότε καὶ μένει ὁ νοῦς ἄσυλος ἐν βαλαντίῳ μετριότητος ἑαυτὸν κατασφαλισάμενος, τοὺς κτύπους μόνον καὶ τὰ ἀθύρματα τῶν κλεπτῶν ἀκούων, καὶ ὑπ' οὐδενὸς τούτων ἐπηρεασθῆναι δυνάμενος, εἴπερ μετριότης ἐστὶν ταμεῖον ἀνεπιχείρητον. Περὶ μὲν οὖν τῆς ἀνθηφορίας καὶ προκοπῆς βραχείας τοῦ ἀειθαλοῦς καρποῦ διὰ μικρολογίας φιλοσοφεῖν τετολμήκαμεν· τί δὲ λοιπὸν τὸ τέλειον ἔπαθλον τῆς ἱερᾶς, τὸν Κύριον οἱ τοῦ Κυρίου οἰκεῖοι ἐρωτήσατε. Περὶ μὲν οὖν τῆς ποσότητος τῆς οὐσίας ταύτης λέγειν οὐ δυνατόν· περὶ δὲ τῆς ποιότητος ἀδυνατώτερον φράσαι. Πλὴν δὲ περὶ τῆς ἰδιότητος κατὰ τὴν ὑπεισελθοῦσαν ἡμῖν ἔννοιαν λέγειν ἐπιχειρήσομεν.

Humilitas est gratia animæ nominis expers, solis nominata iis qui ejus experimentum ceperunt: inexplicabilis thesaurus a Deo nomen sortita singulare, munus Dei. *Discite*, inquit, non ab angelo, non ab homine, **311** non ex libro, sed *a me*, hoc est, ex mea in vobis habitatione, illustratione et operatione, *quia mitis sum et humilis corde*, et cogitatione et sensu, *et invenietis* bellorum interiorum *requiem animabus vestris* [18], et levamen cogitationum vestrarum. Alia est religiosæ et sanctæ hujus vineæ in hiemis adhuc tempestate et conflictu vitiorum facies, alia jam in verno fructuum flore, alia denique in plena virtutum æstate, quanquam et omnes hæ considerationes et spectacula in unam frugum omnium lætitiam et ubertatem concurrunt, unde et propria veluti symbola seu signa et argumenta fructuum habent. Quando enim divinæ hujus vineæ uvæ cœperint efflorescere, tum vero statim omnes humanas laudes et glorias non sine animi dolore odimus, ira omni et furore procul a nobis expulsis et rejectis. Cæterum ubi regina hæc virtutum ad justam spiritus ætatem in anima profecerit, tum deinceps omnia quæ facimus bona nihili æstimamus, imo potius velut abominandum quid exsecramur, et quotidie nos oneri peccatorum aliquid, per incognitam dissipationem, adjicere arbitramur (a). Cœlestium vero gratiarum redundantem in nobis, quibus indigui sumus, copiam, velut majorum suppliciorum auctarium suspectam habemus. Quas ob causas mens nostra ab hostibus inspoliata manet, seseque intra suæ mediocritatis pelliculam tuetur ac tenet, nihilque nisi furum strepitus, et ludibria audit, sed ab nullo lædi violarive potest, quando aurea illa mediocritas **312** est velut inexpugnabile ærarium. De efflorescente ergo hac virtute [De primo ergo humilitatis flore], celerique fructu hujus semper virentis profectu, breviter disserere et philosophari ausi sumus. Quod vero nunc sit divinæ hujus virtutis perfectum præmium, quærite ex ipso Domino qui illius familiares et domestici estis. Magnitudo hujus thesauri nullis verbis exprimi potest: et multo minus modus seu qualitas ejusdem. De proprietate igitur humilitatis, prout nobis mens suggesserit, dicere aliquid conabimur

Μετάνοια, μεμεριμνημένη μέντοι, καὶ πένθος ἀφηγνισμένον πάσης κηλίδος, καὶ ἡ πανόσιος εἰσαγομένων ταπείνωσις, τοσαύτην ἀπ' ἀλλήλων τὴν διαφορὰν, καὶ τὴν διάκρισιν κέκτηνται, ὅσην ἔχει παρὰ τὸν ἄρτον ἡ ζύμη καὶ ὁ ἄλευρος. Συντρίβεται μὲν γὰρ ψυχὴ καὶ λεπτύνεται διὰ μετανοίας ἐναργοῦς· ἑνοῦται δέ πως, καὶ ἵν' οὕτως εἴπω συμφύρεται Θεῷ δι' ὕδατος πένθους ἀψευδοῦς· ἐξ οὗ καὶ ἐξάψασα πῦρ Κυρίου ἀρτοποιεῖται καὶ στερεοῦται ἡ μακαρία ταπείνωσις ἡ ἄζυμος καὶ ἄτυφος· ὅθεν καὶ ὡς εἰς μίαν δύναμιν, καὶ ἐνέργειαν, καὶ συνθέουσα ἑαυτῇ ἡ πανόσιος αὕτη τρίσειρος ἅλυσις,

Pœnitentia verum accurata, luctus qui omnem animi labem eluit, sanctissima tironum humilitas, tanto inter se discrimine et discretione differunt, quanto fermentum et farina a pane. Per veram et efficacem pœnitentiam anima conteritur et extenuatur, adunatur vero et, ut sic loquar, permiscetur quodammodo Deo per sinceri luctus aquam, ex quo concepto Domini igne in panem formatur et excluso jam omni fermento et tumore superbiæ solidatur beata humilitas. Unde tanquam in unam vim et virtutem in seipsam revoluta sanctissima hæc et trilix catena, vel potius iris, suas quasdam

[18] Matth. xi, 29.

(a) Vultne hoc dicere, nos per incognitam et occultam dissipationem omnes quotidie diminuere, dum putamus nos augere; an potius per dissipationem donorum Dei occultam augere omnes peccata?

Digitized by Google

et singulares habet actiones et proprietates, quodque signum alteri ex illis convenire dixeris, hoc et in altera quoque deprehendes. Itaque quod a me jam breviter dictum est, hoc demonstrare conabor. Prima et princeps excellentis hujus et admirandæ triados proprietas et natura est, promptissima ignominiæ perpessio, quam supinis manibus anima **313** excepit et amplexatur, ut quæ omnibus animæ morbis medeatur, et magna peccata deleat et absumat. Altera omnis iræ illius exstinctio et in ea consopienda servata modestia et modus. Tertius et præstantissimus hujus gradus est bona fide credere se non esse bonum, cum perpetuo discendi desiderio. *Finis* quidem *legis* et prophetarum *Christus in justificationem omni credenti* [14]. Finis vero vitiositatum et impurarum perturbationum vana gloria et superbia omni non attendenti, quas omnes pestes animorum enecat spiritualis illa cerva suumque convictorem ab omni letali veneno intactum et illæsum conservat. Ubi enim in illa hypocrisis virus apparet? ubi obtrectationis? ubi serpens in caverna latitat? quin potius ex ipsa terræ et cordis latebra in publicum protrahitur, interimitur et absumitur. Non apparet in hoc contubernio ullius odii signum, non oblocutionis species, non odor contumaciæ aut tergiversationis, nisi forte cum fides venit in periculum. Qui cum hac velut sponsa sponsus copulatus est, lenis, placidus, pronus in compunctionem, misericors, super omnia vero serenus et tranquillus, lætus et alacer, obsequens, omnium molestiarum expers, vigil et impiger est, et ut uno verbo complectar omnia, imperturbatus. Siquidem *in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus, et liberavit nos de inimicis nostris* [15], et animi morbis et inquinamentis nostris. Humilis monachus non curiose inquirit in arcana Dei. Superbus autem etiam judicia perscrutatur. **314** Quemdam ex providentissimis fratribus maligni spiritus oculis ejus spectabili forma observantes beatum prædicabant; quibus ille sapientissimus: Si me, inquit, in anima mea laudare desieritis, ex discessu vestro me magnum et eximium existimabo; si vero laudare perrexeritis, ex vestra laudatione meas ipsius sordes et impuritatem facile conjectabo. Immundus enim omnis apud Dominum superbus aut laudate, et per vos humilis fio. Quo dilemmate

Non sit anima tua cisterna aquæ vivæ; quæ modo fontium vitalium scaturigine redundet, modo vanæ gloriæ et superbiæ ardoribus exhausta exarescat, sed fons potius omnium perturbationum limo carens, qui flumen paupertatis ex se perpetuo fundat. Non ignores, amice, frumentum et fructum spiritualem in vallibus copiosum proferri. Vallis est humilis anima, quæ inter montes laborum et virtutum semper depressa, humilis et immobilis manet. Non jejunavi, non pervigilavi, non humi in nudo solo somnum cepi, sed *humiliatus sum* (inquit

[14] Rom. x, 4. [15] Psal. cxxxv, 23, 24.

A μᾶλλον δὲ ἴρις, οἰκείας πως καὶ τὰς ἐργασίας (5), καὶ ἰδιότητας κέκτηται· καὶ ὅπερ ἂν θατέρας εἴποις ὑπάρχειν σύμβολον, τοῦτο καὶ τῆς ἑτέρας εὔροις ἂν γινόμενον γνώρισμα. Διὸ καὶ ἐν συντόμῳ τὸ εἰρημένον δι' ἀποδείξεως κυρῶσαι πειράσομαι. Ἰδίωμα μὲν γὰρ τῆς καλῆς ταύτης καὶ ἀξιαγάστου Τριάδος πρῶτον καὶ ἐξαίρετον ἀτιμίας ὑποδοχὴ ἀσμενεστάτη, ὑπτίαις χερσὶ ψυχῆς προσδεχομένης καὶ περιπτυσσομένης ταύτην ὡς καταπαύουσαν καὶ καταφλέγουσαν νόσους ψυχῆς, καὶ ἁμαρτίας μεγάλας· δεύτερον δὲ ἀπ' ἐκείνου θυμοῦ παντὸς ἀπώλεια [θνῆσις], καὶ μετριότης ἐν τῇ τούτου κατευνάσει· τρίτος δὲ βαθμὸς κάλλιστος, τῶν οἰκείων καλῶν ἀπιστία πιστή, καὶ διηνεκὴς μαθήσεως ὄρεξις. *Τέλος* μὲν *νόμου* καὶ προφητῶν, *Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι*· B τέλος δὲ παθῶν ἀκαθάρτων κενοδοξία καὶ ὑπερηφανία παντὶ τῷ μὴ προσέχοντι (6)· ὧν καθαιρέτις οὖσα ἡ νοερὰ αὕτη ἔλαφος φυλάττει τὸν ἑαυτῆς σύμβιον παντὸς ἰοῦ θανατηφόρου ἀνεπίδηκτον. Ποῦ γὰρ ἐν αὐτῇ ὑποκρίσεως ἰὸς ἐμφανίζεται; ποῦ καταλαλιᾶς; ποῦ ὄφις ἐν φωλεᾷ κρύπτεται; καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐκ τῆς γῆς τῆς καρδίας δημοσιευόμενος θανατοῦται καὶ ἀναλίσκεται· οὐκ ἔστιν ἐν τῇ ταύτῃ συναφείᾳ μίσους ἐμφάνεια, οὐκ ἀντιλογίας εἶδος, οὐκ ἀπειθείας ὀσμή, εἰ μή που ὁ λόγος περὶ πίστεως. Ὁ ταύτῃ νυμφικῶς ἐνωθείς, ἥπιος, προσηνής, εὐκατάνυκτος, συμπαθής, ὑπὲρ ἅπαντα γαληνός, φαιδρός, εὐήνιος, ἄλυπος, ἄγρυπνος, ὀσκνος πέλει· καὶ τί δεῖ πολλὰ λέγειν, ἀπαθής, εἴπερ *Ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν ἐμνήσθη ἡμῶν ὁ Κύριος, καὶ ἐλυτρώσατο ἡμᾶς* C *ἐκ τῶν ἐχθρῶν*, καὶ τῶν παθῶν, καὶ τῶν μολυσμῶν ἡμῶν. Μοναχὸς ταπεινόφρων οὐ πολυπραγμονήσει ἄῤῥητα (7)· ὁ δὲ ὑπερήφανος πολυπραγμονήσει κρίματα. Τινὰ τῶν γνωστικωτάτων ἀδελφῶν ὀφθαλμοφανῶς οἱ δαίμονες ἐμακάρισαν ἐπιστάντες· ὁ δὲ πάνσοφός φησι πρὸς αὐτούς· Εἰ μὲν τοῦ ἐπαινεῖν με ἐν τῇ ἐμῇ ψυχῇ ἐπαύσασθε, ἐκ τῆς ὑμῶν ὑποχωρήσεως μέγαν εἶναι ἑαυτὸν νενόηκα [ἡγήσομαι]· εἰ δὲ ἐπαινοῦντες οὐ παύεσθε, ἐκ τοῦ ὑμῶν ἐπαίνου τὴν ἑαυτοῦ ἀκαθαρσίαν στοχάσομαι. Ἀκάθαρτος γὰρ παρὰ Κυρίῳ πᾶς ὑψηλοκάρδιος. Ἢ οὖν ὑποχωρεῖτε, καὶ ἰδοὺ μέγας γέγονα, ἢ ἐπαινεῖτε, καὶ δι' ὑμῶν ταπείνωσιν κτῶμαι· καὶ καταπλαγέντες τὴν ἀπορίαν ἄφαντοι γεγόνασι.

corde. Aut ergo discedite, et ecce magnus sum, perculsi et attoniti dæmones ex oculis evanuerunt.

D Μὴ ἔστω ἡ ψυχὴ λάκκος τοῦ ζωοποιοῦ τούτου νάματος, ποτὲ μὲν τοῦτο βρύουσα (8), ποτὲ δὲ πάλιν λήγουσα ὑπὸ καύσωνος δόξης καὶ ἐπάρσεως· ἀλλὰ πηγὴ ἀπαθείας, ποταμὸν πτωχείας ἐξ αὐτῆς διὰ παντὸς ἀναφέρουσα. Γίνωσκε, ὦ φιλότης, ὡς αἱ κοιλάδες πληθύνουσι σῖτον καὶ καρπὸν πνευματικὸν ἐν αὐταῖς. Κοιλάς ἐστι ψυχὴ τεταπεινωμένη ἀνὰ μέσον ὀρέων, πόνων καὶ ἀρετῶν, ἄτυφος καὶ ἀκίνητος μένουσα. Οὐ νενήστευκα, οὐκ ἠγρύπνηκα, οὐκ ἐχαμεύνικα, ἀλλ' *ἐταπεινώθην*, καὶ *ἔσωσέ με συντόμως ὁ Κύριος*. Ἡ μὲν μετάνοια ἀνιστᾷ· τὸ

δὲ πένθος εἰς οὐρανοὺς κρούει· ἡ δὲ ὁσία ταπείνωσις ἀνοίγει. Ἐγὼ δὲ λέγω, καὶ προσκυνῶ Τριάδα ἐν μονάδι (9), καὶ μονάδα ἐν Τριάδι. Πάντα μὲν τὰ ὁρώμενα φωτίζει ὁ ἥλιος· πάντα δὲ τὰ λόγῳ πραττόμενα κρατύνει ταπείνωσις. Μὴ παρόντος φωτὸς, πάντα ζοφώδη· καὶ μὴ παρούσης ταπεινοφροσύνης, πάντα ἡμῶν ἕωλα. Εἷς ἐν πάσῃ τῇ κτίσει (a) χῶρος ἅπαξ τεθέαται ἡλιον· καὶ εἷς λογισμὸς πολλάκις ταπείνωσιν τέτοκε (10-11). Μιᾷ καὶ μόνῃ ἡμέρᾳ πᾶς ὁ κόσμος ἠγαλλίαται· καὶ μία αὕτη ἐστὶν ἀρετὴ τοῖς δαίμοσι ἀμίμητος. Ἄλλο τὸ ἐπαίρεσθαι· καὶ ἕτερον τὸ μὴ ἐπαίρεσθαι, καὶ ἄλλο τὸ ταπεινοῦσθαι· ὁ μὲν γὰρ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν· ὁ δὲ οὐ κρίνει· οὐ μέντοι καὶ ἑαυτὸν κατακρίνει· ὁ δὲ ἀκαταδίκαστος ὢν διὰ παντὸς ἑαυτὸν καταδικάζει. Ἄλλο τὸ ταπεινοφρονεῖν· καὶ ἄλλο τὸ ἀγωνίζεσθαι ταπεινοφρονεῖν· καὶ ἕτερον τὸ ἐπαινεῖν τὸν ταπεινόφρονα. Τὸ μὲν πρῶτον τελείων· τὸ δὲ δεύτερον ὑποταχτικῶν ἀληθινῶς· τὸ δὲ τρίτον, πάντων πιστῶν. Ὁ τὰ ἔσω τεταπεινωκὼς, ὑπὸ χειλέων οὐ κλέπτεται· ὃ γὰρ οὐκ ἔχει ὁ θησαυρὸς, οὐ προφέρει ἡ θύρα. Μεμονωμένος ἵππος πολλάκις τρέχειν δοκεῖ, συναγελαζόμενος δὲ τότε τὴν ἑαυτοῦ ἐπέγνω νωθρότητα. Ἐὰν μηκέτι ἐν τοῖς φυσικοῖς· ὁ λογισμὸς ἐναβρύνηται, ἀρχῆς ὑγείας τεκμήριον· ἕως δὲ τῆς ὀζωδίας ἐκείνης ἐπαισθάνεται, ὀσμῆς μύρου οὐκ αἰσθάνεται. Οὐκ ἔτι πλήξει (12), οὐ διπάσει, οὐκ ἄρξει, οὐ σοφισθήσεται ὁ ἐμὸς ἐραστὴς, ἡ ὁσία ἔφησεν, ἄχρις ἂν ἐμοὶ συναφθῇ. Μετὰ γὰρ τὴν ἐμὴν συνάφειαν τούτῳ λοιπὸν νόμος οὐ κεῖται. Τινὶ τῶν ἐπὶ τὴν μακαρίαν ταύτην σπουδαζόντων, ἀνδρὶ ἀγωνιστῇ ἔπαινον ἐν καρδίᾳ οἱ ἀνόσιοι ὑπέσπειραν δαίμονες· ὁ δὲ μηχανᾶται ἐκ θείας ἐμπνεύσεως πνευμάτων πονηρίαν νικῆσαι εὐσεβεῖ μεθοδείᾳ· καὶ δὴ ἀναστὰς κατατάττει ἐν τῷ τοίχῳ τῆς ἑαυτοῦ κέλλης τὰς τῶν ὑψηλοτάτων ἀρετῶν προσηγορίας· λέγω δὲ τῆς τελείας ἀγάπης, τῆς ἀγγελικῆς ταπεινοφροσύνης, τῆς καθαρᾶς προσευχῆς, τῆς ἀφθάρτου ἁγνείας, καὶ τῶν τοιούτων. Ἡνίκα οὖν αὐτὸν οἱ λογισμοὶ ἐπαινεῖν ἤρχοντο, ἔλεγεν αὐτοῖς· Ἄγωμεν ἐπὶ τὸν ἔλεγχον (13), καὶ ἐρχόμενος λοιπὸν τὰς προσηγορίας ἀνεγίνωσκε· καὶ ἐβόα αὐτῷ· Ὁπηνίκα ταύτας κτήσῃ, γνῶθι ὅτι μακρὰν εἶ ἔτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Τίς μὲν ἡ τοῦ ἡλίου δύναμις καὶ οὐσία, εἰπεῖν ἡμεῖς οὐ δυνάμεθα· ἐκ τῶν δὲ ἐνεργειῶν αὐτοῦ λοιπὸν καὶ ἰδωμάτων τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ οὐσίαν πεφανερώκαμεν. Ταπεινοφροσύνη ἐστὶ σκέπη θεία, ἐπὶ ἀβλεψίᾳ τῶν οἰκείων κατορθωμάτων. Ταπεινοφροσύνη ἐστὶν ἄβυσσος εὐτελείας πᾶσι κλέπταις οὖσα ἀνεπιχείρητος. Ταπεινοφροσύνη ἐστὶ πύργος ἰσχύος ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ. *Οὐκ ὠφελήσει ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ, καὶ υἱὸς, μᾶλλον δὲ λογισμὸς, ἀνομίαν οὐ προσθήσει τοῦ κακῶσαι αὐτὸν, καὶ συγκόψαι ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, καὶ τοὺς μισοῦντας αὐτὸν τροπώσεται.*

Scriptura) *et velociter salvavit me* Dominus [16]. Pœnitentia suscitat, luctus ad fores cœli pulsat, sancta humilitas aperit. Ego vero dico et adoro Trinitatem in unitate, et unitatem in Trinitate. Omnia quæ cernuntur, sol illuminat: omnia quæ ratione fiunt, humilitas confirmat. Absente sole, omnia tenebris inhorrescunt; absente humilitate, omnia nostra **315** opera marcent et fetent. In toto terrarum orbe unicus est locus, qui solem duntaxat semel aspexit, et unica sæpe cogitatio peperit humilitatem. Uno quodam die et unico totus simul mundus gaudiis exsultavit. Et una hæc virtus humilitatis est, quam nemo diabolorum imitari potest. Aliud est extolli, aliud non extolli, aliud humiliari. Ille enim primus judicat omnia; alter non judicat quemquam, sed seipsum condemnat; tertius indemnatus et innocens semper seipsum velut nocentem condemnat. Aliud est humilem esse; aliud est studere ut sis humilis; aliud laudare humilem: primum est perfectorum; alterum eorum qui vere se obedientiæ jugo subjiciunt; postremum omnium Christianorum. Qui ex animo humilis est per linguam seu labia non spoliatur, quod enim thesaurus non habet, hoc janua in publicum non profert. Equus solitarius sæpe sibi celeriter currere videtur, sed quando cum grege conjungitur, tum demum suam agnoscit lentitudinem et tarditatem. Quando mens de naturæ donis et ornamentis sibi non amplius blanditur aut placet, signum habet sanitatis et humilitatis. Quandiu vero circum illum superbiæ olet et sentit, gratiam pretiosi humilitatis unguenti sentire non potest. Qui me amat, inquit sancta humilitas, non objurgabit ullum, nullum judicabit, non imperitabit, non argutabitur, donec mihi penitus copuletur et conjungatur, post copulationem vero meam nulla deinceps illi lex posita est. Fuit ex iis qui **316** ad hanc beatam virtutem enitebantur, insignis athleta, cui improbi spiritus laudem in corde subserere conati sunt, sed ille vicissim dæmonum malitiam pio divinitus suggesto artificio retundere aggressus, surrexit, et in cella suæ pariete summarum et præstantissimarum virtutum indices et nomina descripsit, perfectæ, inquam, charitatis, et angelicæ humilitatis, nec non puræ orationis, intactæque et illibatæ castitatis, et hoc genus aliarum. Quando ergo illum cogitationes superbiæ extollere conabantur: Age, inquiebat, eamus ad judicem; accedensque titulos virtutum recognoscebat, et exclamans: Quoad has, inquit, virtutes possederis [quandiu has virtutes non possederis], scito quod procul adhuc a Deo absis. Quæ vis et natura solis sit nemo mortalium explicare potest, sed ex actionibus illius et proprietatibus, quæ illi insit natura, docere consuevimus. Humilitas est tutela divina, et velum quo opera virtutum nostrarum teguntur, ne illa videamus. Humilitas est altissima et subtilissima vilitatis propriæ cognitio, furibus cunctis inaccessa. Humilitas

[16] Psal. cxiv, 6.

(a) Scholium undecimum ad nullum signum refertur nec ad præsentem materiam facit.

Digitized by Google

est turris fortitudinis a facie inimici. *Nihil proficiet inimicus in eo, et filius*, seu potius cogitatio, *iniquitatis non apponet nocere ei, et concidet a facie ejus inimicos ejus* [17], et eos qui oderunt eum in fugam convertet.

Sunt et aliæ huic præclaro domestici thesauri domino in anima non ignotæ proprietates, præter omnes illas jam explicatas, illæ enim omnes, excepta una, intuentibus sunt **317** indices hujus thesauri humilitatis. Deprehendes, et non falleris, in te ipso sanctam hanc humilitatis virtutem, et naturam tibi præsentem, ex inexplicabili copia luminis divini, et orationis inenarrabili. Præcipit hæc et anticipat cor omnis calumniæ expers in lapsibus et offensis alienis. Antevertit veram humilitatem odium vanæ gloriæ supra explicatæ. Qui seipsum probe cognoscit, et intimos animi sui sensus exploratos habet, sementem in terra fecit. Fieri enim non potest ut, nisi tali modo seratur, humilitas efflorescat. Qui seipsum pernovit, timoris Domini cognitionem accepit per quam qui incedit, ad charitatis portam pervenit. Humilitas est janua regni cœlestis, quæ accedentes introducit; per hanc reor Dominum ipsum ingredientem dixisse: quod (humilis) *ingredietur et egredietur*, ex hac vita absque ullo timore, *et pascua inveniet* [18], et amœna in paradiso vireta. Quicunque alio modo et habitu per aliam januam venerunt, fures sunt et latrones vitæ suæ. Qui nos ipsos pernosse volumus, nunquam desistamus in nos ipsos inquirere; et si ex intimo animi sensu alios omnes nobis meliores credamus, tum demum nos non procul a divina misericordia abesse credemus. Nunquam e nive ignis emicare potest, multo minus in hæretico seu alterius sectæ alumno locum habere humilitas. Fidelium seu catholicorum et piorum virtus hæc propria est, et quidem integrorum et ab omnibus vitiis repurgatorum. Complures ex nobis nos **318** ipsos peccatores dicimus, et fortasse judicamus, sed ignominia exploratrix cordis est. Quisquis ad hunc tranquillitatis portum appellere contendit, nunquam cessabit inquirere modos, rationes, ratiocinationes, excogitationes seu commentationes, quæstiones, inquisitiones seu investigationes, institutiones, solertes machinas, solertiam; preces etiam adhibebit et apprecationes, omnia faciet et excogitabit, quoad ope cœlesti per abjectiora, et viliora studia, et exercitationes animæ suæ puppim ex infesto semper et procelloso superbiæ pelago ereptam in tranquillo portu collocet. Qui enim ab hac (superbia) fuerit expeditus, de omnibus peccatis facile tanquam publicanus ille, satisfaciet. Sunt qui præterita peccata etiam post veniam de illis acceptam, in humilitatis causam et argumentum trahunt, memores illorum usque ad mortem, per quæ superbiam mactant. Sunt alii qui Christi passionem meditando semper se æternos debitores agnoscunt. Alii propter quotidiana delicta, sese abjiciunt et vilissimos judicant. Alii ex tentationibus quæ acciduut, et morbis animi, et lapsibus, gratiarum

A Ἄλλα τὰ τῷ κτήτορι τούτῳ τῷ μεγάλῳ τοῦ οἰκείου πλούτου ἐν τῇ ψυχῇ γνωριζόμενα ἰδιώματα, παρὰ πάντα τὰ προδεδηλωμένα. Ἐκεῖνα γὰρ ἅπαντα, ἄτερ ἐνὸς, τοῖς ὁρῶσίν εἰσι τοῦ πλούτου σημαντικά (14)· γνώσῃ καὶ οὐκ ἀπατηθήσῃ ἐν σεαυτῷ προσοῦσάν σοι τὴν ὁσίαν ταύτην οὐσίαν, ἐν πλήθει φωτὸς ἀῤῥήτου, καὶ προσευχῆς ἔρωτι ἀμυθήτῳ προκαταλήψεως τούτων, ἀλοιδόρητος καρδία ἐν πταίσμασιν ἀλλοτρίοις. Πρόδρομον [*al.* πρόδρομος] τῆς λεχθείσης κενοδοξίας πάσης μῖσος. Ὁ ἑαυτὸν ἐπιγνοὺς ἐν πάσῃ αἰσθήσει ψυχῆς (15), ἐπὶ τὴν γῆν ἔσπειρεν· οὐκ ἔστι γὰρ μὴ οὕτως σπείραντας ταπεινοφροσύνην ἀνθῆσαι· ὁ ἑαυτὸν ἐπιγνοὺς κατείληφε φόβου Κυρίου ἔννοιαν, διὰ δὲ ταύτης βαδίσας εἰς πύλην ἀγάπης ἔφθασε. Ταπείνωσίς ἐστι βασιλείας πύλη, τοὺς πλη-
B σιάζοντας εἰσάγουσα. Διὰ ταύτης οἶμαι τὸν Κύριον εἰρηκέναι τὸν εἰσιόντα, ὅτι καὶ *εἰσελεύσεται* (16) *καὶ ἐξελεύσεται ἀφόβως* ἐκ τοῦ βίου, *καὶ νομὴν εὑρήσει*, καὶ χλόην ἐν τῷ παραδείσῳ· πάντες ὅσοι ἦλθον δι' ἑτέρας ἐν τῷ σχήματι, κλέπται εἰσὶ τῆς ἑαυτῶν ζωῆς καὶ λῃσταί. Συζητοῦντες ἑαυτοὺς οἱ καταλαβεῖν βουλόμενοι, μὴ διαλίπωμεν, κἂν ἐν αἰσθήσει ψυχῆς τὸν πλησίον πάντα προῦχειν ἡμῶν οἰώμεθα ἐγγὺς τὸ ἔλεος (17). Ἀδύνατον ἐκ χιόνος προτέναι φλόγα· ἀμηχανώτερον δὲ ἐν ἑτεροδόξῳ ταπεινοφροσύνην ὑπάρχειν. Πιστῶν καὶ εὐσεβῶν τὸ κατόρθωμα (18), καὶ τοῦτο τοῖς λοιπὸν κεκαθαρμένοις [τῶν κεκαθαρμένων]. Οἱ πλείους μὲν ἑαυτοὺς ἁμαρτωλοὺς καὶ λέγομεν ἴσως καὶ ἔχομεν· ἀτιμία δὲ καρ-
C δίαν ἐδοκίμασεν (19)· οὐ πάυσεται ὁ ἐπειγόμενος ἐπὶ τὸν λιμένα τοῦτον τὸν ἀκύμαντον, τρόπους, καὶ λόγους, καὶ ἐννοίας, καὶ ἐπινοίας, καὶ ζητήσεις, καὶ ἐκζητήσεις, καὶ ἀγωγὰς, καὶ μηχανὰς, καὶ εὐχὰς, καὶ προσευχὰς ποιῶν, καὶ νοῶν, καὶ ἐπινοῶν, ἄχρις οὗ διὰ Θεοῦ συνεργίας καὶ ταπεινοτέρων καὶ ἀτιμοτέρων ἀγωγῶν, τῆς ἀσχετοτάτου οἰήσεως θαλάσσης ἐλευθερώσῃ τὸ τῆς οἰκείας ψυχῆς σκάφος· ὁ γὰρ ταύτης ἀπαλλαγείς, ἐπὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς ἁμαρτήμασιν εὐαπολόγητος τελώνης γίνεται. Τινὲς γὰρ τὰ προγεγονότα κακὰ, καὶ μετὰ τὴν ἄφεσιν τούτων εἰς ὑπόθεσιν ταπεινοφροσύνης, ἕως τέλους ἐσχήκασι, δι' ἐκείνων τὸ μάταιον οἴημα κολαφίζοντες. Ἕτεροι δὲ τὸ τοῦ Χριστοῦ ἐννοοῦντες πάθος, ἑαυτοὺς ἀεὶ χρεώ-
D στας λογίζονται. Ἄλλοι διὰ τῶν καθημερινῶν ἐλλείψεων ἑαυτοὺς εὐτελίζουσιν. Ἄλλοι ἐκ συμβατικῶν πειρασμῶν, καὶ νόσων, καὶ πτωμάτων, τὴν τῶν χαρισμάτων μητέρα ᾠκειώσαντο. Εἰσὶ δέ τινες· εἴπερ καὶ νῦν εἰσιν, οὐκ ἔχω λέγειν· οἱ δι' αὐτῶν τῶν τοῦ Θεοῦ δωρεῶν κατὰ πρόσβασιν τούτων ἑαυτοὺς ταπεινοῦντες (20), ἀναξίους ἑαυτοὺς τοῦ τοιούτου πλούτου λογιζόμενοι, καὶ ὡς καθημέραν τῷ ἑαυτοῦ χρέει προστιθέντες οὕτως διακείμενοι.

[17] Psal. LXXXVIII, 23, 24. [18] Joan. X, 9.

Digitized by Google

parentem sibi familiarem reddunt. Sunt et alii (utrum vero hodie sint, dicere non habeo) qui per ipsa cœlestia Dei dona quibus quotidie afficiuntur et proficiunt, seipsis submissiores fiunt, dum se indignos tantis gratiarum thesauris existimant, et perinde afficiuntur ac si quotidie nomina debitorum augerent.

Τοῦτο ταπείνωσις, τοῦτο ἡ μακαριότης· τοῦτο τὸ τέλειον ἔπαθλον. Ὁπόταν τινὰ ἴδῃς ἢ ἀκούσῃς ἐν ὀλίγοις ἔτεσιν ὑψηλοτάτην ἀπάθειαν κτησάμενον, καὶ μὴ ἄλλην, ἀλλὰ ταύτην αὐτὸν τὴν μακρίαν σύντομον ὁδὸν πεζοπορήσαντα ὑπολάμβανε. Ἡ ἱερὰ ξυνωρὶς, ἀγάπη καὶ ταπείνωσις· ἡ μὲν γὰρ ὑψοῖ, ἡ δὲ τοὺς ὑψωθέντας κρατοῦσα οὐδέποτε πίπτει. Ἄλλο συντριμμὸς (21), καὶ ἄλλο ἐπίγνωσις, καὶ ἄλλο ταπείνωσις. Συντριμμός ἐστι πτώματος γέννημα. Ὁ γὰρ πίπτων συντρίβεται καὶ ἀπαρρησίαστος ἐν προσευχῇ μετ' ἐπαινουμένης ἀναιδείας παρίσταται, ῥάβδῳ ἐλπίδος ὡς συντεθλασμένος ἐπιστηριζόμενος, καὶ ἐν αὐτῇ τὸν κύνα τῆς ἀπογνώσεως διώκων. Ἐπίγνωσίς ἐστιν ἀσφαλὴς τῶν οἰκείων μέτρων, καὶ ψιλῶν πταισμάτων ἀρέμβαστος μνήμη καὶ κατάληψις. Ταπείνωσίς ἐστι διδαχὴ Χριστοῦ νοερὰ νοητῶς τοῖς καταξιουμένοις ἐν τῷ ταμιείῳ τῆς ψυχῆς θαλαμευομένη, καὶ λόγοις αἰσθητοῖς οὖσα ἀπρόσιτος. Ὁ ὅλως ὀσμῆς τοῦ τοιούτου μύρου ἐν ἑαυτῷ αἰσθέσθαι λέγων, καὶ ἐν καιρῷ ἐπαίνων, κἂν πρὸς βραχὺ τὴν καρδίαν κινούμενος· ἢ τὴν τῶν λόγων δύναμιν ἐπιστάμενος (22), μὴ πλανηθῇ πεπλάνηται· *Μὴ ἡμῖν, Κύριε, μὴ ἡμῖν*, ἐν αἰσθήσει ψυχῆς τινος ἀκήκοα λέγοντος· *ἀλλ' ἢ τῷ ὀνόματί σου δὸς δόξαν*. Ἐγίνωσκε γὰρ τὴν φύσιν, μὴ ὡς ἔτυχεν ἐξ ἑαυτῆς ἀβλαβῆ διαμένειν. *Παρὰ σοὶ ὁ ἔπαινός μου ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ*, ἐν τῷ μέλλοντι. Πρὸ γὰρ ἐκείνου, ταύτην [εὐφημίαν] ἀκινδύνως φέρειν οὐ δύναμαι. Εἰ τοῦτο ὅρος, καὶ λόγος, καὶ τρόπος ἐσχάτης ὑπερηφανίας καθέστηκε, τὸ τὰς μὴ προσούσας ἀρετὰς, δόξης χάριν, ὑποκρίνεσθαι, οὐκ οὖν τοῦτο τεκμήριον βαθυτάτης ταπεινοφροσύνης καθέστηκε τὸ τὰς μὴ προσούσας ἡμῖν αἰτίας ἐπί τινων εὐτελείας χάριν σχηματίζεσθαι. Οὕτως ὁ τὸν ἄρτον καὶ τὸν τυρὸν μετὰ χεῖρας (23) εἰληφὼς πεποίηκεν (*a*)· οὕτως ὁ τὴν ἑαυτοῦ ἐσθῆτα ἐκδυσάμενος (24), καὶ ἀπαθῶς ὁ τῆς ἁγνείας ἐργάτης τὴν πόλιν περιπολήσας· οὐ μεριμνῶσιν οἱ τοιοῦτοι ἀνθρωπίνου προσκόμματος, λοιπὸν εἰληφότες δύναμιν διὰ προσευχῆς ἀοράτως πάντας πληροφορῆσαι. Ὁ τοῦ προτέρου ἐπιμελούμενος (25), τοῦ δευτέρου ἔνδειαν ἐσήμανεν. Ὅπου γὰρ Θεὸς πρὸς αἴτησιν ἕτοιμος, πάντα ποιεῖν δυνάμεθα. Θέλε μᾶλλον ἀνθρώπους, καὶ μὴ Θεὸν λυπεῖν· χαίρει γὰρ ὁρῶν ἡμᾶς ἀτιμίᾳ προστρέχοντας (26), ἵνα τὴν ματαίαν οἴησιν θλίψωμεν καὶ πλήξωμεν, καὶ ἀπολέσωμεν. Χενιτεία ἀκροτάτη τῶν τοιούτων ἄθλων πρόξενος· μεγάλων γὰρ ὄντως ἐξ οἰκείων φέρειν ἐμπαίζεσθαι. Μὴ θαμβηθῇς ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις· οὐδεὶς γὰρ κλίμακα ὑφ' ἓν ποτε ἀνελθεῖν δεδύνηται. Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι Θεοῦ μαθηταὶ ἐσμεν, οὐχ ὅτι τὰ δαιμόνια ἡμῖν ὑπακούουσιν, ἀλλ' *ὅτι τὰ ὀνόματα ἡμῶν γέγραπται*

A Hæc est humilitas, hæc beatitudo, **319** hoc perfectum præmium. Quod si quem videris vel audieris intra paucos annos ad summam animi tranquillitatem aspirasse, non alia illum via ad hanc perfectionem pervenisse scias, quam per hanc beatam et compendiosam semitam pedestrem. Sacra hæc biga est charitas et humilitas; nam illa exaltat, hæc exaltatos ne unquam decidant, tenet. Aliud est contritio, aliud cognitio, aliud humilitas. Contritio ex casu seu lapsu nascitur. Nam qui cadit, conteritur, et sine confidentia sui in precibus cum laudabili impudentia Deo astat, innixus baculo spei, tanquam confractus, quo desperationis canem abigit et insequitur. Cognitio est firma propriæ (seu facultatum) comprehensio, et intentissima etiam le-
B viorum lapsionum memoria. Humilitas est doctrina Christi qua spiritualis eruditur ab iis qui digni sunt comprehensa; quæque in conclavi animæ tanquam thalamo recondita manet omnibus quæ sensu percipiuntur verbis ineffabilis. Qui se omnino fragrantiam hujus unguenti sentire in se ipso dicit, et interim laudibus, etsi quasi per momentum, in animo permovetur, aut vim verborum intelligit, is ne erret, jam deceptus est: *Non nobis, Domine, non nobis* (quemdam audivi in affectu spiritus dicentem, *sed nomini tuo da gloriam* [19]. Norat enim naturam pro more suo, per se non posse illæsam permanere: *Apud te enim laus mea in Ecclesia magna* [20], futuro nempe tempore [sæculo]. Ante **320** vero
C quam illud adveniat, hanc ferre sine periculo non possum. Si hæc definitio et ratio et modus est extremæ superbiæ, gloriæ studio virtutes, quibus cares, per hypocrisim simulare, profecto altissimæ humilitatis argumentum erit, culpas quasdam (quibus tamen vaces) nonnullis in rebus ut vilior habearis effingere. Sic fecit (*a*) qui panem et caseum in manus accepit: sic qui abjecta veste, liber tamen ab omni sensu libidinis, germanus castitatis cultor civitatem obiit (*b*). Non sunt solliciti hujusmodi ne quempiam hominum offendant, eam enim gratiam et virtutem per preces a Deo acceperunt, ut in spiritu omnibus satisfaciant. Qui prioris rationem habet, altero se indigere ostendit. Quando enim Deum ad
D votum nostrum paratum habemus, nihil non per ipsum possumus. Hominem potius quam Deum velis offendere, qui gaudium quando nos videt ad iguominiam properare, ut stultam nostri æstimationem et arrogantiam affligamus, elidamus et exterminemus. Hujusmodi certamina creat extrema fuga sæculi seu peregrinatio. Magnorum enim revera virorum est ab domesticis et familiaribus ludibria pati. Nec est quod super his dictis obstupescas: nemo quippe

[19] Psal. cxiii, 1. [20] Psal. xxi, 25.

(*a*) S. Serapionem intelligit.

(*b*) Simon Salus hic fuit.

Digitized by Google

simul uno passu [saltu *seu* gradu] totam scalam conscendere potuit. In hoc cognoscemus nos Dei discipulos esse, non quod nobis dæmones subjiciantur, sed *quod nomina nostra scripta sint in cœlo* humilitatis [21]. **321** Sterilitas arborum natura sua ramos citrorum, ut appellantur, in altum tollere solet, curvescentes vero citius fructus progenerant. Quid hoc sibi velit intelligit, qui mentem advertit.

A ἐν τῷ οὐρανῷ τῆς ταπεινώσεως. Ἡ μὲν ἀκαρπία φύσει εἰς ὕψος τοὺς τῶν λεγομένων κίτρων κλάδους ἀνυψοῦν πέφυκε· καταχαμφθέντες δὲ θᾶττον καρποφόροι γίνονται. Ὁ νουνεχῶς γνοὺς ἐπίσταται.

Gradus hic sanctæ hujus virtutis præbet ascensum (ad Deum) cum fructu tricesimo, sexagesimo et centesimo. Ad summum evadunt ii qui devictis omnibus animi perturbationibus ad summam mentis tranquillitatem pervenerunt. In medio consistunt generosi athletæ. Ad primum [infimum] omnes aspirare possunt. Qui se ipsum novit, nunquam committet ut illudatur in rebus quæ ipsius facultatem superant aggrediendis, sed pedem jam in sanctæ humilitatis semita firmavit. Tremunt avi- B culæ ad accipitris conspectum, et humilitatis studiosi ad vocem obloquentis. Sine prædictionibus, illustrationibus divinis seu visis, signis et prodigiis multi salutem consecuti sunt, sed sine humilitate nemo unquam in thalamum sponsi ingredietur. Nam illorum priorum signorum hæc altera fida custos est. Hanc autem illa in non satis firmis exterminarunt. Factum est etiam divinitus ad humiliandos nos etiam invitos hoc, ut nemo suorum vulnerum labes tam bene inspicere possit, quam ab altero videntur. Proinde necesse est ut receptæ sanitatis gratiam non nobis ascribamus, sed alteri et Deo in acceptis referamus. Humilis corde suam voluntatem semper tanquam deceptricem exsecra- C tur, et in precibus suis ad Deum certissima fide nixus et opportuna sibi discere [cognoscere] et obedire consuevit, non ad mores et vitam **322** suorum præceptorum attentus, sed omni cura Deo commissa, qui etiam per asinam vatem Balaam necessaria docuit. Hujusmodi servus Dei etiamsi omnia ex Dei voluntate agat, cogitet et loquatur, nihil tamen sibi ascribit. Crux est et grave onus humili, quando sibi credere cogitur, uti superbo, quando alterius sententia stare jubetur. Mihi angeli esse videtur, nunquam etiam furtim in peccatum pertrahi, cum audiam ab angelo terrestri dictum: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum; qui autem judicat me, Dominus est* [22]. Itaque D necesse est uti perpetuo nos ipsos condemnemus et reprehendamus, ut per voluntariam nostri abjectionem et vilitatem ab non voluntariis lapsibus defendamur et excusemur. Quod nisi fecerimus, in exitu vitæ gravis omnino de iis a nobis ratio exigetur. Qui a Deo aliquid petit, quod infra sua merita est, sine dubitatione accipiet quæ supra ipsius promerita sunt. Atque hoc publicanus attestatur [23], qui cum remissionem duntaxat peccatorum petiisset, justitiam reportavit. Latro ille tantum rogarat Christum ut sui memor esset in regno suo, et totius paradisi hæres, et primus qui-

Κέκτηται ὁ τῆς ὁσίας ταύτης παρὰ Θεῷ βαθμὸς ἐν τριάκοντα καὶ ἐν ἑξήκοντα (27), καὶ ἐν ἑκατὸν τὴν ἀνάβασιν, καὶ ἐν τῷ ἐσχάτῳ οἱ ἀπαθεῖς, ἐν δὲ τῷ μέσῳ οἱ ἀνδρεῖοι. Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ πάντες ἀνελθεῖν δύνανται· ὁ γνοὺς ἑαυτὸν οὐδέποτε ἐμπαιχθεὶς ἐν τοῖς ὑπὲρ ἑαυτὸν ἐπιχειρήσειεν· ἀλλὰ βέβηκε λοιπὸν τὸν πόδα ἐπὶ τὴν μακαρίαν ταύτην τρίβον. Δεδείκασιν [al. δεδοίκασιν] ὄρνεις ἱέρακος εἶδος, ἐργάται δὲ ταύτης ἀντιλογίας ἦχον (28). Ἄνευ μὲν προρρήσεων, καὶ ἐλλάμψεων, καὶ σημείων, καὶ τεράτων πολλοὶ τῆς σωτηρίας τετυχήκασιν· ἄνευ δὲ ταύτης οὐδεὶς ἐν τῷ νυμφῶνι εἰσελεύσεται. Τῶν μὲν γὰρ προτέρων ἡ δευτέρα φύλαξ (29)· ταύτης δὲ πολλάκις τὰ πρότερα, ἐν τοῖς κουφοτέροις ἀναιρετικὰ γεγόνασιν. Ὠκονόμησεν ὁ Κύριος πρὸς τὸ ἡμᾶς (30) καὶ μὴ θέλοντας ταπεινοῦσθαι καὶ τοῦτο· οὐδεὶς γὰρ τοὺς ἑαυτοῦ μώλωπας, ὡς ὁ πλησίον ὁρᾷν δύναται· διόπερ ἀνάγκη ἡμᾶς, μὴ ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐκείνῳ τὴν τῆς ὑγιείας χάριν, καὶ Θεῷ διδόναι· ὁ ταπεινόνους πάντοτε τὸ ἑαυτοῦ θέλημα ὡς πλάνον βδελύττεται· καὶ ἐν τοῖς αἰτήμασιν αὐτοῦ τοῖς πρὸς Κύριον, πίστει ἀδιστάκτῳ τὰ προσήκοντα μανθάνειν (31), καὶ ὑπακούειν πέφυκεν· οὐ τῇ πολιτείᾳ προσέχων τῶν διδασκάλων· ἀλλὰ Θεῷ ἀναθεὶς τὴν μέριμναν, τῷ καὶ δι' ὄνου ἐπὶ τοῦ Βαλαὰμ τὰ χρειώδη διδάξαντι. Κἂν ἅπαντα ὁ τοιοῦτος ἐργάτης κατὰ Θεὸν καὶ ποιῇ, καὶ νοῇ, καὶ φθέγγηται, οὐδ' οὕτως ἑαυτῷ ἀποδίδωσι· σκῦλον καὶ βάρος τῷ ταπεινῷ τὸ οἰκειόπιστον· ὥσπερ τῷ ὑπερηφάνῳ τὸ ἑτερόλεκτον (32). Ἐμοὶ δοκεῖ ἀγγέλου, τὸ μὴ κλέπτεσθαι ἐφ' ἁμαρτήμασιν εἶναι, ἀκούοντι τοῦ ἐπιγείου ἀγγέλου λέγοντος· *Οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα· ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι· ὁ δὲ ἀνακρίνων με, Κύριός ἐστιν*· ὅθεν ὀφείλομεν διηνεκῶς ἑαυτοὺς κατακρίνειν καὶ μέμφεσθαι (33), ἵνα διὰ τῆς ἑκουσίου εὐτελείας, τὰς ἀκουσίους ἁμαρτίας ἀπολογηθησώμεθα [*al.* ἀποῤῥίψωμεν]· εἰ δὲ μή, πάντως ἐν τῇ ἐξόδῳ χαλεπῶς ὑπὲρ αὐτῶν λογοθετησόμεθα. Ὁ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀξίαν τὰ ἐκ Θεοῦ αἰτήματα αἰτούμενος (34), πάντως τῶν ὑπὲρ ἑαυτὸν τεύξεται· καὶ τοῦτο τελώνης μαρτυρεῖ, ἄφεσιν μὲν αἰτησάμενος, δικαιοσύνην δὲ κομισάμενος (35)· μνήμην μόνην ὁ λῃστὴς ἐκεῖνος ἐν τῇ βασιλείᾳ ᾐτήσατο, καὶ ὅλον τὸν παράδεισον πρῶτος ἐκληρονόμησεν· Οὐκ ἔστιν ἐν τῇ κτίσει μικρὸν καὶ μέγα πῦρ θεάσασθαι τὴν φύσιν· καὶ οὐκ ἔστι ἐν τῇ ἀνοθεύτῳ ταπεινοφροσύνῃ ὕλης εἶδος ἐναπομεῖναι τὸ σύνολον. Ἕως οὗ ἑκουσίως πταίωμεν, τοῦτο ἐν ἡμῖν οὐ πρόσεστι (36), καὶ τοῦτο τὸ σημεῖον τῆς παρουσίας αὐτοῦ. Γινώσκων ὁ Δεσπότης τῇ ἔξωθεν διαγωγῇ συσχηματίζεσθαι τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν (37), λαβὼν λεντίον ὑπέδειξεν ἡμῖν μέθοδον ὁδοῦ ταπεινώ-

[21] Luc. x, 20. [22] I Cor. iv, 4. [23] Luc. xviii, 10 seqq.

Digitized by Google

σεως· τοῖς γὰρ τοῦ σώματος ἐπιτηδεύμασιν ἐξομοιοῦται ἡ ψυχή, καὶ πρὸς ἃ πράττει, τυποῦται, καὶ πρὸς αὐτὰ σχηματίζεται. Ἀρχὴ ἀγγέλων τινὶ γέγονεν ὑψηλοφροσύνης ὑπόθεσις, οὐ διὰ τοῦτο κομισαμένῳ αὐτήν. Ἄλλως ὁ ἐπὶ θρόνου, καὶ ἄλλως ὁ ἐπὶ κοπρίας καθήμενος διάκειται. Καὶ ἴσως διὰ τοῦτο ὁ μέγας ἐκεῖνος δίκαιος ἐν τῇ κοπρίᾳ ἔξω τῆς πόλεως ἐκαθέζετο. Τότε γὰρ τὴν τελείαν ταπεινοφροσύνην κτησάμενος, εἶπεν ἐν αἰσθήσει ψυχῆς· *Ἐφαύλισα ἐμαυτὸν καὶ ἐτάκην* (38)· ἤγημαι δὲ ἐμαυτὸν γῆν καὶ σποδόν. Εὑρίσκω Μανασσῆν ἐκεῖνον ἐν ἀνθρώποις ὡς οὐδέν· ἕτερον [al. οὐδένα τούτων] ἁμαρτήσαντα, καὶ τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ ἐν εἰδώλοις, καὶ πᾶσαν τὴν θρησκείαν μολύναντα· ὑπὲρ οὗ εἰ πᾶς ὁ κόσμος νενήστευκεν, οὐδὲν ἂν ἄξιον ἀντεισενεγκεῖν ἠδύνατο, ἀλλ' ἴσχυσεν ἡ ταπείνωσις ἀνίατα λάσασθαι ἐν αὐτῷ· *Ὅτι εἰ ἠθέλησας θυσίαν* (39), *ἔδωκα ἄν*, τῷ Θεῷ, φησὶν ὁ Δαυΐδ, *ὁλοκαυτώματα*, σώματα διὰ νηστείας, *οὐκ εὐδοκήσεις*. *Θυσία τῷ Θεῷ*, καὶ τὸ ἑξῆς νενόηται πᾶσιν. *Ἡμάρτηκα τῷ Κυρίῳ*, ποτὲ ἡ μακαρία ταπείνωσις πρὸς Θεὸν ὑπὲρ μοιχείας καὶ φόνου ἐβόησε, καὶ θᾶττον ἤκουσε· *Κύριος ἀφεῖλε τὸ ἁμάρτημά σου*.

A dem, factus est. Non est in mundo videre ignem natura parvum et magnum: nec in humilitate vera et sincera ullam penitus materiæ speciem ([a] vitiorum) quæ illi inhærere possit, **324** est recipere. Quandiu sponte peccamus et cadimus, hoc in nobis non est, et hoc est signum præsentiæ illius. Cum Dominus noster non ignoraret per exteriorem corporis habitum formari intus animæ virtutem, accepto linteo, ostendit nobis compendiosam viam ad humilitatem. Actionibus enim corporis formatur anima, et ad ea quæ agit componitur [effigiatur] et figuratur. Principatus nonnemini angelorum fuit occasio et causa superbiæ, quem tamen non acceperat ut superbiret. Aliter qui in solio, aliter qui in sterquilinio sedit, compa-
B ratus est. Et fortasse justus ille et magnus vir (Jobus) propterea in sterquilinio extra civitatem sedit. Tunc enim perfectam consecutus humilitatem, ex toto cordis affectu dixit: *Vilipendi me ipsum et contabui* [24]; reputavi me terram et cinerem. Animadverto Manassen illum ex hominibus gravius quam nullum alium peccasse, templumque Dei idolis et omnem cultum divinum polluisse, pro quo si totus mundus se jejuniis afflixisset, non potuisset quidquam dignum referre [pro illo ut par erat satisfacere]. Sed potuit humilitas desperata et immedicabilia illis vulnera curare. *Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique, Deo*, inquit David: *holocaustis*, seu jejuniis, quibus corpora torquentur, *non delectaberis. Sacrificium Deo* [25], et quæ sequuntur, omnibus nota. *Peccavi Domino*, beata olim humilitas ob adulterium et cædem commissam, ad Deum clamavit; et statim audivit: **323** *Dominus abstulit peccatum tuum* [26].

Ὁδὸν μὲν ταύτης καὶ ὑπόθεσιν τοὺς σωματικοὺς πόνους οἱ ἀείμνηστοι ὡρίσαντο Πατέρες· ἐγὼ δὲ λέγω ὑπακοὴν καὶ εὐθύτητα καρδίας, αἳ καὶ φυσικῶς τῇ οἰήσει ἀντίκεινται· εἰ ἐξ ἀγγέλων δαίμονάς τινας αὕτη πεποίηκε (40), πάντως ἐκείνη καὶ ἐκ δαιμόνων ἀγγέλους ποιῆσαι δύναται (41)· διὸ οἱ πεσόντες θαρσείτωσαν. Σπεύσωμεν πάσῃ δυνάμει, ἐπὶ τὴν ταύτης κορυφὴν ἀναβῆναι. Εἰ δὲ μή, κἂν ἐπιχηθῆναι τοῖς ὠμοις. Εἰ δέ τι ὀκλάζομεν, τῶν ἀγκαλῶν γοῦν αὐτῆς μὴ ἀποπέσωμεν· ὁ γὰρ ἐκεῖθεν ἀποπίπτων, θαυμάζω εἰ ἐπιτεύξεταί τινος αἰωνίου δωρεᾶς· νεῦρα ταύτης καὶ ὁδοί, οὐ μέντοι καὶ σύμβολα (42), ἀκτημοσύνη, ξενιτεία, ἀφανὴς σοφίας ἀποκρυφή, προφορὰ ἀποίκιλος, ἐλεημοσύνης ζήτησις, κρύψις εὐγενείας, παῤῥησίας ἐξορισμός, πολυλογίας μακρυσμός· οὐδὲν γὰρ οὕτως ὡς πτωχὴ κατάστασις καὶ προσαιτῶν δίαιτα (43), ψυχὴν ταπεινῶσαι δεδύνηται πώποτε· τότε γὰρ, τότε φιλόσοφοι καὶ φιλόθεοι δεικνύμεθα, ὅτε δυνάμενοι ὑψοῦσθαι τὸ ὕψος ἀποφεύγομεν ἀνεπιστρόφως· εἰ ὀπλίζῃ ποτὲ κατά τινος
D πάθους τοῦ οἴου δήποτε, ταύτην σύμμαχον ἐπίσπασαι· *Ἐπὶ ἀσπίδα γὰρ καὶ βασιλίσκον ἐπιβήσε-*

Viam quidem ad hanc (humilitatem) et fundamentum Patres semper prædicandi, labores et exercitationes corporis affirmarunt: ego vero obedientiam et verum sincerumque et rectum cor, quod natura etiam sua repugnat superbæ æstimationi rectam ad humilitatem viam esse judico. Si superbia ex angelis dæmones quosdam efficit, haud dubie humilitas etiam ex dæmonibus angelos facere poterit. Bono ergo animo sint qui peccarunt. Properemus, et totis viribus decertemus, ut in hujus verticem evadamus. Quod si non possumus, saltem humeris illius evehi studeamus. Aut si deficimus et succumbimus, caveamus tamen ne ulnis illius excidamus. Qui enim inde exciderit, mirabor si quid muneris æterni consequatur. Nervi hujus sunt et viæ, non signa tamen, paupertas occulta, peregrinatio, sapientiæ occultatio, sermo non vafer, sed sincerus, elee-
C mosyna quæsita, nobilitatis dissimulatio, audacis confidentiæ relegatio, loquacitatis remotio. Nihil quippe adeo animam humilem reddit, quam status ultimæ paupertatis et victus emendicatus. Tunc

[24] Job XLII, 6 ex LXX; Vulg. *Reprehendo meipsum et ago pœnitentiam in favilla et cinere.* [25] Psal. L, 18. [26] II Reg. XII, 13.

(a) Hunc locum totum omisit Camaldulensis. Antiquiores interpretes habent, sicut et omnia exemplaria nostra Græca. Sensus perobscurus est, nec comparatio satis apta videtur. An hoc vult dicere, Sicut in creata aliqua re nullus ignis natura sua est magnus et parvus (æque enim parvus ignis est ignis ac magnus) magnus autem et parvus fit ex materia, ita in sincera et non spuria humilitate nulla omnino species et forma materiæ, vitiorum nempe, permanere ullo modo potest. Humilitas enim omnem vitiorum materiam excludit, vel per charitatem absumit?

Digitized by Google

enim tunc, inquam, nos veros philosophos Deique amatores ostendimus et probamus, quando extolli possumus, et omnem elationem, ex animo constantissime fugimus. Quandocunque arma contra quodcunque vitium sumis, hanc tibi pugnæ sociam ascisce, hæc enim, *super aspidem et basiliscum ascendet, et conculcabit leonem et draconem* [27], peccatum, inquam, et desperationem, et diabolum, **325** et corporis draconem. Humilitas est sipho seu canalis cœlestis, qui ex ima peccatorum voragine animam in cœlum evehere potest. Fuit qui in anima sua hujus pulchritudinem vidit, et stupore captus cupiebat nomen parentis ejus cognoscere, cum illa gratum et serenum subridens : ecquomodo, inquit, genitoris mei nomen scire studes, cum sit anonymus et nomine careat. Non prodam illud tibi, donec Deum possideas : cui gloria in omnes sæculorum æternitates. Amen.

Mare est fontis causa et genitrix; humilitas autem est fons discretionis.

SCHOLIA AD GRADUM XXV.

De humilitate.

Scholion 1.

Sive quæ in sensum et materiam seu corpus cadunt.

Scholion 2 *sancti Chrysostomi.*

Ne, inquit, dono lavacri confisi deinceps negligenter vivant. Quia etsi baptisma pœnitentiæ acceperis, sed Spiritu sancto postea non agaris, perdidisti gratiam, et dignitatem tibi datam, et adoptionis prærogativam. Hinc dixit : Non quotquot Spiritum Dei acceperunt, sed quicunque Spiritu Dei aguntur; hoc est, per omnem vitam ita vivunt, hi sunt filii Dei.

Quæstio 3.

Quot significat accusatio? duo : pessimam ab hoste irrogatam calumniam : deinde singulari quadam vi apertam rei gestæ declarationem. Exempli causa : bonus natura Deus, malignus diabolus, velut astuta vulpes.

Scholion 4.

Mirandæ sunt actiones mentis, et per humilitatem **326** profectus. Audi enim quomodo dicat. Quoniam, inquit, quod quis * cogitat [de quo quis secum rationatur] hoc omnino et sentit, et corde retinet. Excipiatur ergo, quod quis ex inconsideratione mentis, vel ex subreptione aut casu cogitat : hæc enim semel duntaxat tractata animo, negamus cum vitioso affectu cogitari aut tractari.

Aliud.

Rogatus senior quid esset humilitas : Duplex, inquit, mortificatio, quæ sponte fit in omni re.

Scholion 5.

Iris est arcus nubibus extensus, quem vocavit *humilitatem*, propter multos et varios quasi flores et colores, et propter triplicem colorum aspectum, et altitudinem, qua supra terras exsistat atque elevatur.

[27] Psal. xc, 13.

A *ται, καὶ καταπατήσει λέοντα καὶ δράκοντα* · ἐγὼ δὲ λέγω, ἐπὶ ἁμαρτίαν καὶ ἀπόγνωσιν, καὶ τὸν διάβολον, καὶ τὸν δράκοντα τοῦ σώματος. Ταπεινοφροσύνη ἐστὶ σίφων οὐράνιος ἐξ ἀβύσσου ἁμαρτημάτων εἰς οὐρανὸν ἀνενέγκαι ψυχὴν δυνάμενος (14) · εὑρακέ πού τις ἐν τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ ταύτης κάλλος · καὶ θάμβει ληφθεὶς ἠρώτα τοῦ τεκόντος μαθεῖν τὴν προτηγορίαν · ἡ δὲ φαιδρὸν αὐτῷ καὶ γαληνὸν ὑπομειδιάσασα, φησί · Καὶ πῶς τοῦ ἐμὲ γεγεννηκότος τὸ ὄνομα μαθεῖν ἐπείγῃ, καὶ οὗτός ἐστι ἀνώνυμος; Οὐ μή σοι τοῦτο λέξω, ἕως οὗ Θεὸν κτήσῃ. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

B Πηγῆς μὲν μήτηρ ἄβυσσος καθέστηκε διακρίσεως δὲ πηγὴ ταπείνωσις.

ΣΧΟΛΙΑ ΕΙΣ ΛΟΓΟΝ ΚΕ'.

Περὶ τῆς ταπεινοφροσύνης.

Σχόλιον α'.

Ἤγουν αἰσθητοῦ καὶ ὑλικοῦ.

Σχόλιον τοῦ ἁγίου Χρυσοστόμου β'.

Ἵνα μὴ τῇ δωρεᾷ τοῦ λούτρου θαῤῥήσαντες τῆς μετὰ ταῦτα ἀμελήσωσι πολιτείας, φησί · ὅτι κἂν βάπτισμα μετανοίας λάβῃς, μὴ μέλλῃς δὲ Πνεύματι μετὰ ταῦτα ἄγεσθαι, ἀπώλεσας τὴν δεδομένην ἀξίαν, καὶ τῆς υἱοθεσίας τὴν προεδρίαν · διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν · Ὅσοι Πνεῦμα Θεοῦ ἔλαβον, ἀλλ', Ὅσοι ΠνεύC ματι Θεοῦ ἄγονται · τουτέστιν, ὅσοι παρὰ πάντα τὸν βίον πολιτεύονται οὕτως, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ τοῦ Θεοῦ.

Ἐρώτησις γ'

Καὶ πόσα σημαίνει κατηγορία; Ἀπόκρ. Δύο · τὴν κατά τινος παρ' ἐχθροῦ κακίστην διαβολὴν, καὶ τὴν ἔμφασιν, καὶ τρανὴν φανέρωσιν τοῦ πράγματος · οἷον, ἀγαθὸς φύσει ὁ Θεὸς, κακοῦργος ὁ διάβολος, δολερὸν ἡ ἀλώπηξ.

Σχόλιον δ'.

Θαυμάσιαι νοὸς ἐργασίαι, καὶ διὰ ταπεινώσεως προκοπαί · ὅρα γὰρ πῶς φησιν, ὅτι ὅ τις λογίζεται, τοῦτο πάντως καὶ φρονεῖ, καὶ ἐν καρδίᾳ κατέχει. Ὑπεξαιρείσθω οὖν τὸ ἐξ ἀπροσεξίας λογίσασθαι, ἢ συναρπαγῆς, ἢ κατὰ τύχην · ταῦτα γὰρ πρὸς ἅπαξ D τελούμενα, οὐ κατὰ πάθος τελεσθῆναι ἢ λογισθῆναί φαμεν.

Ἄλλο.

Ἠρωτήθη γέρων, τί ἐστι ταπείνωσις, καὶ εἶπε · Διπλῆ νέκρωσις ἑκουσίως ἐπὶ παντός.

Σχόλιον ε'.

Ἶρίς ἐστι τὸ τεινόμενον ταῖς νεφέλαις τόξον · τοῦτο δὲ ἐκάλεσε τὴν *ταπείνωσιν*, διὰ τὸ πολυανθές, καὶ ποικίλον, καὶ πολύχροον, καὶ τρίγροον, καὶ ὑψηλὸν, καὶ τῶν γηΐνων ὑπερανεστηκός.

Digitized by Google

Σχόλιον Ἰσαὰκ ς'.

Ὑπερηφανία ἐστίν, οὐχὶ ὅτε περάζει ἐν τῇ διανοίᾳ ὁ λογισμὸς αὐτῆς, οὐδὲ ἐὰν νικᾶταί τις ἐξ αὐτῆς κατὰ καιρόν· ἀλλ' ἐκείνη ἡ διαμένουσα ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. Ἐκείνῳ μὲν τῷ πρώτῳ ἡ κατάνυξις ἀκολουθεῖ· οὗτος δὲ ὁ ἀγαπήσας αὐτὴν οὐκ οἶδε κατάνυξιν.

Σχόλιον ζ'.

Ὑψηλῶν ἀρετῇ καὶ κατορθωμάτων.

Σχόλιον η'.

Ἄχρηστα καὶ χυδαῖα, καὶ μάταια.

Σχόλιον θ'.

Ὡς ἡ ἁγία Τριὰς τῶν ὑποστάσεων ἐν μιᾷ ἐστι τῇ Θεότητι, καὶ μία Θεότης ἐν ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσιν, οὕτως καὶ ἡ μετάνοια, καὶ τὸ πένθος, καὶ ἡ ταπείνωσις συγγενῆ ἀλλήλοις εἰσὶ, καὶ ἐν τῇ θείᾳ χρατύνεται χάριτι, καὶ ἡ χάρις ἑνοποιεῖ ταῦτα, τὸ ἓν τῷ ἑτέρῳ συνάπτουσα, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν τὸν νοῦν ἀναπέμπουσα.

Σχόλιον ι'.

Εἷς χῶρος, ὁ πυθμὴν τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐν τῇ διαβάσει τοῦ Ἰσραήλ. Ἡ δὲ τῆς παγκοσμίου χαρᾶς οὐκ ἄλλη ἡμέρα, ἢ ἡ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, ἐν ᾗ τὸ γένος ἡμῶν τῶν αἰωνίων τοῦ ᾅδου ἠλευθερώθη δεσμῶν. Τινὲς δὲ τὴν τῆς γεννήσεως ἡμέραν λέγουσιν, ἐν ᾗ καὶ παρὰ τῶν ἀγγέλων ἠκούετο τό· *Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ*, ἕτεροι τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ Νῶε μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ ἐξῆλθε τῆς κιβωτοῦ.

Σχόλιον Χρυσοστόμου ια'.

(*a*) Εἴ που τὴν εὐσέβειαν παραβλαπτομένην ἴδοις, μὴ προτίμα τὴν ὁμόνοιαν τῆς ἀληθείας, ἀλλ' ἵστασο γενναίως ἕως θανάτου· καὶ μηδὲ οὕτως ψυχῇ πολέμει, μηδὲ ἀποστρέφου γνώμῃ, ἀλλὰ τοῖς πράγμασι μάχου μόνον· τοῦτο γάρ ἐστι τό· *Ἐξ ὑμῶν μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες*· κἂν ἐκεῖνος μὴ εἰρηνεύῃ, σὺ μὴ πλήρωσῃς χειμῶνος τὴν ψυχήν· ὅπερ ἔφθην εἰπὼν, τὴν ἀλήθειαν μηδαμοῦ προδιδούς.

Σχόλιον ιβ'.

Ὅτι τινὲς τῶν ἀναισθήτως ἐπιπληττόντων, ἢ διακαζόντων ἢ σοφιζομένων, ἢ ἀρχῆς ὀρεγομένων ταπεινώσεώς εἰσιν ἀμέτοχοι· ἔστι δ' ὅτε καὶ ἔργοις διδάσκει τοῖς προσιοῦσι τὴν ταπείνωσιν.

Σχόλιον ιγ'.

Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἡσαΐας διὰ τὴν ταπεινοφροσύνην, ὅτι γλῶσσαν οὐκ ἔχει λαλῆσαι πρός τινα ὡς ἀμελοῦντα, ἢ πρὸς ἄλλον ὡς καταφρονοῦντα· οὔτε

A

Isaaci 6.

Superbia est, non quando cogitatio illius in mente pertransit; neque quando quis ab illa repente data aliqua occasione, vincitur. Sed illa quæ manet et hæret in homine. Illum primum (qui cogitat de superbia, aut repente obruitur illa) sequitur dolor animi seu compunctio; iste alter qui amat superbiam, non novit compunctionem.

Scholion 7.

Alta et præclara facta de virtute (inenarrabilia [ἄῤῥητα nempe] seu arcana [*b*]).

Scholion 8.

Inutilia, confusa, vana.

Scholion 9.

humiliat, et quandoque etiam animam ab improbis cogitationibus et vitiositatibus repurgat. Quæcunque nobis usuveniunt, sive oculis subjecta sint, sive non sint, aut cum virtute recipiuntur, aut cum vitio, aut medio quodam modo. Tres olim religiosos vidi fratres male simul acceptos et multatos, quorum primus rem indigne tulit; alter sine perturbatione damnum pertulit, tertius ingens etiam gaudium retulit. Vidi apud agricolas idem seminis genus a duobus spargi, sed diverso ab utroque fine: ab altero ut nomina creditori suo dissolveret, ab altero ut is thesauros sibi compararet. Ille, ut dominum suum muneribus coleret; hic, ut ex eleganti agricolatione laudem a transeuntibus **344** in via et vita aucuparetur. Ille, ut hostem suum æmulum invidia torqueret, hic, ut ne desidiosus ab aliis carperetur. Hæc sunt seminum ab agricolis sparsorum nomina: jejunium, vigiliæ, eleemosyna, ministeria, et hoc genus alia. Finem autem et mentem, qua quid faciant, fratres alacriter et prompte in Domino examinabunt, non secus atque illi, qui aquam fontibus hauriunt. Nam fit aliquando uti clam per imprudentiam ranas, quas appellamus, simul hauriamus. Ita qui negotium cum virtute habemus, sæpe mistam occulte aliquam virtuti vitiositatem referimus. Quale est quando cum hospitalitate gula miscetur; cum charitate, amor carnis; cum discretione, vafrities seu calliditas; cum prudentia, malitia; cum mansuetudine, fallacia et ignavia et tarditas et contradictio, et proprius vivendi ut velis sensus et inobedientia, cum silentio magisterii supercilium et fastus, cum gaudio elatio animi, cum spe pigritia; cum charitate rursum temerarium judicium; cum quiete desidia et quidam animi torpor; cum castitate amaritudo; cum humilitate nimia confidentia; et hæc rursum omnia veluti commune medicamentum et collyrium seu potius venenum comitatur vana gloria. Non affligat nos si Dominus postulata nostra precesque ad tempus non exaudiat, vellet enim Dominus omnes mortales uno temporis momento ab omnibus animi perturbationibus liberos fieri. Quicunque a Deo aliquid petunt, et non impetrant, ob unam aliquam ex his causas **345** id fieri certum est; vel quod ante tempus id petant, vel non debito modo petant; vel ex vana gloria; vel quod in superbiam efferrentur, si quod petunt impetrarent; vel impetrato voto desides et negligentes fierent. Quod dæmones et vitia subinde ex anima cedant, et vel ad tempus, vel in perpetuum nobiscum inducias faciant, nullus, opinor, dubitat. Quot autem modis illorum a nobis recessus fiat, perpauci norunt. Recesserunt vitia ex quibusdam non solum credentibus, sed etiam non credentibus, excepto uno, quod in hominibus reliquerunt, ut ex omnibus vitiis capitale cæterorum omnium vicem et locum impleret, quando tam noxium et pestilens est, ut etiam e cœlo dejicere possit. Absumitur materia (peccati) igne cœlesti exhausta, et ex anima radicitus convulsa. Dæmo-

Digitized by Google

nes sponte se subducunt, ut nos securos reddant, et repente miseram animam invadant, vitiisque adeo atrociter corrumpant, ut ipsa sibi deinceps insidietur et hostis fiat. Novi et aliam harum belluarum se subducendi artem, posteaquam anima vitiis penitus assuevit. Documento dicti nostri sunto infantes, qui post longam sugendi consuetudinem et jam repulsi ab ubere matris, suos adhuc digitos sugunt. Non ignoro quintam quoque in animo a perturbationibus quietem, quæ ex multa simplicitate laudataque integritate atque innocentia constat : *Justum enim adjutorium his a Domino, qui salvos facit rectos corde* [97], et non sentientes liberat a **346** malis : quandoquidem et infantes exuti vestibus se nudos esse parum sentiunt. Malitia et vitia naturaliter in natura non sunt, neque Deus vitiorum auctor est. Virtutes autem natura multæ nobis ab illo inditæ sunt, ex quibus istæ manifeste sunt : Misericordia, quando illa et paganæ gentes tanguntur : charitas, si quidem non raro et brutæ animantes quod orbatæ essent [a se mutuo divulsæ], lacrymatæ sunt. Fides, omnes enim hanc ex nobis ipsis progignimus. Spes, nam cum mutuum accipimus aut damus, et navigamus, et serimus, speramus futurum ut ditescamus.

Cum ergo, uti demonstratum est, charitas natura virtusque nobis insita sit, et hæc vinculum legis atque perfectio sit, perfecto non procul ab natura absunt virtutes [non alienæ sunt a natura virtutes], ut merito erubescant ii qui in virtutum exercitatione imbecillitatem suam prætexunt. Naturæ vires excedunt castitas, iræ victoria, humilitas, oratio, vigiliæ, jejunium, perpetua compunctio. Ex iis alias homines, alias angeli, alias ipse Deus Verbum docet et largitur. Ex malorum comparatione minus et levius eligendum est. Quemadmodum sæpe usuvenit, ut nobis inter preces Deo assistentibus peregrini fratres ad nos divertant, cum ex duobus alterutrum nobis relinquendum est, aut interrumpenda oratio, aut religiosus frater absque salutatione et alloquio dimittendus, et tristitia afficiendus. Major oratione est charitas : illa enim quid privatum est, hæc autem omnes generatim virtutes complectitur. Ego cum adhuc junior essem, olim civitatem aut **347** vicum ingressus, dum ad mensam sederem ab gulæ simul et vanæ gloriæ cogitationibus occupatus, et gulæ rabientis seu furentis improbam progeniem veritus, malui vanæ gloriæ succumbere. Noram ego a malo ventris genio, vanæ gloriæ dæmonem in juvenibus superatum, et non immerito. Nam ut apud eos qui in sæculo degunt, avaritia est radix omnium malorum, ita in religione gula. Laborant viri religiosi et spirituales subinde permissu divino vitiis quibusdam, sed levissimis, ut propter levia quædam nec Deum offendentia, seipsos valde culpent, et interim humilitatis thesaurum nullis prædonibus expositum comparent. Fieri non potest ut is qui nondum sub obedientiæ jugo vixit, statim etiam quicunque suopte nutu artem aliquam addidicit, nugas agit et umbras et larvas sequitur.

Duabus iisque maxime communibus virtutibus Patres omnem vitam practicam seu quæ in agendo versatur, definierunt, nec immerito sane. Hæc

A ἀπάθειαν, ἔτι ἐξ ἀπλότητος πολλῆς καὶ ἀκεραιότητος ἐπαινουμένους συνισταμένη. *Δικαία γὰρ ἡ βοήθεια τοῖς τοιούτοις παρὰ Θεοῦ τοῦ σώζοντος τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ*, καὶ ἀνεπαισθήτως αὐτοὺς τῶν κακῶν ἀπαλλάττοντες· εἴπερ καὶ τὰ νήπια ἐκδυθέντα οὐ πάνυ γινώσκουσι. Κακία μὲν (54), ἡ πάθος φυσικῶς ἐν τῇ φύσει οὐ πέφυκεν· οὐκ ἔστι γὰρ κτιστὴς παθῶν ὁ Θεός· ἀρεταὶ δὲ φύσει καὶ πολλαὶ ἐν ἡμῖν παρ' αὐτοῦ γεγόνασιν, ἐξ ὧν εἰσι καὶ αὗται σαφῶς· ἡ ἐλεημοσύνη, εἴπερ καὶ Ἕλληνες συμπαθοῦσιν· ἡ ἀγάπη, εἴπερ καὶ τὰ ἄλογα ζῶα πολλάκις ἐπὶ τῇ στερήσει ἀλλήλων ἐδάκρυσαν. Ἡ πίστις· πάντες γὰρ ἐξ ἑαυτῶν ταύτην ἀποτίκτομεν· ἐλπίς, ἐπεὶ καὶ δανειζόμενοι, καὶ πλέοντες, καὶ σπείροντες πλουτῆσαι ἐλπίζομεν.

B Εἰ τοίνυν, ὡς ἀποδέδεικται, ἡ ἀγάπη φύσει καὶ ἀρετὴ ἐν ἡμῖν καθέστηκε, σύνδεσμος δὲ καὶ πλήρωμα νόμου αὕτη, οὐκοῦν οὐ πόρρω τῆς φύσεως αἱ ἀρεταὶ καθεστήκασι, καὶ αἰσχυνθείησαν οἱ ἀδυναμίαν ἐπὶ τῇ τούτων ἐργασίᾳ προβαλλόμενοι. Ὑπὲρ φύσιν ἁγνεία, ἀοργησία, ταπεινοφροσύνη, προσευχή, ἀγρυπνία, νηστεία, κατάνυξις διηνεκής. Τούτων τῶν μὲν ἄνθρωποι (55), τῶν δὲ ἄγγελοι, τῶν δὲ αὐτὸς ὁ Θεὸς Λόγος καθέστηκε διδάσκαλος καὶ δοτήρ· συγκρίσει κακῶν δεῖ ἡμᾶς τὸ κουφότερον ἐκλέξασθαι. Οἷον πολλάκις ἐν προσευχῇ παρισταμένων ἡμῶν, πρὸς ἡμᾶς ἀδελφοὶ παρεγένοντο· καὶ δυοῖν θάτερον, ἢ τὴν προσευχὴν καταλιπεῖν, ἢ τὸν ἀδελφὸν ἀναπόκριτον ἀπελθόντα λυπῆσαι. Μείζων ἀγάπη προσευχῆς· ἡ μὲν γὰρ μερική, ἡ δὲ περιεκτικὴ πασῶν καθέστηκε.

C Ἤλαι ἐν πόλει ἢ κώμῃ παραγενόμενός ποτε, ἔτι νέος ὤν, ὑπὸ λογισμῶν γαστριμαργίας καὶ κενοδοξίας ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τραπέζης καθήμενος κατελήφθην, καὶ μέντοι τὴν ἀπόγονον τῆς κοιλιομανίας δεδοικὼς (56), τῇ κενοδοξίᾳ ἡττήθην μᾶλλον. Ἔγνων ἐγὼ τὸν τῆς γαστριμαργίας δαίμονα πολλάκις, τὸν τῆς κενοδοξίας νικήσαντα ἐν τοῖς νέοις· καὶ εἰκότως (57)· παρὰ μὲν τοῖς ἐν κόσμῳ ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἡ φιλαργυρία, παρὰ δὲ μοναχοῖς ἡ γαστριμαργία· ἔστι παρὰ τοῖς πνευματικοῖς πολλάκις τινὰ εὐτελέστατα πάθη ἐκ Θεοῦ οἰκονομικῶς καταλιμπανόμενα· ἵνα δι' εὐτελῶν τινων, καὶ ἀναμαρτήτων ἑαυτοὺς λίαν καταμεμφόμενοι, πλοῦτον ἄσυλον ταπεινοφροσύνης κτήσωνται· οὐκ ἔστι ἐν προοιμίοις ταπεινωσιν

D κτήσασθαι ἀνυποτάκτως διάγοντα (58), εἴπερ πᾶς ὁ ἰδιορύθμως τέχνην μεμαθηκὼς φαντάζεται.

Ἐν δυσὶν ἁπάσαις γενικωτάταις ἀρεταῖς οἱ Πατέρες τὴν πρακτικὴν ὁρίζονται, καὶ εἰκότως. Ἡ μὲν γὰρ ἀναιρετικὴ τῶν ἡδονῶν καθέστηκεν· ἡ δὲ τὴν

[97] Psal. vii, 11

Digitized by Google

ἀναίρεσιν ταπεινοφροσύνη κατησφαλίσατο. Διὰ τοῦτο τὸ πένθος διπλοῦν, ὡς τῆς ἁμαρτίας ἀναιρετικὸν, καὶ τῆς ταπεινοφροσύνης ποιητικόν· εὐσεβῶν μὲν, τὸ παντὶ αἰτοῦντι διδόναι (59), εὐσεβεστέρων δὲ καὶ τῷ μὴ αἰτοῦντι. Τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ αἴροντος μὴ ἀπαιτεῖν δυναμένους μάλιστα, τάχα τῶν ἀπαθῶν καὶ μόνων ἴδιον καθέστηκεν.

A enim voluptates tollit, altera seu humilitas, quod prior fecit, confirmat, nec voluptates repullulare sinit. Quocirca et luctus duplicem vim habet, quod peccatum delcat, et humilitatem creet. Piorum est, omni petenti dare; sed magis piorum est, etiam non petenti largiri. Non repetere autem, aut quidquam ab eo exigere, qui abs te aliquid abstulit, cum maxime possis, illud fortasse non nisi eorum est, qui omnem affectum erga res omnes mortales exuerunt.

Ἐν πᾶσι τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς ἀρεταῖς ἑαυτοὺς ἐκζητοῦντες μὴ παυσώμεθα, ποῦ τυγχάνομεν ἐν ἀρχῇ, ἐν μεσότητι, ἢ ἐν τέλει. Πάντες οἱ πρὸς ἡμᾶς δαιμόνων πόλεμοι, ἐκ τριῶν τούτων αἰτιῶν συνίστανται· ἐκ φιληδονίας, ἢ ἐκ ὑπερηφανίας, ἢ ἐκ φθόνου αὐτῶν. Οἱ μὲν ἔσχατοι μακάριοι· οἱ δὲ μέσοι πανάθλιοι· οἱ δὲ πρότεροι ἀχρεῖοι ἕως τέλους τυγχάνουσι. Ἔστι τις αἴσθησις, μᾶλλον δὲ ἕξις, φερέπονος λεγομένη, ὑφ' ἧς ὁ ἀλοὺς οὐκ ἔτι δειλιάσει, ἢ ἀποστραφεῖ πόνου ποτέ· ταύτῃ τῇ ἀοιδίμῳ αἱ τῶν μαρτύρων ψυχαὶ κρατηθεῖσαι τῶν βασάνων εὐχερῶς κατεφρόνησαν. Ἄλλο φυλακὴ λογισμῶν, καὶ ἕτερον (60) νοὸς τήρησις, καθόσον ἀπέχουσιν ἀνατολαὶ ἀπὸ δυσμῶν, κατὰ τοσοῦτον ὑψηλοτέρα τῆς προτέρας ἡ δευτέρα, εἰ καὶ μοχθηροτέρα ὑπάρχοι. Ἄλλο προσεύχεσθαι κατὰ λογισμῶν (61), καὶ ἄλλο ἀντιφθέγγεσθαι τούτοις· καὶ ἕτερον ἐξουθενεῖν, καὶ ὑποτίθεσθαι τούτους. Καὶ τῷ μὲν προτέρῳ τρόπῳ μαρτυρεῖ ὁ εἰπών· *Ὁ Θεός, εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες*, καὶ τὰ ὅμοια. Τῷ δὲ δευτέρῳ ὁ φήσας· *Καὶ ἀποκριθήσομαι τοῖς ὀνειδίζουσίν μοι λόγον ἀντιῤῥητικόν.* Καὶ πάλιν· *Ἔθου ἡμᾶς εἰς ἀντιλογίαν τοῖς γείτοσιν ἡμῶν.* Τοῦ δὲ τρίτου μάρτυς ὁ μελῳδήσας· *Ἐκωφώθην, καὶ οὐκ ἤνοιξα τὸ στόμα μου, καὶ ἐθέμην αὐτῷ φυλακὴν ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐναντίον μου.* Καὶ πάλιν· *Ὑπερήφανοι παρηνόμουν ἕως σφόδρα· ἀπὸ δὲ τῆς σῆς θεωρίας ἐγὼ οὐκ ἐξέκλινα.* Τούτων ὁ μὲν μέσος τῷ προτέρῳ πολλάκις κέχρηται, διὰ τὸ ἀπαρασκεύαστον· ὁ δὲ πρότερος οὔπω τῷ δευτέρῳ τρόπῳ ἰσχύει τοὺς ἐχθροὺς ἀπώσασθαι· ὁ δὲ τρίτος εἰς ἅπαν δαιμόνων κατέπτυσεν. Ἀμήχανον φυσικῶς τὸ ἀσώματον ὑπὸ τοῦ σώματος ὁρίζεσθαι· πάντα δὲ δύνατα τῷ κτισαμένῳ Θεῷ. Ὥσπερ οἱ τῇ αἰσθήσει τῆς ὀσφρήσεως ὑγιῶς διακείμενοι τὸν ἀρώματα λεληθότως κατέχοντα ἐπιγινώσκειν δύνανται (62)· οὕτως καὶ ψυχὴ καθαρὰ τὴν εὐωδίαν, ἣν καὶ αὐτὴ ἐκ Θεοῦ προσεκτήσατο, τήν τε δυσωδίαν, ἧς ἀπαλλαγεῖσα τελείως καθέστηκεν, ἐν ἑτέροις ὑπάρχουσαν γνωρίζειν, ἀνεπαισθήτως ἑτέρων, πέφυκεν. Οὐ πάντες μὲν ἀπαθεῖς γενέσθαι δυνατόν· πάντες δὲ σωθῆναι καὶ Θεῷ διαλλαγῆναι οὐκ ἀδύνατον. Μή σου κατακυριεύσωσιν οἱ ἀλλόφυλοι ἐκεῖνοι, οἱ τὰς τοῦ Θεοῦ ἀῤῥήτους οἰκονομίας ἢ ὀπτασίας ἐν τοῖς ἀνθρώποις γινομένας πολυπραγμονεῖν βουλόμενοι, καὶ προσωπολήπτην τὸν Κύριον εἶναι λεληθότως ὑποβάλλοντες· οἰήσεως γὰρ ἀπόγονοι καὶ εἰσὶ καὶ γνωρίζονται. Ἔστι δαίμων φιλαργυρίας πολλάκις ταπεινωσιν ὑποκρινόμενος (63)· καὶ ἔστι

In omnia vitia et virtutes nostras **348** nunquam inquirere desinamus, ut intelligamus, quo loco versemur, an in principio, an medio, an fine. Omnia hostium nostrorum bella ex tribus istis causis nascuntur et conflantur, ex amore et studio voluptatum, ex superbia, et dæmonum ipsorum invidia. Ultimi sunt beati, medii miserrimi, primi tota vita inutiles. Est quidam sensus, seu potius habitus, phereponus dictus, quasi dicas laborum patiens, quo captus et occupatus non jam amplius labores ullos formidabit, aut unquam recusabit. Hoc semper laudabili et prædicando virtutis sensu et spiritu formatæ martyrum animæ omnia tormenta facile contempserunt. Aliud est custodia cogitationum, et aliud observatio mentis. Quantum distat ortus ab occidente, tanto nobilior et sublimior est priore altera, quamvis laboriosior sit hæc illa. Aliud adversus cogitationes preces adhibere, aliud illis repugnare, aliud easdem contemnere et penitus superare. De primo modo testatur is qui dixit: *Deus in adjutorium meum intende* [39], et hoc genus similia. De altero idem: *Et respondebo exprobrantibus mihi verbum* [39], contradictionis nempe. Et rursum: *Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris* [40]. De postremo testatur qui cecinit: *Obmutui et non aperui os meum, et posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me* [41]. Et iterum: *Superbi inique agebant usquequaque, ego autem a contemplatione* [*conspectu tuo*] *tui non declinavi* [42]. Ex his medius sæpe utitur priore, quod ipse per se non sit satis paratus et instructus; prior **349** secundo nunquam potest hostes arcere et abigere. Tertius autem dæmones penitus respuit et rejecit. Fieri per naturam non potest, ut quod corpore caret, a corpore comprehendatur aut circumscribatur; rerum tamen Conditor omnia potest. Quemadmodum ii qui olfaciendi sensu vigent facile sentiunt, si quis vel occulte secum aromata ferat: sic et pura mens gratum virtutis odorem, quem ex Deo accepit, facile animadvertit, sicut et fetorem, a quo penitus ipsa liberata est, in aliis latentem, aliis etiam nihil sentientibus, percipit. Non omnes quidem possunt ad summam animi ab omnibus vitiositatibus liberi tranquillitatem aspirare, sed omnes tamen possunt cum Deo reconciliari et salvi fieri. Cave ne in te alienigenæ dominentur illi qui arcanam Dei gubernationem, aut objectas hominibus visiones curiosius inquirant, Deumque etiam in

[39] Psal. LXIX, 2. [39] Psal. CXVIII, 42. [40] Psal. LXXIX, 7. [41] Psal. XXXVIII, 10. [42] Psal. CXVIII, 51.

Digitized by Google

animo personarum rationem habere judicant : hi enim superbiæ progenies et sunt et esse deprehenduntur. Est spiritus avaritiæ qui sæpe humilitatem simulat. Est spiritus vanæ gloriæ, qui homines ad eleemosynam dandam incitat (sicut et spiritus luxuriæ) qui ab utroque hoc repurgati fuerimus, quovis loco benignitatem in pauperes exhibere non cessemus. Fuere nonnulli, qui censerent dæmonas inter se sibi mutuo adversari et obluctari. Sed ego novi ab omnibus nihil nisi exitium nostrum quæri.

A δαίμων κενοδοξίας πρὸς ἐλεημοσύνην προτρεπόμενος, ὥσπερ καὶ φιλῳδονίας. Ἐὰν ἀμφοτέρων τοίνυν καθαρεύσωμεν, ἐν παντὶ τόπῳ ἐλεεῖν μὴ παυσώμεθα. Τινὲς μὲν ἔφησαν δαίμονας δαίμοσιν ἀντιπράττειν· ἐγὼ δὲ ἔγνωκα πάντας τὴν ἡμῶν ζητοῦντας ἀπώλειαν.

Omnes pias et spirituales exercitationes nostras sive corporis eæ sint et oculis subjectæ, sive mentis et intelligentiæ, præcedit propria hominis mens **350** et propositum, optimumque desiderium et affectus, quæ ex Dei succursu et auxilio fiunt. Nisi enim propositum præmissum fuerit, bona opera non sequentur. Si omnia, quæ sub cœlo fiunt, ut Ecclesiastes testatur, quavis in re suum tempus habent, inter omnia autem etiam nostræ sacræ reipublicæ negotia et res constitutæ sunt, videamus si placet et in quovis, tempore, quæ sint propria et convenientia cuique tempori disquiramus. Est enim omnino in iis qui in religiosæ vitæ certamine versantur tempus, quo ab omni animi perturbatione liber et tranquillus exsistas (quod propter eos dico, qui adhuc in certaminis infantia et tirocinio versantur). Est tempus lacrymarum, tempus ariditatis seu duritiei cordis; tempus obtemperandi et tempus imperandi : tempus jejunii, tempus mensæ : tempus belli, hostis corporis; et tempus pacis seu mortis exstincto nempe carnis ardore : tempus tempestatis in anima, et tempus serenitatis in mente : tempus mœroris in corde, et tempus gaudii in spiritu : tempus docendi, et tempus discendi : tempus inquinationum fortasse propter animi fastum, et tempus repurgationis propter humilitatem : tempus luctæ, et tempus securæ remissionis : tempus quietis, et tempus sine distractione occupationis : tempus diu et assidue precandi, tempus fideliter ministrandi. Quapropter ne ex superbo animi impetu decepti ante tempus aggrediamur ea quæ suo tempore sunt facienda, nec in hieme agamus quæ in æstate sunt agenda, nec in semente messem quæramus; si quidem tempus et serendi labores, **351** et tempus metendi inexplicabiles gratiarum messes. Sin minus, tunc neque suo tempore, quæ sunt ejus temporis propria referemus. Quidam ante labores, quidam inter ipsos labores quidam post labores, quidam in morte demum cœlestem sudorum compensationem ex arcana et inenarrabili Dei gubernatione et voluntate receperunt. Restat inquirendum qui horum altero fuerit humilior.

Πάσης πνευματικῆς ἐργασίας ὁρωμένης τε καὶ νοουμένης προηγεῖται πρόθεσις οἰκεία (64), καὶ πόθος ἄριστος, μετὰ συνεργίας Θεοῦ γενόμενα. Τῶν γὰρ προτέρων μὴ καταβληθέντων, τὸ δεύτερον ἐπακολουθεῖν οὐ πέφυκεν. Εἰ καιρὸς ἐν παντὶ πράγματι τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, καθὼς φησιν ὁ Ἐκκλησιαστὴς, ἐν τοῖς πᾶσι δὲ καὶ τὰ τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἱερᾶς καθεστήκασι πράγματα· οὐκοῦν σκοπήσωμεν, εἰ δοκεῖ, καὶ ἐν ἑκάστῳ καιρῷ τὰ τῷ καιρῷ οἰκεῖα ζητήσωμεν· καιρὸς γὰρ πάντως ἐν τοῖς ἀγωνιζομένοις ἐστὶν ἀπαθείας, διὰ τὴν τῶν ἀγωνιζομένων λέγω νηπιότητα. Καιρὸς δακρύων, καὶ καιρὸς σκληροκαρδίας· καιρὸς ὑποταγῆς, καὶ καιρὸς τοῦ ἐπιτάττειν· καιρὸς νηστείας, καὶ καιρὸς μεταλήψεως· καιρὸς πολέμου, σώματος ἐχθροῦ, καὶ καιρὸς θανάτου πυρώσεως· καιρὸς χειμῶνος ψυχῆς, καὶ καιρὸς γαλήνης νοός· καιρὸς λύπης καρδιακῆς, καὶ καιρὸς χαρᾶς πνευματικῆς· καιρὸς διδασκαλίας, καὶ καιρὸς ἀκροάσεως· καιρὸς μολυσμῶν, ἴσως διὰ τὴν οἴησιν, καιρὸς καθάρσεως, διὰ τὴν ταπείνωσιν· καιρὸς πάλης, καὶ ἀσφαλοῦς ἀνέσεως· καιρὸς ἡσυχίας, καὶ καιρὸς ἀπερισπάστου περισπασμοῦ· καιρὸς προσευχῆς ἀενάου, καὶ καιρὸς διακονίας ἀνυποκρίτου. Μὴ τοίνυν πρὸ καιροῦ ἐξ ὑπερηφάνου προθυμίας ἀπατώμενοι τὰ τοῦ καιροῦ ζητήσωμεν· μὴ ἐν χειμῶνι τὰ τοῦ θέρους· μὴ ἐν σπόρῳ τὰ τῶν δραγμάτων, ἐπειδὴ καιρὸς τοῦ σπεῖραι πόνους, καὶ καιρὸς τοῦ θερίσαι τὰς χάριτας τὰς ἀῤῥήτους. Εἰ δὲ μή γε, οὐδὲ ἐν τῷ καιρῷ τὰ τοῦ καιροῦ οἰκεῖα κομισόμεθα (65). Τινὲς πρὸ τῶν καμάτων, τινὲς ἐν τοῖς καμάτοις, τινὲς μετὰ τοὺς καμάτους, τινὲς ἐν τῷ θανάτῳ τὰς ὁσίας ἀμοιβὰς παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν οἰκείων κόπων κατ' οἰκονομίαν ἄῤῥητον ἐκομίσαντο. Ζητητέον τίς τούτων τοῦ ἑτέρου ταπεινότερος καθέστηκεν.

Est desperationis genus quod ex multitudine peccatorum, et conscientiæ pondere et intolerabili tristitia exsistit, quando anima ex multitudine vulnerum nimium mergitur, et onere peccatorum, altissima desperationis voragine hauritur et absorbetur. Est et alia desperatio quæ ex superbia et æstimationis fastu nobis contingit, ut qui existimet indignum se, qui in talem casum incideret fuisse. In his duobus, qui observaverit, hoc proprium deprehendet, quod alter ex desperatione, seipsum deinceps sine discrimine omnibus peccatis

Ἔστιν ἀπόγνωσις ἐκ πλήθους ἁμαρτημάτων (66), καὶ συνειδότος βάρους, καὶ ἀφορήτου λύπης διὰ τὸ ὑπερβαπτισθῆναι τῷ πλήθει τῶν τραυμάτων τὴν ψυχὴν, καὶ τῷ βάρει αὐτῶν, εἰς τὸν ἀπογνώσεως βυθὸν καταποντίζεσθαι· καὶ ἔστιν ἀπόγνωσις ἐξ ὑπερηφανίας καὶ οἰήσεως ἡμῖν ἐπισυμβαίνουσα, λογιζόμενον ἑαυτὸν ὡς ἀνάξιον ὄντα τοῦ συμβεβηκότος πτώματος· τοῦτο δὲ ὁ παρατηρῶν ἐν ἀμφοτέροις εὑρήσει τὸ ἴδιωμα· τὸν μὲν ἐν ἀδιαφορίᾳ ἑαυτὸν λοιπὸν ἐκδεδωκότα· τὸν δὲ τῆς ἀσκήσεως ἐν ἀπογνώσει ἐχόμενον, ὅπερ ἀσύμφωνον· ἀλλὰ τὸν

Digitized by Google

μὲν ἐγκράτεια, καὶ εὐελπιστία· τὸν δὲ ταπείνωσις, καὶ τὸ μηδένα κρίνειν ἰατρεύειν πεφύκασιν. Οὐ δεῖ θαμβεῖσθαι ἡμᾶς (67) ἢ ξενίζεσθαι ὁρῶντας πονηρὰ μέν τινας ἐργαζομένους ἔργα, ἀγαθοὺς δὲ λόγους προφέροντας· ἐπεὶ καὶ τὸν ἐν τῷ παραδείσῳ ὄφιν ἐκεῖνον ἡ οἴησις ἀπώλεσεν ὑψώσασα, τύπος σοι καὶ κανὼν ἔστω οὗτος ἐν πάσαις σου ταῖς ἐγχειρήσεσι, καὶ πολιτείαις, ὑποτακτικαῖς τε καὶ ἀνυποτάκτοις (68), ὁρωμέναις τε καὶ νοουμέναις, εἰ κατὰ θεὸν κυρίως καθεστήκασι· λέγω δὴ (*a*), ὁπόταν τὸ οἰονοῦν ἐπιτηδεύωμεν (69), οἱ εἰσαγόμενοι λέγω, ἐγχείρημα, καὶ μὴ ἐκ τῆς τούτου ἐργασίας ταπεινωσιν, ἧς κεκτήμεθα, προσλαμβάνωμεν πλέον ἐν ψυχῇ, οὐ δοκεῖ μοι κατὰ θεὸν ἡμᾶς αὐτὸ κατεργάζεσθαι, εἰ μικρὸν ἢ μέγα καθέστηκεν. Ἐν μὲν γὰρ ἡμῖν τοῖς νηπιωδεστέροις αὕτη ἡ τοῦ Κυριακοῦ θελήματος πληροφορία (70)· ἐν δὲ μέσοις, ἡ τῶν πολέμων ἴσως ἀναχώρησις· ἐν δὲ τελείοις, ἡ τοῦ θείου φωτὸς προσθήκη καὶ περιουσία. Τὰ μὲν μικρὰ παρὰ τοῖς μεγάλοις (71), ἴσως οὐ μικρά· τὰ δὲ μεγάλα παρὰ τοῖς μικροῖς οὐ πάντως τέλεια. Ἀὴρ μὲν καθαρθεὶς νεφελῶν, φαιδρὸν ὑπέδειξεν ἥλιον· καὶ ψυχὴ προλήψεων ἀφέσεως ἀξιωθεῖσα (72) πάντως θεῖον φῶς ἐώρακεν. Ἄλλο ἁμαρτία (73), καὶ ἄλλο ἀργία, καὶ ἄλλο ἀμέλεια· καὶ ἕτερον πάθος, καὶ ἄλλο πτῶμα. Ὁ δυνάμενος ἐν Κυρίῳ ζητεῖν, ζητείτω σαφῶς. Τινὲς τὸ θαυματουργικὸν καὶ ὁρώμενον ἐν τοῖς πνευματικοῖς χαρίσμασιν ὑπὲρ πάντα μακαρίζουσιν, ἀγνοοῦντες πολλὰ εἶναι τούτου ὑπέρτερα καὶ ἀπόκρυφα· διὸ καὶ μένουσιν ἔπτωτα. Ὁ μὲν τελείως καθαρθεὶς, αὐτὴν, ἢ καὶ οὐκ αὐτὴν τὴν ψυχὴν, ἐν ποίοις διάκειται τοῦ πλησίον ὁρᾷ. Ὁ δὲ προκόπτων ἔτι, διὰ τοῦ σώματος ταύτην τεκμαίρεται. Πῦρ (74) μικρὸν πολλάκις πᾶσαν τὴν ὕλην ἐκάθηρεν, ὥσπερ καὶ ὀπὴ μικρὰ ὅλον τὸν κόπον διέφθειρεν. Ἔστιν ἀνάπαυσις τῇ ἐχθρᾷ τὴν τοῦ νόου δύναμιν διυπνίζουσα, καὶ πύρωσιν μὴ διεγείρουσα· καὶ ἔστι πολλὴ κατάτηξις ἴσως, καὶ τὰς κινήσεις κινήσασα, *ἵνα μὴ κεκοιμῶτες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς*, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἀγνώστως τὴν ζῶσαν θανατοῦντι. Ὅταν τινὰς ἡμᾶς κατὰ Κύριον ἀγαπῶντας ὀφόμεθα (75), ἐν ἐκείνοις μάλιστα τὸ ἀπαρρησίαστον φυλάξωμεν· οὐδὲν γὰρ οὕτως διαλύει ἀγάπην, ὡς ἡ παρρησία πέφυκε, καὶ μῖσος ἐργάζεσθαι. Νεκρὸν καὶ λίαν περικαλλὲς τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα, καὶ πᾶσαν ἰδέαν μετὰ τὰς ἀσωμάτους οὐσίας ὑπεραῖρον· ὅθεν καὶ ἐμπαθεῖς πολλάκις τὰ ἐν ἑτέραις ψυχαῖς ἐξ ἀγάπης πολλῆς τῆς πρὸς αὐτὰς νοήματα ἐπιγνῶναι ἠδυνήθησαν· καὶ μάλιστα ὅτε ὑπὸ τῆς πηλοῦ μὴ καταποντίζονται ῥυπούμενοι· εἰ οὐδὲν τῷ ἀΰλῳ φύσει ὡς τὸ ἔνυλον ἀνθέστηκεν (76)· ὁ ἀναγινώσκων νοείτω· αἱ παρατηρήσεις ἐν μὲν τοῖς κατὰ κόσμον ἀνθεστήκασι τῇ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ· ἐν ἡμῖν δὲ τῇ νοερᾷ γνώσει. Οἱ μὲν τῇ ψυχῇ ἀσθενεῖς ἐκ τῶν τοῦ σώματος περιστάσεων (77), καὶ κινδύνων, καὶ τῶν ἐκτὸς περισπασμῶν, τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐπίσκεψιν τοῦ

exponat; alter in desperatione religiosam exercitationem retinet; quod inconveniens est. Sed alterum continentia et bona spes; alterum humilitas, etsi neminem judicarit (*a*), sanare poterit. Non est mirandum, neque tanquam in re peregrina et inusitata obstupescendum, quando videmus nonnullos mala facere, et bona loqui, quando et serpentem in paradiso elatio mentis extulit et perdidit. Norma hæc sit in omnibus rebus tuis quas aggrederis, vitæque studiis, sive alteri, **352** subjectis sive non subjectis, tam quæ ad corpus, quam quæ ad animum pertinent, an cum lege divina vere conveniant. Ut si, quando qualecunque opus nos novitii suscipimus, nisi ex illo opere majorem, quam ante habuimus, humilitatem inde in anima acquisiverimus, non videtur illud opus seu parvum seu magnum fuerit, convenienter legi divinæ factum. Atque in nobis adhuc rudioribus hoc quasi divinæ voluntatis signum et testimonium est. In mediis autem, quies fortasse ab impugnationibus: in perfectis autem divini luminis augmentum et copia. Quæ parva judicantur a magnis, fortasse non sunt parva. Quæ autem magna judicantur a parvis non sunt ex omni parte perfecta. Abstersus a nubibus et defæcatus aer, clarum ostendit solem; et anima a Deo venia peccatorum dignata, omnino divinum lumen respexit. Aliud est peccatum, aliud otium, aliud negligentia; et aliud propensio mala, aliud casus. Qui potest in Domino quærere, quærat aperte. Sunt qui gratiam patrandi miracula, et ea quæ in oculis hominum versantur dona cœlestia mirantur: et super omnia extollunt ac beata prædicant, cum ignorent multo his excellentiora et recondita esse, quæ propterea extra periculum casus manent. Qui perfecte purgatus est, ipsam alterius animam (etsi non ipsam penitus) videt, quomodo affecta sit. Qui autem adhuc inter proficientes est, per corpus de anima conjecturam facit. Parvus ignis sæpe totam silvam absumit et repurgat, **353** et parva rima universum laborum fructum corrumpit. Est quædam requies, quæ per inimicam carnem vim mentis exsuscitat, et ardorem tamen carnis non excitat. Et magna quandoque corporis vexatio nihilominus fortasse motus carnis causatur, *ne in nobis ipsis confidentes simus* [53], sed in eo qui viventem carnis sensum occulte mactare potest. Si nos a quibusdam sancte secundum Deum diligi conspexerimus, erga illos potissimum verecundiam custodiamus, ne nimis simus confidentes: nihil enim ita lædit et dissolvit charitatem, et odium parit, quam nimia libertas loquendi seu confidentia. Valde intelligens et elegans est oculus mentis, omnesque formas, præter angelicas naturas, exstinguit et superat. Unde et illi sæpe, qui adhuc animi perturbationibus obnoxii sunt, cogi-

[53] II Cor. I, 9.

(6) Ft judicium de altero temerarium penitus sublatum.

(*a*) λέγω δὴ non est in omnibus exemplaribus Græcis.

Digitized by Google

tationes aliarum animarum ex magna charitate qua afficiuntur erga illas, deprehendere potuerunt, et tum potissimum, cum puri ipsi ab sordibus peccatorum non absorpti sunt. Si nihil tam repugnat incorporeæ naturæ quam id quod corporeum est (qui legit, intelligat), observationes in sæcularibus divinæ providentiæ, in nobis cognitionis mentis obsistere solent. Qui animo parum firmo et constanti sunt, curam erga se Dei ex corporis statu, periculis, et aliis externis vexationibus intelligant; perfecti autem ex Spiritus sancti præsentia, et gratiarum cœlestium incremento. Est dæmon qui jam in lecto (ad somnum capiendum recumbentes improbarum et impurarum cogitationum telis nos infestat, **354** ut ex pigritia tum oratione non obarmati in obscenis cogitationibus obdormiamus, fedis etiam insomniis occupemur. Est e spiritibus, improbus, præcursor dictus, qui nos e somno experrectos statim excipit, et primitias cogitationum nostrarum inquinat. Offeras Domino diei tui primitias, ejus enim erunt qui anteverterit.

A Κυρίου γνωριζέτωσαν· οἱ δὲ τέλειοι ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος παρουσίας, καὶ τῆς τῶν χαρισμάτων προσθήκης· ἔστι δαίμων ἐπὰν ἐν τῇ κλίνῃ ἀναπέσωμεν, πρὸς ἡμᾶς παραγενόμενος, καὶ πονηραῖς ἡμᾶς καὶ ῥυπαραῖς κατατοξεύων ἐνθυμήσεσιν, ἵνα τῇ ὀκνηρίᾳ εἰς προσευχὴν τότε κατ' αὐτοῦ μὴ ὁπλισάμενοι ἐν ῥυπαραῖς ἐννοίαις ἀφυπνώσαντες, ῥυπαρὰ καὶ τὰ ἐνύπνια κτησώμεθα. Ἔστιν πνευμάτων, πρόδρομος καλούμενος, ἐξ ὕπνου ἡμᾶς εὐθέως δεχόμενος, καὶ τὴν πρωτάνοιὰν ἡμῶν καταμολύνων. Δίδου σῆς ἡμέρας ἀπαρχὰς Κυρίῳ. Τοῦ γὰρ προποιοῦντος ἔσται (78).

Dignum auditu sermonem mihi quidam Dei servus retulit: Ex primis, inquit, diei auspiciis, totius diei statum conjicio, seu præscisco. Multæ sunt pietatis et exitii viæ: quapropter sæpe hic qui alteri opponitur, cum altero optime convenit, et tamen utriusque mens et finis Deo placet. Luctantur nobiscum dæmones per tentationes, quas experimur, ut aliquid indignum vel dicamus, vel faciamus. Quod si impetrare non possunt, tum sensim irrepentes, suggerunt nobis uti per superbiam (ut ille pharisæus) Deo gratias dicamus. Qui ea quæ supra sunt, sapiunt, mortui sive separati a corpore per partes ad superiora ascendunt: qui vero sapiunt quæ infra sunt, ad inferiora rursum descendunt: separatorum enim seu mortuorum locus medius nullus est reliquus. Unum ex (duobus) C Dei creatis operibus in altero, non in seipso naturam suam, adeoque suum esse accepit, et mirum est quomodo illud quod in altero suum esse seu naturam suam accepit, sine altero possit consistere. Pias filias matres gignunt, matres autem Dominus, qua lege seu regula etiam in contrariis uti non erit absurdum. Timidus in bellum ne exito, ut Moses, vel potius Deus imperat, et merito ne error nempe postremus **355** animæ primo casu corporis deterior fiat. Lumen omnium corporis membrorum sunt oculi sensibus subjecti. Lux vero intellectus omnium divinarum virtutum est discretio.

B Ἀξιάκουστόν μοι λόγον ἐργάτης ἄριστος ἔφρασεν. Ἐξ αὐτῆς γὰρ, μοι ἔφη, τῆς πρωΐας τὸν ἅπαντά μου δρόμον τῆς ἡμέρας προεπίσταμαι. Πολλαὶ καὶ τῆς εὐσεβείας καὶ ἀπωλείας αἱ ὁδοιπορίαι· διόπερ πολλάκις ὁ τῷ ἑτέρῳ ἀντιτασσόμενος, ἄλλῳ γνησίως συνέρχεται, καὶ ὁ τῶν ἀμφοτέρων σκοπὸς ἐστι Κυρίῳ εὐάρεστος (79). Παλαίουσι μὲν οἱ δαίμονες ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσιν ἡμῖν πειρασμοῖς ἢ λέξαι ἡμᾶς ἢ πρᾶξαι ἄτοπον. Καὶ ὅταν μὴ ἰσχύσωσιν, ἡρέμα ἐπιστάντες ὑπερήφανον ἡμῖν εὐχαριστίαν πρὸς Θεὸν ὑποτίθενται· οἱ μὲν τὰ ἄνω φρονήσαντες, χωριζόμενοι ἄνω μερικῶς ἀνέρχονται (80)· οἱ δὲ τὰ κάτω, κάτω πάλιν πορεύονται· τῶν γὰρ χωριζομένων οὐδὲν λοιπὸν μέσον ἵσταται. Ἓν τῶν κτισμάτων ἐν ἑτέρῳ καὶ οὐκ ἐν ἑαυτῷ τὸ εἶναι εἴληφε (81)· καὶ θαῦμα πῶς ἐκτὸς τοῦ ἐν ᾧ τὸ εἶναι ἐκομίσατο, συνίστασθαι πέφυκε. Τὰς μὲν εὐσεβεῖς θυγατέρας αἱ μητέρες τίκτουσι, τὰς δὲ μητέρας ὁ Κύριος, καὶ ἐπὶ τῶν ἐναντίων τῷ προειρημένῳ κανόνι ὁρίσαι οὐκ ἄσοφον. Δειλὸς εἰς πόλεμον μὴ ἐξιέτω, Μωϋσῆς, μᾶλλον δὲ Θεὸς παρακελεύεται, μήπως γένηται ἡ ἐσχάτη πλάνη τῆς ψυχῆς ὑπὲρ τὴν πρώτην πτῶσιν τοῦ σώματος, καὶ εἰκότως. Φῶς μὲν τῶν τοῦ σώματος πάντων ἄρθρων οἱ αἰσθητοὶ ὀφθαλμοί· φῶς δὲ νοερὸν ἀρετῶν τῶν θείων διάκρισις.

SCHOLIA AD GRADUM XXVI.

De discretione.

Scholion Isaaci. Quæstio 1.

Quid est perfectio? *Resp.* Humilitatis merces seu præmium, hoc est, abdicatio omnium aspectabilium et inaspectabilium. Aspectabilium omnium nempe quæ ad sensum pertinent; non aspectabilium, quæ ad mentem, et quæcunque ex cura horum nascuntur.

Scholion 2.

Mundus corde est, qui se ipsum damnando præceptum Dei non irritum faciet. Aut qui erga omnem creatam naturam misericordia commovetur. Aut

ΣΧΟΛΙΑ ΕΙΣ ΛΟΓΟΝ ΚΣ'.

Περὶ διακρίσεως.

Σχόλιον Ἰσαάκ. Ἐρώτησις α'.

Τί ἐστιν ἡ τελειότης; Ἀπόκρις. Μισθὸς ταπεινώσεως· ὅπερ ἐστὶν ἡ κατάληψις (*a*) πάντων τῶν ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων· ὁρατῶν μὲν πάντων τῶν αἰσθητῶν· ἀοράτων δὲ τῶν νοητῶν, καὶ τῶν ἐκ μερίμνης τῆς ὑπὲρ αὐτῶν.

Σχόλιον β'.

Καθαρὸς τῇ καρδίᾳ ἐστὶν, ὁ μὴ, ἑαυτοῦ κατεγνωὺς, ἐπὶ ἐντολῆς Θεοῦ ἀθετήσει· ἢ ὁ ἐλεήμων ὑπὲρ πάσης τῆς φύσεως τῆς κτιστῆς· ἢ ὁ ἐλεύθερος

(*a*) Κατάληψις *comprehensio*; κατάλειψις *abdicatio*; legerim hoc loco κατάλειψις potius quam κατάληψις.

Digitized by Google

τῶν κρυπτῶν παθῶν· καθαρὸς δὲ τῷ σώματι, ὁ ὅσιος ἐκ τοῦ μολυσμοῦ τῆς σαρκός ἐστι καὶ ὁ ἀληθεύων διὰ στόματος.

A qui liber est ab occultis vitiis. Mundus corpore est qui a carnis inquinatione purus est, qui nullum profert ex ore mendacium.

Σχόλιον γ'.

Τρεῖς εἰσιν οἱ κατὰ τὸν Μάρκον γίγαντες, λήθη, ἄγνοια, καὶ ῥᾳθυμία· οὓς ὁ θεῖᾳ χάριτι ποντίσας, πάντα τὰ ἅρματα τοῦ Φαραὼ συντρίψεις.

Scholion 3.

Tres sunt, ex Marci (monachi) sententia, gigantes : oblivio, ignorantia, pigritia : quos si cum divina gratia ponto merseris, omnes currus Pharaonis conteres.

Σχόλιον δ'.

Ἡ ναῦς, ποτὲ μὲν ἐκ τῶν ἔξωθεν τρικυμιῶν καταβαπτίζεται· ποτὲ δὲ ὑπὸ τῆς ἔνδον ἀντλίας ὑποβύριχιος γίνεται. Καὶ ἡμεῖς ποτὲ μὲν διὰ τῶν ἐκτὸς πρακτικῶν ἁμαρτημάτων ἀπολλύμεθα· ποτὲ δὲ διὰ τῶν ἔνδον λογισμῶν ἀφανιζόμεθα. Δεῖ οὖν καὶ τὰς ἔξωθεν τῶν πνευμάτων ἐπιτηρεῖν προσβολὰς, καὶ τὰς ἔνδον τῶν λογισμῶν ἐξαντλεῖν ἀκαθαρσίας· πλὴν ἐπιπονωτέραν χρὴ πρὸς τοὺς λογισμοὺς ποιεῖσθαι τὴν διάνοιαν.

Scholion 4.

Navis, modo ab exterioribus maris fluctibus hauritur, modo ex interiore sentina mergitur. Et nos aliquando per externa peccata perimus, aliquando per internas cogitationes evanescimus. Proinde et externorum flaminum et spirituum procellæ et impetus cavendi sunt, et interior cogitationum impurarum exhauriendæ sentinæ. Enimvero major cura ad cogitationes coercendas adhibenda est.

Σχόλιον ε'.

Ἐὰν μὴ δι' ἀμελείας εἰς ἄγνοιαν καὶ λήθην καὶ ῥᾳθυμίαν περιπέσωμεν, τῆς κατ' ἐντολὴν ἐργασίας οὐκ ἀποτευξόμεθα. Εἰ μὴ γὰρ ὁ νοῦς σκοτισθῇ, οὐ κυριεύσει τὰ πάθη τῆς ψυχῆς.

Scholion 5.

Nisi per negligentiam nostram in ignorantiam et oblivionem et segnitiem inciderimus, fructu operis ex præcepto 356 perfecti non privabimur. Nisi enim mens obtusa obscuretur, malæ et vitiosæ affectiones in animam non dominabuntur.

Σχόλιον ς'.

Ὀψία, καὶ σκοτία ψυχῆς, ἀμέλεια, λήθη, ἐπιθυμία· τοῦτο οὖν ἀπὸ συνηθείας εἶπεν ὁ δηλοῖ, τὸ ὀψὲ γίνεσθαι ἤγουν βραδύ· ὃ λυκόφως φασί τινες.

Scholion 6.

Serum et tenebræ mentis sunt negligentia, oblivio, prava cupiditas. Hoc ergo ex vulgi usu dixit, quod significat illud, sero fieri, hoc est, tarde. Quod tempus aliqui dicunt λυκόφω, (*a*) seu crepusculum seu matutinum seu vespertinum.

Σχόλιον ζ'.

Ὁ ἀββᾶς Λέων.

Scholion 7.

Abbas Leo.

Σχόλιον η'.

Τὸ, προλήψεσι, παλαιὸν οὐκ ἔστιν ἐμπαθῶν· ἀλλὰ πόρρω μὲν τοῦ μύσους ἑστώτων, τοῦ βρώμου δὲ ἀποσφραινομένων· διὸ καὶ ἄρχειν τὸν τοιοῦτον ἐκώλυσεν, ἵνα μὴ ἀμεριμνήσας πάλιν ἐγκυβιστήσῃ ταῖς ἐκ συγκαταθέσεως πράξεσι· τὸν δὲ πρὸς τὰς αἰσχρουργίας κεχηνότα οὐ διδάσκειν συγχωρεῖ.

Scholion 8 (*b*).

Verbum (προλήψεσι [*anticipationibus*]) olim non usurpabatur in malam partem de iis qui vitiosis affectionibus laborabant, sed de iis qui ab omni quidem flagitio erant remoti, sed tamen fetorem sentiebant. Ita ergo affectum, Climacus ab aliis regendis removet, ne in negligentiam prolapsus actionibus rursum prioribus ex affectu mentis involvatur. Illum porro qui ad turpes actiones inclinat et afficitur, docere alios prohibet.

Σχόλιον θ'.

Λέγειν χρὴ καλὰ, καὶ τὸν μὴ καλὰ πράττοντα· ὅπως ἄρξηται τῶν ἔργων τοὺς λόγους αἰσχυνόμενος.

Scholion 9.

Bona dicenda sunt etiam mala perpetranti, ut suos ipse reveritus sermones bona agere incipiat (*c*).

Σχόλιον ι'.

Κῦμα τὴν ἐμπιφορημένην κοιλίαν εὐφυῶς προσωνόμασεν· αὐτόθι γὰρ διὰ τῶν λογισμῶν κῦμα τοῦτο, καὶ εἰς κατάπτωσιν ἔρχεται.

Scholion 10

Ventrem saginatum ingeniose fluctum maris appellavit. Illico enim per cogitationes procella ista ad lapsum proruit.

Σχόλιον ια'.

Εἰσαγωγικῶν μαθημάτων ὑπακοὴ, ἐγκράτεια, ὑπομονὴ, ἀνδρία ψυχῆς, ἀπροσπάθεια γονέων καὶ χρημάτων· τοῖς δὲ προκόψασι μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθοσύνη, συμπάθεια, ἀνεξικακία, ἀκτημοσύνη, νηστεία, προσευχὴ ἐκτενής· τοῖς δὲ τελείοις

Scholion 11.

Rudimenta religiosæ vitæ et disciplinæ sunt obedientia, abstinentia, patientia, fortitudo animi, abdicatio omnis erga parentes et opes affectus. Proficientium longanimitas, benignitas, bonitas, commiseratio, tolerantia malorum, paupertas, jeju-

(*a*) Ducta similitudine a glaucis luporum oculis, seu cinereis.

(*b*) Jo. Mosc. c. 112.

(*c*) Hoc scholium etiam supra positum est.

Digitized by Google

nium, assiduæ preces. Perfectorum charitas, gaudium, pax, religiosa prudentia seu discretio, expers omnis lapsus et offensionis in quocunque tempore, loco, actione.

Scholion 12.

Alphabetum monachorum intelligit et significat virtutes nempe tironum seu novitiorum viginti quatuor litterarum numero respondentes.

Scholion 13.

Exempli causa, versari cum fratribus religiosis, et cum illis laborare et desudare.

Scholion.

Decalogus proficientium, alphabetum perfectorum.

357 *Scholion* 14.

Omnino, ut videtur, humilitas cum egestate robustior fit : sic enim quis dum ingruentia mala in egestate et humilitate considerat, non ut dives laborat vitio impuritatis, neque ut mendicus erit ingratus, aut cessabit et feriabitur, sed tempus lucri adesse gaudet et Deo gratus fructum inde reportat.

Scholion Barsanuphii 15.

Quæstio. Signum gulæ quale est, explica mihi. *Resp.* Quando videris cogitationem tuam cibo delectari, et urgere te ut fere omnes antevertas, aut ut patinam ad te trahas, hoc gula est. Observa igitur te ipsum et vim tibi inferas, ut coerceas ac refrenes gulam, ne cum impetu et magno studio, sed modeste et decenter cibum sumas, atque ut removeas fercula potius abs te coram iis [ad eos] qui tibi assident. Sed non oportet, ut dixi, propter gulam statim recusare cibum, sed cavendum est, ne quid inordinate in cibo sumendo facias. Alterum gulæ argumentum et indicium est . . . . . .

. . . . . .

. . . . .

Aliud

Dum autem gulam fugis, cave ne studeas hominibus per vultus pallorem placere, quem (vana gloria) studet palam ostentare.

Scholion 16.

Propter corpus homo est mortalis, propter mentem et orationem immortalis. Tacitus intelligis, intelligens loqueris. In silentio enim mens parit verbum, sermo autem ille Deo pergratus est, qui homini affert salutem.

Scholion 17

Sensus quidem in nobis est rationalis, tanquam insitus animo in omni homine, idem tamen non est in nobis, ut est a passionibus tectus in iis qui sunt pravis affectibus occupati, quamvis nihil agat et incognitus sit.

Scholion 18.

Docet oportere quemvis religiosum usque ad cogitationes, motus suos omnes pervestigare.

Scholion 19.

Divina providentia diffunditur in omnia. Nam

(a) Deest unus versus.

A ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, διάκρισις· ἄπταιστος ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ τόπῳ, καὶ πράγματι.

Σχόλιον ιβ'.

Σημαίνει τὴν ἀλφάβητον τῶν μοναχῶν καὶ ἀρετὴν ἀρχαρίων ἰσάριθμον τοῖς κδ' γράμμασιν.

Σχόλιον ιγ'.

Οἱονεὶ τὸ συναναστρέφεσθαι τοῖς ἀδελφοῖς καὶ συγκοπιᾷν.

Σχόλιον.

Δεκάλογος προκοπτόντων, ἀλφάβητος τῶν τελείων.

Σχόλιον ιδ'.

B Πάντως, ὡς φαίνεται, ἡ μετὰ πτωχίας ταπείνωσις ἰσχύει· οὕτως γὰρ τις καὶ τὰ ἐπερχόμενα διαλογιζόμενος ἐν πτωχίᾳ μετανοίας καὶ ταπεινώσεως, οὔτε ὡς πλούσιος νοσεῖ τὴν μυσαρότητα, οὔτε ὡς δεόμενος ἀχαριστήσει ἢ ἀκηδιάσει· ἀλλὰ καιρὸν κέρδους χαίρων καὶ εὐχαριστῶν ἐνέγκῃ.

Σχόλιον Βαρσανουφίου ιε'.

Ἐρώτ. Τὸ σημεῖον τῆς γαστριμαργίας ποῖόν ἐστι σαφήνισόν μοι. Ἀπόκρ. Ὅταν βλέπῃς τὸν λογισμόν σου ἡδυνόμενον ἐν βρώματι, καὶ διώκοντα σχεδὸν τὸ προλαμβάνειν πάντας, ἢ ἑλκύοντα εἰς τὸ ἔμπροσθέν σου τὸ βρῶμα, τοῦτο γαστριμαργίας ἐστί. Πρόσεχε οὖν σεαυτὸν καὶ ποίησον τὴν δύναμίν σου ἄγξαι ἑαυτὸν τοῦ μὴ μετὰ σπουδῆς ἀπ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἐν εὐταξίᾳ φαγεῖν· καὶ ὠθῆσαι μᾶλλον τὸ βρῶμα C ἔμπροσθεν τῶν συγκαθημένων τοῦτο. Οὐ χρὴ δὲ, ὡς εἶπον, προφάσει τῆς γαστριμαργίας εὐθέως παραιτεῖσθαι τὸ μεταλαβεῖν βρώματος· ἀλλὰ δεῖ παραφυλάξασθαι, τὸ μὴ ἀτάκτως χρήσασθαι τῇ μεταλήψει αὐτοῦ. Ἕτερον δὲ σημεῖον γαστριμαργίας....(a)

Ἄλλο.

Τὴν γαστριμαργίαν φεύγων, τὴν ἀνθρωπαρέσκειαν φύλασσε τὴν ὠχρότητα τοῦ προσώπου ἐπιδείξασθαι προφαντάζουσαν.

Σχόλιον ις'.

Διὰ μὲν τὸ σῶμα ὁ ἄνθρωπος θνητός· διὰ δὲ τὸν νοῦν καὶ τὸν λόγον, ἀθάνατος. Σιωπῶν νοεῖς, νοήσας λαλεῖς· ἐν γὰρ τῇ σιωπῇ ὁ νοῦς τίκτει τὸν λόγον· D εὐχάριστος δὲ λόγος Θεῷ προσφερόμενος, σωτηρία ἀνθρώπου εὑρίσκεται.

Σχόλιον ιζ'.

Ἐν ἡμῖν μέν ἐστιν ἡ νοερὰ αἴσθησις, ὡς τῷ νοῒ συνημμένη ἐν παντὶ ἀνθρώπῳ· οὐκ ἐν ἡμῖν δὲ ὡς ὑπὸ τῶν παθῶν καλυπτομένη, ἐν τοῖς ἐμπαθέσι, καὶ ἄπρακτος οὖσα καὶ ἀδιάγνωστος.

Σχόλιον ιη'.

Ὅτι χρὴ τὸν μοναχὸν πάντα ἀκριβεύεσθαι μέχρι καὶ ἐννοίας εἰς τὰ ἑαυτοῦ κινήματα.

Σχόλιον ιθ'.

Ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια εἰς πάντα. Τὰ γὰρ ἄνωθεν

Digitized by Google

διδόμενα, κἂν ἐγγίνεσθαι πέφυκεν, οὐχ ἡμῶν εἰσιν, ἀλλὰ τῆς χάριτος, καὶ τῆς προνοίας. Ἡ ἀντίληψις ἐν πιστοῖς ἁπλῶς· ἡ φυλακὴ ἐν πιστοῖς πιστῶς. Τὸ ἵλεως ἐν δούλοις, ἡ παράκλησις ἐν τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Κύριον

A quæ a Deo proficiscuntur, quamvis in nobis existere soleant, nostra **358** tamen non sunt, sed gratiæ et providentiæ divinæ. Auxilium adest omnibus fidelibus simpliciter : tutela seu custodia divina fidelibus Deo fideliter servientibus. Misericordia servis Dei singularibus, consolatio præstatur diligentibus Deum.

Σχόλιον Φωτίου πατριάρχου Κωνστ. κ'.

Ὡς φέρε εἰπεῖν, ἡ νηστεία φάρμακόν ἐστι παθῶν καθαρτήριον, ἰδίως καὶ καθ' ἑαυτὴν τελουμένη· ἀλλ' ἐν συνελεύσεσι, καὶ πανηγύρεσι, δηλητήριον διαφθεῖρον πολυτρόπως τῷ κεχρημένῳ καθίστατα, ἢ ἄλλοις πρόσκομμα γινομένῳ, ἢ τῷ αὐτῷ ἐπὶ τούτῳ αὐχοῦντι, καὶ οἰδαινομένῳ, καὶ διαπριομένῳ.

Photii Patr. Constant. 20.

Exempli causa, jejunium est remedium quod pravas animi affectiones repurgat, si privatim et seorsim exerceatur et adhibeatur. Sed in conventibus et publicis celebritatibus venenum est, quod sæpe illi, qui eo utitur, exitium affert, aut aliis scandalum præbet, aut ipsi nocet, qui ex eo se jactat, aut gloriatur, et tumet, et singularis vult videri quasi B divisus ab aliis.

Σχόλιον κα'.

Ἔλεγχος πρὸς τοὺς ἐξ ἀπειρίας μὴ εἰδότας βοηθεῖν τοῖς κάμνουσι ἐπίστασις. Γνῶθι τοίνυν, ὅτι κναφεῖόν ἐστι τὸ πρᾶγμα καὶ ἰατρεῖον (καθὸ διαδείκνυται πλύσεις, καὶ καύσεις ἔχειν), καὶ πολύ γε τοῦ προσυλωδεστέρου αἰδεσιμώτερον (καθὸ καὶ περὶ μείζονα καταγίνεται), οὐ χιτῶνας ἐκπλύνον, καὶ σώματα ὑγιάζον, ἀλλὰ ψυχάς.

Scholion 21.

Reprehensio est præsidium religiosorum, qui laborantibus per inscitiam non possunt succurrere. Scito ergo hoc religiosum magisterium perinde se habere, atque fullonia et medica officina (quemadmodum ex lotionibus et ustionibus constat), ac multo quidem illis externis et materialibus religiosior et sanctior, quod circa res longe majores et digniores versetur et occupetur, dum non vestes et togas lavat, et corpora curat, sed animas.

Σχόλιον κβ'.

Τὴν κατὰ νοῦν, ὡς οἶμαι, λέγει τῶν λογισμῶν ἐμπάθειαν. Ὀφθαλμὸς γὰρ τῆς ψυχῆς ὁ νοῦς καθέστηκε· συμβάλλεται δὲ καὶ ἡ ἀσυντυχία πρὸς ὑγίειαν ταύτης τῆς νόσου, καθὰ καὶ πολυλογία μόνη ῥύσεις κινεῖν πέφυκεν.

Scholion 22.

Per (oculum) opinor intelligit cogitationum quæ in mente sunt affectionem. Oculus enim, animæ mens est. Confert autem ad hunc morbum curandum declinatio congressus et colloquii, quemadmodum vel sola loquacitas fluxiones movere solet. C

Σχόλιον Βασιλείου μεγάλου κγ'.

Καιρῷ καὶ προσώπῳ δοκιμάζεται ἡ σιγή· καιρῷ μὲν, ὡς ὅταν λέγῃ, ὅτι *Ὁ συνιὼν ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ σιωπήσεται, ὅτι καιρὸς πονηρός ἐστι·* καὶ πάλιν· *Ἔθέμην τῷ στόματί μου φυλακὴν ἐν τῷ συστῆναι τὸν ἁμαρτωλόν ἐναντίον μου.* Προσώπῳ δὲ ὡς ὅταν γράφῃ ὁ Ἀπόστολος· *Ἐὰν δὲ ἄλλῳ ἀποκαλυφθῇ, ὁ πρῶτος σιγάτω·* καὶ πάλιν· *Αἱ γυναῖκες ἐν ἐκκλησίαις σιγάτωσαν.*

Scholion Basilii Magni 23.

Silentium pro tempore et persona temperandum est, et tempore quidem, veluti cum dicit : *Prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est* [46]. Et alio rursum loco : *Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me* [48]. Ex personæ autem ratione, veluti cum Apostolus scribit, *si autem alii revelatum fuerit, prior taceat.* Et, *Mulieres in ecclesiis taceant* [49].

Σχόλιον κδ'.

Τὸ βιάζεσθαι τὴν φύσιν, εἰ καὶ πως τις τῇ μακρᾷ συνηθείᾳ καταβάλλεται τῶν προλήψεων, κρεῖττόν ἐστιν ὑπὲρ τὸ, ὡς κατὰ φύσιν ἀβιάστως D γινόμενον.

Scholion 24.

Vim naturæ inferre (si quis longa peccandi consuetudine quomodocunque detentus fuit) præstat illi virtuti quæ secundum naturam sine violentia exercetur.

Σχόλιον κε'.

Ἀμισθόν φησι τὴν ἄπονον ἐργασίαν εὐχερῶς σκορπιζομένην· πρὸς γὰρ τοὺς πόνους οἱ στέφανοι πλέκονται· τὸ γὰρ, *Ἐδώκατέ μοι φαγεῖν*, καὶ τὰ ἑξῆς, ἔργα εἰσὶ, καὶ κόπων σημαντικά.

359 *Scholion* 25.

Actionem laboris expertem, expertem mercedis affirmat, facileque dissipari : pro ratione enim laborum coronæ texuntur. Illud enim Christi, *Dedistis mihi manducare* [47], et quæ sequuntur, opera sunt et laborum symbola.

Σχόλιον κς'.

Καὶ ἡ ἀνατροφὴ συνεισφέρει πρὸς τὸ δέξασθαι εἴτε παιδείαν ἀρετῆς εἴτε πάλιν κακίας ἀμαθίαν.

Scholion 26.

Educatio confert vel ad virtutem addiscendam, vel vitium dediscendum [ignorandum].

Σχόλιον κζ'

Χρεωστοῦμεν οἱ μοναχοὶ, ὡς δι' ἑαυτοὺς, οὕτως

Scholion 27.

Debemus nos monachi, sicut propter nos ipsos,

[46] Amos v, 13. [48] Psal. xxxviii, 2. [49] I Cor. xiv, 34. [47] Matth. xxv, 35.

Digitized by Google

ita propter homines qui nos intuentur lucere vita et moribus nostris, non tuba (seu præconio) ostentationis. Illud enim Christi, *sic luceat lux vestra* [48], non est a nobis ipsis prædicari, sed velut ignis tuus in tenebris terræ lucere dicitur, ita lumen tuum in tenebris lucet. . . . . A

καὶ διὰ τοὺς ὁρῶντας ἀνθρώπους φαίνειν τῷ βίῳ, οὐ τῇ σάλπιγγι τῆς ἐπιδείξεως· τὸ γὰρ, *Οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν*, οὐχὶ παρ' ἑαυτῶν κηρυχθῆναί ἐστιν· ἀλλ' ὡς πυρσὸς ἐν σκοτίᾳ τῆς γῆς λάμπειν εἴρηται, ὡς καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει καὶ (*a*). . . . . .

Scholion 28.

Dominus noster Jesus Christus omnibus lumen impertitus est, sed qui illud non sequuntur, se ipsos in tenebras conjiciunt.

Σχόλιον κη'.

Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς πᾶσι τὸ φῶς ἐχαρίσατο· ἀλλ' οἱ μὴ πειθόμενοι αὐτῷ, ἑαυτοὺς σκοτίζουσι.

Scholion 29.

Auxilio, inquit, supremæ et sanctæ Trinitatis adversus tria communissima, vitia amorem voluptatis, pecuniæ, et vanæ gloriæ, per tres virtutes, quibus vitia hæc tolluntur, armati in acie consistamus, per continentiam, inquam, charitatem, et humilitatem. Nam luxuria a continentia tollitur, avaritia a charitate, tanquam liberalis et sua omnia cum aliis communicante manu; superbia ab humilitate quæ omnem ostentationem aversatur, et gloriam vanam exsecratur.

Σχόλιον κθ'.

Τῇ συμμαχίᾳ, φησὶ, τῆς ὑπερουσίου καὶ ἁγίας Τριάδος, κατὰ τῶν τριῶν γενικωτάτων παθῶν, ἤγουν φιληδονίας, φιλαργυρίας καὶ φιλοδοξίας, διὰ τῶν τριῶν ἀρετῶν, ὑφ' ὧν ἀναιροῦνται ταῦτα, ἀντιπαρατασσώμεθα, ἤγουν ἐγκρατείας, ἀγάπης καὶ ταπεινώσεως. Ἡ μὲν γὰρ φιληδονία ὑπὸ ἐγκρατείας ἀναιρεῖται· ἡ δὲ φιλαργυρία ὑπὸ τῆς ἀγάπης, ὡς μεταδοτικῆς καὶ κοινωνικῆς· ἡ δὲ φιλοδοξία ὑπὸ τῆς ταπεινώσεως, ὡς ἀφιλενδείκτου καὶ μισοδόξου. B

Scholion 30.

Si deliciæ excitant malas cupiditates, et gloria voluptates, qui his afficiuntur, bella movent, aut potius irritant et incitant. Fieri enim nulla ratione potest, ut qui rerum præsentium et corporearum amore tangitur, non intus ab rebus externis inquietur, et in priores labes quibus fuit occupatus, relabatur. Atque ita vim operum in vas pertusum, ut dicitur, hauriat et infundat. C

Σχόλιον λ'.

Εἰ ἡ τρυφὴ διεγείρει τὰ πάθη, καὶ ἡ δόξα τὰς ἡδονὰς, οἱ τούτοις προσασχολούμενοι, καθ' ἑαυτῶν τοὺς πολέμους διεγείρουσιν, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν διερεθίζουσιν· ἀδύνατον γὰρ τῷ πρὸς τὰς ὕλας ἐμφιλοχωροῦντι, μὴ τὰ ἐντὸς ἐκ τῶν ἐκτὸς μολύνεσθαι, καὶ πρὸς τὰς προλήψεις ἐξολισθαίνειν, καὶ τὴν βίαν τῶν ἔργων πρὸς πίθον τετρημένον, κατὰ τὸν εἰπόντα, ἀντλεῖν.

Thalassii 31.

Cum id quod præscriptum est, fit, tum actio præcepti dicitur. Virtus autem est, cum quod fit, eo fit ut veritati placeat.

Σχόλιον Θαλασσίου λα'.

Πρᾶξις ἐντολῆς λέγεται τὸ προστεταγμένον· ἀρετὴ δὲ ἐν τῷ ἀρέσκειν τῇ ἀληθείᾳ τὸ γινόμενον.

360 *Scholion* 32.

Qui sine opere argutatur, et multa garrit, *ex iniquo sibi thesaurum colligit, et labores illius* (testante Scriptura) *in domus alienorum transibunt* [49].

Σχόλιον λβ'.

Ὁ ἐκτὸς ἔργου σοφιζόμενος, καὶ λαλῶν λόγοις, *πλουτεῖ ἐξ ἀδικίας, καὶ οἱ πόνοι αὐτοῦ*, κατὰ τὴν Γραφὴν, *εἰς οἴκους ἀλλοτρίων εἰσέρχονται.*

Photii 33.

Quod labor non parturiit, et desiderium ulnis non excepit, et fovit (perit) contemnitur enim (sive de actione, sive contemplatione quæstio sit) quidquid *absque labore* partum est.

Σχόλιον Φωτίου λγ'.

Ὅπερ πόνος οὐκ ἐμαιεύσατο, οὐδὲ πόθος ἠγκαλιάσατο, εὐκαταφρόνητον γὰρ (ἄν τε πράξεως, ἄν τε θεωρίας ἐστὶν πρόβλημα) τὸ ῥᾴδιον εἰς κτῆσιν παραγινόμενον. D

Marci monachi 34.

Mentis anticipatio est priorum vitiorum objecta nolenti memoria, coercita tamen a forti athleta Christi ne in opus procedat: a victore autem, tanquam impressione quadam facta, retusa et sublata.

Σχόλιον Μάρκου λδ'.

Πρόληψίς ἐστι προτέρων κακῶν μνήμη ἀκούσιος· παρὰ μὲν τῷ ἀγωνιστῇ προβῆναι εἰς πάθος κωλυομένη· παρὰ δὲ τῷ νικητῇ ὡς προσβολῆς ἀνταναιρουμένη.

Aliud.

Qui litteras amas, ama et laborem: nuda enim rerum cognitio inflat hominem.

Ἄλλο.

Φιλομαθὴς ὢν, γίνου καὶ φιλόπονος· ἡ γὰρ ψιλὴ γνῶσις φυσιοῖ τὸν ἄνθρωπον.

[48] Matth. v, 16. [49] Prov. v, 10.

(*a*) Deest unus versus abrasus. Suppl. *quando vita tua virtutibus resplendet.*

Digitized by Google

Σχόλιον λε'.

Ὁ γέλως ἐκ τριῶν γίνεται· ἐκ πορνείας, κενοδοξίας, καὶ τῆς ἔνδον σεμνότητος καὶ τρυφῆς, ὅ ἐστι κόρος· ἑκάστου τῶν ἀπηριθμημένων δηλονότι ἀναμέρος ποιοῦντος τὸν γέλωτα.

Ἄλλο τοῦ ἁγίου Ἐφρέμ.

Ὁ γέλως τὸν μακαρισμὸν τοῦ πένθους ἔξω βάλλει· καὶ τὰ οἰκοδομηθέντα καταλύει· τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λυπεῖ, ψυχὴν οὐκ ὠφελεῖ, σῶμα διαφθείρει, τὰς ἀρετὰς διώκει· οὐκ ἔχει μνήμην θανάτου· οὐδὲ μελέτην τῶν κολάσεων· περίελε ἀπ' ἐμοῦ τὸν γέλωτα, καὶ δώρησόν μοι πένθος καὶ κλαυθμόν, ὃν ζητεῖς παρ' ἐμοῦ ὁ Θεός.

Σχόλιον λς'.

Ὁ ὕπνος ἐκ τεσσάρων γίνεται· τρυφῆς, νηστείας τῆς κατ' ἔπαρσιν, ἀκηδίας, καὶ φύσεως· τούτων ἐὰν κρατήσῃ τῆς ψυχῆς, καὶ κατὰ μόνας ὕπνον ἐμποιεῖ.

Σχόλιον τοῦ μεγάλου Βασιλείου λζ'.

Ὁ ἑαυτῷ ἀρέσκων, ἀνθρωπαρεσκεῖ· ἄνθρωπος γὰρ αὐτὸς ἕκαστος. Ὥσπερ οὖν *ἐπικατάρατος ἄνθρωπος, ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον, καὶ στηρίσει σάρκα βραχίονος αὐτοῦ*, τὴν εἰς ἑαυτὸν πεποίθησιν δηλοῖ· οἷς καὶ ἐπιφέρει, *καὶ ἀπὸ Κυρίου ἀποστῇ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ*· οὕτως καὶ ὁ ἄλλῳ ἀρέσκων, ἢ κατ' ἰδίαν ἀρέσκειαν ποιῶν, τῆς θεοσεβείας ἐκπίπτει· εἰς γὰρ ἀνθρωπαρέσκειαν ἐμπίπτει· *Ποιοῦσι γάρ*, φησὶν ὁ Κύριος, *πρὸς τὸ θεαθῆναι τοῖς ἀνθρώποις. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.*

Σχόλιον Ἀντωνίου τοῦ μεγάλου λη'.

Ἐπιθυμία λογισμοῦ ἀποσπωμένη, ἡδονὴν γεννᾷ· καὶ τὴν ψυχὴν ἢ σωθῆναι, ἢ τῷ Θεῷ συναφθῆναι οὐ συγχωρεῖ.

Σχόλιον λθ'.

Ἔλεγχος σωτηριώδης τῆς κακίας ἡμῶν, καὶ ὅτι δι' αὐτῆς τῶν χαρισμάτων ἀποτυγχάνομεν, καὶ εἰς τοὺς κόπους καταβαλλόμεθα.

Σχόλιον μ'.

Ὁ σωματικὸς κόπος ἄνευ τῆς τοῦ νοῦ καθαρότητος, ὡς ἄτεκνος μήτρα, καὶ μαστοὶ κατάξηροι· τῇ γὰρ τοῦ Θεοῦ γνώσει προσεγγίσαι οὐ δύνανται, καὶ τὸ μὲν σῶμα κατάκοπον ποιοῦσιν, οὐδὲν δὲ ἀνύουσιν.

Σχόλιον μα'.

Ἀθληταὶ ὄντως οἱ μοναχοί· ἀθλεῖν γὰρ προῄρηνται τῇ τῆς ψυχῆς βίᾳ.

Ἄλλο.

Ἥγουν τῆς ἥττης· τοῦτο γὰρ μοναχοῖς ἀσθένεια, καὶ οὐχ ἡ τοῦ σώματος κάκωσις.

Ἄλλο.

Θείας οἰκονομίας δωρήματι, αἱ ἀσθένειαι τοῖς μοναχοῖς.

Σχόλιον μβ'.

Τὸν μοναχὸν τὸν μὴ θεαρέστως δουλεύοντα τῷ

A

Scholion 35.

Risus ex tribus vitiis exsistit, ex luxuria, vana gloria et interna gravitate et deliciis, hoc est, satietate ciborum : singulis nempe ex iis, quæ enumeravimus, risum moventibus.

Aliud S. Ephrem.

Risus beatum animæ luctum exterminat, et quæ ædificata sunt, dissolvit, Spiritum sanctum contristat, animæ nocet, corpus corrumpit, virtutes (velut hostes) persequitur. Mortis memoriam exstinguit, curam suppliciorum tollit. Aufer a me risum, et da mihi luctum et fletum, quem petis a me, Deus meus.

Scholion 36.

B Somnus ex quatuor causis oritur, e luxu, jejunio, quod elationem animi attulit jejunanti, ex pigritia et natura. Quæ omnia si viceris et imperaveris animo, singula tamen somnum etiam conciliant.

Scholion Basilii Magni 37.

Qui sibi ipsi placet, studet etiam placere hominibus, quisque enim et ipse sibi homo est. Quemadmodum ergo illud : ***Maledictus homo qui spem suam habet in homine, et firmabit carnem brachii sui*** [80], significat confidentiam sui, quibus infert et adjungit : *Et a Domino recesserit anima ejus* [81] ; ita et qui alteri placet, aut facit quid, ut placeat, excidit e Dei gratia dum captat hominum gratiam. *Faciunt enim*, inquit **361** Dominus, *ut videantur ab* C *hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam* [82].

Scholion Antonii magni 38.

Concupiscentia ratione destituta voluptatem parit, nec sinit animam aut salvari, aut cum Deo conjungi.

Scholion S. Maximi 39.

Reprehensio malitiæ nostræ nobis salutaris est, quod per ipsam gratiarum cœlestium dona acquiramus, et ad labores incitemur.

Scholion 40.

Labor corporis qui caret munditie mentis, est quasi sterilis uterus et ubera sicca et arida. Ad Dei enim cognitionem aspirare non possunt, et corpus fatigant, nihil tamen proficiunt.

D

Scholion 41.

Monachi veri sunt athletæ : susceperunt enim luctam, ut animæ suæ vim inferrent.

Aliud.

Sive quod victi sint. Hoc enim monachis est imbecillitas seu ægritudo, non autem corporis morbus.

Aliud.

Morbi corporis, singulari Dei beneficio monachis immittuntur.

Scholion 42.

Monachum, qui non ita servit Deo ut illi placeat,

[80] Jerem. XVII, 5. [81] ibid. [82] Matth. VI, 2.

Digitized by Google

nec pro salute animæ suæ fortiter certat, sed in disciplina religiosa remissius agit, videbis a Deo relinqui, ut in varias omnino tentationes incidat, ne ex multo otio et cessatione in deteriora prolabatur.

Scholion 43.

Hic præclare ingruentia mala suscepit, qui illa tanquam sibi debita judicat irrogata, nec ægre fert, sed Deo pro illis etiam gratias agit.

Scholion 44.

Hic frustra laborat, ostentandi enim sui gratia omnia facit.

Scholion 45.

Hic bellatoris nomen obtinet.

Scholion 46.

Et hic, quamvis verecundetur.

Scholion 47.

Vos examinatis his didicimus consulere 362 etiam aliis. Nam etsi ut peccatores debitores sumus, Dominum tamen donis colemus, etsi enim primum humilius, sive debitorum et nominum, est tamen hoc extra periculum casus, ut primum debitum.

Gregorii Nysseni 48.

Malum non est aliud [mali non est aliud quiddam subsistens] quam separatio a bono et meliore.

Aliud.

Si malitia (seu vitium et peccatum) sola et nuda vitæ nostræ proposita esset, nulla boni opinione et umbra velata et fucata, non ita sponte sua mortales ad illam properarent.

Scholion Marci 49.

Ignarus insidiarum hostilium facile occiditur. Et qui nescit causas vitiorum seu vitiosarum cupiditatum, facile cadit.

Scholion 50.

Omnium virtutum exitium [mors] est vana gloria.

Aliud.

Ex omni parte nos hostis oppugnat, proinde (velut Argum) nos undique oculatos esse oportet, quando salvi esse volumus.

Scholion 51.

Superbiam intelligit, per quam diabolus cecidit.

Scholion 52.

Vi nempe et virtute Spiritus sancti aut cœlesti desiderio, quod in corde piorum inexstinctum custoditur.

Scholion 53.

Consuesse, posuit pro habitu vitioso malarum affectionum

Scholion 54.

Si vitium esset naturale, nemo puniretur: neque contra quisquam virtutem exercendo recte faceret.

Aliud

Peccatum seu malum extra voluntatis pro-

Κυρίῳ, καὶ σπουδαίως ἀγωνιζόμενον εἰς σωτηρίαν τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ἀλλὰ ἀμελῶς περὶ τὴν ἄσκησιν διακείμενον, παραχωρούμενον ἴδοις ὑπὸ Θεοῦ πάντως πειρασμοῖς περιπεσεῖν· ἵνα μὴ ἐκ τῆς πολλῆς ἀργίας αὐτοῦ ὀκνηρὸν ἐπὶ τὰ χείρονα.

Σχόλιον μγ'.

Οὗτος καλῶς τὰ ἐπερχόμενα κατεδέξατο, ὡς ἴδια ταῦτα λογισάμενος, καὶ μὴ δυσφορήσας, ἀλλ' εὐχαριστήσας.

Σχόλιον μδ'.

Οὗτος ἀνόνητα κάμνει· τῆς γὰρ ἐπιδείξεως ἕνεκα ἐργάζεται.

Σχόλιον με'.

Οὗτος πολεμιστοῦ λόγον ἐπέχει.

Σχόλιον μς'.

Καὶ οὗτος, κἂν αἰδεῖται.

Σχόλιον μζ'.

Ἡμεῖς δὲ βασανίσαντες τοῦτο συνείδομεν συμβουλεῦσαι· ὅτι εἰ καὶ ἁμαρτωλοὶ χρεῶσταί ἐσμεν, πλὴν δώρεις τὸν Δεσπότην τιμήσωμεν· εἰ γὰρ καὶ τὸ πρῶτον ταπεινότερον· ἤγουν τὸ τῶν χρεῶν, ἀλλά γε τοῦτο ἄπτωτον, ὡς δὲ πρῶτον χρεωστούμενον.

Σχόλιον Γρηγορίου Νύσσ. μη'.

Οὐκ ἔστιν ἄλλη τις τοῦ κακοῦ ὑπόστασις, εἰ μὴ ὁ χωρισμὸς τοῦ ἀγαθοῦ τε καὶ τοῦ κρείττονος.

Ἄλλο.

Εἰ γυμνὴ ἡ κακία τῷ βίῳ προέκειτο, μή τινι καλοῦ φαντασίᾳ προσκεχρωσμένη, οὐκ ἂν ἠτοιμάσησε πρὸς αὐτὴν τὸ ἀνθρώπινον.

Σχόλιον Μάρκου μθ'.

Ὁ ἀγνοῶν ἐνέδρας πολεμίων σφάζεται εὐχερῶς· καὶ ὁ μὴ εἰδὼς τὰς αἰτίας τῶν παθῶν, κατακίπτει ῥᾳδίως.

Σχόλιον ν'.

Κενὴ πάσῃ ἀρετῇ λύμη ἡ κενοδοξία.

Ἄλλο.

Διὰ πάντων πολεμεῖ ὁ ἐχθρός· ὅθεν πολυόφθαλμον δεῖ εἶναι τὸν σωθῆναι βουλόμενον.

Σχόλιον να'.

Τὴν ὑπερηφανίαν λέγει, δι' ἧς ὁ διάβολος πέπτωκεν.

Σχόλιον νβ'.

Τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἢ τῷ θείῳ πόθῳ, ὃς ἐν τῇ καρδίᾳ.

Σχόλιον νγ'.

Τὸ συνεθίσαι, ἀντὶ τοῦ, ἐν ἕξει γενέσθαι τῆς κακίας τῶν παθῶν.

Σχόλιον νδ'.

Εἰ φυσικὴ ἦν ἡ κακία, οὐκ ἂν ἐκολάζετό τις· οὔτε πάλιν ἄλλοι κατώρθουν τὴν ἀρετήν.

Ἄλλο.

Κακὸν ἔξω προαιρέσεως κείμενον καὶ κατ' ἰδίαν

Digitized by Google

ὑπόστασιν θεωρούμενον ἐν τῇ φύσει τῶν ὄντων, ἐστὶν οὐδέν.

positum consideratum, ex sua natura nihil est.

Ἄλλο.

Οὐδὲν ἕτερόν ἐστι κακία, ἢ ἀρετῆς ἔλλειψις.

Aliud.

Vitium nihil est aliud quam virtutis defectio seu privatio.

Ἄλλο.

Ὅτι φυσικαὶ ἀρεταὶ ἐν ἡμῖν, ἡ ἐλεημοσύνη, ἡ ἀγάπη, ἡ πίστις, ἡ ἐλπίς· αἱ δὲ ὑπὲρ φύσιν ἁγνεία, ἀοργησία, ταπεινοφροσύνη, προσευχή, ἀγρυπνία, νηστεία.

Aliud.

Virtutes in nobis naturales sunt, eleemosyna, charitas, fides, spes; supra naturam sunt castitas, iræ vacuitas, humilitas, precatio, vigiliæ, jejunium.

Ἄλλο Μάρκου.

Ἄλλη πρᾶξις ἐντολῆς, καὶ ἄλλο ἀρετή, κἂν ἐξ ἀλλήλων τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀφορμὰς λαμβάνωσι. Πρᾶξις ἐντολῆς λέγεται, τὸ προστεταγμένον· ἀρετὴ ἐν τῷ ἀρέσκειν τῇ ἀληθείᾳ τὸ γινόμενον.

363 *Aliud Marci.*

Alia est præcepti observatio, aliud virtus: etsi ex se mutuo altera ab altera bonorum operum causas et occasiones sumant. Præcepti observatio dicitur cum fit quod præscriptum est; virtus, cum quod fit ad Deo placendum in veritate perficitur.

Σχόλιον νε'.

Διδάσκαλοι τῆς ἁγνείας Ἠλίας καὶ Ἰωάννης ὁ Πρόδρομος, καὶ ὁ θεολόγος Ἰωάννης· πραότητος δὲ Μωϋσῆς καὶ Δαυίδ· τῆς δὲ προσευχῆς αὐτὸς ὁ Θεοῦ Λόγος, καὶ ὁ φανεὶς ἄγγελος Ἀντωνίῳ καὶ Παχωμίῳ· πάλιν τῆς νηστείας Μωσῆς, καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος· πάλιν ἀγρυπνίας πολλοί, οἱ καὶ κατάνυξιν τούτων ἐκτήσαντο· ταπεινοφροσύνης δὲ, δι' ἡμᾶς πτωχεύσας Θεοῦ Λόγος, καὶ ἀναλαβὼν τὴν σάρκα ἡμῶν ὁ πάντων Σωτήρ.

Scholion 55.

Doctores castitatis fuere Elias, Joannes Baptista Præcursor et Joannes evangelista theologus: mansuetudinis Moses et David: precationis Dei Verbum, et angelus qui apparuit Antonio et Pachomio. Jejunii rursus Moses et ipse Dominus: vigiliarum multi ex quibus aliqui compunctionem quoque possidebant: humilitatis autem qui pro nobis egenus et pauper factus est [23], Verbum Dei qui carnem nostram assumpsit omnium Salvator.

Σχόλιον νς'.

Ἀπόγονον τῆς κοιλιομανίας τὴν πορνείαν φησὶ, ὡς ἐκ γαστριμαργίας τικτομένην.

Scholion 56.

Gulæ et ventris insanientis soboles libido est, inquit, ut quæ ex gula nata est.

Σχόλιον νζ'.

Φυσικώτερος γὰρ ὢν καὶ ἀπαιτητότερος εἰκότως νικᾷ.

Scholion 57.

Vana gloria enim naturæ convenientior et fallacior merito vincit.

Σχόλιον νη'.

Ἀπόδειξις, ὅτι ὁ μὴ ὑποτακτὸς ταπεινοφρονεῖν οὐ δύναται· ὑποταγὴν δὲ οἱ μὲν τὴν νοουμένην κατώρθωσαν, οἱ δὲ καὶ τὴν φαινομένην ἐπεδείξαντο, ἥτις διὰ τὴν πρωτέραν παραλαμβάνεται.

Scholion 58.

Demonstratio est, quod inobediens humilis esse non possit. Obedientiam autem alii probarunt internam; alii externam et apparentem exercuerunt: quæ secunda propter primam admittitur.

Σχόλιον νθ'.

Εὐσεβὴς, οὐχ ὁ πολλοὺς ἐλεῶν· ἀλλ' ὁ μηδένα ἀδίκως.

Scholion 59.

Pius est, non qui multorum miseretur, sed neminis injuste.

Σχόλιον ξ'.

Φυλακὴ λογισμῶν, τὸ ἐξ ἀγώνων ἢ προσευχῆς τὰ εἴδη τῶν λογισμῶν ἀποκρούεσθαι· νοὸς δὲ τήρησις ἀναιχμαλώτιστος καρδία, καὶ ἀρέμβαστος μνήμη Θεοῦ.

Scholion 60.

Custodia cogitationum est formas et imagines cogitationum repugnando vel precando repellere: mentis autem conservatio est cor, quod ab hoste capi nunquam potest et mens a Dei memoria nunquam abstracta.

Σχόλιον Μάρκου ξα'.

Τὸ πρῶτον ἀσθενῶν· μὴ δυνάμενοι γὰρ ὅλως ἀντιστῆναι τοῖς πολεμίοις, διὰ προσευχῆς τούτους ἀποδιδράσκουσι. Τὸ δεύτερον ἀγωνιστῶν, οἱ δι' ἀσκήσεως τῶν ἐχθρῶν περιγίνονται· τὸ τρίτον θεωρητικῶν, οἱ διὰ θεωρίας ὑψούμενοι, ἄληπτοι τοῖς ἐναντίοις εἰσὶ καὶ, ὡς εἰπεῖν, ἀπροσμάχητοι.

Scholion 61.

Primum est infirmorum, qui cum hostibus pugnando resistere non possint, precibus illos in fugam conjiciunt; alterum est luctatorum, qui per religiosam virtutum exercitationem hostes vincunt; tertium est eorum qui in contemplatione rerum cœlestium versantur, qui meditatione supra se elevati, ab hostibus in potestatem redigi non possunt, et sunt, ut ita dicam, inexpugnabiles.

Σχόλιον συγκλητικῆς ξβ'.

Ὁ ἔχων εἰς τοὺς μυκτῆρας τὴν ἰδίαν δυσωδίαν,

364 *Scholion syncleticæ* 62.

Qui nares suas ad propriorum vitiorum fetorem

[23] II Cor. VIII, 9.

Digitized by Google

admovet, nunquam alienum pedorem odoratur, etiamsi super mera cadavera constiterit.

Aliud.

Mens humana, natura sua inconstans est, quæ tunc ab erroribus et exerrationibus liberatur et stabilitur, quando cum Deo fuerit copulata. Omnia enim ejus in Deo sunt, nec ullum amplius opus, a quo urgeatur habet, aut extra Deum ad quod excurrat et evagetur.

Aliud.

Aliis sentientibus; hoc enim sentiri non potest. Qui enim animi tranquillitatem omnibus vitiosis affectibus exutis, assecutus est, gratiam Dei accepit, ut quæ in aliis sunt animadvertat et sentiat.

Scholion 63.

Ab avaritia enim inductus, ne quid largiatur, simulat humilitatem, dum fugit se fugere studium hominibus placendi.

Scholion 64.

Adverte diligentiam accuratam patris ubi, inquit, propositum et desiderium est, ibi etiam succurrentis ad opus Dei auxilium non deest.

Aliud.

Bonum propositum tunc apparet quando bonum a malo secernendo bonum eligimus: Malum propositum quando scientes volentes eligimus contrarium bono.

Aliud.

Tu Deo bonum offer propositum, et experieris Dei auxilium.

Isaaci 65.

Quisquis ante tempus suscipit aliquid in se, quod est supra vires et humeros ejus, sibi ipsi duplex affert detrimentum, et non commodum. Imperiti enim mercatores in maximis rebus magna sibi detrimenta pariunt. In levioribus autem negotiis ulterius statim proficiunt. Quapropter rebus omnibus est ordo et omni institutioni suum tempus legitimum destinatum.

Scholion 66.

Nemo vitiis deditus de sua salute desperet, non ignarus quod agricultura plantarum qualitates mutet. Diligentia vero et cura animæ circa virtutem potest qualescunque animi morbos vincere et emendare.

365 *Aliud.*

Peccatum ad mortem est hominis impœnitentis, pro quo si quantumvis sanctus oret, non exauditur.

Aliud Basilii Magni.

Si multitudo et magnitudo miserationum Dei cum multitudine et magnitudine peccatorum comparata numerari et dimensione exhauriri et finiri potest, est quod desperes. Si autem peccata, ut par est, et modum habent, et numerari possunt, Dei autem misericordia et miserationes numerari non possunt, sed modo carent, desperationi locus

A οὐκ ὀσφραίνεται βλης, κἂν σταθῇ ἐπάνω τῶν θνησιμαίων ὅλων.

Ἄλλο.

Ὁ νοῦς φύσει ὢν ἀστατος, τότε τῆς πλάνης ἵσταται, ὅτε τῷ Θεῷ συναφθῇ. Τὰ γὰρ πάντα ἐντὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἔχει λοιπὸν ἔργον ὑπερκείμενον, ἢ ἐκτὸς τοῦ Θεοῦ, εἰς ὃ πλανηθήσεται.

Ἄλλο.

Ἑτέρων αἰσθανομένων· τοῦτο γὰρ τὸ ἀνεπαισθήτως· καὶ γὰρ ὁ ἀπαθὴς χάριν εἰληφὼς τὰ ἐν ἑτέροις ὑπάρχοντα ἐπαισθάνεται.

B

Σχόλιον ξγ'.

Ἐκ γὰρ φιλαργυρίας μὴ μεταδιδόναι πείθων, τὴν ταπείνωσιν ὑποκρίνεται· τὴν ἀνθρωπαρέσκειαν φεύγειν ὑποτιθέμενος.

Σχόλιον ξδ'.

Βλέπε τοῦ πατρὸς τὴν ἀκρίβειαν· ὅπου, φησὶ, πρόθεσις καὶ πόθος, ἐκεῖ συνεργία Θεοῦ.

Ἄλλο.

Ἡ ἀγαθὴ προαίρεσις τότε φαίνεται, ὅταν διακρίναντες ἀπὸ τοῦ κακοῦ τὸ καλὸν, αἱρώμεθα τὸ ἀγαθόν. Ἡ δὲ κακὴ, ὅταν ἐν γνώσει αἱρώμεθα, ἢ ἀνθαιρώμεθα.

Ἄλλο.

C Δὸς πρόθεσιν, καὶ λαμβάνεις δύναμιν.

Σχόλιον Ἰσαὰκ ξε'.

Πᾶς ὁ πρὸ καιροῦ ἀρχόμενος τῶν ὑπὲρ τὸ μέτρον αὐτοῦ, βλάβην ἑαυτῷ διπλασιάζει, καὶ οὐκ ἔνδοσιν. Οἱ γὰρ ἄπειροι ἔμποροι ἐν τοῖς μεγίστοις πράγμασι, μεγάλας ἑαυτοῖς προξενοῦσι ζημίας· ἐν δὲ τοῖς εὐτελεστέροις πράγμασιν, εἰς τὸ ἔμπροσθεν ταχέως ἐκτείνονται· διότι παντὶ ἔργῳ ἐστὶ καὶ τάξις, καὶ πάσῃ διαγωγῇ καιρὸς ἔννομος.

Σχόλιον ξς'.

Μηδεὶς ἐν κακίᾳ διάγων, ἑαυτοῦ ἀπογινωσκέτω, εἰδὼς ὅτι γεωργία μὲν τοῖς φυτοῖς τὰς ποιότητας μεταβάλλει. Ἡ δὲ κατ' ἀρετὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλεια D δυνατή ἐστι παντοδαπῶν ἀῤῥωστημάτων ἐπικρατῆσαι.

Ἄλλο.

Ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον ἡ ἀμετανόητος, περὶ ἧς κἂν ἅγιος ὑπὲρ ἑτέρου προσεύχηται, οὐκ εἰσακούεται.

Ἄλλο τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

Εἰ πλῆθος τῶν τοῦ Θεοῦ οἰκτιρμῶν ἀριθμῆσαι, καὶ μέγεθος Θεοῦ μετρῆσαι δυνατὸν ἐν συγκρίσει πλήθους ἁμαρτημάτων καὶ μεγέθους, ἡ ἀπόγνωσις γινέσθω. Εἰ δὲ ταῦτα μὲν, ὡς εἰκὸς, καὶ μέτρῳ ὑποβάλλεσθαι καὶ ἀριθμητὰ εἶναι συμβαίνει, Θεοῦ δὲ ἔλεος καὶ οἰκτιρμοὺς ἀριθμῆσαι ἀδύνατον, οὐκ ἀπογνώσεως καιρὸς, ἀλλ' ἐπιγνώσεως ἐλέους, καὶ

Digitized by Google

καταγνώσεως ἁμαρτιῶν, ὧν ἡ ἄφεσις πρόκειται ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ.

Σχόλιον Γαβριὴλ μοναχοῦ καὶ ἡσυχαστοῦ τοῦ ὄρους Λάτρου ξζ'.

Ὁ ἑαυτὸν οἰόμενος εἶναί τι, καὶ διδάσκων ἑτέρους, ὧν πεῖραν αὐτὸς οὐκ ἔσχεν, ἢ γνώσει ἢ πράξει, δύο νόσους νοσεῖ, καὶ δύο τυφλώσεις, οἴησιν καὶ κενοδοξίαν· ἀναισθησίαν, καὶ ἄγνοιαν· καὶ εἰ ταῦτα προσλάβωσι καὶ γαστριμαργίαν, εἰς πρόδηλον κίνδυνον καταφέρουσι τὸν ταῦτα κτησάμενον, καὶ εἰς αἰσχύνην αἰώνιον, καὶ ἀκούσεται παρὰ πολλῶν· *Ἰατρέ, θεράπευσον σεαυτόν*· εἰ δέ τις

. . . . . .

Σχόλιον ξη'.

Ὑποτακτικαῖς μὲν ταῖς ὑπὸ ἀνθρώπων ἐπιτραπείσαις· ἀνυποτάκτοις δὲ, ταῖς μὴ κελευσθείσαις ὑπὸ ἀνθρώπων, καθ' ἑαυτὸν διατρίβοντι καὶ ἀσκουμένῳ, καὶ μὴ ἐν ὑποταγῇ ὑπάρχοντι.

Σχόλιον ξθ'.

Ἔρευνα ἀκριβὴς, πῶς ἅπαντες δυνάμεθα γνῶναι, εἰ ἀρέσκει τῷ Θεῷ τὸ ἔργον ἡμῶν, ὃ ἐὰν ποιῶμεν.

Σχόλιον ο'.

Τὸ κατὰ θέλημα Θεοῦ γινόμενον ἔργον, ἐν τοῖς εἰσαγωγικοῖς ταπείνωσιν προστίθησι, ἐν δὲ μέσοις πολέμων ἀναχώρησιν, ἐν δὲ τελείοις φωτὶ προσαυγάζει.

Σχόλιον οα'.

Ἀντὶ τοῦ νομιζόμενα μικρὰ παρὰ τοῖς μεγάλοις, διὰ τὴν τελειότητα ἴσως οὐ μικρά· τὰ δὲ παρὰ τοῖς μικροῖς οἰόμενα μεγάλα, διὰ τὴν ἀτέλειαν οὐ πάντως τέλεια· τὸ αὐτὸ δὴ καὶ περὶ τῶν ἀρετῶν καὶ κακιῶν ἐκληπτέον.

Σχόλιον Μάρκου μοναχοῦ οβ'.

(a) Πρόληψίς ἐστι, προτέρων κακῶν μνήμη ἀκούσιος· παρὰ μὲν τῷ ἀγωνιστῇ προβῆναι εἰς πάθος κωλυομένη· παρὰ δὲ τῷ νικητῇ ἕως προσβολῆς ἀναιρουμένη.

Σχόλιον ογ'.

Ἁμαρτία ἐστὶ πάσης ἐντολῆς καὶ τῆς ἐλαχίστης παράβασις· ἀργία δὲ, τὸ μὴ ποιεῖν καὶ ἐργάζεσθαι τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ· ἀμέλεια δὲ τὸ ἐργάζεσθαι μὲν, ῥᾳθύμως δέ· πάθος δὲ, ἡ πεπηγυῖα καὶ δυσέκνιπτος ῥοπὴ τῆς διανοίας ἐπὶ τὰ βλάπτοντα· πτῶμα δὲ, τὸ εἰς ἀπιστίαν ἢ εἰς τὸ τῶν σωματικῶν παθῶν ὀλισθῆσαι.

Ἰσαὰκ οδ'.

Παραφύλαττε ἐκ τῶν μικρῶν, ἵνα μὴ ἐκπέσῃς ἐκ τῶν μεγάλων.

Σχόλιον Ἰσαὰκ οε'.

Πρὸς τοὺς φίλους σου ἐν εὐλαβείᾳ πορεύθητι· ὅταν δὲ ποιήσῃς τοῦτο, καὶ σεαυτὸν καὶ αὐτοὺς ὠφελήσεις, ὅτι προφάσει τῆς ἀγάπης, ἀποβάλλει ἡ ψυχὴ τὸν χαλινὸν τῆς παραφυλάξεως.

nullus relinquitur, sed cognitioni misericordiæ ejus et peccatorum detestationi, quibus in sanguine Christi proposita est venia et remissio.

Scholion Gabrielis monachi et solitarii in monte Latro 67.

Qui sibi sumit ut alios doceat quorum ipse vel usu vel cognitione experientiam nullam habuit, gemino morbo, geminaque cæcitate laborat: animi elatione et vana gloria, stupore animi et ignorantia. Et si hæc vitia in societatem etiam gulæ asciverint in apertum exitii discrimen, ita affectum conjiciunt et in dedecus atque ignominiam æternam, audietque a multis: *medice, cura teipsum* [87]:

. . . . . .

Scholion 68.

In subjectis, id est, ab hominibus tibi commissis. Non subjectis, id est, non imperatis ab hominibus, suo nempe nutu viventi, et sese privatim exercenti, nec ulli subjecto.

Scholion 69.

Accurata investigatio, quomodo omnes possimus cognoscere an labor noster si quem suscipimus Deo placeat.

Scholion 70.

Opus ut ex Dei voluntate fiat, tironibus humilitatem affert, iis qui jam profecerunt, hostium secessum; perfectis lumini lumen addit, magisque ac magis illustrat.

Scholion 71.

Pro eo, quod apud magnos existimentur parva propter perfectionem fortasse, non sunt parva: quæ autem magna apud parvos, propter imperfectionem non omnino magna aut perfecta. Idem de virtutibus et vitiis intelligendum.

Marci monachi 72.

Anticipatio est priorum malorum seu vitiorum objecta nolenti memoria, quæ agonistam Christi prohibet ad vitium usque progredi: a perfecto autem seu victore ad impressionem usque sublata et deleta.

Scholion 73.

Peccatum est omnis divini præcepti etiam minimi violatio seu transgressio; segnities autem seu otium ab operibus divinis cessatio. Negligentia est eadem negligenter et remisse exsequi. Passio est fixa, et ex qua ægre emergas, mentis ad noxia inclinatio. Casus est quo vel in incredulitatem vel corporis voluptates devolvaris.

Isauci 74.

Cave a parvis, ne excidas a magnis.

Scholion Isaaci 75.

Amicos cum reverentia et caute accede; quando hoc feceris, et tibi et aliis proderis. Anima enim occasione [prætextu] charitatis frenum custodiæ sui ipsius abjicere solet.

[87] Luc. IV, 23.

Digitized by Google

Scholion 76.

Nihil animum tam turbidum reddit, adeoque penitus excæcat, quam sordes carnis, quibus ex impuritate turpium voluptatum inquinatur.

Scholion 77.

Quando qui æger est ab animo, in morbis et tentationibus patientiam conservat, intelligat quod illum divina bonitas invisat. Hoc perfecti ex alta gratiæ cognitione non ignorant.

Scholion 78.

Non cujusvis est hoc facere, sed studiosi et diligentis.

Scholion.

Vocanti ad exitium.

Scholion.

Ad pietatem invitanti.

Scholion 79.

Hic utrisque scopus est, fuga mali, et consectatio boni.

367 *Scholion* 80.

Separationem hoc loco mortem appellat, et quod ex morientibus alii sola anima cœlum petant relicto in terra corpore, alii qui terrena sapuerunt, post mortem ad inferos descendant, medium locum, id est, in hoc mundo, post illam separationem, nullum deinceps relinqui.

Scholion 81

De anima, opinor, loquitur, quæ nec ante nec post corpus subsistit, sed simul cum corpore creatur et ipsa. Unde homicida judicatur etiam qui embryonem seu primum in utero conceptum fetum postquam animatus est, occidit. Tantum autem tunc et anima agit, quantum caro : nam ad augendum corpus suas perinde vires atque illa confert. Permirum ergo dicit, quomodo illa quæ in corpore creata est post disjunctionem durare et subsistere nuda et sine corpore possit ? sed hoc est decretum Dei. Cæterum si quidem hanc propositam quæstionem, ad ignem referunt, videant quod ex lapide et ferro (nam ex his duobus excutitur ignis), progressus, subsistere sine alia materia non possit. Nam nisi quis ex iis qui excussum ignem excipere et nutrire possunt, celeriter adsit et excipiat, statim perit; anima autem usque ad alteram divina vi futuram sui cum corpore colligationem exspectat et perdurat.

A

Σχόλιον ος'.

Οὐδὲν οὕτω θολοῖ τὸν νοῦν καὶ ἀβλεπτεῖν ὅλως παρασκευάζει, ὡς ὁ τῆς σαρκὸς ῥύπος ὁ προσγινόμενος αὐτῇ ἐκ τῆς ἀκαθαρσίας τῶν αἰσχρῶν ἡδονῶν.

Σχόλιον ος'.

Ὅτε ὁ τῇ ψυχῇ, φησὶ, ἀσθενὴς ἐν τοῖς νοσήμασι, καὶ πειρασμοῖς ὑπομονὴν κτήσηται, διακρινέτω ὅτι θεία αὐτῷ ἐπισκοπὴ ἐγένετο· οἱ δὲ τέλειοι ἐκ τῶν ὑψηλῶν τῆς χάριτος γνώσεων ἐπιγινώσκουσι τοῦτο.

Σχόλιον οη'.

Οὐ τοῦ τυχόντος, ἀλλὰ τοῦ σπουδάζοντος.

Σχόλιον.

B Τῷ καλοῦντι πρὸς ἀπώλειαν.

Σχόλιον.

Τῷ ἐπὶ τὴν εὐσέβειαν.

Σχόλιον οθ'.

Ὁ ἐπ' ἀμφοτέροις σκοπὸς τῆς φυγῆς τοῦ κακοῦ καὶ τῆς συνδρομῆς τοῦ καλοῦ.

Σχόλιον π'.

Χωρισμὸν ἐνταῦθα τὸν θάνατόν φησι· καὶ ὅτι ἀποθνήσκοντες, ἄλλοι μὲν ἄνω ἀνέρχονται τῇ ψυχῇ μόνῃ, ἐπὶ γῆς τὸ σῶμα καταλιμπάνοντες· οἱ δὲ τὰ γήϊνα φρονήσαντες μετὰ θάνατον ἐπὶ τὸν ᾅδην κατέρχονται· μέσον δὲ, τοῦτ' ἔστιν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, μετὰ τὸν χωρισμὸν ἐκεῖνον, οὐδὲν λοιπὸν ἵσταται.

Σχόλιον πα'.

C Τὴν ψυχὴν, ὡς οἶμαι, λέγει· οὔτε γὰρ προϋφίσταται τοῦ σώματος, οὔτε μεθυφίσταται, ἀλλ' ἅμα τῇ γενέσει τούτου κτίζεται καὶ αὐτή· ὅθεν φονεὺς καὶ ὁ ἔμβρυον ἀπεκτακὼς, ἐπεὶ ἐν τῇ συλλήψει ἐψύχωται· τοσοῦτον δὲ ἡ ψυχὴ ἐνεργεῖ τότε, ὅσον καὶ ἡ σάρξ· κατ' αὔξησιν γὰρ τὴν τοῦ σώματος, καὶ αὕτη τὰς οἰκείας ἐνεργείας διαδείκνυσι. Θαῦμα οὖν, φησὶ, πῶς ἡ ἐν τῷ σώματι λαβοῦσα τὸ εἶναι πέφυκε γυμνὴ μετὰ τὴν διάζευξιν στέγειν, ἤτοι συνίστασθαι· ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὸ τοῦ Θεοῦ δόγμα. Εἰ δέ τινες περὶ πυρὸς εἰρῆσθαι τὸ προκείμενον ὑπολαμβάνουσι ζήτημα, γινωσκέτωσαν, ὡς τοῦ φέροντος λίθου τε καὶ σιδήρου (γέννημα γὰρ τῶν δύο τούτων τὸ πῦρ) προελθὸν οὐ δύναται μένειν
D χωρὶς ἑτέρας ὕλης· καὶ γὰρ εἰ μὴ τάχιον δράξασθαί τις φθάσει τῶν φυλάσσειν αὐτὸ εἰδότων, εὐθὺς ἀπόλλυται· ἡ δὲ ψυχὴ μέχρι τῆς ἑτέρας ἐν Θεῷ συνδήσεως αὐτῆς πρὸς τὸ οἰκεῖον σῶμα ἐκδέχεται.

De discreta discretione.

Περὶ διακρίσεως εὐδιακρίτου.

(Sub eodem capite et gradu XXVI.)

Quemadmodum ardens æstu cervus anhelat fontes aquarum, ita ab religiosis viris desideratur cognitio seu comprehensio bonæ et divinæ voluntatis; nec hoc tantum, sed et permistæ, quin et contrariæ cognitio. De quibus nobis grandis sermo et inin-

Ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος φλεγομένη τὰ νάματα, οὕτως παρὰ μοναχοῖς ἐπιποθεῖται ἡ τοῦ θείου καὶ ἀγαθοῦ θελήματος κατάληψις· οὐ μὴν δὲ ἁλλὰ καὶ τοῦ συγκεκραμένου (1), ἔτι δὲ καὶ τοῦ ἐναντίου ἡ ἐπίγνωσις. Περὶ ὧν πολὺ ἡμῖν ὄντως ὁ λόγος

Digitized by Google

καὶ δυσερμήνευτος· καὶ πολά τε τῶν πραγμάτων, καθ' ἡμᾶς ἀνυπερθέτως ὀφείλουσι γίνεσθαι· καὶ πάσης ἀναμενῆς ἀξυτέρως, κατὰ τὸν λέγοντα· *Οὐαὶ ὁ ἀναβαλλόμενος ἡμέραν ἐξ ἡμέρας*, καὶ καιρὸν ἐκ καιροῦ. Ποῖα δὲ πάλιν μετὰ ἐπιεικείας καὶ περισκέψεως· ὡς παραινεῖ ὁ εἰρηκὼς, *Μετὰ κυβερνήσεως γίνεται πόλεμος*, καὶ πάλιν· *Πάντα εὐσχημόνως, καὶ κατὰ τάξιν γινέσθω*. Οὐκ ἔστι γὰρ, οὐκ ἔστι τῶν τυχόντων τὰ τοιάδε δυσδιάκριτα θᾶττον εὐκρινῶς διαγνῶναι, εἴπερ καὶ ὁ θεοφόρος, καὶ τὸ πνεῦμα ἐν ἑαυτῷ λαλοῦν ἔχων, τοῦτο πολλάκις φαίνεται προσευχόμενος· καὶ ποτὲ μὲν λέγων· *Δίδαξόν με τοῦ ποιεῖν τὸ θέλημά σου, ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεός μου*· ποτὲ δὲ πάλιν· *Ὁδήγησόν με ἐπὶ τὴν ἀλήθειάν σου*· καὶ πάλιν· *Γνώρισόν μοι, Κύριε, ὁδὸν, ἐν ᾗ πορεύσομαι, ὅτι πρὸς σὲ ἀπὸ* B *πάσης μερίμνης βιωτικῆς, καὶ πάθους τὴν ψυχήν μου ἦρα* καὶ ὕψωσα. Ὅσοι τὸ τοῦ Κυρίου μαθεῖν ἠβουλήθησαν θέλημα (2), ἐν αὐτοῖς θανεῖν κεχρεωστήκασιν [*al.* τὸ ἑαυτὸν πρότερον θανατῶσαι]· πίστει τοίνυν καὶ ἀπονήρῳ [*al.* ἑαυτοὺς ἀπαρνούμενοι πίστει, etc.] ἁπλότητι προσευξάμενοι, καὶ ψυχὰς πατέρων ἢ καὶ ἀδελφῶν ἐν ταπεινώσει καὶ ἀνενδοιάστῳ καρδίᾳ ἐρωτήσαντες, ὡς ἐκ Θεοῦ στόματος τὰ παρ' αὐτῶν συμβουλευόμενα δεχέσθωσαν· εἰ καὶ ἐναντίᾳ τῷ ἑαυτῶν σκοπῷ τὰ εἰρημένα τυγχάνουσιν, εἰ καὶ μὴ πάνυ πνευματικοὶ οἱ ἐρωτηθέντες καθεστήκασιν· οὐκ ἔστι γὰρ ἄδικος ὁ Θεὸς ψυχὰς πίστει καὶ ἀκακίᾳ ἑαυτὰς τῇ τοῦ πλησίον συμβουλῇ καὶ κρίσει ταπεινωσάσας ἀπατῆσαι, κἂν ἄλογοι οἱ ἐρωτηθέντες τυγχάνωσιν· ἀλλ' ὁ λαλῶν ἄϋλος καὶ ἀόρατος.

Πολλῆς ταπεινοφροσύνης ἀνάπλεοι καθεστήκασιν, οἱ τῷ προειρημένῳ ἡμῖν ἀνενδοιάστως στοιχοῦντες κανόνι. Εἰ γὰρ ἐν ψαλτηρίῳ τὸ (3) ἑαυτοῦ τις ἤνοιγε πρόβλημα (4), πόσον οἴεσθε λογικὸν νοῦν καὶ ψυχὴν νοερὰν ἀψύχου διαφέρειν ἀποφθέγματος; Πολλοὶ οἱ μήπω τὸ τέλειον τοῦτο καὶ κοῦφον ἀγαθὸν τὸ προειρημένον ἐξ αὐταρεσκείας κατειληφότες (5)· ἀλλ' ἐξ ἑαυτῶν καὶ ἐν ἑαυτοῖς τὸ τοῦ Κυρίου καταλαβεῖν εὐάρεστον ἐπιχειρήσαντες, ποικίλας ἡμῖν λίαν καὶ πλείστας τὰς περὶ τούτου κρίσεις ὑφηγήσαντο. Ἀπέστησάν τινες τῶν συζητητῶν πάσης προσπαθείας, τὸν ἑαυτὸν λογισμὸν ἐπὶ ταῖς ἑκατέραις βουλαῖς τῆς D ψυχῆς, λέγω δὴ τῇ ἐπιχειρουμένῃ καὶ τῇ ἀντιλεγούσῃ, καὶ γυμνὸν τὸν ἑαυτὸν νοῦν οἰκείου θελήματος ἐν ζεούσῃ δεήσει ἐπὶ ῥητὰς ἡμέρας παραστήσαντες τῷ Κυρίῳ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ θελήματος αὐτοῦ ἐπέτυχον· ἢ νοὸς νοεροῦ νοερῶς τῷ ἡμετέρῳ νοΐ συλλαλήσαντος, ἢ τῆς μιᾶς ἐννοίας τελείως τῆς ψυχῆς ἐξαφανισθείσης. Ἄλλοι ἐκ τῆς ἐπακολουθείσης τῷ ἐγχειρήματι θλίψεως καὶ διασκεδασμοῦ τοῦτο θεῖον εἶναι κατέλαβον κατὰ τὸν εἰπόντα· *Ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ ἐνέκοψεν ἡμᾶς ὁ Σατανᾶς*. Ἕτεροι τὸ ἐναντίον πάλιν

terpretabilis est [56], quæ nempe res in nostra potestate sitæ sine dilatione et omni mora expeditius facienda sint **368**, ut monet ille qui dicit: *Væ qui differt de die in diem* [57], et de tempore in tempus. Quæ item contra, cum quodam temperamento, consideratione et circumspectione agendæ, ut monet qui dixit: *Cum gubernatione fit bellum* [58]; et rursum: *Omnia honeste* seu decenter, *et secundum ordinem fiant* [59]. Non est enim, non est cujusvis, talia, quæque dijudicatu sunt difficilia, ex tempore clare et facile cognoscere et dijudicare quando et Deo plenus, et qui Spiritum sanctum in se loquentem habuit, hoc sæpe visus est precari, cum aliquando dicit: *Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu* [60]. Alias vero rursum: *Dirige* B *me in veritate tua* [61]; et rursum: *Notam fac mihi, Domine, viam, in qua ambulem, quia ad te animam meam* [62], ab omni cura hujus vitæ mortalis et vitiosi affectus *levavi* [63] et exaltavi. Quicunque Domini voluntatem cognoscere voluerunt, suam prius mactare seseque abnegare debuerunt, et cum fide et simplicitate exclusa omni malitia, precari, et patres fratresve cum vera humilitate, et sine ulla cordis dubitatione interrogare, quorum consilia et responsa tanquam ab ore Dei prolata suscipienda sunt; quamvis contraria destinato fini quærentis dicta videantur, aut interrogati non valde religiosi sint. Deus enim non est iniquus ut animas quæ per fidem et simplicitatem alterius se consilio et judicio humiliter subjiciunt, decipi patiatur: nam etiamsi illi qui consuluntur, imprudentes fuerint, est tamen C **369** ille qui per illos loquitur sine corpore, nec oculis subjectus.

Qui hanc regulam, quam diximus, optima fide sequuntur, sunt pleni humilitate. Si enim quidam in psalterio suam propositionem aperuit [*Aperiam in psalterio propositionem meam*. Psal. XLVIII], quanto putatis mentem rationis plenam, et animam intelligentem fidium sono præstare? Multi qui nondum perfectum hoc et facile, quod ostensum est, bonum quod sibi nimium placerent, assecuti sunt, sed sibi præfidentes, divinum nutum ex se conantur investigare, valde diversa nobis et plurima de hoc judicia et sententias exposuerunt. Nonnulli ex iis, qui divinam voluntatem inquirebant, abdicatis omnibus affectibus suis, cogitationes suas, ob alterutras animæ voluntates (vel aggrediendi, inquam, quod erat propositum, vel contra nitendi) et animum suum a propria voluntate penitus exutum per ardentissimas preces ad certos dies Deo supplices affusi cognitionem divinæ voluntatis perceperunt, sive mente aliqua intelligente per intelligentiam cum nostra mente colloquente, sive altera cogitatione propositi ex animo penitus deleta. Alii ex ea quæ secuta est conatum, vexatione et distractione conatum ipsum Deo gratum fore intelle-

[56] Hebr. v, 11. [57] Eccli. v, 8. [58] Prov. xx, 18. [59] I Cor. xiv, 40. [60] Psal. cxlii, 10. [61] Psal. xxiv, 5. [62] Psal. cxlii, 8. [63] ibid.

Digitized by Google

xerunt, prout Apostolus dixit : *Voluimus venire ad vos semel et iterum, et impedivit nos Satanas* [61]. Alii contra rursum ex inexspectato rei susceptæ auxilio Deo gratum quod aggrediebantur, senserunt, illud memorando : Omni proponenti bonum Deus cooperatur [62]. Qui Deum **370** in se ipso per illuminationem divinam possidet, et in rebus urgentibus, et in rebus moram patientibus, altero modo, verum sine mora a Deo certior fieri et doceri solet. Hærere diu in dubiis rebus et judiciis, diuque incertum manere, est non illustratæ, sed vanæ gloriæ vitio laborantis animæ argumentum. Non est injustus Deus, nec eos qui cum humilitate pulsant ab se excludit. Finis in omni re spectatur a Deo, sive in rebus quæ mox exsequendæ sunt, sive in iis quæ differendæ sunt. Omnia enim quæ vitioso affectu carent, puraque nec inquinata sunt, et propter Dominum vere tantumque fiunt, et non propter aliud, etiamsi non omnino bona sint, tamen pro bonis nobis imputabuntur. Non caret periculo, si quid inquiramus, quod supra nos est. Judicium Domini de nobis arcanum et inexplicabile est. Sæpenumero suam voluntatem pro sapienti sua administratione nos celatam vult, quod sciat nos ei non obtemperaturos, si illam cognosceremus, ac proinde majores et plures pœnas daturos. Correctum ab omni curiosa rerum varietate liberum est, et in navigio innocentiæ secure navigat.

Sunt generosæ quædam animæ quæ cœlesti amore cum humilitate cordis incensæ majora quam præstare possint, conantur. Et sunt superbæ mentes quæ idem faciunt. Hostium quippe nostrorum scopus et finis est, uti nos ad ea tentanda impellant, quæ superant vires nostras, ut per illa etiam ea negligamus et perdamus, quæ sunt facultatis **371** nostræ, ut ita nos maximo ludibrio hostibus nostris exponamus. Vidi etiam infirmas quasdam animas et corpora, propter multitudinem lapsuum, res viribus impares et majores aggredi, quas cum ferre non possent, docui pœnitentiæ labores et conatus nostros a Deo non magnitudine exercitationum et sudorum, seu humilitatis modo judicari. Est cum educatio ultimorum malorum causa exsistit; est cum improborum contubernium et convictus, quin ipsius animæ perversitas sæpe illi ad perdendam ipsam sufficit. Qui in solitudine vivit, a duobus, et fortasse etiam a tertio liber est. Qui autem tertio vitio laborat quovis in loco improbus est, nullus enim locus cœlo tutior est. Illos qui nos mala mente oppugnant, seu pagani sint, seu hæretici, post unam et alteram admonitionem, relinquamus. In iis autem instituendis, qui verum ex animo discere cupiunt, bonum opus præstando nunquam deficiamus. Quinimo ad cordis nostri stabilimentum utrisque utamur. Valde stultus est is, qui, cum de virtutibus sanctorum, quæ naturæ vires excedunt, audit, inde de se ipso desperat. Quin potius ex duobus alterum te optime docent, vel ut te exemplo sanctæ generosæque virtutis ad imitandum excitent;

A ἐκ τῆς ἀπροσδοκήτου ἐν τῷ πράγματι συνεργίας τοῦτο Θεῷ εὐαπόδεκτον ἦσθοντο, λέξαντες ἐκεῖνο, τὸ Παντὶ τῷ προαιρουμένῳ τὸ ἀγαθὸν συνεργεῖ ὁ Θεός. Ὁ Θεὸν ἐν ἑαυτῷ διὰ φωτισμοῦ κτησάμενος, καὶ ἐν τοῖς κατεπείγουσι, καὶ ἐν τοῖς ἀναμένουσι πράγμασι τῷ δευτέρῳ τρόπῳ οὐ μέντοι χρόνῳ πληροφορεῖσθαι πέφυκε. Τὸ ἐνδοιάζειν ἐν ταῖς κρίσεσι, καὶ ἀπληροφόρητον ἐπὶ πολὺ διαμένειν, ἀφωτίστου καὶ φιλοδόξου ψυχῆς τεκμήριον. Οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς ἄδικος, ὡς τοῖς μετὰ ταπεινώσεως κρούουσιν ἀποκλείσασθαι· ὁ σκοπὸς ἐν πᾶσι ζητεῖται παρὰ Κυρίου, καὶ ἐν τοῖς κατεπείγουσι, καὶ ἐν τοῖς ἀναβάλλεσθαι ὀφείλουσι. Πάντα γὰρ τὰ καθαρὰ προσπαθείας καὶ παντὸς μολυσμοῦ, κυρίως διὰ Κύριον, καὶ οὐ δι' ἕτερόν τινα γινόμενα, εἰ καὶ οὐ πάντως ἀγαθά, ἀλλ' B ὅμως καὶ εἰς ἀγαθὸν ἡμῖν λογισθήσονται. Ἡ γὰρ ὑπὲρ ἑαυτῶν ζήτησις, οὐκ ἀκίνδυνον κέκτηται τέλος. Ἄῤῥητον τὸ περὶ ἡμᾶς τοῦ Κυρίου κρῖμα. Πολλάκις γὰρ τὸ ἑαυτοῦ θέλημα οἰκονομικῶς ἐξ ἡμῶν ἀποκρύψαι βούλεται, ἐπιστάμενος, ὡς καὶ μαθόντες αὐτὸ τούτου παρηκούομεν· καὶ λοιπὸν πλείους πληγὰς ληψόμεθα. Ἀπήλλακται εὐθὺς καρδία ποικιλίας πραγμάτων, ἀκινδύνως πλέουσα ἐν πλοίῳ ἀκακίας.

Εἰσὶν ἀνδρεῖαι ψυχαὶ ἔρωτι καὶ ταπεινότητι καρδίας ἐν ταῖς ὑπὲρ ἑαυτοὺς ἐργασίαις ἐπιχειροῦσαι· καὶ εἰσὶν ὑπερήφανοι καρδίαι τὸ αὐτὸ διαπράττουσαι. C Σκοπὸς γὰρ πολλάκις τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν τὰ ὑπὲρ δύναμιν ἡμῖν ὑποτίθεσθαι· ἵνα δι' ἐκείνων κατολιγωρήσαντες, καὶ τῶν κατὰ δύναμιν ἀποπέσωμεν, καὶ ποιήσωμεν γελοῖον τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν ἑαυτοὺς μέγιστον. Εἶδον καὶ ἀσθενεῖς ψυχὰς καὶ σώματα διὰ πλῆθος πταισμάτων ἐν τοῖς ὑπὲρ ἑαυτὰς ἐπιχειρήσασας, καὶ μὴ ὑπενεγκάσας, αἷς ἔγωγε ποσότητι ταπεινώσεως, καὶ οὐ καμάτων, τὴν μετάνοιαν παρὰ Θεῷ ἔφρασα κρίνεσθαι. Ἔστιν ὅταν ἡ ἀνατροφὴ τῶν ἐσχάτων κακῶν αἰτίως τυγχάνει (6)· ἔστιν ὅτε καὶ ἡ συνδιαγωγή· πλὴν πολλάκις καὶ ἡ διεστραμμένη ψυχὴ αὐταρκεῖ ἑαυτῇ πρὸς ἀπώλειαν. Ὁ χωρισθείς, τῶν δύο, καὶ τοῦ τρίτου ἴσως ἀπήλλακται. Ὁ δὲ τὸ τρίτον ἔχων, ἐν παντὶ τόπῳ ἀδόκιμος· οὐδεὶς γὰρ τόπος τοῦ οὐρανοῦ ἀσφαλέστερος. Ἐν τοῖς μὲν κακοD θελῶς ἡμῖν μαχομένοις ἀπίστοις, ἢ κακοπίστοις μετὰ πρώτην καὶ δευτέραν νουθεσίαν παυσώμεθα. Ἐν δὲ τοῖς τὴν ἀλήθειαν μαθεῖν βουλομένοις, τὸ καλὸν ποιοῦντες ἕως αἰῶνος μὴ ἐκκακῶμεν. Πλὴν καὶ πρὸς τὸν στηριγμὸν ἡμῶν τῆς καρδίας ἐν ἀμφοτέροις χρησώμεθα. Ἄλογος λίαν ὁ ὑπὲρ φύσιν ἐν τοῖς ἁγίοις ἀκούων ἀρετάς, καὶ ἑαυτοῦ ἀπολεγόμενος. Μᾶλλον δὲ δυοῖν θάτερόν σε ἀρίστως παιδεύουσιν, ἢ πρὸς πολλὴν σεαυτοῦ ἐπίγνωσιν· καὶ τῆς ἐνούσης σοι ἀσθενείας φανέρωσιν ἐπιστρέψουσι διὰ τῆς τρισοσίου ταπεινώσεως. Εἰσὶν ἀκάθαρτοι πονηρῶν πονηρότεροι δαίμονες, οἳ τὴν ἁμαρτίαν ἡμᾶς κατεργάζεσθαι μόνους οὐ συμβουλεύουσιν· ἀλλὰ κοινωνοὺς

[61] I Thess. II, 18. [62] Rom. VIII, 28.

Digitized by Google

ἡμᾶς πρὸς τὸ κακὸν, καὶ ἑτέρους ἔχειν συμβουλεύουσιν, ἵνα χαλεπωτέραν ἡμῖν τὴν κόλασιν ποιήσωσιν. Ἑώρακα συνήθειαν πονηρὰν ἐξ ἑτέρου μεμαθηκότα ἕτερον· καὶ μέντοι ὁ μὲν διδάξας εἰς συναίσθησιν ἐληλυθὼς μετανοεῖν ἤρξατο, καὶ τοῦ κακοῦ ἐπαύσατο· διὰ δὲ τῆς τοῦ μαθητοῦ ἐργασίας ἀνίσχυρος αὐτοῦ ἡ μετάνοια γέγονε. Πολλὴ, ὄντως πολλὴ καὶ δυσκατάληπτος ἡ τῶν πνευμάτων πονηρία, καὶ ὀλίγοις ὁρατή· οἶμαι δὲ οὐδὲ ὀλίγοις πᾶσα. Πῶς δὲ τρυφῶντες καὶ κορεννύμενοι ἀγρυπνοῦμεν νηφόντως. νηστεύοντες δὲ καὶ ταλαιπωροῦντες τῷ ὕπνῳ ἐλεεινῶς καταφερόμεθα, ἢ ἡσυχάζοντες σκληρυνόμεθα, καὶ συνδιάγοντες κατανυσσόμεθα; Λιμώττοντες καθ' ὕπνους πειραζόμεθα, καὶ ἐμφορούμενοι ἀπείραστοι διαμένομεν· ἐν ἐνδείᾳ σκοτεινοί τινες καὶ ἀκατάνυκτοι γιγνόμεθα· ἐν οἰνοποσίᾳ δὲ ἱλαροὶ καὶ εὐκατάνυκτοι (7); πρὸς ταῦτα ὁ δυνάμενος ἐν Κυρίῳ φωτίσει ἀφωτίστους. Ἡμεῖς γὰρ ἀφώτιστοι πρὸς τὰ τοιάδε τυγχάνομεν· πλὴν ἐκεῖνο λέγομεν, ὅτι οὐ πάντοτε ἐκ δαιμόνων ἡ τοιαύτη μεταβολὴ γίνεται. Ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ ἐκ τῆς συγκράσεως τῆς δοθείσης μοι ταύτης, καὶ περιδεθείσης μοι, πῶς οὐκ οἶδα, ῥυπαρᾶς καὶ λιχνώδους παχύτητος. Περὶ τοῦ δυσδιακρίτου τῆς τυχούσης τῶν προειρημένων μεταπτώσεως εἰλικρινῶς καὶ ταπεινῶς τὸν Κύριον δυσωπήσωμεν· κἂν μετὰ τὴν ἱκεσίαν, καὶ τὸν ταύτης χρόνον ὡσαύτως εὕρωμεν ἐνεργοῦν τὸ γινόμενον, γνωσόμεθα ὡς οὐκ ἐκ δαιμόνων, ἀλλὰ φύσεώς ἐστι τὸ γινόμενον. Πολλάκις δὲ καὶ θεία οἰκονομία διὰ τῶν ἐναντίων εὐεργετεῖν ἡμᾶς βούλεται, διὰ πάντων τὴν οἴησιν ἡμῶν καταστέλλουσα. Χαλεπὸν μὲν τὸν περὶ χριμάτων βυθὸν περιεργάζεσθαι· ἐν πλοίῳ γὰρ οἰήσεως περίεργοι πλέουσιν.

A vel ut te per sanctissimam humilitatem ad tui cognitionem, tuæque imbecillitatis agnitionem deducant. Sunt ex impuris dæmonibus alii aliis nequiores, qui impellunt nos ne soli peccemus, sed socios **372** ad improbitatem alios nobis asciscamus, ut gravius inde nobis supplicium concilient. Vidi qui ab altero malam peccandi consuetudinem disceret, illumque qui alterum peccare docuerat, ad sensum rediisse et pœnitentiam agere cœpisse, omninoque a malo desiisse, sed propter illius peccata quem docuerat, etiam ipsius pœnitentiam infructuosam et inanem redditam (*a*). Varia profecto et multa atque captu difficilis est nequitia spirituum improborum, paucisque perspecta, imo nullis, ut opinor, tota. Quomodo delicatius viventes et cibis B distenti, tanquam sobrii pervigilamus; jejuni autem et afflicti miserandum in modum somno mergimur? aut quomodo in silentio et quiete degentes cordis duritia laboramus, et cum aliis versati compungimur? Fame confecti in somniis vexamur, saginati vero intentati duramus? In rerum penuria et sobrietate confusi et duri sumus; cum vinum potamus, hilares et proni in lacrymas, et compunctionem evadimus? In his qui nos in Domino illustrare potest, illustret et doceat, nos enim in hujuscemodi rebus cæci sumus. Etsi hoc affirmamus, non semper ab malis geniis hujuscemodi vicissitudinum mutationes provenire. Et est cum accidit mihi hoc, nescio quomodo, ob concretionem mihi datam, et circumfusam mihi sordidamque et illecebrosam pinguedinem. Pro hac, dijudicatu difficili, quæ usu venire solet in supra demonstratis, vicissitudine et mutatione pure, sincere et submisse Dominum de- C precemur, et si post **373** supplices preces et temporis moram id quod fit nihilominus eodem modo fieri senserimus, tum vero id non dæmonum improbitati, sed naturæ ascribemus. Sæpenumero divina providentia rem ita dispensat, ut per contraria nobis benefacere velit, ut omnibus modis superbum sensum nostrum retundat. Difficile est curiosius de divinorum judiciorum arcanis inquirere, curiosi enim elationis navi vehuntur.

Ἤρετό τίς τινα τῶν βλέπειν δυναμένων, τί δήποτε γινώσκων ὁ Θεὸς τινων τὰ πταίσματα, τούτους χαρίσμασι καὶ τέρασι κατεκόσμησεν. Ὁ δέ φησιν· Ἵνα καὶ λοιποὺς πνευματικοὺς ἀσφαλίσηται· καὶ τὸ αὐτεξούσιον δείξῃ καὶ ἀναπολογήτους ἐν τῇ κρίσει τοὺς πεπτωκότας ποιήσῃ. Ὁ μὲν νόμος ὡς ἀτελὴς (8), *Πρόσεχε σεαυτῷ*. Ὁ δὲ Κύριος ὡς ὑπερτελὴς, καὶ τὴν τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῖν διόρθωσιν προσπε- D φώνηκεν εἰπών· *Ἐὰν ἁμαρτήσει ὁ ἀδελφός σου*, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἰ μὲν καθαρός σου ὁ ἔλεγχος καὶ ταπεινὸς, μᾶλλον δὲ ὑπόμνησις, τὸ τοῦ Κυρίου ποιεῖν μὴ παραιτήσῃ, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς δεχομένοις· εἰ δὲ οὔπω πέφθακας, κἂν τὴν νομικὴν ἄσκει λατρείαν. Μὴ θαμβοῦ καὶ τοὺς σοὺς προσφιλεῖς ἐχθραίνοντάς σοι θεώμενος (9)· δαιμόνων γὰρ ἐργαλεῖα οἱ κουφότεροι, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν. Θαυμάζειν μοι ἐφ' ἑνὶ τῶν ἐν ἡμῖν λίαν ὑπέρχεται· πῶς τε

Fuit ex providentioribus quidam qui quemdam rogavit quamobrem Deus, cum quorumdam lapsus provideat et sciat, illos ipsos tamen et gratiis cœlestibus et miraculorum quoque signis illustrarit? Ut, inquit, reliquos viros religiosos cautiores redderet, simulque voluntatis nostræ libertatem ostenderet, utque illos qui ceciderunt, in judicio inexcusabiles faceret. Lex ut imperfecta dicit: *Attende tibi ipsi* [65]. Dominus autem longe perfectissimus curam nobis et emendationem fratris commendavit: *Si*, inquit, *peccaverit frater tuus* [66], et quæ sequuntur. Si tua reprehensio sincera et modesta, et potius admonitio familiaris, quam reprehensio fuerit, officium facere pro Domini voluntate, non recusabis, præsertim apud eos qui facile admonitionem recipiunt. Si autem ad eam perfectionem nondum aspirasti, saltem quod

[65] Eccli. xxix, 27; I Tim. iv, 16. [66] Matth. xviii, 15.

(*a*) Sed qui secutus est peccantem, quare non secutus est pœnitentem? An peccantem vidit, pœnitentem non vidit?

Digitized by Google

xerunt, prout Apostolus dixit : *Voluimus venire ad vos semel et iterum, et impedivit nos Satanas* [63]. Alii contra rursum ex inexspectato rei susceptæ auxilio Deo gratum quod aggrediebantur, senserunt, illud memorando : Omni proponenti bonum Deus cooperatur [64]. Qui Deum **370** in se ipso per illuminationem divinam possidet, et in rebus urgentibus, et in rebus moram patientibus, altero modo, verum sine mora a Deo certior fieri et doceri solet. Hærere diu in dubiis rebus et judiciis, diuque incertum manere, est non illustratæ, sed vanæ gloriæ vitio laborantis animæ argumentum. Non est injustus Deus, nec eos qui cum humilitate pulsant ab se excludit. Finis in omni re spectatur a Deo, sive in rebus quæ mox exsequendæ sunt, sive in iis quæ differendæ sunt. Omnia enim quæ vitioso affectu carent, puraque nec inquinata sunt, et propter Dominum vere tantumque fiunt, et non propter aliud, etiamsi non omnino bona sint, tamen pro bonis nobis imputabuntur. Non caret periculo, si quid inquiramus, quod supra nos est. Judicium Domini de nobis arcanum et inexplicabile est. Sæpenumero suam voluntatem pro sapienti sua administratione nos celatam vult, quod sciat nos ei non obtemperaturos, si illam cognosceremus, ac proinde majores et plures pœnas daturos. Correctum ab omni curiosa rerum varietate liberum est, et in navigio innocentiæ secure navigat.

Sunt generosæ quædam animæ quæ cœlesti amore cum humilitate cordis incensæ majora quam præstare possint, conantur. Et sunt superbæ mentes quæ idem faciunt. Hostium quippe nostrorum scopus et finis est, uti nos ad ea tentanda impellant, quæ superant vires nostras, ut per illa etiam ea negligamus et perdamus, quæ sunt facultatis **371** nostræ, ut ita nos maximo ludibrio hostibus nostris exponamus. Vidi etiam infirmas quasdam animas et corpora, propter multitudinem lapsuum, res viribus impares et majores aggredi, quas cum ferre non possent, docui pœnitentiæ labores et conatus nostros a Deo non magnitudine exercitationum et sudorum, seu humilitatis modo judicari. Est cum educatio ultimorum malorum causa exsistit; est cum improborum contubernium et convictus, quin ipsius animæ perversitas sæpe illi ad perdendam ipsam sufficit. Qui in solitudine vivit, a duobus, et fortasse etiam a tertio liber est. Qui autem tertio vitio laborat quovis in loco improbus est, nullus enim locus cœlo tutior est. Illos qui nos mala mente oppugnant, seu pagani sint, seu hæretici, post unam et alteram admonitionem, relinquamus. In iis autem instituendis, qui verum ex animo discere cupiunt, bonum opus præstando nunquam deficiamus. Quinimo ad cordis nostri stabilimentum utrisque utamur. Valde stultus est is, qui, cum de virtutibus sanctorum, quæ naturæ vires excedunt, audit, inde de se ipso desperat. Quin potius ex duobus alterum te optime docent, vel ut te exemplo sanctæ generosæque virtutis ad imitandum excitent;

ἐκ τῆς ἀπροσδοκήτου ἐν τῷ πράγματι συνεργίας τοῦτο Θεῷ εὐαπόδεκτον ᾖσθοντο, λέξαντες ἐκεῖνο, τὸ Παντὶ τῷ προαιρουμένῳ τὸ ἀγαθὸν συνεργεῖ ὁ Θεός. Ὁ Θεὸν ἐν ἑαυτῷ διὰ φωτισμοῦ κτησάμενος, καὶ ἐν τοῖς κατεπείγουσι, καὶ ἐν τοῖς ἀναμένουσι πράγμασι τῷ δευτέρῳ τρόπῳ οὐ μέντοι χρόνῳ πληροφορεῖσθαι πέφυκε. Τὸ ἐνδοιάζειν ἐν ταῖς κρίσεσι, καὶ ἀπληροφόρητον ἐπὶ πολὺ διαμένειν, ἀφωτίστου καὶ φιλοδόξου ψυχῆς τεκμήριον. Οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς ἄδικος, ὡς τοῖς μετὰ ταπεινώσεως κρούουσιν ἀποκλείσασθαι· ὁ σκοπὸς ἐν πᾶσι ζητεῖται παρὰ Κυρίου, καὶ ἐν τοῖς κατεπείγουσι, καὶ ἐν τοῖς ἀναβάλλεσθαι ὀφείλουσι. Πάντα γὰρ τὰ καθαρὰ προσπαθείας καὶ παντὸς μολυσμοῦ, κυρίως διὰ Κύριον, καὶ οὐ δι' ἕτερόν τινα γινόμενα, εἰ καὶ οὐ πάντως ἀγαθά, ἀλλ' ὅμως καὶ εἰς ἀγαθὸν ἡμῖν λογισθήσονται. Ἡ γὰρ ὑπὲρ ἑαυτῶν ζήτησις, οὐκ ἀκίνδυνον κέκτηται τέλος. Ἄῤῥητον τὸ περὶ ἡμᾶς τοῦ Κυρίου κρῖμα. Πολλάκις γὰρ τὸ ἑαυτοῦ θέλημα οἰκονομικῶς ἐξ ἡμῶν ἀποκρύψαι βούλεται, ἐπιστάμενος, ὡς καὶ μαθόντες αὐτὸ τούτου παρηκούομεν· καὶ λοιπὸν πλείους πληγὰς ληψόμεθα. Ἀπήλλακται εὐθὺς καρδία ποικιλίας πραγμάτων, ἀκινδύνως πλέουσα ἐν πλοίῳ ἀκακίας.

Εἰσὶν ἀνδρεῖαι ψυχαὶ ἔρωτι καὶ ταπεινότητι καρδίας ἐν ταῖς ὑπὲρ ἑαυτοὺς ἐργασίαις ἐπιχειροῦσαι· καὶ εἰσὶν ὑπερήφανοι καρδίαι τὸ αὐτὸ διαπράττουσαι. Σκοπὸς γὰρ πολλάκις τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν τὰ ὑπὲρ δύναμιν ἡμῖν ὑποτίθεσθαι· ἵνα δι' ἐκείνων κατολιγωρήσαντες, καὶ τῶν κατὰ δύναμιν ἀποπέσωμεν, καὶ ποιήσωμεν γελοῖον τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν ἑαυτοὺς μέγιστον. Εἶδον καὶ ἀσθενεῖς ψυχὰς καὶ σώματα διὰ πλῆθος πταισμάτων ἐν τοῖς ὑπὲρ ἑαυτὰς ἐπιχειρησάσας, καὶ μὴ ὑπενεγκάσας, αἷς ἔγωγε ποσότητι ταπεινώσεως, καὶ οὐ καμάτων, τὴν μετάνοιαν παρὰ Θεῷ ἔφρασα κρίνεσθαι. Ἔστιν ὅταν ἡ ἀνατροφὴ τῶν ἐσχάτων κακῶν αἰτίως τυγχάνει (6)· ἔστιν ὅτε καὶ ἡ συνδιαγωγή· πλὴν πολλάκις καὶ ἡ διεστραμμένη ψυχὴ αὐταρκεῖ ἑαυτῇ πρὸς ἀπώλειαν. Ὁ χωρισθείς, τῶν δύο, καὶ τοῦ τρίτου ἴσως ἀπήλλακται. Ὁ δὲ τὸ τρίτον ἔχων, ἐν παντὶ τόπῳ ἀδόκιμος· οὐδεὶς γὰρ τόπος τοῦ οὐρανοῦ ἀσφαλέστερος. Ἐν τοῖς μὲν κακοθελῶς ἡμῖν μαχομένοις ἀπίστοις, ἢ κακοπίστοις μετὰ πρώτην καὶ δευτέραν νουθεσίαν παυσώμεθα. Ἐν δὲ τοῖς τὴν ἀλήθειαν μαθεῖν βουλομένοις, τὸ καλὸν ποιοῦντες ἕως αἰῶνος μὴ ἐκκακῶμεν. Πλὴν καὶ πρὸς τὸν στηριγμὸν ἡμῶν τῆς καρδίας ἐν ἀμφοτέροις χρησώμεθα. Ἄλογος λίαν ὁ ὑπὲρ φύσιν ἐν τοῖς ἁγίοις ἀκούων ἀρετάς, καὶ ἑαυτοῦ ἀπολεγόμενος. Μᾶλλον δὲ δυοῖν θάτερόν σε ἀρίστως παιδεύουσιν, ἢ πρὸς πολλὴν σεαυτοῦ ἐπίγνωσιν· καὶ τῆς ἐνούσης σοι ἀσθενείας φανέρωσιν ἐπιστρέψουσι διὰ τῆς τρισοσίου ταπεινώσεως. Εἰσὶν ἀκάθαρτοι πονηρῶν πονηρότεροι δαίμονες, οἳ τὴν ἁμαρτίαν ἡμᾶς κατεργάζεσθαι μόνους οὐ συμβουλεύουσιν· ἀλλὰ κοινωνοὺς

[63] I Thess. II, 18. [64] Rom. VIII, 28.

Digitized by Google

ἡμᾶς πρὸς τὸ κακὸν, καὶ ἑτέρους ἔχειν συμβουλεύουσιν, ἵνα χαλεπωτέραν ἡμῖν τὴν κόλασιν ποιήσωσιν. Ἑώρακα συνήθειαν πονηρὰν ἐξ ἑτέρου μεμαθηκότα ἕτερον· καὶ μέντοι ὁ μὲν διδάξας εἰς συναίσθησιν ἐληλυθὼς μετανοεῖν ἤρξατο, καὶ τοῦ κακοῦ ἐπαύσατο· διὰ δὲ τῆς τοῦ μαθητοῦ ἐργασίας ἀνίσχυρος αὐτοῦ ἡ μετάνοια γέγονε. Πολλὴ, ὄντως πολλὴ καὶ δυσκατάληπτος ἡ τῶν πνευμάτων πονηρία, καὶ ὀλίγοις ὁρατή· οἶμαι δὲ οὐδὲ ὀλίγοις πᾶσα. Πῶς δὲ τρυφῶντες καὶ κορεννύμενοι ἀγρυπνοῦμεν νηφόντως. νηστεύοντες δὲ καὶ ταλαιπωροῦντες τῷ ὕπνῳ ἐλεεινῶς καταφερόμεθα, ἢ ἡσυχάζοντες σκληρυνόμεθα, καὶ συνδιάγοντες κατανυσσόμεθα; Λιμώττοντες καθ' ὕπνους πειραζόμεθα, καὶ ἐμφορούμενοι ἀπείραστοι διαμένομεν· ἐν ἐνδείᾳ σκοτεινοί τινες καὶ ἀκατάνυκτοι γιγνόμεθα· ἐν οἰνοποσίᾳ δὲ ἱλαροὶ καὶ εὐκατάνυκτοι (7); πρὸς ταῦτα ὁ δυνάμενος ἐν Κυρίῳ φωτίσει ἀφωτίστους. Ἡμεῖς γὰρ ἀφώτιστοι πρὸς τὰ τοιάδε τυγχάνομεν· πλὴν ἐκεῖνο λέγομεν, ὅτι οὐ πάντοτε ἐκ δαιμόνων ἡ τοιαύτη μεταβολὴ γίνεται. Ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ ἐκ τῆς συγκράσεως τῆς δοθείσης μοι ταύτης, καὶ περιδεθείσης μοι, πῶς οὐκ οἶδα, ῥυπαρᾶς καὶ λιχνώδους παχύτητος. Περὶ τοῦ δυσδιακρίτου τῆς τυχούσης τῶν προειρημένων μεταπτώσεως εἰλικρινῶς καὶ ταπεινῶς τὸν Κύριον δυσωπήσωμεν· κἂν μετὰ τὴν ἱκεσίαν, καὶ τὸν ταύτης χρόνον ὡσαύτως; εὕρωμεν ἐνεργοῦν τὸ γινόμενον, γνωσόμεθα ὡς οὐκ ἐκ δαιμόνων, ἀλλὰ φύσεώς ἐστι τὸ γινόμενον. Πολλάκις δὲ καὶ θεία οἰκονομία διὰ τῶν ἐναντίων εὐεργετεῖν ἡμᾶς βούλεται, διὰ πάντων τὴν οἴησιν ἡμῶν καταστέλλουσα. Χαλεπὸν μὲν τὸν περὶ κριμάτων βυθὸν περιεργάζεσθαι· ἐν πλοίῳ γὰρ οἰήσεως περίεργοι πλέουσιν.

vel ut te per sanctissimam humilitatem ad tui cognitionem, tuæque imbecillitatis agnitionem deducant. Sunt ex impuris dæmonibus alii aliis nequiores, qui impellunt nos ne soli peccemus, sed socios **372** ad improbitatem alios nobis asciscamus, ut gravius inde nobis supplicium concilient. Vidi qui ab altero malam peccandi consuetudinem disceret, illumque qui alterum peccare docuerat, ad sensum rediisse et pœnitentiam agere cœpisse, omninoque a malo desiisse, sed propter illius peccata quem docuerat, etiam ipsius pœnitentiam infructuosam et inanem redditam (*a*). Varia profecto et multa atque captu difficilis est nequitia spirituum improborum, paucisque perspecta, imo nullis, ut opinor, tota. Quomodo delicatius viventes et cibis distenti, tanquam sobrii pervigilamus; jejuni autem et afflicti miserandum in modum somno merginur? aut quomodo in silentio et quiete degentes cordis duritia laboramus, et cum aliis versati compungimur? Fame confecti in somniis vexamur, saginati vero intentati duramus? In rerum penuria et sobrietate confusi et duri sumus; cum vinum potamus, hilares et proni in lacrymas, et compunctionem evadimus? In his qui nos in Domino illustrare potest, illustret et doceat, nos enim in hujuscemodi rebus cæci sumus. Etsi hoc affirmamus, non semper ab malis geniis hujuscemodi vicissitudinum mutationes provenire. Et est cum accidit mihi hoc, nescio quomodo, ob concretionem mihi datam, et circumfusam mihi sordidamque et illecebrosam pinguedinem. Pro hac, dijudicatu difficili, quæ usu venire solet in supra demonstratis, vicissitudine et mutatione pure, sincere et submisse Dominum deprecemur, et si post **373** supplices preces et temporis moram id quod fit nihilominus eodem modo fieri senserimus, tum vere id non dæmonum improbitati, sed naturæ ascribemus. Sæpenumero divina providentia rem ita dispensat, ut per contraria nobis benefacere velit, ut omnibus modis superbum sensum nostrum retundat. Difficile est curiosius de divinorum judiciorum arcanis inquirere, curiosi enim elationis navi vehuntur.

Ἤρετό τίς τινα τῶν βλέπειν δυναμένων, τί δήποτε γινώσκων ὁ Θεὸς τινων τὰ πταίσματα, τούτους χαρίσμασι καὶ τέρασι κατεκόσμησεν. Ὁ δέ φησιν· Ἵνα καὶ λοιποὺς πνευματικοὺς ἀσφαλίσηται· καὶ τὸ αὐτεξούσιον δείξῃ καὶ ἀναπολογήτους ἐν τῇ κρίσει τοὺς πεπτωκότας ποιήσῃ. Ὁ μὲν νόμος ὡς ἀτελὴς (8), *Πρόσεχε σεαυτῷ*. Ὁ δὲ Κύριος ὡς ὑπερτελὴς, καὶ τὴν τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῖν διόρθωσιν προσπεφώνηκεν εἰπών· *Ἐὰν ἁμαρτήσει ὁ ἀδελφός σου*, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἰ μὲν καθαρός σου ὁ ἔλεγχος καὶ ταπεινὸς, μᾶλλον δὲ ὑπόμνησις, τὸ τοῦ Κυρίου ποιεῖν μὴ παραιτήσῃ, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς δεχομένοις· εἰ δὲ οὕπω πέφθακας, κἂν τὴν νομικὴν ἄσκει λατρείαν. Μὴ θαμβοῦ καὶ τοὺς σοὺς προσφιλεῖς ἐχθραίνοντάς σοι θεώμενος (9)· δαιμόνων γὰρ ἐργαλεῖα οἱ κουφότεροι, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν. Θαυμάζειν μοι ἐφ' ἑνὶ τῶν ἐν ἡμῖν λίαν ὑπέρχεται· πῶς τε

Fuit ex providentioribus quidam qui quemdam rogavit quamobrem Deus, cum quorumdam lapsus provideat et sciat, illos ipsos tamen et gratiis cœlestibus et miraculorum quoque signis illustrarit? Ut, inquit, reliquos viros religiosos cautiores redderet, simulque voluntatis nostræ libertatem ostenderet, utque illos qui ceciderunt, in judicio inexcusabiles faceret. Lex ut imperfecta dicit: *Attende tibi ipsi* [65]. Dominus autem longe perfectissimus curam nobis et emendationem fratris commendavit: *Si*, inquit, *peccaverit frater tuus* [66], et quæ sequuntur. Si tua reprehensio sincera et modesta, et potius admonitio familiaris, quam reprehensio fuerit, officium facere pro Domini voluntate, non recusabis, præsertim apud eos qui facile admonitionem recipiunt. Si autem ad eam perfectionem nondum aspirasti, saltem quod

[65] Eccli. xxix, 27; I Tim. iv, 16. [66] Matth. xviii, 15.

(*a*) Sed qui secutus est peccantem, quare non secutus est pœnitentem? An peccantem vidit, pœnitentem non vidit?

Digitized by Google

lex imperat, facito. Ne mireris cum videris etiam familiares tuos amantissimos tibi inimicos redditos, sunt enim hi leviores instrumenta dæmonum, præsertim adversus eos quos oderunt. Mirari et valde quidem mirari habeo super una re quæ fit in nobis. Quomodo cum in virtutibus exercendis adjutores habeamus et ipsum qui omnia potest, Deum, et angelos et sanctos, **374** in contrariis autem solum et improbum dæmonem, facilius tamen et celerius ad malum et vitia inclinemur? De quo ego accuratius disputare non possum, neque volo. Si omnia Dei opera naturæ suæ convenienter affecta sunt, quomodo ego imago Dei sum, et cum luto commisceor et fermentor? quemadmodum Gregorius ille magnus dicit. Si autem quædam ex creatis rebus aliter quam natura ipsarum fert, affectæ sunt, omnibus modis ad cognatæ suæ naturæ statum redire contendunt? Omni ergo arte et vi utatur, ut ita loquar, quo lutum hoc elatum in Dei throno collocet.

A ἐπὶ ταῖς ἀρεταῖς Θεὸν τὸν παντοδύναμον, καὶ ἀγγέλους, καὶ ἁγίους εἰς συνεργίαν ἔχοντες, ἐπὶ δὲ τοῖς ἐναντίοις τὸν πονηρὸν, καὶ μόνον δαίμονα, εὐπρεπεστέρως καὶ ὀξυτέρως πρὸς τὰ πάθη καμπτόμεθα. Περὶ μὲν τούτου ἐγὼ εἰς ἀκρίβειαν λέγειν οὐ δύναμαι, οὐδὲ βούλομαι. Τὰ μὲν γεγονότα πάντα, εἰ οὕτω καθ' ὃ γεγόνασι φύσεως ἔχουσι, πῶς τε εἰκών εἰμι τοῦ Θεοῦ, καὶ τῇ πηλῷ συμφύρομαι; ὡς φησιν ὁ μέγας Γρηγόριος. Εἰ δὲ ἑτέρως πώς τινα τῶν κτισθέντων παρ' ὃ γέγονε καθέστηκε, πάντως τῆς ἑαυτοῦ συγγενείας ἁπλήστως ὀρέγεται; Ἐν πάσῃ τις μηχανῇ χρησάτω, ἵν' οὕτως εἴπω, ὅπως ἐν τῷ θρόνῳ τοῦ Θεοῦ τὴν πηλὸν ἀνενέγκας ἐνθρονιάσῃ.

Σχόλιον κθ'.

Ὁ πιστεύων περὶ τῶν μελλόντων, τῶν ὧδε ἡδέων ἀδογματίστως ἀπέχεται· ὁ δὲ ἀπιστῶν ἡδὺς καὶ ἀνάλγητος γίνεται.

Σχόλιον Ἰσαὰκ λ'.

Ἄνθρωπος πεποιθὼς μετά τινος μὴ ὄντος τοῦ

Digitized by Google

Θεοῦ, οὗτος οὐκ ἔχει ἐν ἑαυτῷ φόβον Θεοῦ· καὶ ἐν ὅτῳ τις δουλεύει τοῖς πάθεσιν, οὔπω ἐλογίσθη εἰς δοῦλον τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐκείνου δοῦλός ἐστιν, ἐν ᾧ κατακυριεύεται.

A conjunctus, hic non habet timorem Dei. Et in quocunque quis suis malis affectibus indulget, **427** nondum est relatus in censum servorum Dei, sed servus illius est, qui imperium in illum exercet.

Ἄλλο Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ.

Διαιρεῖται ὁ φόβος εἰς ἕξ· εἰς ὄκνον, εἰς αἰδῶ, εἰς αἰσχύνην, εἰς κατάπληξιν, εἰς ἀγωνίαν, εἰς ἔκπληξιν. Ὄκνος μὲν οὖν ἐστι φόβος μελλούσης ἐνεργείας· αἰδὼς δὲ φόβος ἐπὶ προσδοκίᾳ ψόγου· κάλλιστον δὲ τοῦτο τὸ πάθος· αἰσχύνη δὲ φόβος ἐπ' αἰσχρῷ πεπραγμένῳ· οὐδὲ τοῦτο ἀνέλπιστον εἰς σωτηρίαν· κατάπληξις δὲ φόβος ἐκ μεγάλης φαντασίας· ἔκπληξις δὲ φόβος ἐξ ἀσυνήθους φαντασίας· ἀγωνία δὲ φόβος δι' ἀπτώσεως ἤγουν ἀποτυχίας· φοβούμενοι γὰρ ἀποτυχεῖν τῆς πράξεως ἀγωνιῶμεν.

Aliud Joannis Damasceni

Sex genera sunt metus : segnities, pudor, verecundia, stupor, angor et terror. Segnities est metus impendentis actionis. Pudor metus ex vituperationis exspectatione susceptus, optimusque est hic affectus. Verecundia metus ob admissam rem obscenam, et ne hic quidem affectus est extra spem salutis. Stupor metus ex ingenti aliqua rei specie animo oblata. Terror metus ex nova aliqua seu inusitata rei specie contractus. Angor demum metus ne vota nostra nobis non succedant, aut infeliciter excidant, B cum timemus, ne quod aggressi sumus, ex sententia non cadat.

Σχόλιον Ἰσαὰκ λα'.

Πρὸς τὸ μέτρον τῆς ταπεινοφροσύνης δίδοταί σοι καὶ ὑπομονὴ ἐν ταῖς συμφοραῖς σου. Καὶ κατὰ τὴν ὑπομονήν σου ἐλαφρύνεται (*a*) τὸ βάρος τῆς θλίψεώς σου, καὶ παραμυθίαν κτήσῃ.

Scholion Isaaci 31.

Pro modo humilitatis tuæ datur tibi et patientia in rebus adversis tuis. Et pro ratione patientiæ tuæ sublevabitur onus afflictionis tuæ, et consolationem obtinebis.

Σχόλιον λβ'.

Δευτέραν, τὴν ὑπομονὴν λέγει. Διὰ μὲν τῆς ὑπομονῆς, φησί, στεφανωθήσεται· διὰ δὲ τῆς τροφῆς, εἰ ἀμέτρως αὐτῇ χρήσεται, θανατωθήσεται· ἐκ τῶν ἑπτὰ ὁ λαμβάνων τὸ βραβεῖον ἀκόπως ὁ εἰπών, *ἐταπεινώθην*, ἢ καὶ ὁ πρῶτος ὁ *προορώμενος τὸν Κύριον*[10] ἢ πάλιν εἷς, ὁ τελειῶν τὸν σκοπὸν κἂν ὁποιοσοῦν ἐκ τούτων ᾖ.

Scholion 32.

Per vocem (alteram) patientiam intelligit. Per patientiam, inquit, coronabitur, per cibum (immodice nempe sumptum) morte multabitur. E septem (quos enumeravit) præmium accipit sine fatigatione is qui dixit : Ego *humiliatus* sum : aut primus etiam, qui *providebat Dominum* (*in conspectu suo semper* [10]) : item unus aliquis qui perfecit quod C destinarat quodcunque fuerit ex his.

Σχόλιον λγ'.

Ἰστέον ὅτι ἔργῳ χρὴ πειράσαι τὸν βουλόμενον (παιδεύεσθαι)· οὐ γὰρ δυνατὸν τοῦτο καταλαβεῖν λόγῳ.

Scholion 33.

Sciendum, facto opus esse ei qui velit institui ; hoc enim verbo non assequetur.

Σχόλιον λδ'.

Ἓν τῶν πνευμάτων τὸν τῆς πορνείας λέγει· ἄλλοι δέ φασι τὸν τῆς κενοδοξίας· ἕτεροι δὲ τὸν τῆς ἀκηδίας δαίμονα.

Scholion 34.

Unum e malis geniis intelligit, spiritum nempe luxuriæ; alii inanis laudis; alii pigritiæ præsidem dæmonem interpretantur.

Σχόλιον λε'.

Ὁ πρῶτος, ἤγουν ὁ προορώμενος· ἢ πάλιν εἷς ὁ προορῶν τὸν σκοπὸν, κἂν ὁποιοσοῦν ἐκ τούτων ἦν.

Scholion 35.

Primus qui providebat Dominum : aut item unus qui finem spectabat, quicunque ex his fuerit.

Σχόλιον λς'.

Ὅτι ἁπλῶς διὰ ταῦτα πάντα, καὶ οὐ δι' ἕν ἡτοίμασται τὸ βραβεῖον τοῖς προτρεχομένοις. D

Scholion 36.

Quod absolute propter hæc omnia et non propter unum, præmium sit destinatum præcurrentibus seu cursu vincentibus.

Σχόλιον λζ'.

Φέρων λογιστὴς δεικνύει τίς λαμβάνει, ἢ δημοσίων συλλογεὺς τελεσμάτων τὴν ὑψοποιὸν ἀσπασάμενος κλίσιν.

428 *Scholion* 37.

Tributorum curator ostendit quis accipiat, aut publicorum vectigalium exactor, qui humilem amat inclinationem quæ sublimem facit (inclinatum).

Σχόλιον λη'.

Τὸ ἱλαρὸν καὶ ἄλυπον ὑπὸ τῆς ψυχῆς κατάστημα, αἱ τῶν ὕμνων παρηγορίαι χαρίζονται.

Scholion 38.

Hilarem et lætum animæ statum et habitum hymnorum consolationes præstant.

[10] Psal. xv, 8, 10.

(*a*) Ultima verba octo abrasa fuerant, quæ ex conjectura Latinæ Isaaci translationis adjecimus.

Digitized by Google

Scholion 39.

Quemadmodum qui luce hac carent, non possunt recta incedere : ita qui sacrarum Litterarum lumine sunt destituti, cum ad harum splendorem non respiciunt, frequenter offendunt, et sæpe errare coguntur, ut qui in altis tenebris incedunt.

Scholion 40.

Improborum nempe et impostorum, quales sunt hæreticorum sermones.

Aliud.

Sive illos intelligit qui aliud verbis præ se ferunt, aliud intelligendum relinquunt, quales sunt anagogici sensus et sublimes. Verba enim obscura sive tenebris ænigmatum involuta et recondita (juxta illud : *Posuit tenebras latibulum suum* [11]) iis qui ultra litterarum sensum non possunt ascendere, nec quod intus latet animo capere aut penetrare intellectum rei, nocent, cum ut jacent verba accipiuntur, quemadmodum Cantica canticorum, et hoc genus alia.

Scholion Theodoreti 41

Ventus levissima corpuscula in aerem tollere solet : et homines vanos tumor animi, seu sui existimatio.

Aliud Theol. Nazianz

Utres vacuos ventus distendit, fatuos sui existimatio.

Aliud.

(Hujus) existimationis sui et vana jactatio.

Aliud.

Dissipat per ostentationem et jactantiam.

Aliud.

Ne tibi subrepat rem ita esse, quemadmodum tibi videtur.

Aliud.

Aristoteles cum videret adolescentem elato et superbo supercilio incedentem, sed rudem et imperitum : Adolescens, qualis, inquit, tibi videris, esse sane cupiam ; qualis autem revera es, hostes meus esse velim.

429 *Scholion* 42.

Hospites [peregrini] adventantes neque varietate ciborum, neque magno verborum apparatu excipiendi sunt, quocunque habitu sint aut moribus, sed tenui simplicique modo tractandi.

Aliud Josephi abbatis.

Quando volueris aliquem ad bonum adhortari, primum exhibe illi officia corporis ut conquiescat ; deinde verbis charitate plenis illum cole et honora. Nihil enim ita hominem ad reverentiam et verecundiam morum inducit, ut officia charitatis externa corporis, et honor quem abs te proficisci videat.

Scholion 43.

In sancta Trinitate tres hypostases sive subsistentias, et tres personas profitemur, naturam au-

[11] Psal. xvii, 12.

A

Σχόλιον λθ'.

Ὥσπερ οἱ τοῦ φωτὸς τούτου ἐστερημένοι οὐκ ἂν ὀρθὰ βαδίσαιεν· οὕτως οἱ τῶν θείων Γραφῶν ἐστερημένοι, καὶ πρὸς τὴν ἀκτῖνα τούτων μὴ βλέποντες, πολλὰ προσκόπτουσι, καὶ ἀναγκάζονται συνεχῶς ἁμαρτάνειν, ἅτε δὴ ἐν σκότει χαλεπῷ βαδίζοντες.

Σχόλιον μ'.

Ἀλιτηριονοοὺς, ἢ πλανολόγους· οἷοί εἰσι τῶν αἱρεσιωτῶν.

Ἄλλο.

Ἤτοι ἀναγωγικοὺς τοὺς ἄλλο μὲν ἔχοντας τὸ φαινόμενον, ἄλλο δὲ τὸ νοούμενον· σκότους γὰρ ὄντα ῥήματα· ἤγουν αἰνιγματώδη καὶ ἀσαφῆ (κατὰ τό· Ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ) τοὺς μὴ δυναμένους ὑπερβῆναι τὸ γράμμα, καὶ ἔνδον χωρῆσαι τοῦ πνεύματος, βλάπτουσι κατὰ τὸ πρόχειρον λαμβανόμενα· ὡς τὸ Ἄσμα τῶν ἀσμάτων, καὶ τὰ τοιαῦτα.

B

Ἄλλο Θεοδωρήτου μα'.

Ὁ μὲν ἄνεμος τὰ ἐλαφρότατα τῆς ὕλης εἰς ἄρα κουφίζειν εἴωθεν· τοὺς δὲ κενοὺς τῶν ἀνθρώπων ἡ οἴησις.

Ἄλλο τοῦ Θεολόγου.

Τοὺς μὲν κενοὺς ἀσκοὺς τὸ πνεῦμα διίστησι· τοὺς δὲ ἀνοήτους ἡ οἴησις.

Ἄλλο.

Τῆς οἰήσεως καὶ καυχήσεως.

C

Ἄλλο.

Σκορπίζει γὰρ διὰ φαντασμοῦ καὶ καυχήσεως.

Ἄλλο.

Μή σοι τὸ εἶναι τὸ δοκεῖν ὑποῤῥέοι.

Ἄλλο.

Ἀριστοτέλης θεασάμενος νεανίσκον κατωφρυώμενον, μηδὲν δὲ ἐπιστάμενον· Νεανίσκε, φησὶ, οἷος μὲν δοκεῖς σεαυτὸν εἶναι, ἐγὼ γενοίμην· οἷος δὲ ἀληθείᾳ ὑπάρχεις, τοιοῦτοί μοι οἱ ἐχθροὶ γένοιντο.

D

Σχόλιον μβ'.

Οὐ χρὴ τοῖς παραβάλλουσι, οὔτε ποικιλίας βρωμάτων, οὔτε κομψείας ῥημάτων παρατιθέναι, ὁποῖος ἂν σχῆμα, ἢ τὸν τρόπον τυγχάνουσι· λιτότητι δὲ πάντας ἐκδέχεσθαι.

Ἄλλο Ἰωσήφ ἀββᾶ.

Ὅταν θελήσεις νουθετῆσαί τινα εἰς τὸ ἀγαθὸν, πρῶτον ἀνάπαυσον αὐτὸν σωματικῶς· καὶ τίμησον αὐτὸν ἐν λόγῳ ἀγάπης· οὐδὲν γὰρ οὕτως πείθει τὸν ἄνθρωπον αἰδεῖσθαι καὶ μεταλλαγῆναι ποτὲ ἀπὸ τῆς κακίας αὐτοῦ ἐπὶ τὰ βελτίονα, ὡς τὰ σωματικὰ ἀγαθὰ, καὶ ἡ τιμὴ ἥπερ θεωρεῖ ἀπὸ σοῦ.

Σχόλιον μγ'.

Ἐπὶ μὲν τῆς ἁγίας Τριάδος τρεῖς ὑποστάσεις λέγομεν, καὶ τρία πρόσωπα, φύσιν δὲ μίαν καὶ

Digitized by Google

θέλημα· ἐπὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ, μίαν μὲν ὑπόστασιν, καὶ ἓν πρόσωπον, δύο δὲ φύσεις, θελήματα, κἂν οὐχ οὕτω δοκῇ τοῖς αἱρετικοῖς καὶ βλασφήμοις.

tem et voluntatem unam. In Christo vero unam hypostasin sive subsistentiam et unam personam, duas vero naturas et duas voluntates, quamvis hæretici et blasphemi aliter sentiant.

ΛΟΓΟΣ ΚΗ'.

Περὶ τῆς ἱερᾶς καὶ μητρὸς τῶν ἀρετῶν τῆς μακαρίας προσευχῆς· καὶ περὶ τῆς ἐν αὐτῇ νοερᾶς, καὶ αἰσθητῆς παραστάσεως.

Προσευχή ἐστι κατὰ μὲν τὴν αὐτῆς ποιότητα συνουσία καὶ ἕνωσις ἀνθρώπου καὶ Θεοῦ· κατὰ δὲ τὴν ἐνέργειαν, κόσμου σύστασις· Θεοῦ καταλλαγή, δακρύων μήτηρ καὶ πάλιν θυγάτηρ, ἁμαρτημάτων ἱλασμός, πειρασμῶν γέφυρα, θλίψεων μεσότοιχον, πολέμων θραῦσις, ἀγγέλων ἔργον, ἀσωμάτων πάντων τροφή· ἡ μέλλουσα εὐφροσύνη, ἀπέραντος ἐργασία, ἀρετῶν πηγή, χαρισμάτων πρόξενος, προκοπὴ ἀόρατος, τροφὴ ψυχῆς, νοῦ φωτισμός, ἀπογνώσεως πέλυξ, ἐλπίδος ἀπόδειξις, λύπης λύσις, πλοῦτος μοναχῶν, ἡσυχαστῶν θησαυρός, θυμοῦ μείωσις, ἔσοπτρον προκοπῆς, μέτρων (a) ἐμφάνεια, κατασταλτικὴ δήλωσις, τῶν μελλόντων μηνυτής, κλέους σημασία. Προσευχή ἐστι τῷ ὄντως εὐχομένῳ δικαστήριον καὶ κριτήριον, καὶ βῆμα Κυρίου, πρὸ τοῦ βήματος μέλλοντος· ἀναστάντες ἀκούσωμεν, τῆς ἱερᾶς ταύτης βασιλίσσης τῶν ἀρετῶν πρὸς ἡμᾶς ὑψηλῇ τῇ φωνῇ βοώσης καὶ λεγούσης· *Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν*, καὶ ἴασιν ταῖς πληγαῖς ὑμῶν. Ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστός, καὶ πταισμάτων μεγάλων ἰαματικὸς ὑπάρχει. Ὅσοι βασιλεῖ, καὶ Θεῷ παραστῆναι, καὶ συλλαλῆσαι πορευόμεθα, μὴ ἀπαρασκεύαστοι τὸν δρόμον ποιησώμεθα, μήπως θεασάμενος ἡμᾶς μακρόθεν μὴ ἔχοντας ὅπλα καὶ στολὴν βασιλικῆς παραστάσεως, τοῖς ὑπηρέταις καὶ λειτουργοῖς ἐπιτρέψῃ πόρρω που τοῦ αὐτοῦ προσώπου δεθέντας ἐξορίζεσθαι, καὶ τὰς ἡμῶν δεήσεις εἰς πρόσωπον ἡμῶν διαρρησσομένας [*al.* διαρησσομένας] ἀντιπέμπεσθαι. Ἔστω ὁ σὸς χιτὼν τῆς ψυχῆς ἐνώπιον Κυρίου παρασταθῆναι [*al.* παραστῆναι] πορευομένῳ ὅλος νήματι, μᾶλλον δὲ λύματι ἀμνησικακίας ἐξυφασμένος. Εἰ δὲ μή, οὐδὲν τῆς προσευχῆς ὠφεληθήσῃ. Ἔστω σοι ὅλον τὸ τῆς δεήσεως ἀποίκιλον· ἑνὶ γὰρ λόγῳ τελώνης, καὶ ἄσωτος τὸν Θεὸν διήλλαξαν· μία μὲν ἡ τῶν παρισταμένων παράστασις· πολὺ δὲ ἐν αὐτῇ τὸ ποικίλον, καὶ τὸ διάφορον κέκτηται· οἱ μὲν ὡς φίλῳ καὶ Δεσπότῃ ἐντυγχάνουσι, τῆς ἑτέρων λοιπόν, καὶ οὐ τῆς αὐτῶν ἀντιλήψεως ἕνεκα, τὸν ὕμνον, καὶ τὴν ἱκεσίαν προσάγοντες· ἄλλοι πλοῦτον καὶ δόξαν, καὶ παῤῥησίαν πλείονα ἐπιζητοῦντες· ἕτεροι τοῦ ἀντιδίκου τοῦ ἑαυτῶν εἰς τέλειον ἀπαλλαγῆναι αἰτοῦντες· τινὲς μὲν ἀξίαν τινὰ λήψεσθαι δυσωποῦντες· ἄλλοι τελείαν τὴν τοῦ χρέους ἀμεριμνίαν· τινὲς μὲν φυλακῆς ἐλευθερίαν· ἄλλοι δὲ ἐγκλημάτων

GRADUS XXVIII.

De sacra et virtutum procreatrice beata oratione : et de mentis et corporis in illa præsentia.

Oratio, si ipsius naturam seu qualitatem spectes, est familiaris conversatio et conjunctio hominis cum Deo ; si autem vim seu efficaciam, mundi conservatio, Dei reconciliatio, mater lacrymarum et iterum filia, propitiatio peccatorum, pons tentationum, propugnaculum adversus impetum afflictionum, bellorum oppressio et exstinctio, officium angelorum, omnium spirituum alimentum, futura lætitia, actio sempiterna, virtutum scaturigo, gratiarum divinarum conciliatrix, **430** profectus spiritualis, nutrimentum animæ, mentis illustratio, securis desperationis, spei demonstratio, tristitiæ solutio, divitiæ monachorum, thesaurus solitariorum, iræ diminutio, speculum religiosi profectus, dimensionum index, status declaratio, futurorum significatio, gloriæ futuræ indicium. Oratio est vere precantis curia, locus judicii et Domini ante generale judicium tribunal. Exsurgentes audiamus sacram hanc virtutum reginam ad nos excelsa voce clamitantem : *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos : tollite jugum meum super vos, et invenietis requiem animabus vestris* [15], et medicinam plagis vestris. *Jugum enim meum suave est* [16], et magna peccata sanat. Quicunque imperatori et Deo assistere, et cum illo colloqui properamus, ne imparati curriculum hoc ingrediamur, ne nos eminus sine armis, et regiis insignibus astare prospiciens, ministris imperet, ut nos procul a facie sua rejectos, et vinctos in exsilium amandet, et preces nostras laceratas et damnatas nobis in faciem rejiciant. Quando precatum abis, sit vestis et tunica tua tota, in Domini conspectu, ex filo vel potius hilo oblivionis omnium injuriarum contexta. Quod nisi fiat nullum operæ pretium ex oratione tua referes. Sit tota oratio tua sincera et sine fuco. **431** Unico enim verbo et publicanus et prodigus Deum sibi reconciliarunt. Unus quidem est precantium status, sed in illo mille formæ et varietates continentur. Alii quippe colloquuntur et agunt cum Deo velut amico et Domino, non suam jam amplius, sed aliorum causam actitantes, laudes Deo canunt et supplicant : alii divitias cœlestes et gloriam et fiduciam majorem petunt : alii rogant ut ab hoste suo penitus liberentur ; alii dignitatem aliquam desiderant ac petunt ; alii, ut ab omni debitorum cura eximantur ; alii, ut ab carcere expediantur ; alii criminum solutionem quærunt. Ante

[15] Matth. xi, 28, 29. [16] ibid. 30.

(a) Modorum seu mediorum.

Digitized by Google

omnia in exordio chirographi petitionis nostræ sinceram gratiarum actionem collocemus. In altero dein versu confessionem, et contritionem ex vero animæ sensu proficiscentem ponamus, atque ita deinceps preces nostras omnium regi aperiamus. Optimus enim precandi modus est quem dixi, quemadmodum ab angelo cuidam e fratribus est significatum. Quod si olim reus tuam causam apud judicem mortalem egisti, non indigebis alia forma in precibus tuis coram Deo. Si vero nunquam ad tribunal ullius judicis astitisti, neque alios examinari vidisti, saltem hoc ab ægris disce, quando medicum rogant, mox vel secandi, vel urendi. Nihil est quod in precibus exquisita excogites verba : sæpius enim infantium [puerorum *seu* parvulorum] simplicia et tertiata verba Patrem illorum qui in cœlis est propitiarunt. **432** Neque multa verba facias, ne, dum quæris quod dicas, mens ipsa distrahatur. Unicum publicani verbum Deum placavit. Et una vox fidelis latronem in cruce salvum fecit. Verbositas enim inter preces sæpe mentem phantasmatibus involvit et dissipat. Pauca verba mentem distractam sæpius colligere solent. Ubi inter preces verbo aliquo delectatus fueris, aut compunctus etiam mane in eo verbo : custos enim noster angelus tunc nobiscum precatur. Ne confidentius aut licentius agas cum Deo, etiamsi purus fueris : sed accede cum multa potius humilitate, et majorem experieris fiduciam. Quamvis jam omnes virtutum gradus enixus per scalam superaveris, pete tamen veniam peccatorum, audiasque Paulum de peccatoribus clamantem : *Quorum primus ego sum* [14]. Cibos oleum et sal condire solent : orationem elevare temperantia et lacrymæ. Ubi plenam animi mansuetudinem indueris et omnem iram exueris, non multum laborabis, ut mentem e servitute liberes. Quandiu non expeditam et certam precandi rationem acquisiverimus, similes sumus iis qui infantes primum ad incessum exercent. Labora ut mentem eleves, imo vero ut cogitationes in certa verborum septa oratione concludas, et quamvis per imbecillitatem propter infantiam cecideris, erige tamen illam rursus et reducito in viam : propria enim est mentis inconstantia. Sed qui omnia potest, potest et hanc stabilire et firmare. Profecto si constanter et absque cessatione decertaveris, veniet ad te qui mari mentis tuæ terminos posuit, **433** et dicet illi in oratione tua : *Huc usque venies* [15], et non transibis ulterius. Spiritus nullis vinculis coerceri potest. Ubi autem est conditor spiritus, tunc omnia illi subjiciuntur. Si unquam solem inspexisti, tunc cum illo poteris uti decet colloqui. Quod enim non vidisti, quomodo poteris vere cum illo agere ?

Principium orationis est obstrepentes [objectas] menti distractiones, statim ab initio, solo mentis nutu repellere. Medium vero cum mens in iis tantum hæret quæ meditanda et tractanda proposuit. Finis est raptus in Deum. Alia est lætitia [jubilum, exsultatio] orationis eorum qui simul in plurium

A λύσιν. Πρὸ πάντων ἐν τῷ τῆς ἡμετέρας δεήσεως χάρτῃ εὐχαριστίαν εἰλικρινῆ κατατάξωμεν. Δεύτερον δὲ στίχον, ἐξομολόγησιν, καὶ συντριμμὸν ψυχῆς ἐν ἀναισθήσει· εἶθ' οὕτως τὴν αἴτησιν ἡμῶν τῷ Παμβασιλεῖ γνωρίσωμεν. Ἄριστος γὰρ ὁ εἰρημένος προσευχῆς τρόπος, ὡς τινι τῶν ἀδελφῶν ὑπὸ ἀγγέλου Κυρίου δεδήλωται. Εἰ μὲν ὑπεύθυνος γέγονάς ποτε ὁρατῷ δικαστῇ, οὐ δεηθήσῃ ἑτέρου τύπου ἐν τῇ παραστάσει τῆς προσευχῆς σου. Εἰ δὲ οὐδέπω, οὐδὲ παρέστηκας, οὐδὲ ἐξεταζομένους ἐθεάσω, κἂν ἐκ τῆς πρὸς ἰατροὺς τῶν νοσούντων ἱκεσίας, τὸ τοιοῦτον παιδεύθητι, ἡνίκα ὑπ' αὐτῶν μέλλουσι τέμνεσθαι, ἢ καίεσθαι. Μὴ σοφίζου ἐν εὐχῇς σου ῥήμασι (1)· παίδων γὰρ πολλάκις ἁπλᾶ ψελλίσματα καὶ ἀποίκιλα τὸν Πατέρα αὐτῶν, τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐθεράπευσαν. Μὴ πολυλογεῖν ἐπιχείρει (2), ἵνα μὴ πρὸς ζήτησιν λόγων διασκεδασθῇ ὁ νοῦς. Εἷς λόγος τελωνικὸς τὸν Θεὸν ἐξιλεώσατο· καὶ ἓν ῥῆμα πιστὸν τὸν λῃστὴν διέσωσε. Πολυλογία μὲν πολλάκις ἐν προσευχῇ τὸν νοῦν, καὶ ἐφάνταση καὶ διέχυσε. Μονολογία δὲ πολλάκις τὸν νοῦν συνάγειν πέφυκε· καθηδυνόμενος, ἢ κατανυσσόμενος ἐν λόγῳ προσευχῆς, μένε ἐν αὐτῷ· ὁ γὰρ φύλαξ ἡμῶν τό τε ὑπάρχει ὁ συμπροσευχόμενος ἡμῖν· μὴ παῤῥησιάζου, κἂν καθαρότητα κέκτησαι· ταπεινοφροσύνῃ δὲ μᾶλλον πολλῇ πρόσελθε, καὶ πλεῖον παῤῥησιασθήσῃ· κἂν πᾶσαν τὴν κλίμακα τῶν ἀρετῶν ἀναβέβηκας, ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν προσεύχου· ἀκούων Παύλου περὶ ἁμαρτωλῶν βοῶντος· *Ὧν πρῶτος εἰμὶ ἐγώ.* Ἐξαρτύειν ὄψα ἔλαιον καὶ ἅλες πεφύκασι· πτεροῦν δὲ προσευχὴν σωφροσύνη καὶ δάκρυα. Ἐὰν πᾶσαν πραΰτητα καὶ ἀοργησίαν ἀμφιάσῃ· οὐ πολλὰ κοπωθήσῃ ἐλευθεροῦν αἰχμαλωσίας τὸν νοῦν σου. Ἕως οὗ προσευχὴν ἐναργῆ οὐ κεκτήμεθα τοῖς γυμνάζουσι τὰ νήπια βαδίζειν ἐν προοιμίοις ἐοίκαμεν (3). Πύκτευε ἀναφέρειν, μᾶλλον δὲ ἀποκλείειν τὴν ἔννοιαν ἐν τοῖς τῆς προσευχῆς ῥήμασι, κἂν ἐξατονήσασα διὰ τὸ νηπιῶδες πέσῃ, πάλιν αὐτὴν εἰσάγαγε· ἴδιον γὰρ τοῦ νοὸς τὸ ἄστατον. Δυνατὸν δὲ τοῦτον στῆσαι τῷ πάντα δυναμένῳ ἱστᾷν. [Ναὶ μὴν] ἐὰν ἀνελλιπῶς τὸν ἀγῶνα κέκτησαι, ἐπιδημήσῃ [ἐπιδημήσει] καὶ ἐν σοὶ ὁ τὴν θάλατταν τοῦ νοὸς περιορίζων· καὶ ἐρεῖ πρὸς αὐτὴν ἐν τῇ προσευχῇ σου· *Μέχρι τούτου ἐλεύσῃ, καὶ οὐχ ὑπερβήσῃ.* Ἀδύνατον πνεῦμα δεσμεῖν· ὅπου δὲ ὁ τοῦ πνεύματος κτίστης, πάντα ὑποτέτακται. Εἰ μὲν ἥλιόν ποτε τεθέασαι (4), δυνήσῃ αὐτῷ καὶ συλλαλῆσαι πρεπόντως· ὁ γὰρ οὐχ ἑώρακας, πῶς ἐντυγχάνειν ἀψευδῶς δύνασαι ;

Ἀρχὴ μὲν προσευχῆς προσβολαὶ μονολογίστως διωκόμεναι ἐκ προοιμίων αὐτῶν (5). Μεσότης τὸ ἐν τοῖς λεγομένοις ἢ νοουμένοις μόνοις εἶναι τὴν διάνοιαν. Τὸ δὲ ταύτης τέλειον ἁρπαγὴ πρὸς Κύριον. Ἄλλη ἡ ἀγαλλίασις ἡ ἐν προσευχῇ τοῖς ἐν συνοδίᾳ διάγουσιν ἐπισυμβαίνουσα, καὶ ἑτέρα ἡ τοῖς καθ' ἡσυ-

[14] 1 Tim. i, 15.

Digitized by Google

χίαν προσευχομένοις προσγινομένη. Ἡ μὲν γὰρ ἴσως πεφάνταται μικρόν· ἡ δὲ ὅλη ταπεινοφροσύνης πεπλήρωται. Ἐὰν ἀεὶ γυμνάζῃς τὸν νοῦν μὴ μακρύνειν, καὶ ἐν τῇ τῆς τραπέζης παραθήκῃ πλησίον σου γενήσεται· εἰ δὲ ἀκωλύτως πλάζεται, οὐδέποτέ σοι παραμένειν πέφυκεν· ὁ μὲν μέγας τῆς μεγάλης καὶ τελείας προσευχῆς ἐργάτης φησί (6) · *Θέλω εἰπεῖν πέντε λόγους τῷ νοΐ μου*, καὶ τὰ ἑξῆς. Νηπιωδεστέρων δὲ τὸ τοιοῦτον ἀλλότριον· διόπερ ἡμεῖς μετὰ τῆς ποιότητος, καὶ τοῦ πλήθους τῆς ποσότητος ὡς ἀτελεῖς δεόμεθα· τὸ γὰρ δεύτερον τοῦ προτέρου πρόξενον· δίδους γάρ, φησὶν, εὐχὴν καθαρὰν τῷ ἀόκνως εὐχομένῳ ῥυπαρῶς (*a*) καὶ πεπονημένως· ἄλλο ῥύπος προσευχῆς, καὶ ἄλλο ἀφανισμὸς (*b*), καὶ ἄλλο κλοπή, καὶ ἕτερον μῶμος. Ῥύπος ἐστὶ Θεῷ παρίστασθαι, καὶ ἀτόπους ἐννοίας φαντάζεσθαι· ἀφανισμός ἐστι, τὸ εἰς φροντίδας ἀνωφελεῖς αἰχμαλωτίζεσθαι· κλοπή ἐστι τὸ ἀνεπαισθήτως τὴν ἔννοιαν ῥέμβεσθαι· μῶμός ἐστι προσβολὴ ἡ οἱαοῦν τότε πρὸς ἡμᾶς ἐγγίζουσα. Εἰ μὲν οὐ κατὰ μόνας [*al.* καταμόνας] τυγχάνωμεν τῷ καιρῷ τῆς παραστάσεως, ἔνδοθεν τὸ σχῆμα τῆς ἱκεσίας ἀνατυπώσωμεν. Εἰ δὲ οὐ πάρεισι τῶν ἐπαίνων οἱ ὑπηρέται, καὶ τὸ ἔξωθεν εἶδος εἰς πρεσβείαν τυπώσωμεν. Ἐν τοῖς γὰρ ἀτελέσι πολλάκις ὁ νοῦς τῷ σώματι συσχηματίζεται· πάντες μὲν, ἐπὶ πλείω δὲ οἱ τὴν ἄφεσιν τοῦ χρέους λαβεῖν πρὸς βασιλέα πορευόμενοι, ἀμυθήτου συντριμμοῦ δέονται. Ἐὰν ἐν εἱρκτῇ ἔτι τυγχάνωμεν, ἀκούσωμεν τοῦ λέγοντος Πέτρῳ· Ζῶσαι λέντιον ὑπακοῆς, καὶ ἀπόδυσαι τὰ θελήματά σου, καὶ γυμνὸς τούτων πρόσελθε Κυρίῳ ἐν προσευχῇ σου· τὸ αὐτοῦ μόνου ἐπικαλούμενος θέλημα, καὶ τότε λήψῃ Θεὸν τὸν τῆς σῆς ψυχῆς κατέχοντα οἴακα, καὶ ἀκινδύνως κυβερνῶντά σε· ἀναστὰς ἐκ φιλοκοσμίας καὶ φιληδονίας, ἀπόῤῥιψε φροντίδας· ἀπόδυσαι ἐννοίας· ἀπάρνησαι σῶμα· οὐδὲν γὰρ ἕτερόν ἐστι προσευχή, εἰ μὴ κόσμου ὁρατοῦ καὶ ἀοράτου ἀλλοτρίωσις. Τί γάρ μοι ὑπάρχει ἐν τῷ οὐρανῷ; Οὐδέν. Καὶ παρὰ σοῦ τί ἠθέλησα ἐπὶ τῆς γῆς; Οὐδέν, ἀλλ' ἢ ἀπερισπάστως διὰ παντὸς ἐν προσευχῇ προσκολλᾶσθαί σοι. Τισὶ μὲν πλοῦτος, ἑτέροις δόξα, ἄλλοις δὲ κτῆσις ἐραστὴ καθέστηκεν· *Ἐμοὶ δὲ τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ Θεῷ ἐπιθύμητόν ἐστι, καὶ τίθεσθαι ἐν αὐτῷ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀπαθείας μου.* Πίστις προσευχὴν ἐπτέρωσε· χωρὶς γὰρ ταύτης εἰς οὐρανὸν πετασθῆναι οὐ δύναται. Αἰτήσωμεν οἱ ἐμπαθεῖς ἐπιμόνως τὸν Κύριον· πάντες γὰρ οἱ ἐμπαθεῖς ἐξ ἐμπαθείας εἰς ἀπάθειαν προέκοψαν. Εἰ καὶ μὴ τὸν Θεὸν φοβεῖται ὁ κριτὴς (7), ἀλλά γε διὰ τὸ κόπους αὐτῷ παρέχειν δι' ἁμαρτίας, καὶ πταίσματος χηρεύσασαν ἐξ αὐτοῦ ψυχὴν, ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῆς ἐκ τοῦ ἀντιδίκου αὐτῆς σώματος, καὶ τῶν πολεμίων αὐτοῦ πνευμάτων. Τοὺς μὲν εὐγνώμονας ὁ ἀγαθὸς ἡμῶν πραγματευτὴς διὰ τῆς συντόμου τοῦ αἰτήματος παροχῆς, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην ἐφέλκεται· τὰς δὲ ἀγνώμονας τῶν κυνῶν ψυχὰς διὰ τῆς πείνης (8) καὶ

cœtu degunt : alia eorum, quæ solitariis precantibus usuvenire solet. Illa quippe fortasse nonnullis phantasmatis laborat ; hæc vero tota humilitate completur. Quod si mentem tuam assidua exercitatione eo deduxeris, ut nunquam longius evagetur, tum etiam mensa posita collectus eris. Si autem impune vagari permiseris, nunquam ad officium præsentem habebis. Magnus ille magnæ et perfectæ orationis cultor : *Volo*, inquit, *quinque verba sensu meo loqui* [16], et quæ sequuntur. Sed hoc a tironibus et simplicioribus adhuc alienum est. Itaque nos quoque cum certo quodam modo adhuc et multitudine quantitatis [verborum] tanquam imperfecti obsecramus. Secundum enim est via ad primum. Qui dat, inquit, orationem mundam impigre, quamvis cætera sordide et laboriose, oranti. Aliud est sordes orationis, aliud exstinctio, aliud furtum, aliud illusio. **434** Sordes seu immunditia est, cum inter preces divinas absurdæ cogitationes animo volvuntur. Exstinctio est, cum sub oratione mens [sibi subducta] in curas inutiles captiva trahitur. Furtum est, cum mens sine sensu et animadversione vagatur. Illusio est impetus qualiscunque tunc, cum oramus, in nos irruens. Quotiescunque inter precandum cum pluribus versamur, tum intus in animo formemus imaginem et habitum supplicantis. Si nulli fuerint nobiscum socii seu administri orationis, etiam speciem et habitum foris ad orationem aptum præ nobis feramus. In imperfectis enim sæpe mens corpori conformatur [corpus imitatur et sequitur mens]. Omnes quidem sine exceptione, sed illi potissimum qui ad regem obtinendæ peccatorum veniæ causa accedunt, summa indigent contritione. Dum adhuc in carcere sumus, audiamus eum qui dixit Petro : Accingere linteo obedientiæ [17], et exue voluntates tuas, et nudus accede ad Dominum in oratione tua [18]. Si enim ipsius unius voluntatem imploraveris, suscipies Dominum qui gubernaculum animæ tuæ reget, et te sine ullo periculo diriget. Ubi ab amore sæculi, et voluptatum desideriis exsurrexeris, rejice omnes curas, exue cogitationes, abdica corpus, nihil enim aliud est oratio, quam omnis mundi tam qui sub oculos cadit, quam qui aspectum fugit, corporei quam incorporei abdicatio : *Quid enim mihi est in cœlo ?* nihil, *et quid a te volui super terram* [19] ? nihil ; nisi ut semper et a te nunquam divulsus per orationem tibi adhæream, et agglutiner. Quibusdam opes, aliis gloria, **435** aliis possessiones expetuntur : ***Mihi autem adhærere Deo expetendum est, et ponere spem tranquillitatis animæ meæ in eo*** [20]. Fides orationi alas addit, sine fide enim nemo in cœlum evolare potest. Quicunque adhuc vitiorum perturbationibus et affectibus laboramus, Dominum unice deprecemur ; omnes enim ex pertur-

[16] Job XXXVIII, 11. [17] I Cor. XIV, 19. [17] Joan. XXI, 18. [18] Joan. XIII, 4. [19] Psal. LXXII, 24. [20] Psal. LXXII, 27.

(*a*) Miror a Camaldulensi ῥυπαρῶς verti *sobrie*, cum significet *sordide*.

(*b*) Ἀφανίζειν est disparere, cum aliquid subito evanidum fit et disparet, ac tollitur ab oculis.

Digitized by Google

bationum pelago ad portum demum tranquillitatis aspirarunt. Etsi non timet Deum judex ut Deum, nihilo minus propter molestiam, quam illi per preces exhibet, per peccatum illius gratia viduata et destituta anima ultionem faciet ejus ex adversario illius corpore, atque hostibus ejus spiritibus immundis. Bonos quidem et beneficii memores negotiator noster illorum preces statim exaudiendo ad sui amorem pertrahit; improbas autem et ingratas canum animas per famem et sitim petitionis assidere sibi diutius per preces curat. Ingratus enim canis accepto pane statim ab largitore suo recedit. Ne dixeris, te ex diuturnis precibus nihil profecisse, satis enim jam profecisti. Quod enim sublimius et præstantius bonum est, quam cum Deo conjungi, et in illius conjunctione perpetuo perseverare? Non ita reus ac damnatus formidat sententiam supplicii, sicut qui curam orationis habet, trepidat dum in oratione versatur. Unde qui sapit, et acutior est, ex orationis memoria omnem contumeliam, **436** iram, curas, negotia, afflictionem, cibi satietatem, tentationem, et cogitationes eludere et subterfugere potest. Præpara te per nunquam intermissam mentis orationem, ut Deo assistas in precibus tuis, et statim progressum facies.

A τῆς τοῦ αἰτήματος δίψης πρὸς αὐτὸν παρακαθέζεσθαι διὰ προσευχῆς παρασκευάζει. Ὁ γὰρ ἀγνώμων κύων κομισάμενος ἄρτον εὐθέως ἀναχωρεῖ τοῦ διδωκότος. Μὴ λέγε χρονίζων ἐν τῇ δεήσει μηδὲν κατωρθωκέναι (9)· ἤδη γὰρ καὶ κατώρθωκας. Τί γὰρ καὶ ὑψηλότερον ἀγαθὸν τοῦ τῷ Κυρίῳ πρωσκολλᾶσθαι, καὶ ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν ἑνώσει ἀδιαλείπτως προσπαρτερεῖν. Οὐχ οὕτως κατάκριτος δέδοικε τῆς ἑαυτοῦ τιμωρίας τὴν ἀπόφασιν (10), ὡς ὁ προσευχῆς ἐπιμελούμενος τὴν ταύτης παράστασιν. Ὅθεν εἰ σοφός τις καὶ ἀγχίνους ὑπάρχει ἐκ τῆς ἐκείνης μνήμης, πᾶσαν λοιδορίαν, καὶ ὀργὴν, καὶ μέριμναν, καὶ ἀσχολίαν, καὶ θλῖψιν, καὶ κόρον, καὶ πειρασμὸν, καὶ λογισμὸν ὑποστρέφεσθαι δύναται. Προπαρασκευάζου διὰ ἐννόου ἐν ψυχῇ προσευχῆς πρὸς τὴν παράστασιν τῆς σῆς B ἱκεσίας, καὶ συντόμως προκόψεις.

Vidi ego coruscantes virtute obedientiæ, et memoriam Dei quantum fieri potuit, nunquam ex animo deponentes, qui certatim ad preces simul incumbebant, et brevissimo tempore omnes mentis distractiones superarunt, et totos quasi fontes lacrymarum profuderunt. Parati enim ad orationem per sanctam obedientiam fuerunt. Psalmodiam quidem quæ in multorum cœtu fieri solet, sequuntur animæ captivitates et cogitationum distractiones, privatam vero et solitariam non item, sed hanc acedia oppugnat, illam alacritas animi juvat. Amorem militis erga regem suum ostendit bellum; monachi vero charitatem erga Deum orationis tempus, dum astat Deo, probat; statum tuum ostendit tibi oratio tua. Orationem enim theologi illi speculum monachi esse affirmarunt. Qui quodcunque opus casu inchoat, et sub horam orationis appetentem in opere pergit, a dæmonibus illuditur. Hoc enim student illi fures ut horam ex hora nobis subducant et perdant. Noli rogatus recusare pro alterius anima precari, quamvis gratiam orandi non habeas. Sæpe enim fides petentis etiam precantem cum animi contritione servavit. Nihil est quod pro altero precatus, et exauditus extollaris: **437** illorum enim fides id fecit et effecit. Pueri quotidie ab ludi moderatore coguntur accuratissime reddere, quæ ab illo didicerunt, et a mente nostra, quam a Deo vim et virtutem accepit, in omnibus precibus ratio exigetur. Quocirca diligenter attendas oportet, quando sobrie precaberis, citius per iram oppugnaberis; hoc enim spectant dæmones (ut nos omni orationis fructu privent.) Omnis quidem virtus, sed potissimum oratio cum magno animi affectu et sensu nobis semper peragenda est. Tunc autem anima cum sensu precatur, quando iracundiam vincit. Bona multis precibus et annis parta solida et constantia sunt. Qui Deum possederit, non erit

Ε�ώρακα ἐν ὑπακοῇ ἐξαστράπτοντας, καὶ τῆς κατὰ νοῦν ὅση δύναμις μνήμης Θεοῦ μὴ ἀμελοῦντας ἀθρόον ἐπὶ προσευχὴν παρασταθέντας, καὶ συντόμως τοῦ ἑαυτῶν νοὸς περιγενομένους καὶ κρουνηδὸν δάκρυα προχεομένους. Προπαρεσκευασμένοι γὰρ ὑπὸ τῆς ὁσίας ὑπακοῆς ἐτύγχανον· τῇ μὲν μετὰ πλήθους ψαλμῳδίᾳ, αἰχμαλωσίαι καὶ ῥεμβασμοὶ παράπονται· τῇ δὲ ἰδιαζούσῃ οὐχ οὕτως· ἀλλὰ τῇ μὲν ἀκηδίᾳ πολεμεῖ (11), τῇ δὲ προθυμίᾳ συνεργεῖ (12). Ἀγάπην μὲν στρατευομένου πρὸς βασιλέα ἐνέδειξε πόλεμος· C ἀγάπην δὲ μοναχοῦ πρὸς Θεὸν ἤλεγξε προσευχῆς καιρὸς καὶ παράστασις· τὴν σεαυτοῦ κατάστασιν, ἡ σὴ προσευχὴ ἐμφανίσει σοι· ἔσοπτρον γὰρ αὐτὴν τοῦ μοναχοῦ οἱ θεολόγοι ἐκεῖνοι ἐκδεδώκασιν· ὁ τὸν τυχὸν μετερχόμενος ἔργον καὶ προσευχῆς ὥρας καταλαμβανομένης ἐν αὐτῷ προσασχολούμενος, ὑπὸ δαιμόνων ἐμπαίζεται. Σκοποὶ γὰρ τοῖς κλέπταις ὥραν δι' ὥρας ἐξ ἡμῶν ἀποσυλῆσαι. Μὴ παρητούμενος, καὶ ὑπὲρ ψυχῆς προσεύχεσθαι, νὰν προσευχὴν μὴ κέκτησαι· ἡ γὰρ πίστις πολλάκις τοῦ αἰτοῦντος καὶ τὸν εὐχόμενον μετὰ συντριμμοῦ ἔσωσε. Μὴ ἐπαίρου ὑπὲρ ἄλλων δεόμενος καὶ εἰσακουόμενος· ἡ γὰρ ἐκείνων πίστις ἐνήργησε καὶ ἴσχυσε. Παῖς μὲν πᾶς πᾶσαν, ἣνπερ ἐκ τοῦ παιδοτρίβου μεμάθηκε σοφίαν, καθ' ἡμέραν ἀπαραλείπτως ὑπ' αὐτοῦ ἐκζητηθήσεται· νοῦς δὲ πᾶς, ἣνπερ δύναμιν ἐκ Θεοῦ εἴληφεν, ἐν πάσῃ προσευχῇ ἀπαιτηθήσεται· διὸ προσεκτέον, ὅταν νηφόντως προσ- D εύξῃ, θᾶττον εἰς ὀργὰς πολεμηθῇς (13). Σκοποὶ γὰρ οὗτος τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν· πᾶσαν μὲν ἀρετὴν, ἐπὶ πλείω δὲ τὴν προσευχὴν αἰσθήσει πολλῇ ποιησώμεθα πάντοτε· τότε ψυχὴ ἐν αἰσθήσει προσεύχεται, ὅταν θυμοῦ κρείττων γένηται· τὰ πολλαῖς ἱκεσίαις καὶ χρόνοις περιποιούμενα μόνιμα. Ὁ κύριον κτησάμενος (14), οὐκ ἔτι ἑαυτοῦ ἐν προσευχῇ τὸν μῦθον ὀφηγήσεται· τὸ γὰρ πνεῦμα τότε ἐντυγχάνει ὑπὲρ αὐτοῦ ἐν ἑαυτῷ στεναγμοῖς ἀλαλήτοις. Πᾶσαν αἰσθητὴν φαντασίαν ἐν τῇ προσευχῇ μὴ προσδέξῃ (15), ἵνα μὴ

Digitized by Google

ἔκστασιν ὑποστῇς· ἀπαλλαγὴ ἀμφιβολίας, ἀδήλου δήλωσις ἄσειστος.

A sollicitus de reperiendis orationis verbis : spiritus enim tunc in seipso pro illo gemitibus inenarrabilibus interpellat [21]. Inter preces nullam sensuum imaginem admittes, ne in stuporem animi incurras. Omnia petitionis exaudite in oratione signum et indicium apparet. Signum exauditionis, est dubitationis solutio et incerti certa declaratio.

Ἐλεήμων γίνου σφόδρα προσευχῆς ἐπιμελούμενος (16)· ἐν αὐτῇ γὰρ μοναχοὶ τὰ ἑκατονταπλάσιονα λήψονται· ὃ δὲ ἐξῆς ἐν τῷ ἐξῆς (17). Πῦρ μὲν ἐπιδημῆσαν ἐν καρδίᾳ προσευχὴν ἀνέστησε (18)· ταύτης διεγερθείσης, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀναληφθείσης πυρὸς ἐν ἀνωγέῳ ψυχῆς κατάβασις γέγονε. Φασὶ μέν τινες κρεῖττον εἶναι προσευχὴν μνήμης ἐξόδου· ἐγὼ δὲ μιᾶς ὑποστάσεως δύο οὐσίας ὑμνῶ. Ἵππος μὲν δόκιμος κατὰ πρόσβασιν [πρόσβασεν] διαθερμαίνεσθαι, καὶ τῷ δρόμῳ προστιθέναι πέφυκε· δρόμον δὲ νοῶ, ὁμψδίαν· ἵππον δὲ τὸν ἀνδρεῖον νοῦν· πόρρωθεν ὁ τοιοῦτος ὀσφραίνεται πολέμου (20), καὶ προπαρασκευασθεὶς μένει λοιπὸν εἰς ἅπαν ἀνίκητος. Χαλεπὸν ἐκ στόματος διψῶντος ὕδωρ ἁφαρπάσαι· χαλεπώτερον δὲ ψυχὴν μετὰ κατανύξεως προσευχομένην, πρὶν τῆς ταύτης πειρασώσεως ἑαυτὴν τῆς παραστάσεως, τῆς πολυποθήτου ἀποκόψαι· μὴ ἀποπηδήσῃς ἄχρις οὗ τὸ πῦρ καὶ τὸ ὕδωρ οἰκονομικῶς ὑπολήξαντα ἴδῃς (21)· οὐ γὰρ λήψῃ καιρὸν τοιοῦτον πρὸς ἄφεσιν πταισμάτων ἴσως ἐν πάσῃ τῇ ζωῇ σου· ὁ προσευχῆς γευσάμενος, ὑπὸ λόγου ἑνὸς πολλάκις προερχομένου, τὸν νοῦν ἐμόλυνε, καὶ ἐν προσευχῇ παραστὰς, τὸ ποθούμενον οὐχ εὗρε συνήθως· ἄλλο ἐπισκοπεῖν συχνοτέρως τῇ καρδίᾳ (22)· καὶ ἄλλο ἐπισκοπεῦσαι καρδίας διὰ νοὸς ἄρχοντος, καὶ ἀρχιερέως λογικὰς θυσίας Χριστῷ προσάγοντος· τοὺς μὲν, ὥς φησί τις τῶν θεολογίας προσηγορίαν λαχόντων, τὸ ἅγιον καὶ ὑπερουράνιον πῦρ ἐπιδημοῦν καταφλέγει, διὰ τὸ ἔτι ἐλλιπὲς τῆς καθάρσεως· τοὺς δὲ πάλιν φωτίζει διὰ τὸ μέτρον τῆς τελειότητος· τὸ αὐτὸ γὰρ πῦρ καταναλίσκον καὶ φωτίζον φῶς ὀνομάζεται· ὅθεν καί τινες ἐκ προσευχῆς ἐξιόντες ὡς ἀπὸ πυρὸς καμίνου ποιοῦνται τὴν ἔξοδον· κουφισμὸν ῥύπου τινὸς καὶ ὕλης αἰσθόμενοι· ἕτεροι δὲ ὡς ἐκ φωτὸς πεφωτισμένοι, καὶ διπλοΐδα ταπεινώσεως, καὶ ἀγαλλιάσεως ἠμφιεσμένοι. Οἱ γὰρ ἐκτὸς τῶν δύο τούτων ἐνεργειῶν ἐκ προσευχῆς ἐξελήλυθότες σωματικῶς, ἵνα μὴ εἴπω, Ἰουδαϊκῶς προσηύξαντο, καὶ οὐ πνευματικῶς. Εἰ σῶμα σώματος προσψαῦον ἀλλοιοῦται τῇ ἐνεργείᾳ, πῶς δ' ἂν καὶ οὐκ ἀλλοιωθήσεται ὁ Θεοῦ σώματος ἀθῴοις χερσὶ προσψαύων (23);

Cuicunque cordi est oratio, erga alios misericors esto : per hanc enim misericordiam monachi centuplum recipient, et quod sequitur in futuro. Ignis cœlestis orationem in cor penetrantem accendit, qua accensa et in cœlum assumpta, rursum fit descensus ignis in animæ cœnaculum. Sunt qui censeant utiliorem esse orationem, quam sit meditatio mortis seu exitus animæ; ego vero geminas in una subsistentia laudo naturas. **438** Equus generosus quo magis progreditur, hoc magis incalescere et currere solet. Cursum intelligo divinas precum laudes, equum interpretor generosum animum, qui eminus etiam, et remotior odoratur bellum, et inde animatus et præparatus invictus et insuperabilis deinceps persistit. Durum est ex ore sitientis aquam rapere, sed durius animæ cum compunctione orantis ante orationis finem, optatissimum et desideratissimum ejus cum Deo agentis congressum et colloquium abrumpere. Non exilias ab oratione, quoad divino nutu lacrymæ calere et fluere per se cessent et desinant. Fortasse enim per omnem reliquam vitam tuam, non acquires talem occasionem ad impetrandam veniam peccatorum tuorum. Qui gustum orationis cepit, uno sæpe verbo temere emisso inquinavit mentem, ut quod in oratione de more quæsivit, non inveniret. Aliud est secum frequenter cum corde meditari, aliud ipsum cor per mentem velut principem et pontificem rationabiles Christo hostias offerentem inspicere et visitare. Illos qui meditantur, ignis sanctus et divinus invadens incendit et comburit (ut quidam eorum qui theologi nomen sortiti sunt, testantur), quod adhuc inveniat sordium reliquias quas repurget. Hos vero rursum pro modo et ratione perfectionis illuminat. Idem enim ignis et consumens [22] et illuminans lumen appellatur. Unde fit ut quidam ab oratione digressi videantur quasi ex ardente fornace prodire, dum sentiunt quod ab aliqua labe, **439** et vitiorum fomite sint repurgati. Alii vero lumine illustrati, et gemina veste seu diploide humilitatis et exsultationis amicti ex oratione prodeunt. Qui enim sine harum duarum virtutum vi et efficacia ab oratione discedunt, corpore tantum, non spiritu, Judaicum prope dixerim in morem orarunt. Si corpus ad contactum corporis immutatur, quomodo non immutabitur, qui puris manibus Dei corpus attigerit?

Ἔστι κατὰ τὸν ἐπὶ γῆς βασιλέα, καὶ τὸν ἡμέτερον πανάγαθον βασιλέα θεάσασθαι, ποτὲ μὲν δι' ἑαυτοῦ, ποτὲ δὲ διὰ φίλου· ἄλλο τε δὲ διὰ δούλου· ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀγνώστως τὰς αὐτοῦ δωρεὰς τοῖς στρατιώταις αὐτοῦ χαριζόμενον· λοιπὸν δὲ καὶ κατὰ τὸν χιτῶνα τῆς προσούσης ἡμῖν ταπεινώσεως· ὥσπερ τῷ ἐπὶ γῆς βασιλεῖ ὁ αὐτῷ παριστάμενος, καὶ τὸ πρόσωπον τὸ οἰκεῖον ἀποστρέφων, καὶ τοῖς ἐχθροῖς τοῦ δεσπότου διαλεγόμενος βδελυκτός· οὕτως ὑπὸ Κυρίου βδελύσσε-

Videre est apud regem terrestrem, nostrumque optimum et cœlestem regem, quod munera sua nunc per seipsum, nunc per amicum aliquem, alias per servum etiam, quandoque vero arcano et incognito modo, militibus suis dilargiatur, pro ratione nempe tunicæ nostræ quam gerimus humilitatis. Quemadmodum is qui mortali regi assistit, et faciem suam ab illo avertit, ac cum hostibus ejus colloquitur, exsecrabilis est regi suo; ita Do-

[21] Rom. VIII, 26 [22] Deut. IV, 24.

Digitized by Google

minus Deus exsecratur illum qui dum in oratione versatur, impuras cogitationes admittit, vel adsciscit. Canem venientem armis insequere, et impudentius oblatranti ne unquam cede. Pete per luctum, quære per obedientiam, pulsa per longanimitatem. Qui enim sic petit, accipit; qui ita quærit, invenit; sic pulsanti aperietur. Cave ne temere pro femina quavis preces suscipias, ne te hostis a dextris invadat et spoliet. Noli corporis actiones (*a*) sigillatim, ut se habent percensere, ne tute **440** tui ipsius insidiator fias. Non tibi præscribas tempus illud orationi, quod necessariis rebus et negotiis spiritualibus impendendum est. Quod nisi feceris, id quod melius est tibi subductum est. Qui scipione orationis semper nititur, non offendet; et si offendere contingat, non cadet in finem. Oratio enim est quædam pia tyrannis Dei, cujus utilitatem tum experimur, cum nos dæmones tempore communionis impedire conantur. Fructum autem orationis ex devicto hoste percipimus: *In hoc enim cognovi, quoniam voluisti me, quoniam* tempore belli *non gaudebit inimicus meus super me* [23]. *Clamavi*, inquit Psaltes, *in toto corde meo* [24], hoc est, corpore et anima et spiritu. *Ubi enim sunt duo* postremi [minimi] *congregati, ibi est Deus in medio eorum* [25]. Non est unus omnium neque qua corporis, neque qua spiritus in omnibus idemque status. Quibusdam enim prodest in psallendo celeritas, aliis tarditas: nam hi se adversus mentis distractiones seu captivitates, illi vero adversus inscitiam decertare affirmant. Si hostibus in te ingruentibus Regem cœlestem assidue in auxilium vocaveris, habe bonum animum, non fatigaberis: celerius enim abs te per se recedent: verentur enim impii ne ex pugna coronam reportes per orationem, fugient proinde ab oratione tanquam ab igne cruciati. Forti semper animo sis et habebis præceptorem Deum in oratione tua. Facultatem **441** videndi non possumus per sermonem discere, naturam enim ipsam sequitur: ita nec orationis præstantiam per doctrinam alterius assequimur: ipsa enim in se ipsa doctorem habet Deum, qui docet hominem scientiam, et suggerit precanti orationem, et benedicit annis justorum.

ται ὁ ἐν προσευχῇ παριστάμενος, καὶ ἀκαθάρτους λογισμοὺς προσλαμβανόμενος ἐρχομένου τοῦ κυνὸς [ἐρχόμενον τὸν κύνα] τῷ ὅπλῳ δίωκε (24)· καὶ ὁσάκις ἀναιδεύεται, μὴ ἐνδώσεις αὐτῷ· αἴτει διὰ πένθους, ζήτει δι' ὑπακοῆς· κροῦε διὰ μακροθυμίας· οὐ γὰρ οὕτως αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται. Φυλάττου μὴ, ὡς ἔτυχεν, ὑπὲρ εὐξασθαι θήλεως ἐν προσευχῇ σου, μήπως ἐκ δεξιῶν συληθήσῃ. Μὴ θέλε τὰς σωματικὰς πράξεις ἐξαγορεύειν, ὡς εἰσιν (25), ἵνα μὴ ἑαυτῷ ἀντεπίβουλος γίνῃ. Μὴ γένηταί σοι ὁ τῆς προσευχῆς καιρὸς, σκέψεως ἀναγκαίων καὶ πνευματικῶν πραγμάτων ὥρα. Εἰ δὲ μὴ τὸ κρεῖττον ἐκλάπῃς, ὁ κρατῶν ἀπαύστως τὴν τῆς προσευχῆς βακτηρίαν, οὐ προσκόψει. Εἰ δὲ καὶ σφαλῇ, ὅμως οὐ πεσεῖται εἰς τέλος· προσευχὴ γάρ ἐστι Θεοῦ τυραννὶς εὐσεβὴς, τὴν ταύτης ὠφέλειαν ἐκ τῶν δαιμονικῶν ἐμποδίων ἐν καιρῷ συνάξεως τεκμαιρόμεθα. Τὸν δὲ ταύτης καρπὸν ἐκ τῆς τοῦ ἐχθροῦ ἥττης· *Ἐν τούτῳ γὰρ ἔγνων, ὅτι τεθέληκάς με, ὅτι οὐ μὴ ἐπιχάρῃ* ἐν καιρῷ πολέμου *ὁ ἐχθρός μου ἐπ' ἐμέ. Ἐκέκραξα*, φησὶν ὁ Ψάλλων, *ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου· τοῦτ' ἔστι*, σώματι, καὶ ψυχῇ, καὶ πνεύματι. *Ὅπου γάρ εἰσι δύο* οἱ ἔσχατοι *συνειλεγμένοι, ἐκεῖ ἐστιν ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ αὐτῶν*. Οὐδὲ τὰ κατὰ σῶμα, οὐδὲ τὰ κατὰ πνεῦμα πάντα ὅμοια. Τισὶ μὲν γὰρ τὸ σύντομον· τισὶ δὲ τὸ σχολαιότερον ἐν τῇ ψαλμῳδίᾳ συνέρχεται· οἱ μὲν γὰρ τῇ αἰχμαλωσίᾳ, οἱ δὲ τῇ ἀμαθίᾳ λέγουσι πολεμεῖν. Ἐὰν ἀδιαλείπτως κατὰ τῶν σῶν ἐχθρῶν ἐντυγχάνῃς τῷ βασιλεῖ, ἡνίκα πρὸς σὲ παραγίνωνται, θάρσει, οὐ κοπιάσεις· αὐτοὶ γὰρ ἐφ' ἑαυτοῖς συντόμως σου ἀποστήσονται· οὐ γὰρ θέλουσιν οἱ ἀνόσιοι καθορᾶν σε στέφανον λαμβάνειν διὰ προσευχῆς ἐκ τῆς πρὸς αὐτοὺς μάχης· πρὸς δὲ τούτοις, καὶ ὡς ἀπὸ πυρὸς μαστιζόμενοι ὑπὸ τῆς προσευχῆς φεύγονται. Ἀνδρείαν κτῆσαι πᾶσαν, καὶ ἕξεις Θεὸν διδάσκαλον προσευχῆς σου (26). Οὐκ ἔστι τὸ βλέπειν, διὰ λόγου μανθάνειν, τῇ φύσει γὰρ ἕπεται· οὐδὲ προσευχῆς κάλλος δι' ἑτέρας διδαχῆς· αὐτὴ γὰρ ἐφ' ἑαυτῆς διδάσκαλον τὸν Θεὸν ἔχει τὸν διδάσκοντα ἄνθρωπον γνῶσιν, καὶ διδόντα εὐχὴν τῷ εὐχομένῳ, καὶ εὐλογοῦντα ἔτη δικαίων.

SCHOLIA AD GRADUM XXVIII.

De oratione.

Scholion 1.

Ad morem infantium, qui malitia parvuli sunt, prout docet illud: *Nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut parvuli* [26].

Scholion 2.

Quia in precatione non opus est multis verbis, aut ut multa dicantur simul, sed una aliqua et sola cum Deo collocutione, eaque sæpius iterata.

ΣΧΟΛΙΑ ΕΙΣ ΛΟΓΟΝ ΚΗ'.

Περὶ προσευχῆς.

Σχόλιον α'.

Τῇ κακίᾳ νηπιάζοντες, κατὰ τό· *Ἐὰν μὴ στραφῆτε καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία.*

Σχόλιον β'.

Ὅτι ἐν προσευχῇ οὐ δεῖ πολυλογεῖν, ἢ πολλὰ λέγειν πρὸς ἅπαξ· ἀλλὰ μονολογεῖν, ἤγουν τὰ αὐτὰ πολλάκις.

[23] Psal. xl, 12. [24] Psal. cxviii, 145. [25] Matth. xviii, 20. [26] Matth. xviii, 3.

(*a*) Id est, vitia carnis.

Digitized by Google

Σχόλιον γ'.

Ὥσπερ τὰ νήπια οἱ γυμνάζοντες μικρὸν προβαίνοντα καὶ καταπίπτοντα ἀνορθοῦσι πάλιν, καὶ τὸ πλεῖον βαδίζειν παιδεύουσιν, οὕτω καὶ ἡμεῖς τὸν ἡμέτερον νοῦν ἐν τῇ προσευχῇ τῆς πρὸς Θεὸν νεύσεως καταπίπτοντα, ἀνορθῶμεν πάλιν καὶ ἀνιστῶμεν, ἕως τὸ ἄπτωτον κτήσεται.

Σχόλιον δ'.

Ὁ Θεὸς ἥλιός ἐστι δικαιοσύνης, ὡς γέγραπται, πάσας ἁπλῶς τὰς ἀκτῖνας ἐπιλάμπων τῆς ἀγαθότητος· ἡ δὲ ψυχή, ἡ κηρὸς ὡς φιλόθεος, ἢ πηλὸς, ὡς φιλόϋλος κατὰ γνώμην γίνεσθαι πέφυκεν. Ὥσπερ οὖν ὁ πηλὸς κατὰ φύσιν ἡλίῳ ξηραίνεται, ὁ δὲ κηρὸς φυσικῶς ἀπαλύνεται· οὕτω καὶ πᾶσα ψυχὴ φιλόϋλος καὶ φιλόκοσμος ἀπὸ Θεοῦ νουθετημένη, καὶ ὡς πηλὸς κατὰ γνώμην ἀντιτυποῦσα σκληρύνεται, καὶ ἑαυτὴν ὠθεῖ κατὰ Φαραὼ πρὸς ἀπώλειαν· ἡ δὲ φιλόθεος, ὡς κηρὸς ἀπαλύνεται, καὶ τοὺς τῶν θείων τύπους καὶ χαρακτῆρας εἰσδεχομένη, γίνεται Θεοῦ κατοικητήριον ἐν πνεύματι.

Σχόλιον ε'.

Ἐν τρισὶ τρόπος εὑρίσκεται τῶν ἀγωνιζομένων· ἐν τοῖς νοήμασι τῶν αἰσθητῶν, ἐν τῇ θεωρίᾳ αὐτῶν, καὶ ἐν τῇ καταστάσει τῆς προσευχῆς.

Σχόλιον ς.

Ὁ σωματικὸς κόπος τοῖς ἀρχαρίοις, ἢ ἀτελέσι κατὰ τὴν πνευματικὴν ἡλικίαν ὠφέλιμός ἐστιν ἄγαν· τοῖς δὲ τελείοις πάρεργος, ὡς ἀρκουμένοις μόνῳ τῷ νοῖ καὶ τῷ ἀσχηματίστῳ τῆς ψυχῆς· καὶ τοῖς μὲν νηπίοις χρεία καὶ μετανοιῶν, καὶ χειρῶν μακρὰν ἐκτάσεως, καὶ παννύχου στάσεως, καὶ ἄλλων, ἵνα συνεθισθῇ ὁ νοῦς τῷ σώματι εἰς εὐχήν. Οἱ δὲ τέλειοι τῷ νοῖ ἀρκούμενοι μᾶλλον ἄπαυστον καὶ διηνεκῆ κέκτηνται τὴν εὐχὴν, εἰ καὶ σώματι οὐ βλέπονται πράττοντες.

Σχόλιον ζ'.

Ὁ Θεὸς οὔτε Θεὸν ἔχει ὃν φοβηθήσεται, οὔτε ἄνθρωπον, ὃν ἐντραπήσεται· οὐκ ἔστι προσωπολημψία παρ' αὐτῷ· κριτὴς γάρ ἐστιν ἀδικίας καὶ δικαιοσύνης, τουτέστιν ἀδίκων· δικαίῳ γὰρ νόμος οὐ κεῖται.

Σχόλιον η'.

Κατ' οἰκονομίας ἐστὶν, ὅτι ὁ Θεὸς οὐ παρέχει τοῖς αἰτοῦσι τὰς χάριτας. Λαβόντες γὰρ πολλάκις τοῦ δεδωκότος ἐπελάθοντο· ὡς τό· *Ἔφαγεν Ἰακὼβ*, καὶ τὰ ἑξῆς· καί· *Ἐκάθισεν ὁ λαὸς φαγεῖν, καὶ πιεῖν, καὶ ἀνέστη τοῦ παίζειν.*

Σχόλιον Ἰσαὰκ θ'.

Ἐὰν δεηθῇς τοῦ Θεοῦ περὶ πράγματος καὶ μακροθυμήσῃ τοῦ μὴ ταχέως ὑπακοῦσαί σου, μὴ λυποῦ· οὐ γὰρ εἶ σὺ τοῦ Θεοῦ σοφώτερος· τοῦτο δὲ συμβαίνει σοι, ἢ διὰ τὸ ἀνάξιόν σε ὄντα τυχεῖν τῆς αἰτήσεως· ἢ διὰ τὸ μὴ εἶναι τὰς ὁδοὺς τῆς καρδίας σου ἐφαμίλλους τοῖς αἰτήμασί σου· ἀλλ' ἐναντίον, ἢ διὰ τὸ μήπω ἐφθακέναι σε τὸ μέτρον τοῦ δέξασθαι τὸ χάρισμα

A

B

C

D

Scholion 3.

Quemadmodum qui infantes ad formandum gressum exercent, paululum progressos, et cadentes rursus erigunt, et sæpius incedere docent, ita nos mentem nostram inter preces ad Deum inclinatione cadentem emendemus rursus, et erigamus quoad firmum statum acquirat.

Scholion 4.

Deus est sol justitiæ, uti scriptum est, qui omnes bonitatis radios sincere explicat; anima vero aut cera, tanquam amans Dei, aut lutum tanquam corporibus affixa. Quemadmodum ergo lutum pro genio naturæ suæ sole exsiccatur et exarescit, cera vero mollescit, ita omnis anima carni et mundo addicta, quamvis a Deo admonita seu impulsa, quando eidem resistit et refragatur, indurescit, et seipsam cum Pharaone in exitium impellit. Quæ autem Deum amat, tanquam cera mitescit, rerumque divinarum formas et characteres seu signa recipit, et in spiritu fit domicilium Dei.

442 *Scholion* 5.

In tribus rebus status certantium religiosorum cognoscitur, in cogitationibus rerum sensibus subjectarum; in consideratione seu contemplatione earum; et in ratione precandi.

Scholion 6.

Labor seu fatigatio corporis tironibus sive imperfectis pro ætate nempe spiritus valde utilis est. Perfectis autem supervacaneus ut quibus sufficiat sola mente, et sine formis imaginum exerceri. Sed tirunculis religiosis necessaria est et pœnitentia, et passis diu manibus (precari), et tota nocte pedibus insistere, et hoc genus aliis (corporis afflictionibus), ut assuescat mens illorum corpori ad preces exsequendas. Perfecti autem jam sibi sufficientes orationi perpetuæ sine ulla cessatione intenti sunt, quamvis id situ corporis non videantur facere.

Scholion 7.

Deus neque Deum habet quem timeat, neque hominem quem revereatur: nullus est apud ipsum respectus personarum: judex enim iniquitatis est et justitiæ, hoc est, iniquorum: *Justo enim lex non est posita* [27].

Scholion 8.

Ex divina subinde dispensatione fit, quando Deus non largitur gratias petentibus. Sæpenumero enim qui acceperunt illas, obliviscuntur largitoris sui. Quemadmodum testatur illud: *Comedit Jacob*, et quæ sequuntur [28]. Et: *Sedit populus manducare et bibere, et surrexit ludere* [29].

Scholion Isaaci 9.

Si rogatus abs te Deus cunctatus fuerit te statim exaudire, non est quod affligare: neque enim tu Deo sapientior es. Hoc autem tibi usu venit, quod aut indignus sis ut voto potiaris, aut vitæ cordis tui non respondeant petitioni tuæ, sed repugnent, aut quod nondum ad illum gradum et modum virtutis perveneris, ut illam gratiam acci-

[27] I Tim. I, 9. [28] Psal. LXXVIII, 7. [29] Exod. XXXII, 6; I Cor. X, 7.

Digitized by Google

pias quam petis. Quemadmodum non oportet ante tempus affectare majora humeris suis, ne Dei munus ob celeritatem impetrationis contemnatur. Quidquid enim facile acquiritur, cito perit. Res autem non sine animi labore parta, magna cura custoditur et servatur.

Scholion 10.

Qui usum habet precandi...

443 *Scholion* 11.

Privatam orationem) quod ego mille perturbationibus exagitatus cognovi.

Scholion 12.

Huic vero quæ in multorum cœtu fieri solet) quod ego quidem non sum expertus, sed credo.

Scholion 13.

Qui ex præscripto Dei vivere decrevit, ab omni ira liberatus est, nec ullum omnino mortalium odio prosequitur.

Scholion 14.

Mens, inquit, charitate dilatata, ad eum versa qui dat petentibus quæ precantur, et ab illo afflata de verbis precum ab se ipsa proferendis non est sollicita, quæ qui facto ipso expertus est, verba insuper habet, bonitatem orationis, non ex prolixitate æstimabit.

Scholion 15.

Precaturus noli divina cum humanis et sensibilibus comparare, ne a recta opinione (et fide) excidas.

Scholion 16.

Clausisti viscera tua a benefaciendo, claudam et ego sinus indulgentiæ seu veniæ in tempore vindictæ et supplicii tui.

Aliud.

Benefacias pio, et recipies compensationem.

Aliud.

Quid lacrymaris inter preces, cum ipse lacrymas pauperis intuitus, ad misericordiam non movearis?

Aliud.

Quomodo Deus miserebitur tui? Precationis alæ sunt eleemosyna: si precibus tuis alas non addideris, cœlum petere non possunt: ubi vero fuerint alatæ, in cœlum evolabunt. Quemadmodum enim ignis oleo destitutus exstinguitur, ita preces absque eleemosyna evanescunt.

Scholion 17.

Quæ sequuntur, sunt fructus tricesimus, et sexagesimus, qui etiam in sæcularibus reperiuntur. Nam tricesimus conjugibus qui temperanter vixerunt, convenit; sexagesimus iis qui in cælibatu cum virtute degunt; centesimum vero referunt qui totum mundum odio prosecuti soli Deo vivere statuerunt.

444 *Scholion* 18.

Ignem hic divinum desiderium appellat, quo in

(a) Scholion abrasum.

A ὅπερ αἰτεῖς· καθότι οὐ δεῖ εἰς μεγάλα μέτρα πρὸ καιροῦ ἐπιβάλλειν ἑαυτὸν, ἵνα μὴ αἰσχυνθῇ τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ τῇ ταχύτητι τῆς ὑποδοχῆς αὐτοῦ· πᾶν γὰρ ῥᾴδιον καταβαλλόμενον ταχέως καὶ ἀπόλλυται. Ἕκαστον δὲ πρᾶγμα μετὰ πόνου καρδίας εὑρισκόμενον, μετὰ παραφυλακῆς καὶ φυλάττεται.

Σχόλιον ι'.

(a) Ὁ ἐν συνηθείᾳ προσεύχεσθαι. . . .

Σχόλιον ια'.

Τῇ ἰδιαζούσῃ ὅπερ ἔγνων ἐγὼ ἐκ πείρας μυρίων παθῶν.

Σχόλιον ιβ'.

Τῇ μετὰ πλήθους· τοῦτο ἀγνοῶ μὲν, πιστεύω δέ.

B

Σχόλιον ιγ'.

Ὁ κατὰ Θεὸν ζῆν αἱρετισάμενος πάσης ὀργῆς ἀπήλλακται, καὶ οὐδ' ὅλως τὸν πλησίον μισεῖ.

Σχόλιον ιδ'.

Πλατυνθεὶς, φησὶ, διὰ τῆς χάριτος, τότε ὁ νοῦς πρὸς τὸν διδόντα τοῖς εὐχομένοις, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐμπνεόμενος, πρὸς τοὺς ἀφ' ἑαυτοῦ προφερομένους τῶν εὐχῶν λόγους οὐκ ἀσχολεῖται· περὶ ὧν ὁ ἔργῳ δοκιμάσας τοὺς λόγους παρόψεται, ἐκ τῆς ποσότητος τὴν ποιότητα ἐμπορευσάμενος.

Σχόλιον ιε'.

Προσευχόμενος, φησὶν, αἰσθητῷ τινι πράγματι τὸ θεῖον μὴ παρείκαζε, ἵνα μὴ καὶ τῆς ὀρθῆς ἀποπέσῃς C δόξης.

Σχόλιον ις'.

Ἔκλεισάς σου τὰ σπλάγχνα τῆς εὐποιΐας· κλείσω μου κἀγὼ τοὺς κόλπους τῆς ἀνέσεως ἐν καιρῷ τιμωρίας σου.

Ἄλλο.

Εὐποίησον εὐσεβεῖ, καὶ εὑρήσεις ἀνταπόδομα.

Ἄλλο.

Τί κλαίεις εὐχόμενος; σὺ τὰ δάκρυα τοῦ πένητος βλέπων οὐκ ἐλεεῖς;

Ἄλλο.

Ὁ Θεός σε πῶς ἐλεήσει; Πτερόν ἐστι τῆς εὐχῆς ἡ ἐλεημοσύνη· ἐὰν μὴ ποιήσῃς πτερὸν τῇ εὐχῇ σου, D οὐκ ἀνέρχεται εἰς ὕψος· ὅταν δὲ πτεροποιηθῇ ἡ εὐχή σου, ἵπταται εἰς τὸν οὐρανόν. Ὥσπερ γὰρ πῦρ ἐὰν μὴ ἔχῃ ἔλαιον ἐπιστάζον, σβέννυται· οὕτως καὶ ἡ εὐχὴ, ἐὰν μὴ ἔχῃ ἐλεημοσύνην ἀφανίζεται.

Σχόλιον ιζ'.

Τὸ ἑξῆς ἐστι τὰ λ', καὶ ξ', ἃ καὶ ἐν τοῖς κοσμικοῖς εἰσι. Τὰ μὲν λ' οἱ γυναιξὶ συζῶντες, καὶ σωφρονοῦντες· τὰ δὲ ξ', οἱ ἄζυγες, καὶ βίον ἀνάρετον μετερχόμενοι· τὰ δὲ ρ', οἱ κόσμον πάντα μισήσαντες, καὶ Θεῷ ζῆν μόνῳ αἱρετισάμενοι.

Σχόλιον ιη'.

Πῦρ ἐνθάδε τὸν θεῖκὸν λέγει πόθον, οὗ ἀναληφθέν-

Digitized by Google

τος ἐν τῇ καρδίᾳ ὁ νοῦς ἀνυψώθη εἰς οὐρανόν, καὶ λοιπὸν ἐν τῷ τοιούτῳ ἀνώγεῳ τῆς ψυχῆς ἦγουν φρονήματι τῶν γηΐνων ὑψηλοτέρῳ, ἡ τοῦ θείου πνεύματος κατάβασις γέγονε, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων αἰσθητῶς.

Σχόλιον ιθ'.

Ἀμφότερα ἐπίσης τὴν ψυχὴν εὐεργετοῦσι, καὶ θείαν αὐτῇ ἐμποιοῦσι κατάνυξιν.

Σχόλιον κ'.

Τῶν τῆς γῆς ἀφιστῶντα.

Σχόλιον κα'.

Μὴ ἀναχώρει τῆς εὐχῆς, μέχρι τὰ κινηθέντα θεοπάροχα δάκρυα, καὶ τὸ τῆς κατανύξεως πῦρ πάλιν κατ' οἰκονομίαν τὴν γενομένην δι' ὑπερσιν σταλῶσιν· ὅτι, φησὶν, οὐκ οἶδας εἰ ἄλλοτέ ποτε τοιούτων προξένου παραστάσεων τύχῃς.

Σχόλιον κβ'.

Οἷον κατανοεῖν, καὶ ἀναθεωρεῖν ἑαυτόν. Καὶ ἄλλο τὸ ἐπίσκοπον γενέσθαι, καὶ ἄρχοντα τῶν παθῶν, ὃ καὶ παρὰ πολὺ τοῦ προτέρου μεῖζον.

Ἄλλο.

bus ex alto doceare, nec per sensum, sed spiritum instituare (*a*). Non te fugiat illud Pauli : *Non ab hominibus, neque per hominem* doctrinam docens: Terra non excolit cœlum : gubernator peritus servat puppim, pastor bonus intelligentem gregem recreat et curat. Quo pastor obsequentiores habet oves, hoc severiorem de illis patrifamilias reddet rationem. 485 Oves cessantes et otio luxuque diffluentes verborum convitio everberet. Est enim et hoc veri pastoris symbolum, si tum, cum armenta ex ardoris æstu, seu potius corporis incendiis, connivere animo incipiunt, attentius pro illis et ardentius in cœlum intentus vigilet. Solent enim in illo fervore non paucæ oves a lupis (Acherontieis) diripi et devorari. Et vero cum in illo incendii labore [ardore], ad modum qui exterius apparet in ovibus capita animorum proclinant, atque in terram promittunt, habemus qui nos soletur. *Cor contritum et humiliatum Deus non despiciet* (*c*). Quando ergo gregi perturbationum animi et tempestatum nox incubat atra, cœlumque omne contenebrescit, tum canem sine tumultu colloca in nocturnam custodiam, qui assidue clamet ad Deum. Nec vero procul aberrabis, si animum tuum (quasi alterum Herculem) monstrorum et ferarum confectorem existimabis.

A παιδεύων. Οὐ γὰρ πέφυκε τὰ κάτω, τὰ χαμαὶ θεραπεύειν ποτέ · ἀγαθὸς κυβερνήτης διαφώσει πλεῖον · καὶ καλὸς ποιμὴν ζωοποιήσει καὶ ἰάσεται τὰ νοερὰ πρόβατα. Καθ' ὅσον τὰ πρόβατα ποιμένι ἀπαραλείπτως προκόψαντα ἀκολουθοῦσι, κατὰ τοσοῦτον ὑπὲρ αὐτῶν τῷ οἰκοδεσπότῃ ἀπολογήσεται. Αἰθαζέτω τῷ λόγῳ ὁ ποιμὴν καὶ τὰ ἐξ ὀκνηρίας; ἢ γαστριμαργίας ἀπομένοντα πρόβατα · ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο ἀγαθοῦ ποιμένος τεκμήριον, ὁπόταν τὰ πρόβατα ἐκ τοῦ φλογμοῦ τοῦ καύματος, μᾶλλον δὲ τοῦ σώματος, νυστάζειν τῇ ψυχῇ ἄρξωνται, τότε σφοδροτέρως ὑπὲρ αὐτῶν πρὸς τὸν οὐρανὸν ὁρῶν ὁ ποιμὴν γρηγορήσειεν. Εἰώθασι γὰρ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ καύσωνος ἐκεῖνον, πολλὰ λυκόδρωτα γίνεσθαι · πλὴν εἰ καὶ αὐτὰ κατὰ τὸν ἐκτὸς ἐν τοῖς προβάτοις ὁρώμενον τύπον, τὴν κεφαλὴν τῆς ψυχῆς ἐν τῷ καιρῷ τοῦ φλογμοῦ κάτω εἰς γῆν κλίνουσιν (*d*), ἔχομεν τὸν εἰπόντα · *Καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει* · σωτίας καὶ νυκτὸς παθῶν καταλαβούσης τὴν ποίμνην, ὄριζε ἀκινήτως τὸν κύνα πρὸς Θεὸν, εἰς τὴν νυκτερινὴν φυλακήν · οὐδὲν δὲ ἀπεικὸς τὸν σὸν νοῦν νοήσεις τὸν ἀναιρέτην τῶν θηρίων.

IN CAP. I.

Scholion 1.

Corpus sanum hic non intelligit, quod ex mutatione aut elementorum redundantia nullos morbos contrahere solet, sed quod omnes pravas cupiditates et voluptates repudiavit et exuit, quæque has sequitur, corruptelam. Quemadmodum etiam in gradu de tranquillitate animi docuit. Illum esse proprie victorem cupiditatum omnium, qui corpus ad incorruptionem reduxit et animum supra naturam creatam evexit.

Scholion 2.

Qui non docetur a Deo, sed adhuc terrena sapit, quomodo sibi similes 486 curabit : *Cæcus enim si cæco ducatum præstet, ambo in foveam incident* [e].

Scholion 3.

Alterum sive spirituale : quemadmodum enim tu discipulos doces per sensum, ita te, Deus, per mentem.

ΕΙΣ ΚΕΦΑΛ. Α'.

Σχόλιον α'.

Σῶμα ὑγιεινὸν ἐνταῦθά φησιν, οὐ τὸ μὴ πάσχον ἀσθένειαν ἐκ παρατροπῆς, ἢ πλεονασμοῦ τῶν συστατικῶν στοιχείων · ἀλλὰ τὸ ἐκδυσάμενον τὰς ἐπιθυμίας τὰς ἡδυπαθεῖς, καὶ τὴν ἐκ τούτων φθοράν. Ὡς ἴφη καὶ ἐν τῷ Περὶ ἀπαθείας · ὅτι ἀπαθὴς κυρίως ἐστὶν, ὁ τὴν σάρκα μὲν ἀφθαρτοποιήσας, τὸν δὲ νοῦν τῆς κτίσεως ἀνυψώσας.

Σχόλιον β'.

Ὁ μὴ ἄνωθεν διδασκόμενος, ἀλλὰ καὶ τὰ κάτω ὅτι φρονῶν, πῶς τοὺς ὁμοίους ἰάσεται · *Τυφλὸς γὰρ*, φησὶ, *τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον ἐμπεσοῦνται.*

Σχόλιον γ'.

Τὸ ἕτερον, ἤγουν τὸ πνευματικόν · ὡς γὰρ σὺ τοὺς μαθητὰς παιδεύεις αἰσθητῶς, οὕτως καὶ σὲ νοητῶς ὁ Θεός.

CAPUT II.

Largius exponitur medici et cœnobiarchæ similitudo.

Benignum sane numen et hoc naturæ indidit, ut æger, quamvis a medico fortasse nihil opis accepturus, aspectu tamen ipso et præsentia illius recreetur. Et tu vir admiratione merito suspiciende, fac ut comparata habeas medicaminum amuleta : emplastra, inquam, vulneraria, cataplasmata et pulve-

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Φύσεως ἰδίωμα καὶ τοῦτο ὁ ἀγαθὸς ἡμῶν πεποίηκε Κύριος, ἵνα τὸν ἰατρὸν ὁρῶν ὁ νοσῶν εὐφραίνηται (*i*) · ἴσως, εἰ καὶ μηδὲν παρ' αὐτοῦ ὠφελεῖται · κέκτησο καὶ σὺ, ὦ θαυμάσιε, ἐμπλαστρα, ξηρία, κολλούρια, ποτὰ, σπόγγους, ἀναυσίαν, φλεβότομα, καυτῆρας, ἀλείμματα, ὑπνωτήρια, μάχαιραν, κατα-

[b] Galat. I, 3. [c] Psal. L, 19. [d] Matth. XV, 14.

(*a*) Et in forma sensibili in eo quod non est sensibile instituare.

Digitized by Google

δέσμους. Εἰ δὲ τούτων ἀπορούμεν, πῶς τὴν ἐπιστήμην ἐνδειξώμεθα; Οὐδαμῶς· οὐ γὰρ λόγων, ἀλλ' ἔργων οἱ μισθοὶ δίδονται (2). Ἔμπλαστρόν ἐστιν ἴασις παθῶν ὁρωμένων, ἤγουν σωματικῶν. Δόσις ἐστὶν ἴασις παθῶν τῶν ἐντός, καὶ κένωσις ῥύπου ἀοράτου. Κηρίον ἐστὶ ἀτιμία δάκνουσα, καὶ οἰήσεως σηπεδόνα θεραπεύουσα. Κολλούριόν ἐστιν (3) ὀφθαλμοῦ ψυχῆς νοὸς κάθαρσις, ἐκ θολώσεως θυμοῦ ταραχθέντος. Ποτόν ἐστι στύφουσα ἐπίπληξις, καὶ μετ' ὀλίγον θεραπεύουσα. Φλεβότομόν ἐστι σύντομος κένωσις ὄζωδίας ἀφανοῦς· φλεβότομόν ἐστι κυρίως ἐπιτατικὴ καὶ ἀπότομος ἐπέκτεις εἰς σωτηρίαν τῶν νοσούντων. Σπόγγος ἐστὶν ἡ μετὰ τὴν φλεβοτομίαν ἢ χειρουργίαν, διὰ προσηνῶν καὶ ἡπίων λόγων καὶ ἀπαλῶν τοῦ ἰατροῦ ἐν τῷ νοσοῦντι θεραπεία καὶ κατάψυξις. Καυτήρ [1] ἐστιν ὅρος καὶ ἐπιτίμιον εἰς μετάνοιαν πρὸς χρόνον διδόμενον φιλανθρώπως· ἄλειμμά ἐστιν, ἡ μετὰ τὸν καυτῆρα ἢ διὰ λόγου, ἢ διὰ μικρᾶς παρακλήσεως ἐπιτιθεμένη τῷ νοσοῦντι παραμυθία. Ὑπνωτικόν ἐστι τὸ φορτίον τοῦ ὑπηκόου ἀναβέξασθαι, καὶ διὰ τῆς ὑποταγῆς ἀνάπαυσιν αὐτῷ καὶ ὕπνον εὔπνον, καὶ τύφλωσιν ὁσίαν τοῦ μὴ βλέπειν τὰ ἑαυτοῦ καλὰ χαρίσασθαι. Κατάδεσμοί εἰσι, τοὺς τῇ κενοδοξίᾳ ἐκλυομένους καὶ κεχαυνωμένους, καὶ δι' ὑπομονῆς ἕως θανάτου στερεοῦν καὶ ἐπισφίγγειν. Τέλος δὲ πάντων μάχαιρά ἐστιν ὅρος καὶ ἀπόφασις ἐπὶ ἐκτομῇ νεκρωθέντος ψυχικῶς μέλους καὶ σεσηπότος, ἵνα μὴ καὶ τοῖς λοιποῖς τὴν οἰκείαν ψώραν μεταδώσει. Μακαρία ἀνανσία, ἐν ἰατροῖς καὶ ἐν προεστῶσιν ἀπάθεια· οἱ μὲν γὰρ μὴ ναυσιῶντες ἐν πάσῃ ὀζωδίᾳ θεραπείᾳ ἀόκνως ἐπιχειρήσουσιν· οἱ δὲ πᾶσαν τεθνηκυῖαν ψυχὴν ἀναστῆσαι δυνήσονται. Καὶ αὕτη μία τῶν αὐτοῦ προσευχῶν τοῦ προεστηκότος γεγένηται [2], τὸ πᾶσι κατὰ τὴν ἑαυτῶν ἀξίαν προσπάσχειν τε καὶ συνδιατίθεσθαι· μή πως ὡς ὁ Ἰακὼβ καὶ αὐτὸς, καὶ τὸν ἀγαπώμενον καὶ τοὺς συμφοιτητὰς καταβλάψοι [3]· τοῦτο δὲ πάσχειν πεφύκασιν, ἐπειδὴ οὔπω τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια τελείως γεγυμνασμένα κέκτηνται πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ μέσου καὶ κακοῦ (4).

A res, collyria, purgationes, spongias, anausian contra nauseantem stomachum, phlebotoma, adustiones et cauteria, unguenta, hypnotica sive soporifera pocula, ferrum chirurgicum et vincula. Quibus si careamus, poterimusne nostram medicandi scientiam testatam facere? minime vero: neque enim verbis medici, sed factis et curationibus nostrum et merces penditur. Emplastrum est curatio mali in corpore apparentis, hoc est apertorum animi vitiorum. Dosis et affectionum interiorum medicina, sive sordium latentium et sentinæ exinanitio. Cataplasma est mordens animum convitium et contumelia, quibus existimationis insolentioris putor curatur ac rescinditur. Collyrium est pharmacum quo mentis oculus ex iræ turbinis et B pulveris nube conturbatus perpurgatur. Potio est amarulenta objurgatio (quæ ex amarore primum percellit naturam), quam paulo post sequitur curatio. Phlebotomum 467 est occulti mali compendiosa evacuatio. Phlebotomum proprie est violenta et subita vis ad ægrorum salutem excogitata. Spongia est chirurgi, post venæ vel membri alicujus sectionem, lenis oratio, et mitis humanaque compellatio, qua dolor ægro quodammodo abstergitur. Causter est decreta (ab Ecclesia) censura et pœna ad certum tempus delinquenti ad pœnitentiam clementer irrogata. Unctio est, post ferri candentis ustulationem, verbi seu brevis ad ægrum adhortationis consolatio. Hypnoticum est soporifera potio, qua subjecto onus relevatur, et per subjectionis et jugi relaxationem somnus C insomnis, et religiosa cæcitas, ne præclara sua facta sentiat, conciliatur ac comparatur. Fasciæ [κατάδεσμοι] vincula sunt, quibus vana turgentes gloria et ambitione stolida inflati, per patientiam ad mortem usque veluti cippo aliquo coerciti detinentur. Denique cum omnis medendi ars desperata est, ferrum superest et gladius anathematis, quo per decretum et sententiam putre mortuumque spiritus membrum, ne reliquam corporis partem scabie pesteque inficiat, reciditur. Porro quæ in medicis et nauseam seu fastidium) illa in curatoribus animorum est omnium animi perturbationum composita quies et vacatio. Etenim ut ii qui cujuscunque morbi curandi graveolentia non offenduntur, ad quodvis morbi genus curandum impigre accurrunt; ita animorum medici, quamvis animam vita cœlesti et spirituali carentem ac mortuam, poterunt, in vitam revocare. Et hæc unica curatio fit precibus et votis pastoris, dum singulis pro suo 468 cuique statu animi succurrit, et per commiserationem paternam singulorum quasi morbos ipse tolerat ac patitur, ne forte ut Jacob (a), dilectum et familiares ejus offendat, quod tum solet usu venire, cum animi sensa et affectiones nondum habent per usum et exercitationem in potestate, uti mala a bonis et ab utrisque media ad unguem possint secernere.

est felix illa anausia (quæ omnem tollit horrorem

ΕΙΣ ΚΕΦΑΛ. Β.

Σχόλιον α'.

Νόσος ἐστὶ ψυχῆς ἡ τῆς κακίας ἕξις· θάνατος δὲ, ἡ κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτία.

Σχόλιον β'.

Ταῦτα πάντα διὰ λόγου γίνεται· καὶ πῶς εἶπεν,

D

IN CAP. II.

Scholion 1.

Morbus animi est habitus vitii, mors autem actus ipse peccati.

Scholion 2.

Hæc omnia sermone transiguntur; quomodo ergo

(a) Amos v. Intelligit posteros Jacobi, per Josephum explicatos: hic subjectos.

[1] ἀ. καυστήρ. [2] γένηται. *Al.* γενέσθω. [3] *al.* καταβλάψει. *Al.* καταβλάψειε.

Digitized by Google

dixit, non sermonibus aut verbis dari mercedem? Hoc, ut opinor, dicit : non iis præsidibus præmia dantur, qui verbo præsunt, sed iis qui [efficaciter] longo usu docti verba vitæ nobis administrant.

Scholion aliud.

Mores aut verba respice; verbo virtutem doce, moribus et vita virtutem prædica et confirma.

Scholion aliud.

Meliorum quidem est docere, sed et pericula majora creat : discere vero quanto est vilius, tanto est securius.

Aliud Gregorii Theologi.

Sine honesta vita nemo unquam ad cœlum subvectus est : sed sine belle perstrepente verborum sonitu multi : nam gratia Dei non est benedicentium, sed bene viventium.

Scholion 3.

Collyrium est pharmacum quo mentis oculus ex iræ turbinis nube conturbatus perpurgatur. Potio amarulenta objurgatio; et quæ sequuntur.

Divi Chrysostomi.

Alia quidem bona, alia media : exempli gratia anima et corpus ex mediis sunt, quod hoc et illud sua facultate fieri possint. Spiritus autem semper ex bonis est, nec unquam statum permutat; **469** sensus item carnis, hoc est, improba actio semper inter mala erit, legi enim Dei non paret. Si ergo animam meliori parti addixeris ut et corpus; ex parte sortis melioris factus es : si autem deteriori iterum, tum hic exitii socius et particeps effectus es, non præter naturam animæ et corporis mentem, quæ ut domina utraque hæc eligere potest.

Aliud.

Qui connivet et non objurgat peccantem, immitis est, sicut et ille qui venenum ingerit icto ab serpente.

οὐ γὰρ λόγων, ὡς οἶμαι, τοῦτο λέγει· οὐκ ὀνομάτων ἡγουμένων, ἀλλ' ἐμπράκτως ἡμῶν ἐκπορευομένων τὰ τῆς ζωῆς ῥήματα, οἱ μισθοὶ δίδονται.

Σχόλιον ἄλλο.

Βίον ἢ λόγον βλέπε· λόγῳ μὲν τὴν ἀρετὴν δίδασκε· βίῳ δὲ αὐτὴν κήρυσσε.

Ἄλλο.

Κρειττόνων μὲν τὸ διδάσκειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς κινδύνους μείζους ἐπιφέρει· τὸ δὲ μανθάνειν ὅσῳ καταδεέστερον, τοσούτῳ καὶ ἀκινδυνότερον.

Ἄλλο Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου.

Βίου μὲν οὐδεὶς πώποθ' ὑψώθη δίχα· λόγου δὲ πολλοὶ τοῦ καλῶς ψοφουμένου· οὐ γὰρ λαλούντων, εὖ βιούντων δ' ἡ χάρις.

Σχόλιον γ'.

Κολλούριόν ἐστιν ὀφθαλμοῦ ψυχῆς νοὸς κάθαρσις, ἐκ θολώσεως θυμοῦ ταραχθέντος· στύφουσα ἐπίπληξις· καὶ τὸ λοιπόν.

Τοῦ Χρυσοστόμου.

Τὰ μέν ἐστιν ἀγαθά, τὰ δὲ μέσα· οἷον ψυχὴ καὶ σὰρξ τῶν μέσων ἐστί, καὶ τοῦτο κακεῖνο γενέσθαι δυνάμει· τὸ δὲ πνεῦμα τῶν ἀγαθῶν ἀεί, καὶ οὐδέποτε ἕτερον γινόμενον. Πάλιν, τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς, τοῦτ' ἔστιν ἡ πονηρὰ πρᾶξις, τῶν ἀεὶ κακῶν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται. Ἂν τοίνυν τῷ βελτίονι δῷς τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα, ἐγένου τῆς ἐκείνου μερίδος· ἂν τῷ χείρονι, πάλιν τῆς ἐνταῦθα ἀπωλείας κατέστης κοινωνὸς, οὐ παρὰ τὴν φύσιν τῆς ψυχῆς καὶ τῆς σαρκὸς, ἀλλὰ παρὰ τὴν γνώμην τὴν κυρίαν ἀμφότερα ταῦτα ἐλέσθαι.

Ἄλλο.

Ὁ ἐφησυχάζων, καὶ μὴ ἐλέγχων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ πλησίον αὐτοῦ, ἀσπλαγχνός ἐστιν· ὥσπερ ὁ τὸν ἰὸν ἐναφεὶς τῷ δηχθέντι ὑπὸ τοῦ ἰοβόλου.

CAPUT III.

Cœnobita sit cum Deo conjunctissimus.

Turpe est magistro virtutum, cum a Deo conatur suis alumnis virtutem impetrare, qua caret ipse. Quemadmodum ad regis admissi conspectum et inter familiares asciti facile deinceps et servos suos, et ignotos, et hostes etiam cum libuerit, ad regem spectandum et regiam ejus majestatem contemplandam perfruendamque possunt introducere; ita pariter in rebus fiet divinis cogita. Intimos regis amicos etiam alii regis amici veneratione prosequuntur, illisque parent, et vel ultro nolentibus etiam se ingerunt et subserviunt. Præciarum est sapientes in promptu habere amicos; nemo enim plus opis et momenti ad virtutem comparandam afferre potest. Retulit mihi quispiam ex hoc amicorum divinorum albo, Dei cultores cum alias quidem semper, sed tum maxime cum solemnes et cœlestibus cumulari donis.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Πολλὴ ἡ τοῦ προεστῶτος αἰσχύνη προσευχομένου πρὸς τὸ δωρηθῆναί τι τῷ ὑπηκόῳ ὅπερ αὐτὸς οὔπω προκέκτηται. Ὥσπερ οἱ πρόσωπον βασιλέως θεασάμενοι, καὶ τοῦτον ἑαυτοῖς φίλον καταστήσαντες, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ ἅπαντας δύνανται λοιπὸν καὶ τοὺς ἀγνωρίστους αὐτῷ ἢ καὶ ἐχθροὺς, εἴπερ βουληθῶσιν, καὶ τῆς αὐτοῦ δόξης ἀπολαῦσαι, οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων νόει· τοὺς ἀκροτάτους φίλους, καὶ αἰδοῦνται οἱ φίλοι καὶ ὑπακούουσιν. Ἴσως δὲ καὶ βιάζονται ὑπ' αὐτῶν· κακὸν κεκτῆσθαι φίλους, τοὺς νοεροὺς φίλους· οὐδεὶς γὰρ οὕτως συνεργεῖ ἡμῖν πρὸς ἀρετήν. Διηγήσατό μοί τις τῶν θεοφιλῶν, ὡς ὅτι πάντοτε μὲν, μάλιστα δὲ ἐν ταῖς ἐτησίοις καὶ Δεσποτικαῖς ἑορταῖς ὁ Θεὸς τοὺς αὐτοῦ θεράποντας δωρεαῖς ἀμείβεται.

anniversarii dies Domino sacri paraguntur, cœ-

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Τελείως αὐτὰ ὀφείλει τὰ πάθη ὁ ἰατρὸς ἐκδύσασθαι, ἵνα ἐν καιρῷ τινι δυνήσηταί τινα, καὶ μάλιστα τὸν θυμὸν, ὑποκρίνασθαι. Εἰ μὴ γὰρ αὐτὰ εἰς ἄκρον ἀπώ[σαι]το, οὐ δυνήσεται αὐτὰ ἀπαθῶς ὑποδύεσθαι. Εἶδον ἵππον ἔτι μικρὸν ἀγυμνάστως διακείμενον, ὃς ὑπὸ χαλινοῦ ἀγόμενος, καὶ ἡσυχίως βαδίζων, ἐξαίφνης τῷ ἰδίῳ κυρίῳ ἐπεβούλευσεν, μικρὸν τοῦ χαλινοῦ αὐτοῦ χαυνωθέντος· ἐπὶ δυσὶ (1) δαίμοσι τὸ παρὸν ὡς ἐπίπαν πρόβλημα ἐπακολουθεῖν πέφυκεν· οἱ βουλόμενοι ζητεῖν ζητείτωσαν ἐμπόνως.

ΕΙΣ ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Σχόλιον α'.

Τῇ κενοδοξίᾳ καὶ τῇ γαστριμαργίᾳ ἢ τῇ πορνείᾳ· αὗται γὰρ μέχρι τέλους τὸν πρὸς ἡμᾶς οὐ καταλύουσι πόλεμον.

Ἄλλο.

Ὁ τῆς ὀξυχολίας οὗτος, καὶ ὁ τῆς πορνείας· ἐὰν γάρ τις μικρὸν ἀμελήσει, ταχέως ἐξεγείρονται, καὶ τοσοῦτον ὅτι καὶ μέχρι τέλους συμπαραμένουσι, καὶ τὴν φύσιν καταδουλοῦνται, ὡς φυσικά.

Ἄλλο.

Εἰ διότι ἡ γαστριμαργία καὶ ἡ πορνεία ἀλλήλων ἔχονται, καὶ διὰ τοῦτο ὡς ἓν ἀμφότερα τάττονται. Ἀλλὰ σὺ ζήτει καὶ τὸ ἕτερον πάθος, ὅπερ ἐστὶν ἡ κενοδοξία.

A

470 CAPUT IV.

Oportet ut medicus omnes animi impetus et perturbationes penitus exuat, ut in tempore nunc hos, nunc illos, maxime vero iram simulare possit. Etenim nisi hos animi morbos penitus expulerit, non poterit illis cum res exiget sine vitio abuti. Animadverti equuleum adhuc tenerum et indomitum, frenatum tamen, commode incedere : remisso vero paululum freno, vectori suo repente exitium moliri. Geminos hæc quæstio spiritus nequam attingit, quos si volent quærere, sollicite quærant.

AD CAP. IV.

Scholion 1.

Inanem laudem, gulam aut luxuriam : hæc enim B vitia persequi nos ad mortem usque solent, nec ullas belli inducias faciunt.

Aliud.

Hi sunt spiritus excandescentiæ et luxuriæ : si quis enim vel modice cesset, statim excitantur ; et quidem tam infesti sunt, ut ad mortem usque nos comitentur, naturamque tanquam et ipsi naturæ cognati sint, in servitutem redigunt.

Aliud.

Si ergo gula et luxuria inter se connexæ sunt, utrumque vitium tanquam pro uno ponitur. Sed tu quære et alterum, quod est vana gloria.

OBSERVATIO INTERPRETIS AD CAP. IV.

Vacare Climacus vult religiosorum præsidem omni animi pertubatione, et in summa animi tranquillitate officium suum administrare, quam animi serenitatem **471** et tranquillitatem in gradu XXIX vocat ἀπάθειαν, cœlum cordis, palatium supremi regis, corporis quasi mortalem quamdam immortalitatem. Reprehensum veniunt nonnulli (*a*) hanc Climaci sententiam, potiusque illum Stoicum quam Christianum, aut humanum autumant. Sed haud scio jurene an injuria. Planum est Stoicorum decretum, iræ, cupidinis, et reliquorum etiam fibras affectuum elidendas, omniaque vitiositatum et vitiorum elementa eradenda. Non negat Latinus philosophus (*b*) iram in solum hominem cadere, esse tamen contra naturam affirmat. Aristoteles (*c*) cum Peripateticorum concilio, Plato (*d*) cum Academico senatu, iram non omnino ex humano pectore excludendam decernunt : sæpe utilem esse. Ira, inquit Aristoteles, necessaria est, nec quidquam sine illa expugnari potest, nisi illa impleat animum, et spiritum accendat. Utendum autem illa est non ut duce, sed ut milite. Noster Climacus est in ea sententia, et iram et omnes animi noxios affectus penitus exuendos, quod et Seneca docet (*e*), et omnes religiosi viri, qui illum vincendorum affectuum conatum, νέκρωσιν, nostri religiosa voce, *mortificationem* appellant, ex qua illa mentis et corporis tranquilla serenitas redundat, uti victor sui velut in alta collocatus specula, inferiora omnia tempestatum ventis agitata, et turbinum procellis concussa ex tuto securus despiciat : possit tamen, si velit, iram aut quemcunque affectum ad tempus assumere, vel (*f*) simulare potius. Proinde nescio an Joannem Gersonem et Dionysium Carthusianum, cætera sanctos viros, non pœnitere debeat sententiæ, cum ille notavit Climacum περὶ μετανοίας, hic καὶ περὶ ἀπαθείας, cum in quinto gradu non de præscripto, sed voluntario studio pœnarum, atque pœnitentium agat, quanquam locus certus et vivendi modus pœnitentibus esset generatim definitus, plerique tamen sua sponte animi multo gravioribus se afflictionibus multabant, mirandis certe si non imitandis ; sed de animi tranquillitate, et omnium cupiditatum exstirpatione, ex qua nascitur illa ἀπάθεια et secura serenitas, minus laudarim aliorum opinationem, qui illam damnant, aut quiddam quasi ἀδύνατον censent, cum D. Paulus in Litteris ad Corinthios missis illam ipsam videatur depinxisse, cum

(*a*) Gerson, Dionysius Carthusianus.
(*b*) Seneca.
(*c*) Lib. III *Ethic.*
(*d*) *De Rep.* et aliis locis
(*e*) C. 9. lib. I *De ira.*
(*f*) Seneca etiam simulandam irum docet lib. II *De ira*, c. 14.

Digitized by Google

charitatis naturam et effecta depinxit : *Charitas*, inquit, *patiens est, benigna est ; charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati : omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet* •. Non videtur tibi hic in summo affectu sine affectu? nonne est exsensus qui omnia sufert, omnia sustinet? talis est ἀπάθεια Climaci, hic ἀπαθής, qui sentiens non sentit, videns non videt, quem nec aliena torquet invidia per æmulationem, nec extollit scientia per superbiam, nec lædit injuria calumniatoris, et quæ sunt his gemina, quibus humana fatigari solet patientia. Possem ego, si institutum haberem, ex litteris paganorum, et Christianorum monumentis syllabum texere pectorum mitissimorum, quæ vel nunquam irritata, vel illico revocata necem iræ intulere, quamvis ad inflammendum iræ incendium non deessent cinifiones.

Et quamvis Climacus omnes animi perturbationes ita cupiat deletas, ut nullum quodammodo vestigium in nobis earum resideat, tamen ultima illius sententia ei decurrit, ut sopitas velit potius quam omnino exstinctas; ut cum usus est, possint velut canes excitari, et ad feras vitiorum persequendas adhiberi : sic tamen, ut venatori non obsint; nec impetum in illum exserant, sed in monstra duntaxat vitiorum. Itaque ligatos et ad nutum domini vult paratos, non secus quam ii, qui histrionicam exercent, et aut regiam induunt personam; aut ducis copiarum, ad quorum imperia miles vel expediat arma, vel ponat; aut exercitati Ulyssis, qui ventorum rabiem utre clausam teneat, laxetque cum navigandum, aut restringat, cum quiescendum. Longius quidam ex priscis in ea re progressi, hominem prope ex homine, corpusque ex corpore tollebant, uti sanctus Hieronymus disputat (*a*); et Evagrium Ponticum Hyperboritam ejus ἀπαθείας auctorem velut Origenistam nominat, eamque sententiam a Stoicorum fonte manasse tradit. Tractat de hac imperturbatione seu impassibilitate (ut sanctus Hieronymus interpretatur) seu indolentia, ut Cicero loquitur, seu animi tranquillitate, et omnium perturbationum vacatione doctissimus et religiosissimus noster Bernardus Rosignolius, lib. II *De disciplina Christianæ perfectionis*, cap. 27, toto, ubi et Climacum his verbis **472** laudat : *Joannes Climacus Evagrium Ponticum hoc nomine reprehendit, notans ejus ἀπάθειαν nomine alacritatis sensus : quia fortassis hoc eum ipso nomine appellabat, ut facilius simplicibus illuderet : unde effectum quoque est, ut quidam sanctus vir* (*b*), *qui notationes in Climacum edidit, sententiam ejus minime assecutus sensum Evagrii dicto Climaci præferret. Non ita doctissimus atque illustrissimus cardinalis Cæsar Baronius : is enim historiam ἀπαθείας narrans, plane sensum Climaci assecutus eum commendat, et Evagrium, ut dignus est, damnat.* Hæc Rosignolius. Baronius autem de Evagrio (*c*) : *Sed qui indolentiam stoicam in Ecclesiam introducere conatus est, hominemque statim ad culmen perfectionis evehi a se posse iisdem scriptis pollicebatur, eo nomine ab aliis derisus est : nam inter alios hæc Climax de eo : putavit Evagrius sapientissimum se omnium alacritate sensus fieri, sed fraudem passus sibi mentitus et miser, insipientiumque insipientissimus ex hoc ipso ostensus.* Hæc Baronius ex interprete Climaci non ubique optimo (*d*). Non exprimitur locus, nec gradus ex Climaco : et Climacus nihil περὶ ἀπαθείας seu indolentia in illo gradu tractat, in quo hæc verba leguntur; sed de gula et abstinentia seu jejunio. Caput seu gradus est XIII : περὶ τῆς παμφλου καὶ δεσποίνης πονηρᾶς γαστρός, sive ut est in generali indice περὶ νηστείας, *de grato omnibus et malo imperatore ventre*, sive de jejunio. Porro de Evagrio Climacus in hoc capite, *de gula*, hæc sua lingua, Græca, inquam, tradit : Ἔδίκησεν (*d*) ὁ θεήλατος Εὐάγριος τῶν σοφῶν σοφώτερος τῇ προφορᾷ καὶ τοῖς νοήμασι γενέσθαι· ἀλλ' ἐψεύσθη ὁ δείλαιος τῶν ἀφρόνων φανεὶς ἀφρονέστερος ἐν πολλοῖς μὲν, πλὴν καὶ ἐν τούτῳ· φησὶ γὰρ ὅτι νηστείαν διαφόρων βρωμάτων ἐπιθυμεῖ ἡμῶν ψυχή, ἐν ἄρτῳ καὶ ὕδατι στενούσθω· ὅμοιον δέ τι προσέταξε τῷ αἰσθόντι τῷ παιδὶ ἐν (lego ἐνὶ) τῷ βήματι πᾶσαν ἀνελθεῖν τὴν κλίμακα. Interpretor hæc meis verbis, nam alios video procul a mente Climaci abiisse; nihi enim hic de *sensus alacritate* Climacus : *Visus est sibi Evagrius* (*a malo Dei genio agitatus*) *cum loquendo tum cogitando sapientibus fuisse sapientior; sed falsus est animi infelix, quando stultis omnibus stultior, cum in multis aliis, tum in hoc deprehensus est, cum ait : Quando animus noster varia ciborum genera desiderat, pane et aqua maceretur, perinde hortatus, ut ille, qui suo discipulo præcepit, ut uno saltu omnes simul scalæ gradus transmitteret.* Hæc de Evagrio Climacus, ubi nihil admodum est περὶ ἀπαθείας, sed de gulæ, ut vides, irritamentis. Non sunt assecuti interpretes illa Climaci τῇ προφορᾷ καὶ νοήμασι, quæ *alacritatem sensus* Camaldulensis transtulit; nihil ad fides; antiquior, *arrogantiam*, totum id, τῇ προφορᾷ καὶ νοήμασι, nisi etiam θεήλατος adjecit. Itaque ex hoc loco nec Evagrius de ἀπαθείᾳ reprehendi, nec Climacus laudari ab eadem potest, cum nihil ad rem faciant. Cæterum Evagrium a vera catholicæ doctrinæ norma deflexisse certum est, cujus etiam in solitudine cellam malus inferorum hospes occupavit, ut nemo secundum Evagrium illam tutus incoleret. Sic enim Jo. Moschus

• I Cor. XIII, 4 - 7.

(*a*) *Contra Pelagianos ad Ctesiphontem.*
(*b*) Dionys. Carth.
(*c*) *Annal.* t. VI, anno Christi 388.
(*d*) Ambros. Camald.
(*e*) Ex ms. Græco biblioth. ser. Maximil.

Digitized by Google

in suo Limonario (a) *Dicebat abbas Jo. Cilix commorantibus nobis in Nono Alexandriæ; venit ad nos Ægyptius monachus narravitque nobis dicens: Ad monasterium cellularum frater ex longinqua regione pervenit, volens ibi habitare, prostratusque presbytero orabat, ut in Evagrii cella moraretur. Presbyter autem dicebat, non posse cum illic habitare; recedensque presbyter ait fratri: Fili dæmon infestissimus illic habitat. Qui enim seduxit Evagrium, et a vera fide removit, immisitque illi scelerata dogmata, ille non permittit aliquem ibi morari.* Hæc Moschus; qui addit non potuisse peregrinum deterreri consilio senioris, sed ingressum cubile Evagrii, ac post alteram hebdomadem repertum cum fune collo injecto gulaque fracta exspirasse. Adeo hæreticorum etiam vestigia pestem post se impressam relinquunt.

Sed ad Climaci apotheian redeamus, qui illa πάθη et motus animi non vult stirpitus evelli, sed ita coerceri, ut ne se commoveant animo invito; ad imperia tamen evocati adsint, et pro usu et voluntate imperantis respondeant, vimque animo addant. Elegantes sunt apud A. Gellium (b) narratiunculæ de ineptiis Stoicis, quas gratiæ loco apponerem, nisi essent longiusculæ, extant lib. I, cap. 2, et 26 lib. XIX, cap. 12.

Concludo cum sancto Hieronymo, cui ἀπαθὴς est *Deus est* sanum *est*, certe Climacus noluit nos in sanum migrare.

—

ΚΕΦΑΛ. Ε'. 473 CAPUT V.

Pastoris industria in quo spectanda.

Τότε τὴν ἐκ Θεοῦ δεδομένην αὐτῷ ὁ ἰατρὸς ἐπι- A γνώσεται σοφίαν, ὅταν τὰ τοῖς πολλοῖς ἀθεράπευτα πάθη θεραπεῦσαι δυνήσηται. Οὐ θαυμαστὸς διδάσκαλος ὁ τοὺς εὐμαθεῖς παῖδας σοφοὺς ἀπεργασάμενος, ἀλλ' ὁ τοὺς ἀμαθεῖς καὶ ἀσόφους σοφίας καὶ τελειώσεως· τότε ἡ τῶν ἡνιοχούντων εὐφυΐα ἐπαινεῖται καὶ ἐμφανίζεται, ὅταν ἐν ἀδοκίμοις ἵπποις νικήσωσι, καὶ τοὺς ἵππους διασώσωνται· ἐὰν εἴληφας δόματα προδίδειν τὰ κύματα, τοῖς ἐν τῷ πλοίῳ σωθῆς πρόλεγε· εἰ δὲ μή, σὺ τοῦ ναυαγίου αἴτιος κεθόσεσαι [6], ὃς σὺ παρὰ πάντων πιστευθεὶς ἁμαρτίαις τὴν κυβέρνησιν. Εἶδον ἰατροὺς τῷ ἀῤῥώστῳ τὰς αἰτίας μὴ προμηνύσαντας· καὶ [6] μέντοι ἐκ τούτου καὶ τοῖς νοσοῦσιν, καὶ ἑαυτοῖς, πολὺν τὸν κόπον καὶ τὴν συντριβὴν προξενήσαντας [7]· καθόσον ὁ προεσὼς τὴν τε τῶν ὑπηκόων, τήν τε τῶν πόῤῥωθεν [8] B πίστιν πρὸς αὐτὸν πολλὴν θεάσεται, κατὰ τοσοῦτον λοιπὸν ἑαυτὸν πάσῃ φυλακῇ τηρήσειεν [9]. Ἐν πλοίῳ οἷς τε πράττει καὶ φθέγγεται, γινώσκων ὡς πάντες εἰς αὐτὸν ὡς εἰς ἀρχέτυπον εἰκόνα βλέπουσι, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ εἰς ὅρον, καὶ νόμον λογίζονται. Ποιμένα ἀληθινὸν ἀποδείξει ἀγάπη· δι' ἀγάπην γὰρ ὁ ποιμὴν ἐστανρώθη [10].

Tunc medicus animarum, a Deo se donatum sapientia intelligat, cum ipse morbos multis immedicabiles curare poterit. In nulla admiratione ponendus doctor est is, qui alumnos ingenio promptos et dociles, doctos efficit et eruditos, sed qui tardos et hebetes, litteratos reddit et doctrina præstantes. Decus aurigarum est, cum equis abjectis et ignobilibus vincunt, et ipsos equos incolumes servent, tum, inquam, omnium ore celebrantur et prædicantur. Quod si tibi detum, uti futuram possis tempestatem providere, denuntia illam aperte clavariis: sin minus jam tu naufragii certissimus es auctor, ut cui una omnium sententia gubernaculum optima fide sit commissum. Vidi medicos qui laborantes de periculo serius admonerent: unde factum, ut æger juxta ac medicus in ultimum discrimen salutis inciderent. Eadem est ratio pastoris, qui si vel sibi parentium, vel aliunde ad se (salutis causa) ventitantium fidem ergo se exploratam habuerit, tanto attentius omnia dicta factaque sua observabit: certus omnium oculos animosque in se velut exemplar et imaginem virtutis intentos, vitamque suam et mores, ab omnibus in exemplum trahi, et pro vitæ norma legeque haberi et censeri. Pastorem verum ostendit charitas, quæ principem pastorum in crucem egit.

—

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'. 474 CAPUT VI.

Officium pastoris erga subjectos.

Λόγοις γὰρ οἰκείου τὰ ἐν ἄλλοις (1)· καὶ οὐ δεήσει C πολλῆς αἰδοῦς πάντοτε. Λύπει νοσοῦντα πρὸς χρόνον (2), ἵνα μὴ μακροχρονίσῃ, ἢ τελευτήσῃ ἐκ σιωπῆς ἀπαράτου. Πολλοὶ τῇ σιωπῇ τοῦ κυβερνήτου καλῶς πλεῖν ὑπελάμβανον, ἕως οὗ τῷ βραχεῖ προσέχρουσαν. Παύλου τοῦ μεγάλου τῷ Τιμοθέῳ ἀκούσωμεν γράφοντος· Ἔλεγχε [11] αὐτοὺς, φησὶν, εὐ-

Oratione molli cura alia. Haud est necesse magnam hic semper adhibere verecundiam aut reverentiam. Affige ægrum ad tempus, ne morbus inveterascat, aut æger ex detestabili silentio tuo pereat. Multi propter gubernatoris patientiam et silentium secundis se ventis provehi putarunt, donec ad scopulos offenderent, et in brevia impin-

[6] εὑρίσκει παραίτιος [7] Al. ὄθεν. [8] προεξένησαν. [9] ἔξωθεν. [10] τηρεῖν ὀφείλει. [11] ἐσταύρωται. [11] ἔλεγχε.

(a) *Prati spir.* cap. 177 (b) lib. XIX, c. 18.

Digitized by Google

gerent. Divum Paulum ad Timotheum scribentem audiamus : *Insta*, inquit, *opportune, importune* [f] : opportune quidem opinor, cum objurgati reprehensionem admittunt libenter (*a*) ; importune vero, cum reprehensi per impatientiam mordentur et vulnerantur, cum etiam fontium scaturigines nemine sitiente flumina profundant. Natura quodammodo comparatum est, uti verecundia quædam comitetur præfecturæ magisterium, quæ sæpenumero retardat objurgantem, quominus officium suum exsequatur, et monenda reticeat. Sed pastor ne recuset more litteratorum discipulis suis et alumnis scripto quoque utilia præcepta tradere. Audiamus de quibusdam, sacram paginam loquentem : *Exscinde illam,* **475** *utquid otiosa terram occupat* [g] ? Et : *Tollite malum ex vobis* [h]. Et illud : *Noli deprecari pro populo isto* [i] : paria quoque de Saule dicuntur. Hæc omnia oportet, ut pastor tractata habeat : quando inquam, et quibus, et quadantenus hæc sint usurpanda et adhibenda. Nihil enim Deo veracius. Qui privatim objurgatus non erubescit, hunc publica etiam reprehensio reddit impudentiorem, dum suo abusus cerebro salutem suam in postremis habet.

καίρως, ἀκαίρως· εὐκαίρως μὲν οἶμαι, ὅτε οἱ ἐλεγχόμενοι τὸν ἔλεγχον ἡδέως ὑπομένουσιν· ἀκαίρως δέ, ὅτ' ἂν ἐπὶ τοῦτο δάκνωνται. Ἐπεὶ καὶ αἱ πηγαὶ, καὶ μηδενὸς τοῦ διψῶντος ἀναβλύζουσιν νάματα· ἔστι φύσις, ἵν' οὕτως εἴπω, περὶ τὸ αἰδεστικὸν ἐν προεστῶσι παρέπουσα [12], καὶ τὰ ὀφείλοντα τοῖς ὀφείλουσι [13] πολλάκις σιωπῶσα. Ἥτις τὸ τῶν διδασκάλων ποιεῖν (*a*) ἐπὶ τοῖς μαθητευομένοις μὴ παραιτήσοιτο [14]. Καὶ γραφῇ τὰ χρειώδη ἀπαγγέλματα σημειοῦσθαι αὐτοῖς ἐπιχειρήσοιεν [15]. Ἀκούσωμεν ἔν τισι τῆς θείας φωνῆς λεγούσης· *Ἔκκοψον αὐτὴν, ἵνα τί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ;* Καί· *Ἐξάρατε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν.* Καί· *Μὴ προσεύχου περὶ τοῦ λαοῦ τούτου.* Καὶ ἐπὶ τοῦ Σαοὺλ ὁμοίως. Ταῦτα πάντα τὸν ποιμένα γινώσκειν ἀναγκαῖον, ἐν ποίοις, καὶ πῶς, καὶ πότε ὀφείλουσιν γίνεσθαι. Θεοῦ γὰρ οὐδὲν ἀληθέστερον. Εἴ τις ἰδίᾳ ἐλεγχόμενος οὐκ αἰσχύνεται (3), οὗτος καὶ τὸν ἐπὶ πλήθους ἔλεγχον, ἀφορμὴν ἀναισχυντίας ἐποιήσατο, ἑκουσίως τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν βδελυξάμενος.

AD CAP. VI.

Scholion 1.

Ad præsidem ovilis, et cum qui cogitationum rationes a fratribus religiosis accipit, sermo est. Quando quis ad te confitendi causa accesserit, et sæpe anxius hæserit, da operam ut solis verbis animum ipsius permulceas, et cicurem reddas ; verbi causa, dic : « Non est, frater, quod anxie tristeris ; nam et ego hoc et hoc egi; » aut alia quæ ille fecit, ut et ille sumpta fiducia omnia tibi sincere exponat, sed cave ne opere, quæ dicis docceas, aut facias, et ita familiariorem reddas, sed solis et nudis verbis (*a*), neque tibi ulla cura, sive nocumentum ullum inde proveniet.

Joannis Damasceni 2.

Tristitiæ quatuor genera, dolor cinguis ἄχος est dolor seu tristitia quæ vocem adimit dolenti ; molestia est mœror qui deprimit et gravat animum ; invidia est affectus tristis super aliorum bonis ; misericordia tristitia ob res aliorum adversas.

Scholion.

Objurga peccantem sine ira, ut verbo potius inductus quam ira emendet quod peccavit.

476 *Aliud.*

Pœnas dabit rector populi, quando non tollit etiam minora illius delicta.

Aliud.

Par est ut peccantem diligenter et severe redar-

ΕΙΣ ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Σχόλιον α'.

Πρὸς τὸν προϊστάμενον ποίμνης, καὶ λογισμοὺς τῶν ἀδελφῶν δεχόμενον· ὁ λόγος φησί· Ὅταν προσέλθῃ σοί τις ἐξομολογήσασθαι· καὶ πολλάκις ἐνδοιάζῃ, σπούδαζε λόγοις μόνοις οἰκειοῦσθαι τὰ ἐκείνου· οἷον, λέγε πρὸς αὐτόν· Ὦ ἀδελφὲ, μὴ λυποῦ· κἀγὼ γὰρ τὸ καὶ τὸ ἔπραξα. Ἥτοι, ἅπερ ἐκεῖνος ἐνδοιάζει, κἀκεῖνος λαβὼν θάρσος εἴπῃ σοι πάντα καθαρῶς· σὺ δὲ σπούδαζε μὴ καὶ ἔργοις ἐκεῖνα ἃ λέγεις οἰκειοῦσθαι, ἤγουν πράττειν· ἀλλὰ λόγοις μόνοις, καὶ οὐδεμία σοι φροντὶς ἤγουν βλάβη.

Σχόλιον Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ β'.

Τῆς λύπης εἴδη δ'· ἄχος, ἄχθος, φθόνος, ἔλεος. Ἄχος μὲν οὖν ἐστι λύπη ἀφωνίαν ἐμποιοῦσα· ἄχθος δὲ λύπη βαρύνουσα· φθόνος δὲ λύπη ὑπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς· ἔλεος δὲ λύπη ὑπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς.

Σχόλιον γ'.

Κόλαζε χωρὶς ὀργῆς τὸν ἁμαρτάνοντα, ἐν λόγῳ μᾶλλον πείθων αὐτὸν καὶ μὴ ὀργῇ διορθοῦσθαι.

Ἄλλο.

Δίκην ὑφέξει ὁ ποιμαίνων λαὸν, καὶ μὴ ἐκκόπτων τὰ μικρὰ αὐτῶν ἁμαρτήματα.

Ἄλλο.

Πρέπον ἐστὶ ἐλέγχειν τὸν ἁμαρτάνοντα ἐπιμελῶς

[f] II Tim. IV, 2. [g] Luc. XIII, 7. [h] I Cor. V, 13. [i] Jerem. VII, 16.

[12] πάρεπουσα. [13] ὀφεί, λόμενα τοῖς ὑπηκόοις λέγεσθαι. [14] παραιτησάσθωσαν. [15] ἐπιχειρείτωσαν.

(*a*) Raderus in marg. Ita B. P. N. fecit. — Id est Ignatius.

(*b*) Locus hic nonnihil videtur corruptus, qui fortasse ita sanandus sit, εἰ δεῖ τι τῶν διδασκάλων ποιεῖν, etc. Si quid præceptoribus faciendum sit in erudiendis vel corrigendis discipulis, id facere ne recusent, sed præcepta etiam in scripto tradere ne graventur.

Digitized by Google

καὶ σπουδαίως πρὸς διόρθωσιν· εἰ δὲ ἐπιμένει[16] τῇ κακίᾳ μὴ διορθούμενος, τοῦτον ἐκδιώκειν ἀπὸ τῆς ἀδελφότητος, ἵνα μὴ καὶ τοὺς λοιποὺς καταστρέψῃ.

A guat, et ad emendationem inducat. Quod si incorrectus hæreat in vitio et malitia sua, exterminandus est e contubernio fratrum, ne reliquos etiam pervertat.

Ἄλλο.

Περὶ ἑκάστης ἀρχῆς μικρᾶς τε καὶ μεγάλης γέγραπται, ἵνα τοῖς τεταγμένοις διαμαρτύρωνται, καὶ μὴ παρασιωπῶσι τὰ τούτων πταίσματα μικρά τε καὶ μεγάλα, καὶ ὁ μὲν ἰσχύων ἐκκόψαι τὸ κακὸν, καὶ οὐκ ἐκκόψει, ἐκ τοῦ διαμαρτύρασθαι οὐ λυτροῦται τῆς κατακρίσεως· ὁ δὲ μὴ ἰσχύων, ἀλλὰ διαμαρτυράμενος, καὶ μὴ ὑπακουόμενος, οὗτος μὲν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ῥύει· οἱ δὲ τὸ κακὸν πράττοντες ἐν αὐτῷ ἀποθανοῦνται· ἑκάστη δὲ ἀρχὴ ἀπαιτεῖται διαμαρτύρασθαι, καὶ τοῖς ὀρθῶς πορευομένοις μὴ ἐκπεσεῖν, ἐπεὶ, ἐάν τις ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων δικαίων ἐκπέσῃ, οὐ προεμαρτύρατο δὲ αὐτῷ, ὁ πρωτεύων κρῖμα λήψεται.

Aliud.

De omni magistratu seu magno seu parvo scriptum est, ut subjectis delicta sua seu parva seu magna cum obtestatione denuntient, et nulla silentio transmittant. Qui enim malum exscindere potest, et non exscindit, non evadet damnationem ob solam obtestationem. Quod si emendare non poterit, et peccantem tamen obtestetur, et a peccato dehortetur, sed ille surdus non pareat, hic (præses) animam suam liberat, sed delinquentes in peccato suo morientur; ab unoquoque autem principe seu magistratu exigitur, ut et recte in via ambulantes adhortetur et obtestetur, ne deficiant aut excidant. Ubi autem quispiam ex subjectis piis et justis exciderit, non prius a suo præside de periculo admonitus præses ipse judicium sustinebit.

Σχόλιον.

Ἀπὸ ἀρχιερέων καὶ βασιλέων καὶ τῶν λοιπῶν ἕως εὐτελοῦς πένητος, ὧν ἐξουσιάζει ἀπαιτεῖται διαμαρτύρασθαι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἕκαστος, οὐ μόνον τοῖς ἀτάκτοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐναρέτοις, οὐ μόνον ὑπὲρ πράξεων ἐναντίων, ἀλλὰ καὶ φαύλων ἐνθυμήσεων οἱ ἄρχοντες τῶν ὑπηκόων, ὑπερεύχεσθαι, κατὰ τὸν Ἰώβ, ὀφείλουσιν.

Scholion.

Ab episcopis et regibus ac cæteris usque ad extremum pauperem in quos potestatem habet, ratio exigetur de his, ut pro sua quisque facultate suos adhortetur et obtestetur, non improbos tantum et solutos, sed probos etiam seu qui cum virtute vivunt. Non solum enim ex sententia Jobi principibus seu magistratibus precandum pro improbis hominum factis, sed cogitationibus etiam malis subjectorum deprecandum est.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

477 CAP. VII.

Subjecti pro ingeniorum varietate tractandi.

Σκοπῶ δὲ κἀκεῖνο, ὅπερ παρὰ πολλοῖς εὐγνώμοσιν ἀῤῥώστοις εἶδον γινόμενον· τὴν γὰρ ἑαυτῶν δειλίαν καὶ ἀσθένειαν ἐπιστάμενοι, καὶ μὴ βουλομένους τοὺς ἰατροὺς δεσμῆσαι αὐτοὺς, καὶ ἑκουσίῳ βίᾳ ἰατρεῦσαι ἐδυσώπησαν. Διὸ τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, διὰ τὴν μέλλουσαν ἐλπίδα· ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενὴς, διὰ τὰς προλαβούσας προλείψεις[17]. Ἐγὼ δὲ ἐωρακὼς, πεῖθεσθαι τοὺς ἰατροὺς ἐδυσώπησα. Οὐδὲ πᾶσιν ὁ ὁδηγὸς στενὴν καὶ τεθλιμμένην προσερχομένοις λέγειν ὀφείλει· οὐδὲ μὴν ἑκάστῳ τὸν ζυγὸν χρηστὸν καὶ τὸ φορτίον ἐλαφρόν. Σκοπεῖν δὲ μᾶλλον καὶ προσφυῶς ἁρμόζειν τὰ φάρμακα. Τοῖς μὲν ἐκ χαλεπῶν καταβεβαρυμένοις ἁμαρτημάτων, καὶ εὐχερῶς πρὸς τὴν ἀπόγνωσιν ἔχουσι, τὸ δεύτερον· τοῖς δὲ πάλιν πρὸς τὸ ὑψηλὸν καὶ οἰηματικὸν φρόνημα κλίνουσι[18], τὸ πρῶτον ἁρμόδιον φάρμακον. Τινὲς ἰδὼν ὁδεύειν μακρὰν ἔχοντες[19], καὶ ἐρωτήσαντες τοὺς γινώσκοντας, εὐθεῖαν ταύτην καὶ λείαν, καὶ ἀκίνδυνον παρ' αὐτῶν εἶναι ἀκηκόασι· καὶ μέντοι τῇ ἀκοῇ χαυνωθέντες πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν περὶ τὰ μέσα

Illud quoque intelligo, quod a quibusdam bonæ mentis, sed affectis et infirmis religiosis factitatum vidi, qui suæ sibi imbecillitatis ac timoris conscii, medicum ad vulnera trepidantem ultro hortati sunt, uti vincirentur, et per vim curarentur: quod spiritum quidem ob spem futuræ vitæ promptum; carnem autem propter expertas ante defectiones, infirmam sentiant. Ego vero cum hoc animadvertem, medicos, ut id sibi persuaderi paterentur, induxi. Animorum dux et moderator nec omnibus religiosam vitam complectentibus, viam asperam et angustam plenamque acerbitatibus esse ostendet; nec contra singulis jugum Domini suave, et onus leve; sed ingenium cujusque æstimabit, et medicinam ad naturæ morbique genus attemperatam. Etenim peccatorum ingentium pondere depressis, et ad desperationem vergentibus posterius (lenitatis, inquam, pharmacum) adhibebit. Sublimia vero cogitantibus et nimis alta sapientibus prius amuletum accommodandum. Nonnulli longam in-

[i] Ezech. III, 19.

[16] ἴσως ἐπιμειδᾷ, ἢ ἐπιμένῃ, ἢ ἐπιμένει. [17] προλήψεις. [18] ῥέπουσι. [19] μέλλοντες.

Digitized by Google

gressuri viam, percontati quos viæ gnaros credebant, cum ab iis rectam planamque et ab omnibus tutam insidiis esse didicissent, ea denuntiatione remissiores facti, in medio sæpe cursu fracti summum salutis discrimen adiere, aut certe regressi sunt, quod ad afflictiones tolerandas essent 478 imparati. Contra rursum velim intelligas : ubi fax amoris divini in pectore exarsit, ibi verborum tonitrua nil territant ; et, ubi metus ultricium apud inferos flammarum illuxit, ibi laborum omnium summa patientia. Ubi denique spes regni cœlestis affulget, ibi mox omnium rerum humanarum sequitur contemptio. Duci perito subjectorum illi militum animi et ordines probe sunt pernoscendi : fortasse latent in turba fortissimi pro exercitu cum ipso propugnatores et antesignani, et qui hostem ad singulare certamen audeant provocare, qui neglecti domi in otio degunt, cessantque. Navarchus absque nautarum opera navem e naufragio non servabit. Medicus læsum non curabit, nisi rogetur, eique vulnus aperiatur, et tota curationis ratio illius diligentiæ et fidei permittatur. Qui ex verecundia vulnera texere, vermes et putores alvere, nec inde pauci, nec raro periere.

A ταύτης, ἢ ἐκινδύνευσαν, ἢ καὶ ὑπέστρεψαν, ἀπαρασκεύαστοι πρὸς τὰς θλίψεις εὑρεθέντες· ὥσπερ καὶ τὸ ἔμπαλιν νόει μοι, ὅπου ἔρως θεῖος ἥψατο καρδίας, ἐκεῖ φόβος ῥημάτων οὐκ ἰσχυσε· καὶ ὅπου φόβος γεέννης ἐπέφανεν, ἐκεῖ πόνων παντοίων ὑπομονή. Ὅπου δὲ βασιλείας ἐλπὶς γνωρίζεται, ἐκεῖ ὅλων τῶν κάτω καταφρόνησις. Δεῖ τὸν καλὸν στρατηγὸν, τὴν ἑκάστου τῶν ἀρχομένων στάσιν καὶ τάξιν σαφῶς ἐπίστασθαι· ἴσως γάρ εἰσιν ἐν τῷ πλήθει τινὲς σὺν αὐτῷ ὑπὲρ τῶν συστρατιωτῶν πρόμαχοι καὶ μονομάχοι ὀφείλοντες ἐν ἡσυχίᾳ καθίστασθαι· οὐ δύναται μόνος κυβερνήτης χωρὶς τῆς τῶν ναυτῶν συνεργείας, τὴν ναῦν διασώσασθαι· οὐδὲ ἰατρὸς τὸν κάμνοντα ἰάσασθαι, εἰ μὴ πρότερον παρ' αὐτοῦ τοῦ διὰ δυσωπήσεως [80] καὶ τῆς τοῦ τραύματος B φανερώσεως προτραπεὶς ἐλκίστους. Οἱ αἰδασθέντες ἰατροὺς, σηπεδόνας πεποιήκασι· πολλοὶ δὲ καὶ πολλάκις τεθνήκασιν.

CAPUT VIII.

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Pastoris adhortatio assidua utilis, ejus submissio, fastus.

In pascendo grege magister pecoris fistula sermonis assidue utatur, præsertim quando oves ad quietem proficiscuntur : nihil enim tam formidat lupus, quam pastoralis cannæ sonum : neque (rector animarum) unquam se nimis et præter rationem submittat : nec unquam se 479 stolide extollat, sed in utroque Paulum ducem sequatur. Deus frequenter oculos subjectorum quasi fascinat, ne majorum suorum vitia deprehendant, quæ si pastor illis aperiat, fiduciam illorum erga ipsum tollit. Vidi ego præsidem religiosorum, qui suis filiolis in quibusdam rebus per summam animi demissionem optime consuluit. Notavi alium qui stultam suam sapientiam ad conciliandam sibi existimationem aperuit, nec sincere erga subjectos affectum. Raro quidem, sed tamen ex causa aliqua, observavi nonnullos vitiositatibus animi et perturbationibus obnoxios præesse perfectis et omnibus cupiditatum morbis expeditis, qui paulatim ex subjectorum suorum virtute verecundati, sua ipsorum vitia quoque emendarunt, quod subjectorum opinor ad cœlum destinatorum virtus et promerita in ipsis efficere. Factumque est ut administrandi munus vitioso præberet occasionem perfectionis.

Νεμομένων τῶν προβάτων, τῇ σύριγγι τοῦ λόγου ὁ ποιμὴν κεχρημένος μὴ παύσηται· καὶ μάλιστα μελλόντων τούτων εἰς ὕπνον ἔρχεσθαι· οὐδὲν γὰρ οὕτως δέδοικε λύκος, ὡς σύριγγος ποιμαντικῆς C ἀπήχημα· οὐδὲ πάντοτε ταπεινοῦν ἐλόγως, οὐδὲ πάντοτε ὑψοῦν ἀφρόνως ἑαυτὸν ὁ προεστὼς ὀφείλει, ὁρῶν Παῦλον ἐν ἀμφοτέροις ὁδεύοντα· Κύριος πολλάκις συνεκάλυψε τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν ἀρχομένων ἔν τισι τοῦ προεστῶτος ἐλλείμμασιν· αὐτὸς δὲ ταῦτα φανερώσας ἀπιστίαν ἐγέννησεν. Εἶδον προεστῶτα ἐξ ἄκρας ταπεινώσεως τοῖς τέκνοις ἔν τισι συμβουλευόμενον· καὶ εἶδον ἕτερον τὴν ἰδίαν σοφίαν ἄσοφον ἐξ οἰήσεως αὐτοῖς ἐμφανίζειν βουλόμενον· καὶ εἰρωνικῶς διατιθέμενον πρὸς αὐτούς, σπανίως μὲν, ὅμως κατά τινα περίστασιν εἶδον ἐμπαθεῖς ἀπαθῶν ἄρξαντας, καὶ κατὰ μικρὸν τοὺς ἀρχομένους αἰδεσθέντας, καὶ τὰ ἴδια πάθη περικόψαντας· τοῦτο δὲ οἶμαι, ὁ μισθὸς τῶν σωζομένων ἐν αὐτοῖς ἐνήργησε, καὶ γέγονεν αὐτοῖς ἡ ἐμπαθὴς ἐγχείρησις, ἀπαθείας ὑπόθεσις. D

CAPUT IX.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Pastor sit in adversis constans.

Cavendum ne comparata in portu, dissipemus in pelago. Intelligunt [norunt] quid hoc dicti sibi velit, qui ad turbas et tumultus rerum externarum

Προσεκτέον μή πως τὰ τοῦ λιμένος ἐν τῷ πελάγει σκορπίσωμεν· οἴδασι τὸ εἰρημένον οἱ πρὸς τοὺς θορύβους τοὺς ἐκτὸς ἔτι ἀγύμναστοι τυγχά-

[80] δυσωπήσεως.

Digitized by Google

νοντες· μέγα μὲν ὡς ἀληθῶς τὸ εὐψύχως καὶ ἀνδρείως ὑπομένειν τὸν τῆς ἡσυχίας καύσωνα, καὶ τὴν γαλήνην, καὶ τὴν ὀλιγωρίαν, καὶ μὴ ἐπιζητεῖν τὰς τῶν ἔξω τοῦ πλοίου τῆς κέλλης μετεωρίσεις καὶ παραιλήσεις, ὥσπερ οἱ ὀλίγωροι τῶν ναυτικῶν ἐν καιρῷ ἀκρασίας[21] τὴν ἐν τοῖς ὕδασι πῆξιν·[21*] μεῖζον δὲ καὶ δσύγκριτον, τὸ μὴ τοὺς θορύβους δεδιέναι, ἀλλὰ μένειν ἐπὶ τοῖς τούτων κτύποις τῇ καρδίᾳ ἀπόητον, καὶ ἀκίνητον, μετὰ ἀνθρώπων μὲν ἐκτὸς, μετὰ Θεοῦ δὲ ἐντὸς διατρίβοντες.

A inexercitati prodeunt. Præclarum quidem est fortiter et generose tolerare cum silentii et quietis æstum, tum tranquillitatem et contemptum, nec quam extra navem, et cellam sunt sublimia affectare, et solatiola 480 venerari, quemadmodum nautica turba, cum est malacia in omnem se luxum effundunt, et natando aquis illudunt. Sed multo præclarius est et supra comparationem, tumultus nullos extra nos positos pertimescere, sed in hujusmodi turbis et strepitu interritum immotumque cum inter hominum cœtus exterius, tum in animo cum Deo interius consistere et versari.

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

CAPUT X.

De recipiendis tironibus.

Ἔστω σοι, ὦ θαυμάσιε, ἡ τῶν ἐκτὸς κατάστασις τῶν ἡμετέρων ὑπόθεσις. Τίς μὲν κατάδικος ἐν τῷ φοβερῷ ἡμῶν καὶ ἀληθῶς δικαστηρίῳ παραγίνεται, τίς δὲ ἀνεύθυνος πρὸς ἐργασίαν Θεοῦ καὶ δουλείαν ἐπειγόμενος· ἐναντίαι γὰρ πάντων ἑκατέρων αἱ ἀρίξεις[22], καὶ οἰκείων κατασκάσεων δεόμεναι. Ἐπερωτάσθω πρὸ πάντων ὁ ὑπεύθυνος, ἰδίᾳ μέντοι τίνες αἱ αὐτοῦ πράξεις κατ' εἶδος καθεστήκασι. Διοῖν τρόπων ἕνεκα· ὅπως τε τῇ ἐξαγορεύσει διὰ παντὸς νυττόμενος, ἀπαρρησίαστος μείνῃ· καὶ ἵνα γνῷ ποίων τραυμάτων ἀνάδοχοι γεγόναμεν, καὶ εἰς ἀγάπην ἡμῶν διεγείρηται· μηδὲ τοῦτό σε λανθανέτω, ὦ τίμιε, ὥσπερ οὐδὲ ἀγνοεῖται, μὴ γένοιτο· λέγω δὴ, τὸ συγκρίνεσθαι παρὰ Θεοῦ καὶ τοὺς τόπους, καὶ τὰς ἀναβάσεις, καὶ τὰς ἕξεις τῶν ὑπευθύνων· πολὺ γὰρ τὸ ποικίλον καὶ διάφορον κέκτηται. Πολλάκις ὁ ἀσθενέστερος καὶ ταπεινότερος τῇ καρδίᾳ εὑρίσκεται· διόπερ καὶ κουφοτέρως τιμωρεῖσθαι παρὰ τῶν πνευματικῶν δικαστῶν ὀφείλει. Τὸ δὲ ἐναντίον πρόδηλον.

B Sit tibi, verende vir, status eorum qui in mundo degunt, documentum rerum nostrarum. Est qui inde ad nostrum se tribunal vere formidabile sistit reus et noxius : est qui innocens ad Dei cultum et obsequium accedit : quorum sane ingressus ad religionem tota via differunt, singulique singulari prorsus modo sunt instituendi. Rogetur primum omnium ille peccatis obsitus et inquinatus, sed seorsum ab aliis et privatim, quid speciatim deliquerit, et hoc geminam ob causam, primum ut ex totius vitæ ratione et flagitiorum confessione verecundatus, exuta prorsus contumacia et loquendi 481 procacitate, semper custodiat modestiam : deinde ut intelligat quantis saucium confectumque vulneribus receperimus, quo ad charitatem inflammetur. Neque hoc te fugiat, venerande pater, ut non fugit (abest enim ut ignorare te hoc existimem), attendi a Deo peccatorum (ad pœnitentiam properantium) locum quoque et vitæ novæ rationem, nec non animi habitum et affectum. Magna enim sunt

C horum discrimina. Non infrequenter accidit, ut quo tiro gravioribus animi morbis est oppressus, hoc animo sit submissior seu abjectior, ut proinde clementius a judice religioso sit tractandus (quam culpa exigere videatur.) Nec obscurum quid e contra in præsidente sit faciendum.

ΕΙΣ ΚΕΦΑΛ. Ι'.

AD CAP. X.

Σχόλιον.

Scholion.

Ὁ πρὸς ὑγείαν προσφέρων τὴν παιδείαν, ἐν τῇ ἀγάπῃ παιδεύει· ὁ δὲ ἐκζητῶν τὴν ἐκδίκησιν, μενὸς ἐστιν ἐκ τῆς ἀγάπης. Ὁ Θεὸς παιδεύει ἐν τῇ ἀγάπῃ, οὐκ ἀμυνόμενος, μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἵνα ἰαθῇ ἡ εἰκὼν αὐτοῦ ζητεῖ, καὶ οὐ φυλάσσει εἰς καιρὸν τὴν ὀργήν. Οὗτος δὲ ὁ τρόπος τῆς ἀγάπης ἐκ τῆς εὐθύτητός ἐστι, καὶ ἀμπαθῶς εἰς ἄμυναν οὐκ ἐκκλίνει.

Qui adhibet disciplinam ad sanitatem seu salutem alterius, hic in charitate castigat : qui autem ultionem quærit, omni charitate destitutus est. D Deus castigat in charitate, non in vindictam, absit! sed ut sanetur imago ejus studet. Neque iram suam in tempus vindictæ reservat. Hic modus est charitatis, ex recta mente, quæ ex pravo affectu non declinat in vindictam.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

CAPUT XI

Mansuetudo et pietas pastori commendatur.

Οὐκ εὐθὺς λέοντα πρόβατα νέμειν (1), καὶ οὐκ ἀσφαλὲς ἀμπαθῆ ἔτι, ἀμπαθῶν ἄρχειν· ἄσεμνος θεω-

Non est par ut leo pascat oves, et vitiosus imperet vitiosis : spectaculum ingratum vulpem spe-

[21] νηνεμίας. [21*] νῆξιν. [22] προσελεύσεις.

Digitized by Google

ciare inter gallinas. Quid autem importunius pastore iracundo? Vulpes mactat gallinas : biliosus pastor plenas rationis animas perturbat et occidit.

482 Cave in minima curiosius inquiras, neque enim (id faciendo) Deum imitabere [k]. Da operam uti tu quoque Deum velut œconomum et rectorem habeas actionum tuarum omnium interiorum et exteriorum, cui velut optimo gubernatori tua animi et voluntatis decreta committas, ac per ipsum tuam ipsius voluntatem abscindas, ita ut fias velut infans aut fatuus solo illius nutu gubernandus. Videndum et hoc tibi et cæteris omnibus, ne ex fide potius ad nos venientium, quam per nostram virtutem, Dei clementia singularia quædam voluerit patrare. Multi enim vitiis et affectibus inquinati, eo [quo diximus modo, opera admiranda edidere : *Quando*, inquit, *multi dicent mihi illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo*, et quæ sequuntur [l] credibile fit quod ante diximus. Vere qui Deum sibi conciliare studet, potest subjectis in certamine fessis, etiam non sentientibus illis, suppetias ferre, qua ope duas simul res præstantissimas efficit. Primum seipsum hac ratione a gloriæ vanæ rubigine intactum servat: deinde auctor est iis quos Deo propitiavit, ut misericordia Deo soli debitas gratiarum actiones persolvant.

A ρία ἐν ὄρνισιν ἀλώπηξ· οὐδὲν δὲ ἀσεμνότερον ποιμένος ὀργιζομένου· ἡ μὲν γὰρ ὄρνιθας, ὁ δὲ ψυχὰς λογικὰς ταράσσει καὶ ἀπόλλυσιν. Ὅρα, μὴ γίνου ἀκριβὴς τῶν ἐλαχίστων ἐξεταστὴς (2), καὶ οὐκ ἔσῃ λοιπὸν Θεοῦ μιμητής. Ἔχε τὸν Θεὸν καὶ αὐτὸς οἰκονόμον καὶ ἡγούμενον πάντων σου τῶν ἐντὸς καὶ ἐκτὸς ἐπ' αὐτῷ, ὥσπερ ἐπί τινα ἄριστον κυβερνήτην· καὶ δι' ἐκείνου τὸ σεαυτοῦ ἀποκόπτων θέλημα, καὶ γενήσῃ καὶ σὺ ἄφρων τις, τῷ νεύματι αὐτοῦ καὶ μόνῳ ἀγόμενος. Ζητητέον σοι καὶ τοῦτο καὶ πᾶσι, μή πως ἐκ τῆς τῶν προσερχομένων πίστεως, καὶ οὐκ ἐξ ἡμετέρας καθαρότητος [23], ἡ χάρις πλεῖστα δι' ἡμῶν ᾠκονόμησεν ἐνεργεῖν. Πολλοὶ γὰρ ἐμπαθεῖς [24] τῷ προειρημένῳ τρόπῳ ἐθαυματούργησαν. *Εἰ πολλοί*, φησίν, *ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ* B *τῇ ἡμέρᾳ, Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν*; καὶ τὰ ἑξῆς, οὐκ ἄπιστον τὸ εἰρημένον κεφάλαιον· κυρίως ὁ Θεὸν ἑαυτῷ ἐξιλεωσάμενος, καὶ ἀνεπαισθήτως τῶν καμνόντων εὐεργετεῖν αὐτοῖς δύναται· δύο τὰ μέγιστα πραγματευόμενος, ἑαυτὸν μὲν ἐκ τῆς δόξης, ὡς ἀπὸ τῆς λεγομένης ἐρυσίβης ἀβλαβῆ διατηρῶν, τοὺς δὲ ἱλεωμένους τῷ Θεῷ μόνῳ εὐχαριστεῖν παρασκευάζων.

AD CAP. XI.

Scholion 1.

Ab impuro quid poterit repurgari? et a mendaci quid veri exspectabis? et qui sibi nequam, cui erit bonus?

Aliud.

Spoliatus ab latronibus quod alteri det non habet.

ΕΙΣ ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Σχόλιον α'.

Ἀπὸ ἀκαθάρτου τί καθαρισθήσεται; καὶ ἀπὸ ψευδοῦς τί ἀληθεύσει; καὶ ὁ πονηρὸς ἑαυτῷ, τίνι C ἀγαθός;

Ἄλλο.

Ὁ ἀπὸ τῶν λῃστῶν συληθείς, μεταδοῦναι τινὸς ἄλλοις οὐκ ἔχει.

483 *Scholion* 2.

Qui ad primum verbum tibi non paret, ne violenter cum contentione coge, sed lucrum quod rejecit ille, tuum facias, tibique accommoda et usurpa. Plus enim commodi ex tua patientia, quam illius emendatione reportabis.

Aliud.

A τὸν τοῦ κάλλους σου ἔρανον ἐξυφαίνοντες λέγωμεν ὧδε· ὅτι καὶ προσκεπέλασας τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ, καὶ τὸ ὄμμα εἰς οὐρανὸν ἀνέτεινας, καὶ ἐπὶ τὴν βάσιν τὸν πόδα ἐπιβέβηκας, καὶ ἔδραμες, καὶ ἀνέδραμες, καὶ ὑψώθης, καὶ ἐπέβης ἐπὶ Χερουβὶμ ἀρετῶν, καὶ ἐπετάσθης, καὶ ἀνέβης ἐν ἀλαλαγμῷ τὸν ἐχθρὸν τροπωσάμενος· καὶ προωδοποίησας καὶ προηγήσῃ· μᾶλλον δὲ καὶ εἰς ἔτι νῦν ἡγῇ· καὶ προηγῇ πάντων ἡμῶν ἐπ' αὐτὴν τὴν κορυφὴν ἀναβραμὼν τῆς ὁσίας κλίμακος καὶ ἐνωθεὶς τῇ ἀγάπῃ· ἡ δὲ ἀγάπη ἐστὶν ὁ Θεός· ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα, κράτος, τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

AD CAP. XV

Scholion 1.

Proprium est animæ puræ sermo omni carens invidia, æmulatio simplex et innocens, et amor seu desiderium gloriæ Domini æternum et irrequietum. Tunc enim mens suas lances et pondera conformat, atque in purissimo tribunali mentis suæ examinat et castigat.

Scholion 2.

Concupiscentiam carnis.

Scholion 3.

Elatum animum, superbum intelligit nomine Pharaonis.

Scholion 4.

Carnis ardorem Climacus dicit.

Scholion 5.

Sive perfectam cognitionem in futuro sæculo.

502 *Scholion* 6.

Hoc dicit. Populo tuo proprio igne ardenti, sive suis cupiditatibus concupiscentiæ flagranti, per lignum crucis tanquam Moyses succurristi, sive per afflictionem, et crucifixionem fontes lacrymarum illis ad Mosaicæ contemplationis [visionis] imitationem produxisti.

Scholion 7.

Duo sunt modi crucis conscendendæ, alter cum corpus in crucem agitur; alter cum per contemplationem in crucem ascendimus: et primus quidem ex libertate, alter ex vi et actione operum fit, cui non subjicitur mens nisi corpus fuerit subjectum. Regnum animi est crucifixio corporis; nec mens Deo subjicitur nisi liberum arbitrium rationi fuerit subjectum.

[f] Exod. IV, 10.

ΕΙΣ ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

B

Σχόλιον α'.

Ψυχῆς καθαρᾶς ἴδιον, λόγος μὲν ἄφθονος, ζῆλος δὲ ἄκακος καὶ ἔρως ἄπαυστος τοῦ Κυρίου τῆς δόξης· τότε γὰρ καὶ τὰς οἰκείας ὁ νοῦς διαρυθμίζει πλάστιγγας· καὶ ἐν καθαρωτάτῳ κριτηρίῳ τῇ ἑαυτοῦ διανοίᾳ ἐμπαρών.

Σχόλιον β'.

Τὴν σαρκικὴν ἐπιθυμίαν.

Σχόλιον γ'.

Ἐπηρμένον νοῦν ὑπερήφανον λέγει πτώσεως γεν (a) τὸ Φαραώ.

Σχόλιον δ'.

Τὴν σαρκικὴν πύρωσιν ὁ Κλίμαξ λέγει.

C

Σχόλιον ε'.

Ἤγουν τὴν τελείαν γνῶσιν τὴν ἐν τῷ μέλλοντι.

Σχόλιον ς'.

Τοῦτο λέγει, ὅτι Καιομένῳ τῷ σῷ λαῷ ὑπὸ τοῦ οἰκείου πυρὸς, ἤγουν τῶν οἰκείων ἐπιθυμιῶν καὶ παθῶν διὰ ξύλου σταυροῦ, ὥσπερ ὁ Μωϋσῆς ἐπεκούρησας, ἤγουν διὰ κακοπαθείας καὶ σταυρώσεως τῆς σαρκὸς, πηγὰς δακρύων ἀναβλύσας αὐτοῖς κατὰ μίμησιν τοῦ Μωσαϊκοῦ θεωρήματος.

Σχόλιον Ἰσαὰκ ζ'.

Δύο τρόποι εἰσὶ τοῦ ἀνελθεῖν ἐν τῷ σταυρῷ, ὁ εἷς, ἡ σταύρωσις τοῦ σώματος· καὶ ὁ δεύτερος, τοῦ ἀνελθεῖν εἰς θεωρίαν· καὶ ὁ μὲν πρῶτος ἐκ τῆς ἐλευθερίας· ὁ δὲ δεύτερος ἐκ τῆς ἐνεργείας τῶν ἔργων γίνεται, ᾧτινι οὐχ ὑποτάσσεται ὁ νοῦς, ἐὰν μὴ τὸ σῶμα ὑποταγῇ. Ἡ βασιλεία τοῦ νοῦ, ἡ σταύρωσις ἐστι τοῦ σώματος, καὶ οὐχ ὑποτάσσεται ὁ νοῦς τῷ Θεῷ, ἐὰν μὴ ὑποταγῇ τὸ αὐτεξούσιον τῷ λογικῷ.

D

(a) Locus videtur corruptus. Fortasse γένος.

Digitized by Google

Σχόλιον η'.

Τοῦτο λέγει· Ὥσπερ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, τῇ ῥάβδῳ τὸν Ἰορδάνην τέμνων[70] τὰ μὲν ἔμπροσθεν ῥέοντα ὕδατα πρὸς τὴν θάλασσαν τῶν ἁλῶν τὴν λεγομένην Νεκρὰν ἀφῆκεν ὑποῤῥεῦσαι· τὰ δὲ ὄπισθεν ἔστησεν ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ λαοῦ· οὕτως καὶ σὺ τὸν οἰκεῖον λαὸν διαιρῶν, καὶ πρὸς τὴν διάβασιν τοῦ κόσμου τούτου παρασκευάζων, τὰ μὲν εἰσαγωγικὰ θάκρυα τῇ πικρίᾳ καὶ ἅλμῃ τῶν παθῶν, καὶ τῶν πόνων συνεκλήρωσας, καὶ τῇ νεκρώσει τῶν ἡδονῶν περιώρισας· οὐ γὰρ χρεία τούτων μετὰ τὴν νέκρωσιν· τὰ δὲ τῆς ἀγάπης ὄπισθεν ἐρχόμενα, ὡς τελειοποιὰ ἔστη ἄνωθεν, ἦγουν σταθηρὰ καὶ βέβαια, καὶ ἀναλλοίωτα ὑπὸ τῆς ἄνωθεν χάριτος ἐποίησας ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου μαθητῶν.

Σχόλιον θ'.

Ὄπισθεν, εἶπεν, ὀκτὼ κακίας ἐποίησας πάθη, ἐκεῖσε λοιπὸν, εἰ θέλεις, ἴδοις, τάδε, ἐμὴν ἄπληστον κοιλίαν καὶ παμφάγον, παθῶν ἔνασσαν, βασίλισσαν γαστέρα.

Σχόλιον ι'.

Τὸ βάθος εἶπε, τὸν βυθὸν τῶν δογμάτων ἄβην τροπικῶς, οὐκ ἐμῆς ψυχῆς τόπος.

Σχόλιον ια'.

Ὅσον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἂν ἀπαρχὴ παντὸς ἡμῶν τοῦ γένους, ἐκεῖ κάθηται σαρκί· τῷ Θεὸς γὰρ ἦν, ὅπου Παῦλος ἁρπαγεὶς ἄνω.

Σχόλιον ιβ'.

Ἔρως, θυμὸς, νοῦς τριμερὴς μέγα κράτος, πάθος τὴν ἐπιθυμίαν λέγει.

Ἄλλο σχόλιον Μαξίμου.

Τὸ θυμικὸν τῆς ψυχῆς ἀγάπῃ χαλίνωσον· καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν αὐτῆς ἐγκρατείᾳ μάρανον· καὶ τὸ λογιστικὸν αὐτῆς προσευχῇ πτέρωσον· καὶ τὸ φῶς τοῦ νοῦ οὐκ ἀμαυροῦται ποτε.

[70] *al.* τεμὼν, τεμών.

A *Scholion 8.*

Hoc dicit: Quemadmodum cum Jesus Nave virga Jordanem divisisset, anteriores aquas in mare salsum, quod Mortuum dicitur, defluere permisit. Posteriores autem stitit ante oculos populi: ita et tu populum tuum domesticum dividens, et ad mundi hujus transitum præparans, lacrymas quidem primas tironum acerbitati et salsugini malarum affectionum et laborum quasi per sortem destinasti, et voluptatum mortificationi assignasti (nam post mortem cupiditatibus allatam eliasque vitiorum fibras nihil amplius his opus est). Charitatis autem undæ a tergo sequentes quæ perfectos reddunt supra constitere, hoc est constantes, firmas et immutabiles per cœlestem gratiam in discipulorum tuorum
B conspecta reddidisti.

Scholion 9.

Retro, inquit, octo vitia vertisti, vitia porro ibi, si vis, hæc videbis: meum inexplebilem ventrem et omnia absumentem, cupiditatum malarum reginam, et imperatricem gulam (hoc nimirum est illud mare Mortuum a tergo relictum).

Scholion 10.

Profundum, dogmatum altitudinem per figuram appellavit infernum: non equidem animæ meæ locus.

Scholion 11.

Quantum in Christo Jesu, qui primitiæ 503 totius generis nostri ibi sedet corpore. Ibi enim erat Deus, quo Paulus se sursum raptum dixit.
C *Scholion 12.*

Amor, ira, mens triplex animæ facultas et ingens imperium. Passionem vim appetendi appellat. (Passionis, inquam, seu appetendi et irascendi et ratiocinandi facultatem.)

Aliud Maximi.

Vim irascendi frena charitate, concupiscendi affectum continentia emacia; ratiocinandi potentiæ per preces alas adde, et lux mentis nunquam hebetabitur.

Digitized by Google

SANCTI JOANNIS

ABBATIS RAYTHU,

In sancti Joannis, cognomento Scholastici seu Climaci Climacem Scholia.

—

CAP. 1 AD GRADUM 1 (*col.* 631 A).

A Deo ipso sumamus, etc. Principium omnium, Deus est, ut creator, medium, ut provisor, finis, ut perfector : a quo debemus facere non solum principium sermonis, sed intentionis, et operis, ut nostra propter ipsum, et in ipso fiant. *Et amicos quidem Dei :* quorum experientiam habent qui humilia sapiunt. Propter delectabile autem amicus dicitur, ut propter utile et propter bonum, servus : et hic quidem conditione et creatione, ut filius ; fide et conversatione, ut Paulus et Moyses. *Per obedientiam indiscussam* (1) : Obedientiam hic dicit indiscussam, propter fidei plenitudinem et voluntatis propriæ perfectam mortificationem. *Subtristi* (2) *et perlucidæ humilitati* : Mœrentem ipsam humilitatem vocat, et tentationum et pœnarum supportationem, propter tristium sufferentiam, et adversitates, et pœnas, et pressuras, et utilitatis studium, et castigationem corporis, et memoriam mortis : splendentem vero eamdem dicit, propter pacem intrinsecam, virtutum decorem, desideria cœlestia, spem æternorum, charitatem in Deum, et dignitatem quam suis possessoribus elargitur. Mœrens etiam est humilitas tepidis et negligentibus, qui in laboribus et doloribus propter Deum murmurant, anxiantur, et dolent : splendens vero, mortem, et adversitates, et martyria diligentibus propter Christum, et utilitatem tribulationum et dolorum et mortis sufferre se cognoscentibus, propter Spiritum sanctum. *Spiritualibus tabulis :* dicit, propter firmum, solidum et indelebilem characterem ; *chartis*, propter mundum, castum, mansuetum et humile cor ; *Voluntate et libero arbitrio :* electio et voluntas arbitrii differunt, quia voluntas est possibilium et impossibilium, electio tantum possibilium : denique quia voluntas est maxime finis ; electio autem, eorum quæ sunt ad finem : *Omnibus vita.* Secundum rationem creationis et providentiæ factorum, dicitur Deus credentium vero obedientium et diligentium, excellenter dicitur vita, et salus, juxta illud : Ego sum Deus Abraham, Isaac et Jacob. *Impius est homo :* definitio pii manifestatur in definitione impii ; et injusti definitio, in definitione justi : licet qui est sine lege, vel legis prævaricator, dicatur iniquus ; injustus vero legis naturæ, et scriptæ, et gratiæ, prævaricationem insinuat. Impius est igitur, qui profitetur evangelicam et religiosam vitam et artem, et mundane, et resolut., in deliciis, et resolutionibus et delectationibus vitæ labentis, latam viam diligens conversatur. Impius est quoque qui non profitetur evangelicam vitam propter humanæ prudentiæ insipientiam, juxta illud : *Dixit insipiens in corde suo* [1], etc., quia hic talis honorat et appretiatur creationem potius quam Creatorem. *Dei amator est :* differentiam ostendit Dei dilectionis, et monachi, scilicet sanctorum sæcularium et ordinis conjugatorum et perfectioris monachorum. Dicit ergo de sæculari sancto : Dei amator est, qui in mundo corporaliter vivens, non communicat aversionibus quæ sunt contra naturam, cum motum et ordinem qui est secundum naturam, sed Dei voluntatem omnibus præponit, unitus Christi charitati. *Perpetua naturæ violentia.* In natura rationali, affectiones et habitudines sunt : scilicet, in irascibili, furor, ira, indignatio, livor ; in concupiscibili, delectatio, desiderium, tristitia. Ista igitur superascendens, naturam omnino negavit. *Quicunque præsentis vitæ :* Tres intentiones recedentium a mundo, tribus abrenuntiationibus, et tribus Deo servientium gradibus concordant, juxta magnum Gregorium Theologum qui dicit : *Tres utique ego novi ordines salvandorum, servitutis, mercedis, et filiationis.* — *Imitetur is qui*, etc. Hic juxta illum magnum senem, qui monumentum sibi et suo discipulo fecit, ut ipsum ad luctum induceret, et exemplo et verbo doceret, iste sanctus loquitur : et in præsenti speculationis verbo ostendit, quia luctus sanctificat, operatur, et custodit, et annuntiator beatæ impassibilitatis exsistit. *Quicunque ex Ægypto egreditur :* oportet eum qui mundo abrenuntiat, perseverare in cœnobio. Si vero non in cœnobio abrenuntiat, tunc necesse habet, sub magistro et patre spirituali informari ad mortificationem propriæ voluntatis, et morum directionem, et disciplinam discretionis cogitationum et spirituum : hoc enim probat et laudat per Mosis exempla, et Israelitarum, et angeli, et Lot. Nam si quis, in artibus faciliter sine magistro non dirigitur, multo magis in hac arte artium, magistro indigemus et duce ; humilitate igitur opus est, et præsertim orationibus Patrum, abrenuntiantes sæculo indigent. Dicit igitur pater, quoniam abrenuntiantes, qui vitiis spiritualibus (utputa,

[1] Psal. XIII, 1.

(1) Clarius vetus interpres, *non discerncntem.* (2) Idem, *mœrenti.*

Digitized by Google

superbia, vana gloria, invidia, acedia, elatione, et tristitia, molestantur, indigent præceptore et duce mansuetissimo, et misericordi, qui parum indulgeat carni, ut non tanquam abstinentes et studiosi amplius extollantur : et comparantur isti, egressis ex Ægypto, sub Moyse. Qui vero carnalibus vitiis (scilicet gula, luxuria, avaritia) impugnantur, indigent duce homine abstinente, austero, et incompassivo, vitam angelicam, sine carne fere perficientem, qui per jejunium et austeritatem carnem castiget, et vitia mortificet : et assimilantur isti, egressis de Sodoma, et ab angelo directis. *Macello assuetum canem :* canem dicit, mentem vitiosam propter permanentiam in cogitationibus gulæ et luxuriæ a metaphora canis quæ moratur in macellis, quia sicut illa stercorosa animalium intestina comedens non recedit, ita mens gulosa et fornicaria, non potest ab his vitiis stercorosis abstinere nisi (gratia Dei præventa) in fatigatione, vigiliis, labore, dolore et luctu indesinenter, seipsam exercitans violenter. Nam sicut amatorem macelli primo, postea amatorem escarum ponit : ita subjungit primo, amatorem castitatis, et postea, amatorem cujuscunque visitationis. Manifestum est enim, quoniam fornicatio opponitur castitati, sicut amori visitationis, amor escarum. Oportet igitur mentem amabilia Deo inspicere, et diligibilia animæ secundum carnem, abnegare : et ita, deliberationem arbitrii pungere ad assumptionem castigantium carnem, et per amorem virtutum, affectiones vitiosas gladio spiritus necare. *Durum et arduum, sed leve certamen : agonem* dicit, propter castigationem carnis ; *Durum*, propter custodiam sensuum *arctum*; propter antiquorum morum pravorum depositionem. *Durum*, propter mortificationem propriæ voluntatis ; *levem*, propter confidentiam in Deum, et donum gratiæ, et profectum virtutum, et impassibilitatis munditiam. *Quod in ignem insilire :* ignem intellige tentationes diaboli, mundi et carnis. *Cum amaritudinibus* (4) : exercitium laboriosum et amarum continentiæ, et mortificationis carnis, et voluntatis propriæ ; tu vero adjunge panem, fatigationem in vera humilitate, et abrenuntiationem, et luctam contra naturam et invisibiles potestates. *Si non omnis qui baptisma consequitur salvatur ;* sed faciens et servans mandata, neque omnis qui tondetur, sed custodiens monachis convenientia. *Silebo reliqua :* subaudi *non servantes* vero, graviora passuros : quia damnatio futura, amarissima, et ad præsens, privatio gratiæ, cæcitas mentis, carentia doloris, cordis insensibilitas, et impia avaritiæ idololatria, et passionum ignominiæ carcer. *Non obscurum argumentum :* Argumentum est, quod semper similiter se habet, ut fumus et cinis de igne ; signum vero, quandoque sic, quandoque aliter, sicuti percussio est signum pugnæ.

A Signum quoque est de contingentibus et verisimilibus, argumentum vero de consequentibus naturam. *Per alium portam :* Dicit, quinam sensuum, per quos mens sine timore degens, per oblivionem et negligentiam, et diaboli insidias capt·vatur, unde, per gratiam denuo sensus mortificans, ab insensibilitatis suæ carcere liberata resurgit. *Qui ex timore :* Quoniam intellectualis timoris operatio duplex est, ideo dicitur timor duplex : scilicet purgativus et perfectivus. Hic vero, de purgativo, Pater iste loquitur, cujus operatione compungimur, et ad odium omnium visibilium et concupiscibilium, et proprii corporis, et propriæ voluntatis incitamur, et ad agendum pœnitentiam, et mundum relinquendum B animamur, et sollicitudine, et studio implemur, ad serviendum Domino sine negligentia die ac nocte. Perfectivi vero est scientificare, vivificare et illuminare animam, et memoriæ, Deum ostendere præsentem, et intelligentiæ, Dei veritatem et sapientiam revelare, et sensum habere, ut experiamur et scianus quomodo in ipso sumus, movemur, et vivimus [2] : Qui timore purgativo agitur, comparatur (ait Pater) *Thymiamati*, quia ex studio spiritualis conversationis vehementer incipit, et per tepiditatem in summum negligentiæ desinit. *Mola asinaria profecto est :* Qui autem per spem, mercedem quærit, comparatur molendino asinario, semper moto, et per delationem quæstum faciente, et tributum aggregante, subjectionis pretiosum et venerabile C opus. *Qui vero ex charitate divina*, si in agro invenerit sollicitum atque festinum, per ignem charitatis succensus a promptitudine non relaxabitur, donec pertingat, secundum dicentem : *Quando veniam, et apparebo ante faciem Domini* [3]. *Sunt nonnulli qui supra lapides* (5). Hinc de abrenuntiantibus dicit sanctus, quoniam sunt quidam, supra petram, lateres ædificantes, et hi sunt qui magnarum virtutum in proœmiis ædificationem sine subjectione faciunt, et (quia certaminum humilium, et obedientiæ non habent experientiam) ut fragiles, imbecilles fiunt. Qui vero super terram columnas erigentes locant, sunt qui vitam anachoreticam, confestim, ex proœmiis, ante vitiorum expurgationem sequi volunt : nam sine fundamento subjectionis exsistentes, D dejiciuntur et ruunt. Qui vero modicum pedestres ambulant, sunt qui sine tumore elationis, jugum obedientiæ sumunt, et subjectionis iter tutum cum reverentia pergunt. Isti paulatim roborati, et calore Spiritus accensi, infatigabiles et inexpugnabiles fiunt, et pugnarum experientiam habentes, cum Dei adjutorio celeriter transeunt usque in finem. *Non sine labore et violentia :* quia consuetudine profecta in habitum, et in naturam pene conversa, vere violentia est eam amovere et transmutare. Sicut enim multi temporis vulnus, est quasi incu-

[2] Act. xvii. 28 [3] Psal. xxxxi, 3.

(4) Vetus interpres *cum lactucis agrestibus.*

(5) Vetus interpres *super petram.*

Digitized by Google

rabile factum, ita et multi temporis usum et morem malignum, est grave relinquere. Hinc Dominus dicit, quoniam *Regnum cælorum vim patitur*[4]. *Sine mœrore:* propter augmentum in virtutibus, et commutationem ac liberationem a peccatis; *vel certe cum minimo.* Modicum vero contrista propter desiderium perfectionis, et timorem quem habemus, ne cadentes iterum offendamus. *Animarum nostrarum vultus:* Faciem animæ hic dicit, virtutes ejus. Etenim ex conversationis nostræ exemplis, et ex nostris immutationibus, et animalibus affectionibus, vident nostram consistentiam et dispositionem, inimici nostri dæmones qui non ex seipsis nostras cognoscunt deliberationes et mentes: absit! sed solum suæ artis malignitates superseminant, et exspectant ut sciant cum quali affectione recipimus probationis eorum insidias: unde nos, propter nostram negligentiam et segnitiem illos (cum non videant) facimus videre. *Abscondit Dominus a sæcularibus stadii difficultatem* (6): stadii importunitatem ait, juxta acceptionem male intelligentium, quibus certatim agonis studium videtur importunitas, quod vere necessaria est opportunitas: tamen eamdem opportunitatem (apparentem, importunitatem) abscondit Deus his qui sunt in mundo, quoniam si respexissent ad importunum eis, non utique abrenuntiasset quis talium aliquando. Si enim, secundum Apostolum: *animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei*[5], ad Deum vero jungi charitate et dilectione, spirituale est: quomodo (secundum mundum) abrenuntiassent, etiam abnegantes suas mammonæ divitias, et confusionis proprietates, nisi per compendium et circumventionem sanctam, eos traheret et vocaret? Etenim *caro et sanguis regnum Dei non possidebunt*[6].—*Ignem in manibus tenentes*: Ignem tenent in manibus, ut per consensum et actus vitiosos, carnales et animales inclinent, et sic, nos (corpus scilicet, et animum) ardeant. *In tribus maxime principalibus:* auctoritate sacra et evangelica (a tribus distinctionibus monasticæ conversationis), verum virtutum medium declarat, solummodo in perfectis virtutibus quas Mediator Dei et hominum Christus Jesus docuit et perfecit, medium beatum esse insinuans, et in admirationem desinens, ubique vero a virtutum medio, vitiosos recedere, et sibi noxia quærere dicit, quia sine pugna et sine labore, sine vigiliis et sine exercitio spirituali, cum amore sui ipsorum, Christo servire se simulant. Unde non sunt hi tales in nomine Christi congregati, quia voluntatem et intentionem Christi congregantis ignorant. *Ubi vero sunt duo vel tres*[7], etc. Duo vel tres congregati in nomine Christi, activi et contemplativi et regentes et corpus et animam, mens, ratio et voluntas: vel, corpus, anima, et spiritus vel rationabilis, concupiscibilis, et irascibilis, per Spiritum sanctum unitæ ad omnem operationem divini beneplaciti et mandati, *a dextris et sinistris, per infamiam et bonam famam.*

CAP. II (Col. 634 C).

Omnem hujusmodi affectum, dixit quoniam electione affectionis (habitudinem dans Deo (7)) ad eam, et naturalem, et accidentalem, et artificialem habitudinem apposuit et devovit. Omnis enim habitudinis et affectionis depositio, contemptus, et vilitas, et pœnitentia integra, et humilis prudentia in exitu et resolutione, beneficentia et viaticum nostræ peregrinationis exsistunt. *Sine mortuos sepelire*[7], etc. Quemadmodum mortificatur mundo qui a proprietatibus mundi recessit, ita moritur vitæ gratiæ qui vitæ gratiæ præcepta non facit: et tanquam propter carentiam motus et privationem operis, animal mortuum dicimus, ita homo mortuus intelligitur, et est, et dicitur, ex eo quod mandatorum Christi perfectionem operari et imitari non vult, et adhærere vitæ æternæ quæ in mandato ipsi est, per voluntariam carnis abnegationem, renuit. *Adulterinam et fictam* (8.) Adulterinam dicit, sæcularium bonam conversationem, propter laudes et vanam gloriam, et propter usum propriæ voluntatis, et conversationem tumultuosam in curis vitæ, et rerum proprietatem: quoniam ea quæ Patrum consilio et obedientia fiunt, et ea quæ eorum examinatione probantur et firmantur, recta sunt et manentia, et Deo beneplacita, quia fiunt secundum voluntatem illius, qui dicit: *Et a meipso facio nihil*[8]. Nam quod ita fit (cum perfectum esse habeat), ab omni vanitate servatur illæsum. *Plurimos in sæculo aspexi*, etc. Hoc fit secundum industriam doli et fraudis illudentis inimici, quoniam detenti in vita sæculari, quæ est multis peccatis et tumultibus plena, in qua recte esse et bene vivere videbantur, et secundum apparentiam proficere in virtutibus, illaqueati, ruunt miserabiliter sordidati. Contingit etiam hoc eis negligentia, irreverentia, ingratitudine, et elatione, et ex correctiva permissione, et ex eo quod pastorem devote non audiunt, sed relinquunt. *Immunditiam sæculi*: Concupiscentias et delectationes carnis et mundi, et amorem materialium et amorem honorum et gloriæ, intellige. Non enim homo conditus est immundus, vel natura rerum, vel materia exsistentium, sed quia homo avertitur suis voluntatibus, ab eo quod est conveniens et honestum, quærens delectabilia et sublimia, altus corde fit, propter quod immundus est apud Deum. *Importunum cordis ignem*: Ignis importunus est omnis amor carnalis, et omnis vitiosa concupiscentia, et delectatio. Opportunus ergo ignis est, amor Dei atque cognitio, et Spiritus sancti incendium, et communicatio: et dicitur opportunus, quia omnia arbitrari facit ut stercora propter Deum[9], sicut importunus dicitur qui

[4] Matth. xi, 21 [5] I Cor. ii, 14. [6] I Cor. xv, 50. [7] Matth. viii, 22. [8] Joan. viii, 38. [9] Philipp. iii, 8.

(6) Vetus interpres, *importunitatem.*
(7) Vetus interpres *habitudinem et affectionem.*
(8) Vetus interpres, *segnem.*

Digitized by Google

fœdat et inquinat, et exterminat animam : *Deliciis omnibus et vitiis abstinendum* (8') : Ab omnibus deliciis et malignitate hic dicit abstinendum. Nam per delicias, carnis concupiscentias, et universas mundi delectationes intellige : per malignitatem vero, iræ, et immunditiæ, et superbiæ, et reliquas adinventiones. *Portus enim et salutis*, etc. Salutis quidem, propter vigilias, conversationem, humilitatem, sobrietatem, et virtuosam sollicitudinem ; periculorum vero, propter pusillanimitatem, negligentiam, tepiditatem et propriæ voluntatis malam reassumptionem : quia propter ista, in portu angelicæ vitæ religiosi periclitantur, sicut per obedientiam et reverentiam, pace et salute fruuntur.

Cap. III. — *Spiritualis peregrinationis definitio* (*col.* 663 B).

Peregrinatio, est vera segregatio ab omnibus concupiscentiis, voluptatibus, et malitiis : nam propter segregationem a vitiis, insegregabilis fit a Deo, nam vitiis præsentibus, nil utiliter consummatur. *Omnem suorum alienorumque affectum* : propriorum habitudinem dicit sanctus, affectionem voluptatum ad seipsum, et ad propria, id est ad domesticos et propinquos : *Alienorum* vero amicitiam omnem, et affectionem quorumcunque sensualem, et aliis omnibus quæ sunt extra, sive de pecuniis, sive possessionibus. Vel, *propriorum* dictum arbitror, de voluntatibus conferentibus secundum carnem. *Alienorum* vero, de omnibus quæ sunt extra, superius dictis, a quibus alienatus, rationabilem et bene ferentem ad salutem incedit viam. *Statim ut susceperis flammam, curre.* Propter nostram inconstantiam et vertibilitatem, qua nos ipsos avertimus a gratiæ radio, dicimur, a Deo relinqui, quia ipse, in suæ mansionis identitate immotus manens, et se nobis immittens et ingerens, æqualiter et continue et absque personarum acceptione nos etiam trahens, mutationi non subest. Hinc noster recessus, sua relictio dicitur, quia ejus immobilitate, nostræ aversionis causa monstratur *Flammam* igitur *suscipiens*, id est, gratiæ ascensionem : *curre*, id est, cooperari ei stude, ex omni virtute : non enim nosti quando exstinguatur ait, propter inexspectatum et insufferens, et ad transmutationes proclive tuum ingenium. *Tunc jam cogitationes vanitatis* (9) : Quando quis extollitur, et existimat se aliquid esse, perdit verum esse : quia, cum nihil sit, hoc credere et cogitare est ei a veritate recedere. Humile sapere [10] est in veritate esse. Altum sapere, est in veritate non esse : quia vanitas mendacium est et verum esse habere non sinit. Vanitas autem cogitationes et elationis intentiones quæ se suscipientes, ostentatores et amatores gloriæ faciunt ; non uxorem Lot, sed ipsum sequens fuge : amor enim et affectio propriorum uxorem Lot convertit in statuam salis. Affectio escarum privavit primogenitis Esau. Affectio propriæ voluntatis extulit Luciferum in superbiam, et præcipitavit in inferos cum sequentibus eum. Affectio voluptatum Jezabel interfecit, et Salomonem in idololatriam pervertit [11]. Affectio pecuniarum Judam proditorem Christi fecit. Qui autem ab istis recedit, invenit Abrahami vere peregrinantis vitam, et non conjugem, sed ipsum Lot imitatur. *Corda enim quæ illuc reversa sunt.* Vide, ait sanctus, quomodo non ad res, fuit Israelitarum conversio, sed ad sermones rerum tantum eorum intentio et affectio appropinquavit et erravit, et propterea condemnati fuerunt : non enim in Ægyptum, sed ad ea quæ erant in Ægypto, mens populi descendit. Time igitur, et tu humilis, et Dei serve, ad cogitationes vitiorum habere consensum, ne etiam tu damneris per eas. *Et Moses ille qui Deum viderat* : Ægyptus, Dei ignorantiam et peccatum, et impietatem significat, Moyses autem, perfectos viros et Dei prædicatores, qui cum talibus multas sustinent tenebrefactiones : qui sæpe profecti, ex ignorantia, peccato et impietate pravorum gravantur : et sæpius exaggerati (10) conversatione malorum, quasi quibusdam anxietatis tenebris involvuntur, dum ex zelo Dominicæ laudis, super carnalium offensionem molestantur. Qui ad suos mittuntur eisdem rationibus quibus in Nazareth, Dominus ridebat : videlicet, ne forte dicerent : *Medice, cura teipsum* [12]. Et ne dicerent, quia adversarius nobis est (11) : et, ne dicerent, si signa fecisset, credidissemus et nos similiter : et ideo mittuntur et ipsi, quia fecit ibi Jesus paucas virtutes. Cæterum cum dicit, *quæ est mater mea*, et quæ sequuntur [13], ostendit quod neque Christum ferre neque partum illum superadmirabilem parere, lucrum vel meritum haberet sine virtute. Ideo demonstrat quod nulla ex hoc utilitas esset, nisi omnia convenientia, virtuose et summe faceret et adimpleret. Quin etiam, in hoc verbo, veram matris humilitatem insinuat populo, dum nihil altum sapere aut imaginari super tali tanto Filio demonstrat. *Non quod propinquos nostros et patrios agros* : Odium est abscondita affectio, quæ adversatur his qui in aliquo nos contristant. Odium est alienatio ab eo quod mœstum est aut aversio contristantium. In nullo igitur horum, a monacho fit recessus a domesticis et propinquis, ideo dicit nos, non ut obedientes. *Lætetur enim Dominus*, etc. (12). Deus amator hominum, humanatus est, ut nos a veneno mundani et humani amoris liberaret. Est enim mundanus et humanus carnis amor, carcer, et catena, et infernus, et mors : quo, quis

[10] Rom. xi, 20. [11] IV Reg. ix, 22. [12] Luc. iv, 23. [13] Matth. xii, 48.

(8') Vetus interpres, *deliciis et malignitate.*
(9) Vetus interpres. *Tunc dæmones cogitationibus vanitatis instantes*, etc.
(10) Melius, *exasperati.*
(11) *Contrarius est operibus nostris.*
(12) Vetus interpres, *gaudet et epulatur.*

Digitized by Google

detentus propter virtutem, altitudinem et claritatem, charitatem, et sapientiam nec gustare, nec videre, intendere, nec cogitare potest. Quare, gaudium Christi, est in nostro perfecto recessu a terreno et mundano et carnali amore. *Cave, obsecro* (13). Diabolus ut retrovertat Dei famulos sub specie bene rationabilis pietatis, ostendit eis, vel in multa penuria et tribulationibus innumeris suos esse parentes, vel in multo periculo animæ et ignorantia conversari, et omnia eorum sub quodam quasi divini judicii diluvio debere submergi, nisi eisdem vehementer afflictis, cum arca consilii vel favoris cito subveniatur. Quare nunc iste sanctus dicit *Vide, vide*, quia neque sub specie prædicationis, neque sub obtentu corporalis subventionis, tibi licet ad parentum amorem vel curam retroverti : quia hoc quod tibi mundus universus, tuos passibiliter diligenti, aquis videtur esse repletus, caro revelavit et sanguis cum Satana simul ut pereas et angelicæ conversationis portum male relinquas. *Pollicentur nobis subdole :* Nostri, et non nostri sunt, parentes secundum carnem; qui nostri sunt, juxta naturæ conditionem, non nostri, secundum propositum et voluntatem servitutis Dei : quorum cogitationes, sunt frequenter contra nos a dæmoniis, ut nostræ fiant, quæ sunt ab alienis. Ipsæ vero susceptæ, per consensum fiunt nostræ quæ habuerunt originem ab alienis et inimicis dæmoniis et parentibus, et punimur de eis. *Colloquia mala, sæcularia simul et turpia* (14). Et ornata quidem mundana eloquia, sapientia, et prudentia, quia, fastu eloquentiæ, vanitatem inflant et elationem extollunt, incongrua, et apud servos Dei inornata exsistunt : inornata vero sunt mundana eloquia, lascive et vitiose, ac turpiter dicta, quæ, etsi eleganter et ornate dicantur, tamen non mediocriter sed maxime lædunt. Quare mundana eloquia penitus inutilia, quia vel temporalia et carnalia, vel superba et erronea sunt, et omnino vitanda et fugienda. *Somnium est animi* (15) *motus*, etc. Visio est quædam, phantasia, qua, quasi in sensu et fere manifeste visum est. Somnium est, quod (dormiendo) in phantasia imaginatum est. Corporis vero immobilitatem, pausationem et quietem dicit, secundum quam quiescunt dormientes, et corpus manet immotum, hoc quidem patiens, illud subsistens. Contemplatio est non subsistens imaginatio, et apparitio quasi repente visa, et ad præsens resoluta. *De somniis ex canonicis characteribus magni Basilii.*

Fiunt, inquit, somnia ex diurnis et quotidianis animæ motibus. Nam dæmones nolentes, nos agere quod bonum est, multis machinationum industriis prohibent : postquam vero inceperimus, moliuntur ne secundum Dominum perficiamus illud. Sed etiam hoc frustrati, vitiosæ actionis memoriis deorsum nos inclinantes tentant : et in isto manifeste convicti, phantasmatibus nos in somniis ad maliguitatem agere conantur : per quæ suæ ipsorum imbecillitatis cognitionem exhibentes eis qui viriles sunt et adversus se resurgere parant, non apparentes tunc usque insidias venenantium seductorum propalantes. *Qui vero eis nulla ratione credit :* Distinguitur modus in generationem et corruptionem, augmentum et diminutionem, alterationem, et localem imitationem, rectam, et obliquam, et circularem. A nullo horum dormiens privatur, nisi a locali motu, quamvis et quidam dormientes ambulare inventi sunt. Cum autem multipliciter somnia fiant, duabus tamen speciebus somniorum quandoque attribuitur visionis qualitas. Est enim, quando, et quæ nolumus, et quæ diligimus videmus eisdem reformatis imaginatione, angelorum ministerio. Est vero amplius, quando divina visione mens nostra rationalis informatur, et de prænognitione futurorum taliter docemur, ut patet de Scripturis. At enim secundum hunc magnum veræ sapientiæ amorem ostendit qui spernit somnia atque contemnit : *Multos enim errare fecerunt somnia* [14].

CAP. IV. — *Abnegatio quid sit* (*col.* 679 A).

Animæ propriæ perfecta abnegatio : Abnegatio autem est perfecta omnium rerum præsentium oblivio, et a propriis naturalibus verus recessus. *Confectum, dormiendo iter :* Dormiens quiescit a curis, nec curat de aliquo, ita, qui vere obediens est (sive mari navigans, sive incidens in latrones) de periculis non curabit, neque præcepta discernet : scit enim diligenter, quia in martyrium imputabitur ei quod supervenerit periculum eo quod obedientiam, sine humanæ prudentiæ discretione, complevit. *Obedientia est depositio discretionis :* quod præceptis (malis, apparentibus) obediat vere obediens, sicut, qui projecit filium suum in furnum. *In divitiis* vero *discretionis*, sive, *inter divitias discretionis* dicit, quia vere, virtutes divinæ sequuntur subjectionem et obedientiam non discernentem, quemadmodum subsequenter : *Et obedientia, humilitas, ex humilitate discretio*, etc., *vel animæ voluntatis :* Voluntas naturalis est appetentia rationalis atque vitalis, in solis naturalibus dependens : ea vero est de possibilibus et impossibilibus. Ex voluntate possibilium est quæsitio et inspectio, deinde consilium, deinde dijudicatio et discretio, deinde affectio ad id quod discretum est judicio, deinde arbitrium : deinde post affectionem arbitrii, fit electio quæ dicitur facultas voluntatis post dilecti electionem, vel liberum arbitrium. *Quicunque ad intellectualis.* Quicunque propriæ voluntatis ad summum complacentiam sprevit, et abnegavit, iste experientia didi-

[14] Eccli. XXXIV. 7.

(13) Vetus interpres, *vide, vide ne*, etc.

(14) Vetus interpres, *Ornata, et inornata.*

(15) Vetus interpres, *mentus.*

Digitized by Google

cit obedientiam esse stadium intellectualis confessionis, et martyrii spiritualis pugnam, et Christi jugi patientiam, depositionem peccatorum, in libro vitæ inscriptionem, pelagi fluctuantis transfretationem. Unde ad aliquid perfectius transire non cogitabit sine ea; quoniam autem consuevit malignus, his qui sub obedientia sunt, hanc inferre molestiam; videlicet ut seipsos parvipendant, eo quod non habent jejunium, nec orationem mundam, neque exercitium diligens, neque alia spiritualia opera quæ sunt in quiescentibus : enumerat iste Pater noster sanctus obedientiæ bona, ad quæ omnia alia bona comparata, sunt nihil; quoniam obedientia adimplet horum omnium locum. Quæ cum perfecta fuerit, ipsa, in tempore proprio, secum omnia bona spiritualia portat, et ad variam introducit contemplationem, perfectionem, et quietem suos possessores. *Congressionis stadium* : stadium est spiritualis luctæ profectus, et suavis odor bonarum operationum, in mortificatione voluntatum et sensuum carnis indeficiens studium, et exercitatio humilis ad omne opus bonum, et meditatio præceptorum Dei et imitatio passionis et mortis ejus. *Quicunque jugum Christi* : Obedientiam intellige, quia sicut per ipsam, a Christo Jesu redempti et salvati sumus, ita nos, per ipsam proprie et singulariter portamus jugum, ipsamque Patres martyrium dicunt, quia servorum Dei fornax et exercitatio est, et ad ipsam comparata bona omnia quæcunque sensu proprio et voluntate fiunt, nihil sunt. *Si vero alias fecerimus* : Alioquin, inquit, qui aliena peccata curiose requirit, et scrutatur, discernit, suspicatur, et judicat, et præsertim præsidentis; non pœnitentiæ viam vidit, aut pœnitentiæ initium fecit, sed elationis et præcipitis viam tenet. *Nemo sine qua vitiosorum* : Multi enim, sine subjectione Deo placuerunt, sicut Paulus Eremita et Maria Ægyptiaca, et alii multi : quomodo ergo, sine ipsa, *Nemo Deum videbit?* Dicimus ergo, quod qui perfecte carnem spiritui subjicit, et conscientiæ stimulum possidet judicem, et ei obedit, nihil sibi de propria voluntate relinquens, iste divinis præceptis factus obediens, antequam visibilem obedientiam pertranseat, ad intellectualem pertingit, quæ multum excedit visibilem. Si anima, corpus, et spiritus, litteram, et gratiam Evangelii, legem, et gloriam, gratiam, et hanc, illa substituit et commendabilem facit. Et habes illos qui circa magnum Antonium, per intellectualem obedientiam refulserunt, et quasi angeli per eamdem Domino obediebant solum cœlestia sapientes, quibus dignus non erat mundus. Præcedit ergo intellectualis obedientia visibilem incomparabiliter : et sicut sol, suo ortu stellas occultat, ita intellectualis obedientia, visibilem. Quare, qui intellectualem non possident, sed adhuc vitiis molestantur, sine visibili, tanquam parvuli et sub nocte vitiorum proficere, vel salvari non possunt. Bene ergo dicit : *Sine qua nemo vitiosorum videbit Dominum Jesum Christum* : Quoniam ergo obedientia intellectualis, divina illuminatione perficitur, et conscientiam possidet judicem, videndum est, quid sit conscientia : *Conscientia est divinæ scientiæ motus et operatio, cum nostra et in nostra scientia.* Conscientia est scintilla divini luminis, in homine condito subseminata a principio, quasi quædam cogitatio ferventior, et illuminativa, verbum seu rationem lucis in se continens, et ostendens ei bonum et malum : et hæc conscientia vocatur lex naturalis. Hic est puteus Jacob, ut dixerunt Patres, quem Philistini repleverunt. Cui, quandiu in via sumus, consentire jubemur; consentimus vero ei, cum eam custodimus ad Deum, per fidem et obedientiam, et amorem mandatorum; ad proximum, per pietatem, patientiam et humilitatem; ad nos ipsos, per mortificationem sensuum, custodiam cordis et linguæ, et odium corporis et omnium visibilium et propriæ voluntatis : ad materias et usum rerum, per temperantiam et sobrietatem et earumdem custodiam fidelem, ostendendo in eis, sicut in rebus sacris, Domini reverentiam et servitutem. *Qui subditus est* : Qui humiliter subditus est, non putabit se perfecte subditum esse aut obedire, quia obedientiæ opus immensum esse intelligit; qui vero ex proprio sensu et voluntate aliquid facit, licet obedire appareat, tamen ipse contra seipsum onus suum portat : unde, si is qui tali præest, hunc non arguit, sibiipsi et discipulo causa periculorum est. Propterea, Pater dicit : *super hoc dicere quidquam non habeo*, quia verbo dubitativo ipsum reum ostendit judicio. *Ad confessionem, qua sine nullus remissionem*, etc. : Quia confiteri simpliciter peccata tenemur ex necessitate divini mandati, patet ex apostolicis traditionibus et regulis ab eis propositis Ecclesiæ catholicæ, per Spiritum sanctum quorum canones et instituta tenentes, Dei sacerdotibus (juxta eorum præceptum) peccata confitentes indulgentiam et remissionem accipere efficimur digni : propterea, qua sine, dicit sanctus Pater : *Nemo videbit Deum.* — *Fratris ut in nullo conscientia vulneraretur.* Multimodis factis conscientia feritur : extollentia et elatione, superflua prudentia, seductione, infidelitate, mendacio, fraude, deceptione, contemptu, livore, murmuratione, detractione, vindicta, et reliquis quæ pariuntur ex istis. *Ut in gravissimam animæ ruinam præcipitarer.* Gravissimum animæ lapsum, non alium dicit, quam extraordinarie ipsum gustasse et furtive ac latenter comedisse ex his quæ animalia portabant, quod est peccatum gravissimum, et pene inexpiabile esse magnus Pater noster Basilius evidenter declarat in Prooemiis regulæ suæ, ubi ostendit quod tali culpa inquinatus, quasi incorrigibilis erit. Unde docet quod talis mali commissio usque ad linguæ solius gustum, est penitus (sicut mortis obligatio) fugienda. Qui ergo iste fur-

Digitized by Google

detentus propter virtutem, altitudinem et claritatem, charitatem, et sapientiam nec gustare, nec videre, intendere, nec cogitare potest. Quare, gaudium Christi, est in nostro perfecto recessu a terreno et mundano et carnali amore. *Cave, obsecro* (13). Diabolus ut retrovertat Dei famulos sub specie bene rationabilis pietatis, ostendit eis, vel in multa penuria et tribulationibus innumeris suos esse parentes, vel in multo periculo animæ et ignorantia conversari, et omnia eorum sub quodam quasi divini judicii diluvio debere submergi, nisi eisdem vehementer afflictis, cum arca consilii vel favoris cito subveniatur. Quare nunc iste sanctus dicit *Vide, vide*, quia neque sub specie prædicationis, neque sub obtentu corporalis subventionis, tibi licet ad parentum amorem vel curam retroverti : quia hoc quod tibi mundus universus, B tuos passibiliter diligenti, aquis videtur esse repletus, caro revelavit et sanguis cum Satana simul ut pereas et angelicæ conversationis portum male relinquas. *Pollicentur nobis subdole :* Nostri, et non nostri sunt, parentes secundum carnem ; qui nostri sunt, juxta naturæ conditionem, non nostri, secundum propositum et voluntatem servitutis Dei : quorum cogitationes, sunt frequenter contra nos a dæmoniis, ut nostræ fiant, quæ sunt ab alienis. Ipsæ vero susceptæ, per consensum fiunt nostræ quæ habuerunt originem ab alienis et inimicis dæmoniis et parentibus, et punimur de eis. *Colloquia mala, sæcularia simul et turpia* (14). Et ornata quidem mundana eloquia, sapientia, et prudentia, quia, fastu eloquentiæ, vanitatem inflant et elationem extollunt, incongrua, et apud servos Dei inornata exsistunt : inornata vero sunt mundana eloquia, lascive et vitiose, ac turpiter dicta, quæ, etsi eleganter et ornate dicantur, tamen non mediocriter sed maxime lædunt. Quare mundana eloquia penitus inutilia, quia vel temporalia et carnalia, vel superba et erronea sunt, et omnino vitanda et fugienda. *Somnium est animi* (15) *motus*, etc. Visio est quædam, phantasia, qua, quasi in sensu et fere manifeste visum est. Somnium est, quod (dormiendo) in phantasia imaginatum est. Corporis vero immobilitatem, pausationem et quietem dicit, secundum quam quiescunt dormientes, et corpus manet immotum, hoc quidem patiens, illud subsistens. D Contemplatio est non subsistens imaginatio, et apparitio quasi repente visa, et ad præsens resoluta. *De somniis ex canonicis characteribus magni Basilii.*

Fiunt, inquit, somnia ex diurnis et quotidianis animæ motibus. Nam dæmones nolentes, nos agere quod bonum est, multis machinationum industriis prohibent : postquam vero inceperimus, moliuntur ne secundum Dominum perficiamus illud. Sed etiam hoc frustrati, vitiosæ actionis memoriis deorsum nos inclinantes tentant : et in isto manifeste convicti, phantasmatibus nos in somniis ad maliguitatem agere conantur : per quæ suæ ipsorum imbecillitatis cognitionem exhibentes eis qui viriles sunt et adversus se resurgere parant, non apparentes tunc usque insidias venenantium seductorum propalantes. *Qui vero eis nulla ratione credit :* Distinguitur modus in generationem et corruptionem, augmentum et diminutionem, alterationem, et localem imitationem, rectam, et obliquam, et circularem. A nullo horum dormiens privatur, nisi a locali motu, quamvis et quidam dormientes ambulare inventi sunt. Cum autem multipliciter somnia fiant, duabus tamen speciebus somniorum quandoque attribuitur visionis qualitas. Est enim, quando, et quæ nolumus, et quæ diligimus videmus eisdem reformatis imaginatione, angelorum ministerio. Est vero amplius, quando divina visione mens nostra rationalis informatur, et de prænognitione futurorum taliter docemur, ut patet de Scripturis. At enim secundum hunc magnum veræ sapientiæ amorem ostendit qui spernit somnia atque contemnit : *Multos enim errare fecerunt somnia* [16].

CAP. IV. — *Abnegatio quid sit* (*col.* 679 A).

Animæ propriæ perfecta abnegatio : Abnegatio autem est perfecta omnium rerum præsentium oblivio, et a propriis naturalibus verus recessus. *Confectum, dormiendo iter :* Dormiens quiescit a curis, nec curat de aliquo, ita, qui vere obediens C est (sive mari navigans, sive incidens in latrones) de periculis non curabit, neque præcepta discernet : scit enim diligenter, quia in martyrium imputabitur ei quod supervenerit periculum eo quod obedientiam, sine humanæ prudentiæ discretione, complevit. *Obedientia est depositio discretionis :* quod præceptis (malis, apparentibus) obediat vere obediens, sicut, qui projecit filium suum in furnum. *In divitiis* vero *discretionis*, sive, *inter divitias discretionis* dicit, quia vere, virtutes divinæ sequuntur subjectionem et obedientiam non discernentem, quemadmodum subsequenter : *Et obedientia, humilitas, ex humilitate discretio*, etc., *vel animæ voluntatis :* Voluntas naturalis est appetentia rationalis atque vitalis, in solis naturalibus dependens : ea vero est de possibilibus et impossibilibus. Ex voluntate possibilium est quæsitio et inspectio, deinde consilium, deinde dijudicatio et discretio, deinde affectio ad id quod discretum est judicio, deinde arbitrium : deinde post affectionem arbitrii, fit electio quæ dicitur facultas voluntatis post dilecti electionem, vel liberum arbitrium. *Quicunque ad intellectuales.* Quicunque propriæ voluntatis ad summum complacentiam sprevit, et abnegavit, iste experientia didi-

[16] Eccli. XXXIV. 7.

(13) Vetus interpres, *vide, vide ne*, etc.

(14) Vetus interpres, *Ornata, et inornata.*

(15) Vetus interpres, *mentis.*

Digitized by Google

cit obedientiam esse stadium intellectualis confessionis, et martyrii spiritualis pugnam, et Christi jugi patientiam, depositionem peccatorum, in libro vitæ inscriptionem, pelagi fluctuantis transfretationem. Unde ad aliquid perfectius transire non cogitabit sine ea ; quoniam autem consuevit malignus, his qui sub obedientia sunt, hanc inferre molestiam; videlicet ut seipsos parvipendant, eo quod non habent jejunium, nec orationem mundam, neque exercitium diligens, neque alia spiritualia opera quæ sunt in quiescentibus : enumerat iste Pater noster sanctus obedientiæ bona, ad quæ omnia alia bona comparata, sunt nihil; quoniam obedientia adimplet horum omnium locum. Quæ cum perfecta fuerit, ipsa, in tempore proprio, secum omnia bona spiritualia portat, et ad variam introducit contemplationem, perfectionem, et quietem suos possessores. *Congressionis stadium* : stadium est spiritualis luctæ profectus, et suavis odor bonarum operationum, in mortificatione voluntatum et sensuum carnis indeficiens studium, et exercitatio humilis ad omne opus bonum, et meditatio præceptorum Dei et imitatio passionis et mortis ejus. *Quicunque jugum Christi :* Obedientiam intellige, quia sicut per ipsam, a Christo Jesu redempti et salvati sumus, ita nos, per ipsam proprie et singulariter portamus jugum, ipsamque Patres martyrium dicunt, quia servorum Dei fornax et exercitatio est, et ad ipsam comparata bona omnia quæcunque sensu proprio et voluntate fiunt, nihil sunt. *Si vero alias fecerimus :* Alioquin, inquit, qui aliena peccata curiose requirit, et scrutatur, discernit, suspicatur, et judicat, et præsertim præsidentis ; non pœnitentiæ viam vidit, aut pœnitentiæ initium fecit, sed elationis et præcipitis viam tenet. *Nemo sine qua vitiosorum :* Multi enim, sine subjectione Deo placuerunt, sicut Paulus Eremita et Maria Ægyptiaca, et alii multi : quomodo ergo, sine ipsa, *Nemo Deum videbit ?* Dicimus ergo, quod qui perfecte carnem spiritui subjicit, et conscientiæ stimulum possidet judicem, et ei obedit, nihil sibi de propria voluntate relinquens, iste divinis præceptis factus obediens, antequam visibilem obedientiam pertranseat, ad intellectualem pertingit, quæ multum excedit visibilem. Si anima, corpus, et spiritus, litteram, et gratiam Evangelii, legem, et gloriam, gratiam, et hanc, illa substituit et commendabilem facit. Et habes illos qui circa magnum Antonium, per intellectualem obedientiam refulserunt, et quasi angeli per eamdem Domino obediebant solum cœlestia sapientes, quibus dignus non erat mundus. Præcedit ergo intellectualis obedientia visibilem incomparabiliter : et sicut sol, suo ortu stellas occultat, ita intellectualis obedientia, visibilem. Quare, qui intellectualem non possident, sed adhuc vitiis molestantur, sine visibili, tanquam parvuli et sub nocte vitiorum proficere, vel salvari non possunt. Bene ergo dicit : *Sine qua nemo vitiosorum videbit Dominum Jesum Christum :* Quoniam ergo obedientia intellectualis, divina illuminatione perficitur, et conscientiam possidet judicem, videndum est, quid sit conscientia : *Conscientia est divinæ scientiæ motus et operatio, cum nostra et in nostra scientia.* Conscientia est scintilla divini luminis, in homine condito subseminata a principio, quasi quædam cogitatio fervention, et illuminativa, verbum seu rationem lucis in se continens, et ostendens ei bonum et malum : et hæc conscientia vocatur lex naturalis. Hic est puteus Jacob, ut dixerunt Patres, quem Philistini repleverunt. Cui, quandiu in via sumus, consentire jubemur ; consentimus vero ei, cum eam custodimus ad Deum, per fidem et obedientiam, et amorem mandatorum ; ad proximum, per pietatem, patientiam et humilitatem ; ad nos ipsos, per mortificationem sensuum, custodiam cordis et linguæ, et odium corporis et omnium visibilium et propriæ voluntatis : ad materias et usum rerum, per temperantiam et sobrietatem et earumdem custodiam fidelem, ostendendo in eis, sicut in rebus sacris, Domini reverentiam et servitutem. *Qui subditus est :* Qui humiliter subditus est, non putabit se perfecte subditum esse aut obedire, quia obedientiæ opus immensum esse intelligit ; qui vero ex proprio sensu et voluntate aliquid facit, licet obedire appareat, tamen ipse contra seipsum onus suum portat : unde, si is qui tali præest, hunc non arguit, sibiipsi et discipulo causa periculorum est. Propterea, Pater dicit : *super hoc dicere quadquam non habeo,* quia verbo dubitativo ipsum reum ostendit judicio. *Ad confessionem, qua sine nullus remissionem*, etc. : Quia confiteri simpliciter peccata tenemur ex necessitate divini mandati, patet ex apostolicis traditionibus et regulis ab eis propositis Ecclesiæ catholicæ, per Spiritum sanctum quorum canones et instituta tenentes, Dei sacerdotibus (juxta eorum præceptum) peccata confitentes indulgentiam et remissionem accipere efficimur digni : propterea, qua sine, dicit sanctus Pater : *Nemo videbit Deum. — Fratris ut in nullo conscientia vulneraretur.* Multimodis factis conscientia feritur : extollentia et elatione, superflua prudentia, seductione, infidelitate, mendacio, fraude, deceptione, contemptu, livore, murmuratione, detractione, vindicta, et reliquis quæ pariuntur ex istis. *Ut in gravissimam animæ ruinam præcipitarer.* Gravissimum animæ lapsum, non alium dicit, quam extraordinarie ipsum gustasse et furtive ac latenter comedisse ex his quæ animalia portabant, quod est peccatum gravissimum, et pene inexpiabile esse magnus Pater noster Basilius evidenter declarat in Prœmiis regulæ suæ, ubi ostendit quod tali culpa inquinatus, quasi incorrigibilis erit. Unde docet quod talis mali commissio usque ad linguæ solius gustum, est penitus (sicut mortis obligatio) fugienda. Qui ergo iste fur-

Digitized by Google

tive comedit, subinductum se in gravissimum animæ lapsum asseruit.

Statue in cordis tui janua, severos janitores : Duros ostiarios, dicit speciales et generales virtutes animæ ; scilicet, fortitudinem, prudentiam, temperantiam, et justitiam. *Affige in animæ ligno*, etc. Lignum dicit mortificationem carnis et crucifixionem cum suis concupiscentiis. Crucem vero animæ, dicit mortificationem proprii sensus et propriæ voluntatis, per quam diabolum vincimus, et pacem imperturbabilem possidemus. Nullam enim utilitatem consequimur de crucifixione carnis, nisi figamus et confirmemus in ea mortificationem et crucifixionem proprii sensus et propriæ voluntatis. *Ad ineptam rursus et inutilem ac spinosam orationem :* Non venusta et non proficua, et spinosa eloquia sanctus Pater dicit quæ sua sunt ; scilicet, non venusta secundum eloquentiam, propter simplicem et ordinatum modum dicendi ; non proficua, secundum mundanam requiem, et commoditatem ; spinosa, secundum asperam narrationem et duram spiritualis vitæ regulam, juxta illud evangelicum, *durus est hic sermo* [15]. — *Est quidem præclarum, labores sanctorum admirari.* Quoniam Deus bonus, amator hominum est, multas salutis justitiæ vias ostendit nobis, ut non periremus, sed secundum suam magnam misericordiam salvaremur : quia non fecit hominem Deus ut periret, sed ut illi serviret, et salvaretur ; ideo vocationes hominum variæ, et donationes ipsius differentes. Hinc, alius, hospitalitatis amator, alius, quietis et remotionis solitariæ servator : alius consolatur et exhortatur afflictos, alius custodit linguam, et silet. Iste semel in hebdomade pascitur ; iste comedit omni die. Quare hæc omnia ab uno posse perfici impossibile est. *Donec violentiam nostram quam velut a nobis perpeti.* Vim inferentes sunt hi qui divina charitate sunt plagati, et vim Deo inferunt per orationem et opera virtuosa, et trahuntur divino amore ad portandum jugum Christi cum corde humili et animo devoto, qui seipsos violentant, secundum illud : *Turbatus sum et non sum locutus* [16]. *Cum corruissem, iterum reduxisti me :* id est, post lapsum. Nec vero intelligas lapsum a Deo separantem, sed lapsum qui (servientibus et ministrantibus) ex negligentia, et ex obedientia imperfecta contingit. *Qui vero illum in cordis sui latebris occultat*, etc. Sciendum est quia non confessa peccata sine formidine et timore aguntur. Auferre ergo confessionis conscientiam, est aperire peccatis januam, et hæresim seminare. *Cum is qui subjectus est, duos evaserit laqueos :* Duo ista, dicit inobedientiam et elationem. *Præter morem solitum turbulentos :* id est qui facile moveantur ad furorem et iram, instar molendini quod vi rotæ et aquæ movetur. *Necesse est enim converti mare et turbari :* Maris similitudinem inducit ad ostendendam vitiosæ mentis passionem, quæ sicut mare, a ventis intellectualibus, seu tentationibus et injuriis et improperiis eorum qui sub præsidente sunt, conturbatur et inflatur, et movetur ab increpationibus quæ inducuntur super eam, ad probationem et utilitatem, a fraternitate. Vitiis igitur interius tumultuantibus, et irascibilem commoventibus ad iram, et rationabilem confundentibus, nec sinentibus quod est utile conspicere, et quod melius est tenere, velut exspuens præassumptas sordes mare mentis, monstrat quas vitiorum flumina primo in ipsam conduxerant, tempore videlicet tranquillitatis, et bonæ consistentiæ. Nunc igitur necesse est mare turbari, quia, ex quo humilitatis argumentum ex nostra conversatione non sumimus, tentationibus necessario immergimur, ut probemur et infirmemur ac infirmati purgemur, ac perfecte humiliemur. Dicit ergo, necesse est mare quassari et turbari (16). *Ex obedientia, humilitas.* obedientia enim, principium humilitatis, quoniam qui se ipsum non condemnat sicut deficientem a virtutibus, sub manu alterius esse non valet. Igitur, talis condemnatio contrahit et agit animam ad obedientiam : obedientia autem, timore Domini firmata, generat humilitatem, humilitas vero perpetuo exsulem facit elationem. Qui autem ab eadem est liber, et a reliquis est purgatus : quare domus impassibilitatis et munditiæ annuntiatur. Obedientiam igitur, humilitatem, et impassibilitatem, tribus appropriat, scilicet Moysi, Synagogæ, et Mariæ : quoniam sicut mare Rubrum transeuntes Judæi, et super victoria triumphalem laudem Dei canentes, ejusdem laudis et victoriæ habuerunt Moysen genitorem et actorem, et Mariam perfectricem (quidem ex communi unam exsistentem) : ita et nunc dicit, in persona Moysi debere accipere obedientiam ; in synagoga, humilitatem, et in Maria, impassibilitatem. Moyses, aqua interpretatur, vel assumptus de aquis : Maria, interpretatur lux, quæ de Synagoga originem traxerat. Igitur, in assumpto de aquis generatio et fecundatio reliquorum per obedientiam : obedientia autem, humilitatis possessionem donat ; humilitas autem, impassibilitatis lucem præstat : impassibilitas vero, super victoriam, laudem perfecit, canticum, pro liberatione ab intelligibili Ægypto peccati, in lætitia cantans. *Vidi ut ait Job :* Habilitati et illegitimæ naturali, et extrinsecæ compositioni morum, et apparentiæ fictæ honestatis, quibus occurrit turba, malitiæ varietas habet naturam colligari. Turbæ, quod apparet humile et morigeratum, et compositum secundum faciem, nominant et extollunt : propter quæ superbi hypocritæ, et animosi (dicit sanctus) ex laudibus et elatione compunguntur, et pa-

[15] Joan. VI, 61. [16] Psal. LXXVI, 5.

(16) *Al.* concuti et turbari.

Digitized by Google

rient lacrymas. Quæ considerans, quam maxime sapienter et clare, Pater iste, variam esse malitiam determinavit. Sane tardus quis et negligens exsistens, aut in aliquo corporalium naturaliter idoneus apparens, complacuit multis, et de gravitate morum et honestate laudatus est : quemadmodum in aliquo corporalium, facie tenus, quis idoneus naturaliter apparens, complacuit multis. Itaque plerumque naturalis sufficientia aut diminutio, virtus animæ reputata est : remissus et insolens, mitis et inordinatus, et ea quæ sunt spiritus deserens, sollicitus, acidiosus et tristis orator, linguosus et vanus : animarum salvator : a dæmoniis illusus, contemplator, et futurorum provisor est habitus apud ipsos, qui quod rectum et vitiosum est discernere nesciunt. Nimirum (quia exsultat in laudibus) cæcus ignorat seipsum, et errat : falso judicia multorum attendens, animam ex elatione et vanitate compunget, et dolens conteretur, et lacrymas pariet. Quare Pater malitiam sic multiformem et variam esse miratur. *Qui sibi ipsi latenter persuasit latenter.* In corde (ait) bonum propositum firmare stude, et non pompatice et apparenter os dilatando, loquaris. Qui enim pompose se laudat, et in se ipso confidit et gloriatur, relaxatus a Domino castigatur lapsu : sed mors animæ mille mortibus pejor exsistit. Si ergo mors ejus, peccatum est, quanta vigilia et sollicitudo nobis adversus peccatum necessaria est : igitur, qui novit hæc, humiliter in spe et silentio seipsum roborabit, propter patientiam, ad perseverandum in stadio conversationis monasticæ : et licet offendat et peccet, iterum pœnitebit, et a necessitudinis sanctæ stadio nunquam recedet. *Si vero exierunt aliqui.* Subaudi, a monumento professionis angelicæ (17) vitæ, opere et affectu, obedientia Patrum rejecta. *Considera, quia* immortali morte *mortui sunt*, et separati a Deo fuerunt, quod omni morte corporali est pejus, in infinitum. *Cum senuerint fragiliores quippe ac segniores, gravia*, etc. Quando igitur ad operationem manuum accedis, talem in teipso reforma cogitatum, qui Christo ministras qui præcepto et exemplo ad opera (usque ad mortem) te informat. Operans, lauda Deum tuum lingua, mente recogita, intentione glorifica. Nam qui in laboribus et operibus est infidelis et piger, in oratione erit multo magis piger, infidelis et remissus. Sane oratio nequaquam in corporis quiete dirigetur, sed in labore et actu. Amor quietis. Orationis est exterminium, et diminutionem virtutum prædicat, mandata negligere. Hinc, Pater ostendit quod qui obsequium ministrationis (id est, operationis manuum) inceptum illud ut fratrem adjuvet et quietet, a fratre rogatus, derelinquit. Opera manuum vult et intelligit esse cœlestia et non terrena : idcirco, non propria, sed communia ad utilitatem indigentium vult esse. Reliqui vero, non ex charitate sed vitiose, quæ sua sunt male quærunt, non quæ Jesu Christi. Sibiipsis attendant, quia aliud est quod sumus, aliud quæ sunt nostra, aliud quæ circa nos, aliud quæ extra nos, et aliud quæ contra nos. *Plerique ex obedientium grege*, etc. Nunquam suscipias eum qui tibi subditus est, dicentem tibi : Ita mihi licentiam et potestatem ad talem operationem vel virtutem exsequendam, et : Ita me ad id quod spirituale est permitte dirigere. Nam qui ita dicit, manifestum est quia seductus propriam perfecit voluntatem, et optimæ obedientiæ fœdera spernit, et deceptus et illusus, meritum obedientiæ coram Deo perdit : *Sunt qui suscepto imperio*, etc. Horum unusquisque, in proprio tempore, laudabilis est. Nam secundus, juxta initium disciplinæ introductoriæ ad virtutes, melius facit, obediens inconstanter : adhuc enim ex ordine probandorum est. Primus vero, quia jam perfectioni appropinquat, et tempore longo obedientiæ ostensionem exhibuit, voluntatem Patris sentiens, benefacit non faciens quæ illum nolle novit. Non enim ulterius, quasi servus, rationalem servitutem oblationem offeret, sed filius et amicus, voluntatem patris investigans, beneplacentem voluntatem perficiet. *Possibile non est ut diabolus*, etc. Indignum et inconveniens est, ait, quod diabolus, suæ ipsius voluntati resistat. Ille enim omnem hominem negligenter et vitiose vivere vult, et suam voluntatem, magis quam Dei, perficere : Si et ergo aliquos tales invenerit, non resistet eis, quia, si eis resisteret, suæ ipsius voluntati omnino resisteret. *Quod non judicandi causa*, etc. Non ex suspicione, ait, judico, hoc dicens, sed efficacem motum ostendo vitii præceptoris nomine, sed non re, et passionem manifeste ostendo juvenis superascendentis seniorum et majorum virtutes. *At cum illum, a rege sigillum accepisse*, etc. Signaculum fidei, est baptismus. Signa militiæ spiritualis, sunt pœnitentia et lacrymæ quæ hunc repurgant ; scutum vero est mundi fuga, odium omnis delectationis vitæ præsentis ; gladius est fides ad pastorem ; ensis abnegatio propriæ voluntatis ; arcus oratio per quam dæmones sagittantur ; militare vestimentum, humilitas, et virtutum quæ ex ea sunt, amictus.

Gradus 5. — *Securaque cujusque sui cura.* Quia de nullo terreno curat, sed pro sè sibi sollicita quomodo sibi Deum reconciliet, et salutem perditam per peccatum inveniat, pœnitendo et lugendo festinat et pro se dijudicata, fit, quia omnia quæ sunt mundi, et seipsum puniendo contemnit qui est pœnitens, et vigilanter ab omni judicio elongatus, ex vera cognitione sui ipsius, extremo judicio se dignum cernit. Per se igitur cogitatio dijudicata est, quia, aliquo alio ad dijudicationem non eget : sed qui est pœnitens, ipse sui ipsius judex et vindex est. *Antequam corruamus*, etc. Delectabile et

(17) *Al.* apostolica.

Digitized by Google

dulce nobis proponit dæmoni exterius, ut trahat ad peccandum, peccati reatum fere nihil esse supponens, Deumque benignum et misericordem esse suggerit, et asserit. In hoc est vere inimicus, quia intrinsecus, quod malum est, et amarum (mortem scilicet corporis et animæ) fraudulentus abscondit: quam post lapsum, ut desperare nos faciat, adversus nos insultando proclamat, ultor effectus, qui fuerat (nos seducendo) proditorie inimicus. *Sæpe enim parva munera*, etc. Nolunt dæmones quod intelligamus, quam amarum est peccare et Deum offendere. Idcirco cum nos viderint appropinquare ad aliqualem sensum infinitæ amaritudinis abscondite, in peccatis nostris tunc instant et dicunt: Quid teipsum conteris et desperas? neque enim tale, vel tale peccatum (ut alii plurimi) perpetrasti. Oderunt namque dæmones spiritum contritionis, et falsæ spei gaudium in nobis seminare contendunt, ut aliter in nobis spiritum contritionis exstinguant. Tu vero non obedias eis: quia, sicut parva dona furorem judicis frequenter mitigant, ita plerumque quæ a nobis reputantur parva delicta (cum fuerint sæpius iterata) simul aggregata, Christum nostrum benignissimum judicem, juste contra nos in furorem surgere faciunt. *Moyses, cum Deum vidisset*, etc. Signum conversationis perfectæ et virtuosæ, est videre ignem in rubo [17]; est enim inaccessibilis multis. Sed tunc ardet ignis in rubo, cum mortificata caro pariter et voluntas, ea quæ sunt spiritus, sentiunt et diligunt. Sed plerumque humana fragilitas prolabitur ab altitudine spiritus, et succumbit in pugnis. *Sed nunquid qui corruit non adjiciet?* Sed, ut David et Petrus, conetur ut non solum resurgat, sed altiora conscendat. Ostendit igitur Pater, exemplo Moysi et Job esse possibile post lapsum, etiam ad impassibilitatem redire, cujus spei fiduciam, diabolus per negligentiam et otium colaphizat, dum in nobis opera (per quæ impassibilitas percipitur) explantat. *Attende, quæso, diligentius*, etc., scilicet oculis mentis et spiritus, quia sensuali delectatione seducti erravimus, sed via breviori nos reverti oportet: videlicet per humile sapere, et per humile verbum, et cor contritum, et sinceram confessionem et integram. Quoniam in humidis lignis, difficiliter ignis accenditur. Penitus in corde amante quietem et delectationes, ignis spiritus non ardebit, sed in anima contrita et humiliata, quæ labores et delicias putat. *Luctus est stimulus animi, aureus.* Hoc dicitur ad differentiam stimuli ferrei qui pungit terrena et vitiosa diligentes per tristitiam mortis, et est veneno mortifero plenus. Aureus vero stimulus, sancta et lætificante tristitia, et charitate divina pungit, ad cœlestia sursum ferens eos qui virtutes Christi et mandata diligunt, et fideliter ipsius mandata perficiunt, *Confessio est oblivio naturæ*, etc. Est autem vera confessio, per divinam scientiam excessus in Deum; ex quo oblivio propriæ naturæ fit in eo qui secundum Prophetam [18], obliviscitur comedere panem suum. *Sta in orationis prece*, etc. Quemadmodum ferro ligatus currere non valet, ita et mens, vitiis serviens, orationis spiritualis locum videre non potest. Nam qui cum vitiis orationem exsequi conatur, a vitiosis cogitationibus et seducentibus intellectibus captivatur. Legitime ergo pugna contra immunditias, ut per munditiam, orationem invenias. Et hoc scribe in corde tuo, quoniam amor delectationis et requiei est causa separationis a Deo. Cor enim quod ista amat, est creaturæ sterquilinium et sentina. Nam amaritudo quæ abscondita est in eisdem delectationibus et quiete, in tempore exitus inutiliter sentietur. Cor vero diligens labores, contumelias, et dolores, porta aperta est, qua in tempore exitus pascua inveniet. *Sicut creatura*, etc. Per se motus, et semper motus est divina providentia, alteratio motus, et faciliter motus est alteratio et motus creaturæ, qui non semper est motus. Dicitur autem compunctio cordis ex Dei gratia proveniens, alteratio motus, ad differentiam compunctionis ex studio humano advenientis, quæ est per se motus. *Illustratio* (18) *ineffabilis est quædam efficacia*, etc. Non per luctum tantum, sed patientiam tribulationum et tentationum probatur servus Dei: et per veram mortificationem omnium sensuum corporis et animæ, mundatur ab inquinamento vitiorum: et per contemplationem et susceptionem altarum Dei illuminationum, perfectus efficitur. Dominus enim *ex Sina venit*: id est, ex tentationibus et tribulationibus; *et illuxit nobis ex Seir*, hoc est, corporalibus laboribus et doloribus; *et requievit ex monte Pharan cum millibus Cades*, id est, ex monte fidei, cum infinitis sanctorum scientiis. *Sunt materiæ quæ fontes nostros*, etc. Sicut deliciæ, gulæ, comessationes, vinum, mulieres, deliciarum usus, et amor omnis sensualitatis et carnalitatis, quæ omnia non solum siccant lacrymas, sed exterminant omne bonum. Fuge igitur, fuge, qui religiosus es, delicias vinum, et mulieres, quæ tibi sunt causa peccati, et *apostatare faciunt sapientes* [19]. Nam et justus Lot, Noe, David, et Salomon, per ista prævaricati sunt. Sunt et aliæ materiæ, sicut amor principatus et honoris, et desiderium laudis, nominis scientiæ, et sanctitatis, quæ vacuum sapere in superbiam extollunt, et ab omni virtute radicitus evellunt, et deorsum ad inferna projiciunt, per quæ et diabolus ruit: *Ut virtutum materias, materias vitiorum* (19), etc. Matres virtutum, sunt prudentia, fortitudo, temperantia, justitia, quas adversarii dicuntur effici occasionaliter matres malitiarum, non conversione, sed abusu, qui est vere casus ab eisdem. Sane nimietate et deficientia, a virtutum medio recedimus: sicut, a prudentia, per versutiam et insi-

[17] Exod. III, 2. [18] Psal. CI, 5. [19] Eccli. XIX, 2.

(18) Vetus interpres, *illuminatio*.

(19) Vetus interpres, *matres*.

Digitized by Google

pientiam : fortitudine, per temeritatem et formidinem ; a temperantia, per incontinentiam et severitatem ; a justitia, per avaritiam et falsitatem, et per zelum iræ fervidum, et falsum pietatem. *Docerent te hoc, Jesus*, etc. Elias, et Joannes, sunt perfectæ conversationis typus et forma. Qui sorsum orantes, et a mundo solitaria loca, et a sæcularium tumultibus segregata quærentes et colentes, docuerunt perfectionis amatores, locum et modum ad virtutum studium, pariter optima et necessaria fore. Et ostenderunt quomodo locus modo perfecte vivendi pulchritudinem dat et formam. Quare non modus solum (sicut quidam simpliciter et male dicunt), sed et locus, ad virtutis operationem necessarius est, qui maxime confert solatium et juvamen perfectionem quærentibus. Unde et noster adversarius (dicit iste Pater sanctus) plerumque movet ad lacrymas servos Dei, ex aliqua causa in civitatibus et inter tumultus hominum conversantes, ut eos taliter decipiat, et mundo appropinquare faciat, ac, ex hoc, verborum et conversationibus, et operibus inquinentur.

CAP. VIII (*col.* 827 C).

Iræ vacuitas, est naturæ superatio. Naturæ victoriam dicit, iræ et furoris omnimodam depositionem, et concupiscentiæ mortificationem : naturaliter enim habent homines, irasci et concupiscere. *Iracundia, est subita cordis excandescentia*, etc. Ira est manens tristitia, et perseverans impetus ad vindictam. Vel, ira, est habituata malitiæ memoria, cum odio contristantis. *Furor, est morum inconstans motus*, etc. Furor, est ebullitio et accensio et evaporatio ad retributionem contristantis impetuose præcipitans. *Quippe per atramentum columbæ candorem demoliti essent*, etc. Qui secundum apparentiam longanimiter agit, et Christum se diligere simulat, et (usque ad tempus retributionis) per silentium se occultat, et exspectat ut malum pro malo retribuat, quasi per atramentum, columbam exterminat : quia charitatem, et puritatem, quæ per columbam significatur, per tenebrosam memoriam malitiæ et nigrum furoris livorem, necat, cordis tranquillitate, et pace et longanimitate perdita, in qua Dei spes quiescebat : *Summa igitur adversum serpentem*, etc. Serpentem appellat, iram et furorem, propter cor durum, letale et malignum : durum, quia furiosus, nunc istum, nunc illum plagat, quia, dum se vitio per consensum et opus pravum servum exhibet, occasionem conturbationis et scandali singulis diebus (adversario cooperante) reliquis præbet. Est autem ira passio vesana, scientiam habentes infatuans faciliter, feralem constituens animam, et omnem affabilitatem declinare faciens, et ex hoc dira I talis et maligna : a qua movetur vento vehementi, et furiosus conturbatur a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Caligines evaporationes obscurant aerem, et furiæ motus mentem iracundi, obtenebravit solem

[10] Act. XII, 7.

A nubes deorsum currens et mentem cogitatio vindictæ. Leo, in venatione, frequenter caudam movet ; et furiosus, in cella, cogitationes iræ. *Alia, in his qui adhuc rudes imbuantur, ex fletu*, etc. Qui noviter introducti sunt, quasi quodam freno, lacrymis et suspiriis, et obedientia, in subjecta mente, omnem iram et furorem stringunt et ligant. Qui vero sunt perfecti, beata impassibilitate, quasi gladio ancipiti armati sunt, et in ipsa occidunt et interimunt omnem iram, et furorem, et manent ab insidiis de reliquo liberi. *Sanctæ quidem virtutes, Jacob scalæ comparantur*, etc. Congrue, propter sublevativum et sursum ferens ad cœlestia : malitia vero comparatur catenæ, propter grave et impediens omne bonum, et vinciens, et deorsum gravans, et

B trahens ad confusiores motus et opera, et una uni ansa conjungiter in catena, quia ex una malitia contrahitur altera. Pulchre autem catenæ cadenti [10], a Petro apostolorum vertice, malitiam comparet, quia Dei gratia nobis possibile esse, declarat, per fidem ferventem et veram pœnitentiam (quæ signantur in Petro) eam a nobis abjicere, et ad virtutum libertatem redire. *Est istud quoque tenebrosum*, etc. Hoc, inquit, vitium præcipue triste et magis tenebrosum est, tam inter omnia gigantia et non gigantia, quam etiam genita vitia. Gignitur enim memoria malitiæ, et furore : nam tumor cum furore, ipsam gignit, ipsa vero parit invidias et homicidia : quare dicit eam, plus gigantibus, et non

C gignentibus, et genitis, habere tristitiæ.

CAP. X (*col.* 846 C).

Quocirca, et post suos majores, etc. Detractionis progenitores sunt ista : furor, ex ira ; ex ira, odium ; ex odio, memoria malitiæ ; ex memoria malitiæ, detractio ; ex istis, invidia, et sic tandem homicidium. *Tenuis languor*, etc., quia, quasi nullum delictum, apparet detrahenti, detractio, crassa vero omnino est, et quasi latens et abscondita animæ perditio. *Sicuti quædam sunt adolescentulæ*, etc. Istæ sunt, gula, ebrietas, fornicatio, scurrilitas, vana gloria.

CAP. XI (*col.* 851 B).

Specula hostium. Quia non solum ab impugnatoribus custodit, silentium in scientia, sed neque eos

D appropinquare sinit. *Pancorum revera est*, etc. Materiæ obstrictione a qua prohibetur, et per abstinentiam, lingua ligatur. Quod enim est cibus corpori bene habenti, hoc est tentatio animo virili et Deum diligenti. Ventus aquilo, segetes nutrit et radicare facit, et tentationes probant et roborant corda virorum sanctorum et animas. Nubes sine aqua effugantur a vento, et vir linguosus. Dei justitiam a se repellit.

CAP. XII.

Qui, cum jocis otiosoque sermone, etc. Scurrilitas est sermocinatio jocularoria, et risum faciens, in quam quis multiloquio frequenter præcipitat se.

Digitized by Google

Audientium luctus, miserabiliter demoliti sunt. Audientes sunt, qui sunt in pœnitentia : est enim gradus exsistentium in pœnitentia, qui dicitur plorantium, qui stant extra portas Ecclesiæ. Audientes igitur hos dicit Pater, lugentes scilicet super commissis. Est igitur apostolica traditio de divisione et ordinatione pœnitentium, purgandorum, et catechumenorum. Sunt vero pœnitentium quinque loci : locus plorantium, cum pœnitens stat extra ambitum ecclesiæ, et procidens, cum fletu, ab ingredientibus postulat orationem, ante ipsorum pedes prostratus; locus qui dicitur *audientium*, ante portas, quæ basilicæ dicuntur, ad audiendum officium, ubi pœnitentes divinum officium audiunt; subsequestratio, quæ est statio ecclesiæ, intra ambitum ecclesiæ, in posteriori parte ambonis. Unde et, qui ibi est, in exclamatione quæ fit ad egressuros, et ipse cum eis egreditur consistorium, ibique statuitur, qui usque ad complementum sacri mysterii perseverant. Statio vero cum fidelibus, fit participatio vivifici panis, et communicatio et libatio calicis Domini. *Cum a mendacio mundi fuerimus*, etc. Est autem, inquit, quando tempus vocat eum qui in omnibus et ubique verax est et simplex, commutare aut verbum, mortem, aut suppositionem, habes David, Abraham, Raab et Samuelem in unctione David.

Cap. XIII.

Qui igitur primum mandatum servant. Qui ex timore Domini agonizat et luctatur, ut Deo placeat, iste a timore carnali, et gula, et vanitate vitæ liberatus, conversationem habet in cœlo : quia ex certaminibus, humilitas ; ex humilitate, divina illuminatio ; ex divina autem illuminatione, castitas advenit homini, et ita manet regenerationis Christi filius, liberatus a contagio prævaricationis Adæ et a maledictione legis, *paulominus ab angelis* per mortem minoratus, ut taliter humiliatus odiret et rescinderet peccatum, et esset ex virtute et gratia Filius Dei. *Terrestrisque clypeus cordi*, id est, reconversivum et repulsivum dæmonum : ad differentiam scuti paraclytii et angelici, manifestans, ex hoc, excellentiam futuræ gloriæ defensionis Spiritus sancti, et angelicæ dignitatis, quorum ministratione, quasi inexpugnabili scuto protegimur, et munimur. *Non qui carnis lutum sine sorde servavit*, etc. Post lapsum primi parentis corpus corruptibile dicit, cujus membra spiritui subjicit, qui sensibus utitur secundum naturam et divinam servitutem, et in nullo Deum offendit, sed ad ipsum aspicit et imaginatur, et speculatur æternas et manentes pulchritudines, quæ in regno illius sunt. *Ex auroræ quippe candore, lux*, etc. In præsenti exemplo, unum alterius conciliativum exsistit : nam aurora lucis, lux solis. Auroram vero dicit, humilitatem ; lucem dicit divinam illuminationem ; solem dicit castitatem. Igitur, ex agonibus humilitas, ex humilitate divina illuminatio, ex eadem, castitas. Primam comparat lucifero, secundam lunæ plenæ, tertiam soli. *Hi enim, ratione, veluti gladio quodam abscindere se*, etc. Quia principia vitiosarum cogitationum viriliter expugnant, et ab omni delectatione, et consensu, et opere malo recedunt. *Miserabilis quidem et ille qui corruit*, etc. Omnis qui verbo doctrinæ, aut exemplo operis, seu præcepto indiscreto vel injusto, fratrem aut subditum in barathrum impellit et immergit, sui ipsius et proximi, coram Domino, reus est : unde judicabitur utique sicut mortis auctor et actor. *Advertamus diligenter, et videbimus ipsos spiritales inimicos nostros*, etc. Sane intendamus, inquit, quomodo inimicus, contra unumquemque juxta quod eum dispositum viderit prælium statuit : et in quo nos magis inclinabiles, et facilius posse capi cognoverit ; in illo suæ malignitatis laqueos tendit : ut puta, secundum consuetudinem, aut ætatem, aut modum, aut locum, aut familiaritatis usum, nec indecentes, sed consonas et possibiles faciliter adinventiones et cogitationes immittit et casus parat, quibus unumquemque impugnet, et leviter supplantet et perdat. *Hanc, meam nec meam*, etc. *Meam*, quidem carnem dixit, tanquam animæ conjunctam, et ab ea dilectam : *non meam* vero sicut militantem contra animam, et ejusdem apparentem impugnatricem. Unde Apostolus [81], propter scandala animæ evenientia per carnem et ex carne, eam mortem appellavit. Gregorius vero Theologus, libidinosam, servilem, et nocturnam vocavit corporalem generationem ut concupiscentiæ et libidinis et noctis opus, et spiritualis, et liberæ generationis contrariam, ex infirmitate et originali contagione. Neque ex hoc, caro accusatur aut maledicitur, non enim ait, *corpus peccati*, sed *corpus mortis* ; videlicet, in servitutem, a morte subactum, non autem mortem generans : quod quidem non est malignitatis carnis, sed lapsus quem sustinuit ænigma. Et sicut, a Barbaris captivatus, non est Barbarus : ita corpus, mortis corpus dicitur, quoniam a morte victum et detentum exsistit ; et ideo non mors, neque mortis genitor corpus : quapropter nec ipse postulat a corpore liberari, sed a mortali corpore. *Quærendum censeo, quis major sit*, etc. Non morientes, sunt natura angeli : his assimilantur, qui Christi gratia, suæ naturalis excellentiæ castitatem servaverint ; moriens vero et resurgens, Christus. Ex quo, iste sanctus consolatur resurgentes post carnis mortem, propter humilem et promptam pœnitentiam et obedientiam eos beatificans : insinuans ex hoc, quia nullus unquam hominum omnino sine peccato, quamvis quidam nobis appareant, vitia et peccata fugisse. Non enim est homo, qui vivat, et non peccet. Quare concludit : qui beatificat eum qui secundum apparentiam est sine peccato, fallitur, quia solus Christus est sine peccato, qui et mortuus est, et resurrexit. Quis

[81] II Cor. I, 8.

Digitized by Google

ergo est, qui peccati mortem effugit? quare nemo utique est qui non offendat et pecccet. Hi sunt ergo qui beatificandi sunt, qui per veram pœnitentiam revocantur et renovantur. Videat ergo qui viam pœnitentiæ et religiosam elegit, quomodo secundum Deum vivat : quia si seipsum perfecte a curis et delectationibus et vitiis non mortificat, mendax effectus, quod promisit negat, et a beatificandorum numero seipsum improbat omnino, si seipsum quam citius per veram confessionem et pœnitentiam non emendat. *Quid est quod in aliis peccatis seductus homo*, etc. Offendit quippe aliquis, et per ipsam viam qua perversus est, iterum rediit ad Dominum. Abnegavit enim (ut sic dicatur) per linguam, et per linguam rursus confessus est : rapinam manibus commisit, et manibus iterato dispersit et dedit pauperibus, et in aliis similiter. Qui vero fornicatur, non per illam viam qua cecidit, sed per aliam revertetur ad Dominum : quare proprie fornicatio, lapsus dicitur, et non offensio. Sane, quia monasticæ conversationi, hoc utique (videlicet virginitatem, habere et observare) supra cætera supreme proprium est, quod et vult prædicatio nominis monachi, et promissio : recte igitur, qui virginitatem corrupit, vere cecidit irritans quod promisit. Quare proprie fornicatio, tum quia a naturæ integritate, tum quia a professionis propria dignitate cadit, lapsus dicitur et non offensio. Ad hoc, qui contra opinionem offendit, existimando quoniam recte sapit, secundum ignorantiam percutitur plaga (20). Qui autem fornicatur, noscens quia opus malum est, sensibus ex delectatione perefflluit, et non ex ignorantia patitur. Et hæresis quidem malum in anima sola consistit, fornicatio vero ; ex electione arbitrii animæ, malo consentiens, in corpore, corruptionis peccatum complevit. Quoniam vero nihil est naturale quod impugnet eum qui ab errore convertitur, totaliter ex conversione mundatur : qui vero ex fornicatione, tempore indiget, labore, et lacrymis, ut qualificatam et infusam delectationem et plagam concupiscentiæ avertat. *Avaritia sive cupiditas est idolorum veneratio* [22]. Tria sunt causantia avaritiam, amor concupiscentiæ, amor gloriæ, et infidelitas duabus crudelior, et alia multa. Sane sicut est impossibile, in idipsum simul convenire vitam et mortem, ita est impossibile, pecuniam diligentem habere charitatem.

Cap. XIV.

Avarus est Evangeliorum irrisor, etc. Audiens avarus Evangelium dicens, *Vende omnia quæ habes* [23], etc., sicut impossibile, perfectionis verbum subsannat : et, si omnes vendant, ait, quis emet? Et audiens, *Nolite cogitare de crastino* [24], non credit, sed voluntarie contradicit et prævaricatur. Si vero contristetur in aliquo, tempus justitiæ est, non quando mala patimur sed quando mala facimus, dicimus et cogitamus. Nos vero male tempus et ordinem commutamus, quia diligimus delicias et divitias, et odimus paupertatem et dolores, et labores, et tribulationes, et tristitias, et passiones non amamus sustinere pro Christo, ut regnemus in æternum cum ipso.

Cap. XV. — *Ad gradum* 21.

Non illum audias cum tibi, ut episcopatum, etc. Sane cordis confidentia et periculorum contemptus, ab uno istorum duorum penitus est : aut ex duritia cordis, aut ex multa fide ad Deum. Sed duritiam certe sequitur superbia, superbiam ruina ; fidem vero sequitur cordis humilitas. Et humilitatis signa, humile et temperatum sapere, et simplicitas cordis. Mens autem illuminata, et deliberatio sancta et recta, cum gratia et dono discretionis, differentias spirituum cognoscere faciunt : sine istis vero arundo vento agitata unusquisque reperitur, nec sine duce et ejusdem perfecta obedientia quis a dæmonum illusionibus et insidiis liber erit. *Atque ad manus pervenientium* [21], etc. Attende tibi, o tu qui eleemosynam suscipis, ut nullo modo recipias, nisi ea quæ mittit tibi Deus ex laboribus et fructibus justis : et hoc, cum timore et tremore, tanquam de manu Dei, ad extremam tuam necessitatem. Quæ autem sunt ex usuris, et pugnis, et injustitia, fraude, et rapina, et tyrannide tibi oblata, penitus devita, ne et tu cum offerentibus damneris : et memento laboris, et afflictionis, et regularis justitiæ Patrum, et manibus tuis labora, ut juste vivas. Laborabis autem secundum Patrum regulas, ex obedientia, non tibi, absque murmuratione, ut per opus patientiam acquiras, et charitatis mandatum impleas : ut et corporis et mentis puritatem, et incessabilem orationem invenias, ut manuum opus et teipsum, oblationem offeras Deo, et salveris, quia beatius est dare quam accipere [25]. Nam manibus, juxta apostolicam traditionem et naturaliter (ut dictum est) laborare, patientem, humilem, misericordem, justam, vigilem, et vere pauperem constituit mentem. Et hoc est quod docebit te præcepta Dei perfecte servare, si in subjectorum et pauperum fratrum congregatione eis (tanquam Deo, et non tibi) ex obedientia et non ex propria voluntate fideliter labores : quia taliter, catholice et regulariter, et non vane et vitiose Deo servies. *Cave ne proditori* (22) *unquam obtemperes*, etc. In epistola ad virginem, ait sanctus Athanasius, Si manifestaveris vitam tuam, pariet hoc tibi vanam gloriam et damnum patieris. Si autem animam inveneris tibi consentaneam, pariter quæ Dei sunt facientem, huic quoque soli, in mysterio, revela : ibi enim non est vana gloria, quia qui loquitur ut animam salvet, multam mercedem

[22] Ephes. v, 5. [23] Matth. xix, 21. [24] Matth. vi, 34. [25] Act. xx, 35.

(20) Al. *per ignorantiam pervertitur et plagatur.*
(21) Melius *peregrinantium*, ut legit interpres.
(22) Vetus interpres, *Exterminatori.*

Digitized by Google

accipiet, se habentibus desiderium audiendi, loquendi, loquitur ut salventur.

CAP. XVI. — *Ad gradum* 22.

Superbia est Dei abnegatio. Qui non ex ea quæ sursum est sapientia, sed ex seipso aliquid se putat, direxisse, Deum negat, qui eum in omnibus protegens dirigebat, qua ex re cadit, a gratia derelictus, quam spretit. Infernus, est ignorantia; perditio, est oblivio Dei: igitur ex ignorantia Dei, est amor proprius, ex eodem vero gula, luxuria, vana gloria et avaritia, et ex his vitia reliqua. Item ex ignorantia Dei infidelitas; ex infidelitate est inobedientia; ex inobedientia, impatientia; ex impatientia, superbia, quæ est inventio dæmonum.

CAP. XVII. — *Ad gradum* 25.

Desinamus tandem judicare et condemnare proximum. Ex infidelitate quidem, inobedientia; ex inobedientia, impatientia; ex impatientia, propria complacentia, de qua dicit Propheta: *Hæc via illorum scandalum ipsis; postea in ore suo complacebunt* [16]; ex propria complacentia, vana gloria, ex eodem, superbia; ex superbia, blasphemia, quæ est sensuum excessus, licet in simplicibus, sit blasphemia, ex dæmonum invidia. Est etiam blasphemia, ex judicio proximi; judicium vero proximi est ex eo quod diligit quis facere proprias voluntates, et ex negligentia orationis et ex his quæ sunt signa superbiæ.

CAP. XVIII. — *Ad gradum* 24.

Justum ergo est et legitimum, ante solem lucem illustrari. — *Lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* [17], humanata veritas: a qua primo illuminati, item ad paternum diem per ipsam introducimur post ipsius contemplationem, nos qui sumus membra ejus. Nam mititas a conturbatione furoris et iræ, humilitas a falsitate, vana gloria, et timore liberat mentem: *Resurrectionis adversatio*; nam malignitas non permittit per pœnitentiam resurgere a ruina et lapsu peccati.

CAP. XIX. — *Ad gradum* 25.

Sensum atque affectum et vim, etc. Unum esse sensum animæ, ipsa nos sacræ Trinitatis operatio docet, propter inobedientiam vero Adæ, divisus est in duas operationes. Hujus vero spiritus operationem, unam et simplicem a Deo fuisse factam, per Spiritum sanctum constat: quam nemo hominum scire potest, nisi illi tantum qui (spe cœlestium) seipsos et omnia prætereuntia et delectantia, non solum spernunt, sed ex odio sancto evangelico abominantur et oblivioni tradunt: quibus tantum, gratia Christi et merito, divinus ille sensus infunditur: ex quo et per quem mortui mundo, et in cœlo conversari dicuntur. *Adjecit sermo thesaurum includere*, etc. Thesaurum istum divinum humilitatis, secundum Apostolum, in fragilibus et corruptibilibus carnis vasis Domini, asserit posuisse [18], ut sublimitas sit virtutis ejus, et non ex nobis, cujus thesauri qualitatem nullus sermo valet explicare: ex qua qualitate, humilis appellatur qui humilitatem habet, quæ inscriptio, incomprehensibiliter, thesauro circumposita est. Qua ex re secundum inscriptionem et qualitatem omnibus ignotus est, multam vero et incomplebilem scrutationem et fatigationem exhibet his qui sermone inscriptionem discere quærunt. Non enim verbis, sed simplici obedientia, et virtute, et abnegatione propria, et crucis bajulatione ad eam pervenitur. *Quicunque Dei Spiritu aguntur* [19]: Non ait, quicunque Spiritum Dei acceperunt per baptismum, et postea tepide vivunt: sed qui accepto Spiritu, sicut filii cœlestialiter conversantur, hi nobiscum ingrediantur, etc. *Humilitas est animi gratia, sine homine*, etc. Non dicitur innominabilis, eo quod non habeat nomen, sed eo quod affectionum et illuminationum et sensuum, quorum humilitas perfectionem tribuit, experientia sola est magistra, et nominationis cognitionem donat veram atque scientiam, qua sibi ipsis viles effecti, so coram Deo nihil esse sentiunt et cognoscunt. *Ego autem, Trinitatem in unitate*, etc., *dico et adoro.* Sane, sicut sancta Trinitas personarum est in una divinitate, et una Deitas in tribus personis, ita et pœnitentia, et luctus, et humilitas, sunt invicem cognatæ et conjunctæ et in divina gratia inseparabiliter continentur, et gratia, unum easdem facit et alterutrum conjungit, et mentem quam inhabitant, ad Deum sursum agunt. Hinc sanctus dicit: *Ego autem dico et adoro*, etc.

Unus in omni creatura locus, etc. Chorus est Rubri maris profundum quod in transitu filiorum Israel semel vidit solem: et una cogitatio, id est fixa mortis cogitatio, et meditatio æterni judicii, et crucis et mortis Christi, multoties peperit humilitatem. *Uno et solo die totus mundus exsultavit*, etc. Scilicet in die resurrectionis Christi, vel nativitatis ejus. Alii dixerunt de die in qua egressus est Noe de arca cum uxore et filiis et universis animalibus, et sacrificium obtulit Deo [20]. Spiritualiter sic: rationes omnium exsistentium, in creatione productor, in solo homine videntur, ex intelligibilibus et sensibilibus factis. In die igitur privationis hujus a peccato, et resurrectionis in gratia, exsultat omnis creatura, quia omnium exsistentium rationes, in ipso proprietatum suarum operationes, modum et pulchritudinem perfectionis ostendunt. *Prior enim omnem diem indicat*, etc. Id est, per superbiam inobediens tactus omnia præcepta solvit. *Nam post conjunctionem meam*, etc. Ei qui conjunctus est humilitati, non est imposita lex, quia secundum quod abbas Isaac ait, humilitas non habet linguam, nec oculos, nec aures, sed nec alias animæ potentias, et corporis membra, quia neque mala facit, nec ab aliis facta sentit aut cogitat, sed tota pacifica et misericors, omnium peccata ut propria plorat, et sua solum

[16] Psal. XLVIII, 14. [17] Joan. I, 9. [18] II Cor. IV, 7. [19] Rom. VIII, 14. [20] Gen. VIII, 18 sequ.

Digitized by Google

ponderat, et aliorum culpas ponderare ignorat. Igitur libera, legem transgrediens, sola, Evangelium Christi gratiæ et veræ libertatis, servat. *Sunt et alia, magnifico huic possessori*, etc. Magnum possessorem, humilem, dicit ; quia, qui humilis est, ex humilitate omnis monasticæ et angelicæ conversationis perfectionem possidet, in cujus anima sunt proprietates prædictæ omnes, quæ spiritualium divitiarum significativæ sunt : una tantum excepta, quæ est secundum illud quod humili placet, scilicet, abyssus vilitatis et proprius despectus ; quia hoc a videntibus est absconditum : ipse enim in solo vilitatis abysso quiescit. *Humilitas est regni cœlestis janua.* Intellige de ingrediente monasticam vitam ; quia qui per humilitatem, imitatione Christi, ingreditur vitam monachorum, iste bene per portam ingreditur in eam, et exibit de præsenti vita cum lætitia, et pascua inveniet in paradiso. *Juxta est, divina misericordia :* misericordiam dicit, gratiam quæ est effectiva humilitatis in anima. *Ignominia vero hæc probat.* Sane qui pro nobis passus est Christus, laborem posuit in suis præceptis, ut vanitates maculantes purgentur, et mali mores et vitia tribulationum patientia commutentur, et per humilitatem evomatur superbia confessione, et intentione, et opere : nimirum quia qui religiosam vitam promittit, et renuit mala pati, non per pœnitentiam Christum sequitur, sed (amore proprio illusus) opere negat quod verbo promittit, et non Christum, sed vitæ labentis concupiscentiam et superbiam imitatur. Vana enim gloria et superbia, servire peccato per prospera et delectantia (quasi licita) faciunt, et nostram tepidam taliter voluntatem illudendo inficiunt, et a bonis gratiæ steriles reddunt : *Natura fert, ut sterilitas defectusque fructuum cicerorum* (25); etc. Hypocrisis observantiæ mandatorum Dei est, quæ facit monachum huic sæculo conformari, in mundanis operibus extolli, et varie implicari : quare et ab Apostolo [21], qui talis est, non immerito otiosus appellatur et sterilis. Qui autem mandatorum Dei fidelis operator existit, humilibus fructibus plenus, deorsum incurvatus, longanimitatis ramos ad subsannationes et illusiones et excussiones sustinendas, omnibus tradit. Naturam igitur vincens qui humilis est, altum sapere nescit ; sed humilitatis spiritus actus illi se conformat qui semetipsum exinanivit factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis [22]. Hinc, sanctus dicit, *quia arbores*, etc. [Non est, in creatura parvum et magnum ignem natura videre ; et non est, in humilitate, materiæ speciem aliquam penitus remanere.] In sincera humilitate, materiæ species non remanet, quia perfecta humilitas nihil diligit vitiose : et omnium quæ sub cœlo sunt oblita ; solum quæ sunt Dei sapit et sentit. *Si superbia ex angelis quosdam daemones fecit*, etc. Ex dæmonis angelos humilitas facere posse dicitur, si dæmones humiliari valerent. Verum dæmones impœnitentes et obstinati manentes, non valentes humiliari, dæmones manent. Nos vero cum simus homines, etsi simus cadentes, pœnitere et humiliari valemus. Quare confidamus, et quoties cadimus, per pœnitentiam iterum resurgamus. *Nervi hujus ac viæ sunt*, etc. Quod enim sunt in animalibus nervi, hoc ipsum sunt, ad civitatem pergentibus viæ. Sane, animalia, neque sine nervis starent ; neque, sine viis, homines ad civitatem pergerent. Hoc idem (ait sanctus) est paupertas et peregrinatio, similiter humilitas, et reliquæ virtutes, sine quibus humilitas stare non potest : quia ad ipsam pergens, sine his ad eam non perveniet. Nervi igitur et viæ sunt, et non signa quæ numerat.

CAP. XX. — *Ad gradum* 26.

Is quidem qui tres hostes religiosa pietate, etc. Octo malignitatis vitia esse nunc dicit, per quæ nos diabolus impugnat : ex quibus, qui tria dejecit, omnium victoriam obtinuit. Sunt igitur hæc illa tria, in quibus rex noster Christus in deserto omnem victoriam complevit, scilicet gula, avaritia, et vana gloria, prosternens ea per abstinentiam, humilitatem, et orationem, accipiens angelos ministros [23]. *Nisi prius, in die animæ, sero fiat.* Sero et obtenebratio animæ, est negligentia, oblivio, et concupiscentia. Etenim nisi per concupiscentiam, in ignorantiam et oblivionem et insolentiam inciderimus, ab operatione, quæ est secundum mandatum, non efficiemur exsortes ; nisi mens tenebrescat, non dominabuntur ei vitia et passiones: *Persuadebit tibi id, penitus, is qui*, etc. De abbate Leone dicit, qui seipsum in mortem pro quodam fratre liberando tradidit spontanee. Vel de militum magistriano, qui in Corintho pro cujusdam virginis servanda virginitate, martyrium elegit suscipere. *Intellectualis mens, intellectualis etium sensus*, etc. Intellectualem sensum et cognitionem habet ; quem, in nobis et non in nobis existentem, quærere non cessemus. In nobis est intellectualis sensus, sicut cohærens et unitus. Menti in omni homine, non in nobis vero, quemadmodum passionibus opertus in vitiosis existens, et sine operatione manet incognitus et nusquam apparens. Hunc, sanctus, ex toto corde quærere admonet ; quia, cum in nobis fuerit, vitia universa repellet : quem et divinum dicit, quia per Christi mortem et baptismum et spiritum sanctum, quem effudit in nobis, reparatus est. *Pro purgandis sordibus, obedientiæ bibisse poculum.* Sordem dicit advenire et in carne fieri ex immunditia delectationum : oculum vero animæ dicit intellectum vitiosa affectione infirmatum et conturbatum. Sed hunc silentio adjuvari constat, eo quod multilo-

[21] Rom. xii, 2. [22] Philipp. ii, 7, 8. [23] Matth. iv, 1 seqq.

(25) Melius (opinor) vetus interpres, *quadam arborum quæ dicuntur cytri*, etc.

Digitized by Google

quium, calorem spiritus exstinguit in anima, et fluxus facere, naturam habet.

Hinc sanctus dicit : *Qui habet aures audiendi audiat* [24]. *Itaque si mihi obtemperare vultis.* Si (inquit) vultis mihi obedire, dicam vobis quomodo dæmonum infinitas pugnas fugietis. Vita ex morte, requies ex passione et labore, et gloria ex ignominia Christi, data et nata est hominibus. Utiliter horum memoriam tenet, qui divitias, delicias, et altitudines vitæ hujus prætereuntis, et requiem, et délectationes, et concupiscentias fugit, spernit et odit ; et verecundias, tribulationes, et dolores quærit et diligit, ut Christum imitetur, sine cujus amore nemo salvatur. Deliciæ (fratres) resuscitant vitia, et gloria et requiës carnis, omnes malignas concupiscentias quæ variant et dividunt homines a Deo et diaboli subdunt imperio. Qui autem odit eas, et abominatur, et fugit, non variatur neque dividitur a via virtutum, sed imitatur Christum, et ex tota affectione adhæret ei. *Trinitate beatissima.* Auxilio igitur et gratia sanctæ Trinitatis, et compugnare et resistere tribus generalissimis vitiis valebimus ; amori gloriæ, amori concupiscentiæ et delectabilium et amori pecuniæ et omnis cupiditatis : si tamen ad pugnam perrexerimus muniti tribus virtutibus, scilicet abstinentia, charitate et humilitate : nam carnalem amorem interimit abstinentia ; amorem gloriæ, humilitas ; amorem pecuniæ, charitas, sicut communicativa necat. *Est quidem perdifficile eas perturbationes.* Ubicunque præsumptio vel præassumptio vel præcaptio, sive in singulari, sive in plurali numero scribitur in hoc libro ; præoperatorum vitiorum non voluntariam memoriam et passionem, sive per auditum, sive aliter advenientem, dicit. Unde, præsumptio sive præassumptio est, ex vitiosa operatione et consuetudine nobis immissa et adveniens cum abstractione tentatio. Et quoniam ex ante patratis culpis mens et nostra caro vehementer plerumque, ut cicatricibus sauciæ, earumdem memoriis quasi plagatæ putrescunt, et sub multis tentationibus miserabiliter incurvantur, ideo sanctus dicit : *Est quidem perdifficile*, etc

Timoris Domini exemplum. Condescendit Pater nostræ infirmitati, et ex minimis, nobis magna tradere conatur : erudiendo nos exemplo bestiarum et amoris corporalis, ad possidendum divinum timorem et amorem : et hoc quia perfecte Deum timere et amare non possumus propter nostram pravitatem et infirmitatem. Si enim intelligeremus illud quod magister perfectionis dicit : *Nolite timere eos qui occidunt corpus, sed potius eum timete qui potest corpus et animam perdere in gehennam* [25]. Et illud : *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo*, et quæ sequuntur [26] : non iis utique opus habemus. *Vidi item agricolas.* In intellectuali Ecclesiæ vinea, monachus virtutes excolere vocatus est quod non implebit, nisi cordis A sui agrum ab omni inquinamento expurget, ac eum cum timore custodiat : *Malitia quidem aut vitium.* Malitia est fallax judicium eorum quæ intelliguntur et sentiuntur. Quod sequitur abusus (24) rerum. Malitia est malignus usus eorum quæ nobis in bonum a Deo data sunt. Vitium est motus animæ, contra naturam, vel ad amicitiam irrationalem vel ad odium indiscretum. *In duabus, maxime, generalibus virtutibus.* In abstinentia humili et obedientia simplici : quarum, prima quidem concupiscentia et delectationes interimit ; secunda vero per mortificationem voluntatis interitum roborat.

Aliud est cogitationum custodia. Custodia mentis est, reformatas et immissas in mente per inultum, B cogitationes potenter expellere : servantia vero mentis est, ipsam omnino non receptibilem, a cogitationum inultu servare, et in divinis semper extendere et elevare. Item, custodia mentis est, agonibus et orationibus species cogitationum repulsare : servantia vero mentis est, incaptivabile cor, et incurabilis Christi Jesu memoriæ. *Aliud est contra cogitationes orare.* Hoc primum, est infirmorum et initiantium ; secundum est proficientium et luctantium (25-26) ; tertium est perfectorum, et contemplantium, et inexpugnabilium. *Impossibile est per naturam.* Mens humana, naturaliter instabilis est et incorporea : quæ tunc a suo motu et varia seductione stabilitur et necubi errando C spargitur, cum Deo, per Spiritum sanctum unita copulatur : tunc enim omnia in Deo habet ; qui ultimum vere concupitum, per requiem et contemplationem tenet. Vel sic iterum intellige : Anima incorporea, a corpore continetur, quod est, solius infinitæ sapientiæ ac potentiæ opus et manifestatio super humanam rationem et sensum ; sed multo ineffabilius est, quomodo per Spiritum sanctum Dominus in ea manet : quoniam, *qui adhæret Deo, unus spiritus est* [27]. — *Sæpe cupiditatis atque avaritiæ spiritus.* Suggerit dæmon avaritiæ, non dare eleemosynam ; sed per humilitatem, fugere unitatem et nomen eleemosynarii. Supponit enim, quod ex hoc hominum complacentiam fugies : sicut vanæ gloriæ dæmon, ad complacendum hominibus, pompose et apparenter dare incitat. Sic dæmon luxuriæ : D luxuriosos enim, ad tribuendum eleemosynam exhortatur et inclinat, specialiter virginibus, et corpore formosis, ut familiaritate taliter habita, cum eisdem in foveam suæ perditionis cadant. *Quærendum quis horum altero fuerit humilior* : Omnino ille qui post labores, remunerationes accipit, est magis humilis. *Aliud est peccatum, aliud otiositas :* Peccatum namque est speciei, modi, ordinis, et dignitatis proprie corruptio : vel, peccatum, est divinæ legis prævaricatio, et cœlestium inobedientia mandatorum. Otiositas, est non laborare et non operari opera Dei, sicut illis dictum est : *Quid statis tota die otiosi* [28] ? Negligentia est,

[24] Matth. xi, 15. [25] Matth. x, 28. [26] Matth. xxii, 37. [27] I Cor. vi, 16.

(24) Vetus interpres, etiam legit, *abyssus*

(25-26) Vetus interpres, *agonizantium.*

Digitized by Google

operari quidem, sed insolerter et indevote. Vitium est, confirmatio et conversio per consensum et delectationem facta ad ea quæ nocent, et illicita sunt. Lapsus est, cum ad infidelitatem aut libidinem et passiones lubricat corpus. *Sæpe fit, ut requies per inimicitias.* Sæpius ex naturæ fragilitate, aut infirmitate, aut senio, aut ex obedientia Patrum, requies non amata a servo Dei (ait Pater) recipitur, quæ mentis virtutem inimicitia evigilat, et carnis libidinem non inflammat : sicut multa carnis mactatio, non humiliter et discrete facta carnis motus incitat propter elatum sapere, licet, humiliter jejunantibus, hoc ipsum ex divina providentia sanctus Pater similiter, quandoque contingere dicat : ut perfecte humiliemur, et non confidamus in operibus nostris. *Hi quidem qui superna sapiunt.* Sine virtute enim et sine sapientia, nemo salvari potest. Unde omnis qui salutis fit particeps, supernam hæreditatem actu seu contemplatione sortitur : et aliud medium non est. Qui ergo neglecta divina summitate, seipsos ad corporis affectiones inclinant, aut qui viriliter et hostiliter contra vitia et dæmones pugnare recusant : abstracti et illecti a corporali quiete, per segregationem, a virtute deorsum pergunt. Quare æterni regni possessio, solis qui superna sapiunt datur : nec est statutum filiis hominum medium aliud salutis, quam per virtutem et scientiam superna sapere. Quare sicut inter morientes in vitiis et pecuniis, et migrantes ad Deum cum virtutibus et charitate, est statuere, ad pœnitentiam Deum placandum, cohabitationis medium, sed æterna utrisque redditur mansio secundum operationes et merita. Quapropter sanctus dicit : Qui superna sapiunt, segregati a vitiis et corpore particulariter, a mente et affectu ad cœlestia redeunt : qui vero sunt deorsum, id est, qui in peccatis et vitiis conversantur, ad inferos, pœnarum loca, descendunt, nec ipsis medium ad meritum amplius tribuetur. Dicit etiam quod unum creatorum in altero, id est, anima rationalis in corpore, accepit esse, et est; nimirum, quia a corpore separata anima, naturam habet in semetipsa perfecte consistere, relinquens nobis inquirere quare anima pejori colligata est, quia et hoc ipsum cum prædicta ratione, quare anima cum carne ligata est, sunt istæ :

Primo ut per agonem et luctam contra visibilia et concupiscibilia, gloriam promissam hæreditet : et quasi aurum in fornace, tribulationibus, et tentationibus et doloribus cruciata, bravium virtutum accipiat. Sed et hoc fit ex summa Dei bonitate, qui disponit ut non tantum suo dono et gratia accipiamus sperata, quinimo et electione voluntaria et cooperatione liberi arbitrii nostri, benigne nostrum fieri voluit quod bonum et suum est. Secundo, ut, quod pejus est (id est carnem) anima cogeret servire spiritui, et omnibus sensibilibus superposita, dissolveret et destrueret, omnem concupiscentiam, et malignitatem, et superbiam vitæ. Tertio, quod Deus est animæ, hoc anima esset corpori, omnem a se animalitatem et feralitatem repellens, et quod Deo amicum est et beneplacitum quærens et teneus, nihil inconveniens et deforme aut inhonestum contra se prævalere permitteret, et odiret superbiæ malum, et altum sapere fugeret, et humilibus consentiret. *Tenet me vehemens admiratio.* Eo quod multo levius est ad exsequendum contrarii corruptio quam virtus, zelabile quidem et promptum negotium est filiis hominum, animalitas; et ideo dictum est eis : *Filii hominum, usquequo gravi corde* [39]? et iterum : *Ego dixi in excessu meo : Omnis homo mendax* [40]. Sane, nil ita leve, ut fieri malos. etiamsi non fuerit ad malitiam nos quisquam agens, hoc enim est quod maxime circumvenit bonitatem, malignitas, rarum negotium possessio boni, et ad bonum. Attendentes pauci, quamvis multum sit quod advocat et trahit ad istud. Et hoc est quod Agguæs propheta dicit : *Interrogate sacerdotes de lege, utrum caro sanctificata sanctificet* [41]. Et consequenter ostendens, quia difficulter est apprehensibile bonum humanæ naturæ, tanquam ignis, in aquosa et humida materia : parati autem ad mali participationem sunt plurimi, sicut stipula quædam, a scintilla ignis et vento accensa et consumpta. Solvit tamen Pater quæstionem, ad mysteriorum secreta speculanda nos inducens. Ait ergo : Si omnia creata servant et habent quod naturaliter acceperunt in creatione, quomodo homo, qui imago Dei inter creaturas est, carni corruptibili conjunctus est? subaudi, quia per liberum arbitrium honoratus, Deum inhonoravit, nec servat quod accepit in conditione et factura, sed Dei adversario suum tradidit principatum, Deo inobediens factus : ideo lucratur mortem, ut odio habeat peccatum, et finem accipiat malum, et fit benignitas, punitio, quia, taliter adhærere Deo, eruditur. Quia ergo, per peccatum, non sum illud quod conditus sum : ideo concupiscentia et ignorantia plagatus sum, et insatiabiliter appeto et concupisco quod malum est. Sed quia semel punitus sum, et erudior quotidie flagellis, et hoc, ne damnationis æternæ judicium incurram, et Dei verbum ad me (suam imaginem) venit ut salvaret imaginem, et carnem faceret immortalem, et gratiam et potestatem dedit, ut fierem et essem filius Dei et hæres : excusationem non habeo si ipsum non sequor, si ad ipsum non aspicio, si ad ipsum ex toto corde et affectu continue non aspiro, quia ipse est Deus verus et vita æterna.

Sicuti varia sunt humanorum oculorum lumina. Hic novem differentias et varietates obumbrationis gratiæ spiritualis fieri a Christo in anima quæ Deum diligit, narrat. Primam vero dicit, quæ fit per lacrymas corporales in spiritu conturbationis; secundam, quæ fit per lacrymas devotionis et amoris ad Deum, quas spirituales vocat, et hoc fit in spiritu

[39] Matth. xx, 6. [40] Psal. iv, 3. [40] Psal. cxv, 11. [41] Agg. ii, 13.

Digitized by Google

pietatis; tertiam dicit quæ fit per oculos corporis quando per ea quæ videntur ad cognoscendum et laudandum factorem sursum agimur et levamur, secundum Apostolum; quartam vero dicit eam quæ est per intellectuales oculos, quoniam noster intellectus intelligentia intelligibilium illuminatur, et ex nullo exsistentium, sed ignote solum circa divina movetur. Illam vero quæ fit ex auditu verbi illuminationem, ex fide, in fidei gustu factam dicit cum manifestatione aliquali mysteriorum Dei: quæ vero est a se mota, in anima, exsultatio, illa est, de qua Joannes dicit: *Quia unctio ejus docebit nos de omnibus* [12]. Eam autem quæ ex remotione cogitationum est, discretionem dicit et servationem, cum susceptione divinæ illuminationis et scientiæ. Eam vero quæ est ex obedientia virtutis et humilitatis, sensum intelligit esse, quem vitiis et mundo crucifixi, a Deo nostro Jesu Christo accipiunt, novamque per exstasim Christo exhibet mentem supernaturalem abstractionem in Deum, dicit, per fortitudinis divinæ potentiam, factam: quæ symbolice in manna abscondito et stella matutina figuratur, et hanc nemo novit nisi qui accipit. *Sapiens itaque magis ut matres acquirat.* Matres virtutum dicit, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, justitiam, fidem, spem, misericordiam, obedientiam, discretionem, humilitatem, et charitatem; filias vero, eas quæ oriantur ex his. *Qui non pulsatur bellis.* Qui vicerit dæmones plagantes et percutientes eum, viriliter eis resistendo et repercutiendo eos atque plagando, licet plagetur, coronabitur. Plagas namque suscipit qui tentatur, et plagas tribuit qui tentationes potenter impugnat et repellit: qui vero consentit, non tantum plagatur, sed moritur, et non coronatur: qui vero non consentit, ex virili resistentia, plagat dæmones. Quare propter angustias et labores quos sustinet, coronabitur. *Tres noctes, in terra, cum fecisset quidam.* Tres quippe, sine vita in terra fecit in universo dies et tres noctes Christus Deus noster: qui vero ad imitationem Christi peccatum trium horarum vicerit, non morietur. Horæ tres sunt, in insultu tentationis et suggestionis receptio, delectatio, et consensus, quas virtuose vincens, non morietur. Vel horas tres dicit, juventutem, mediam ætatem, et senectutem, quas et vigilias tres Evangelium vocat. Vel concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, et superbiam vitæ, id est, vanam gloriam, gulam, et avaritiam, quas, quis vincens, summatim omnia prostravit vitia. Dicebat vero Patrum quidam: Quoniam ista tria timeo, peregrinationem a corpore, præsentationem ad Deum, et judicii sententiam. *Si quando ex disciplina, divina*, etc. Prævenit in benedictionibus gratiæ, servos suos, amator hominum Deus, ut eos purget a vitiis, et perfectos virtutibus faciat. Quare dicit Pater quia propter gravitatem, infirmitatem et ingratitudinem dispensative relinquimur ut tentemur: quod sol cognovit diluculo, id est, taliter nos intelligere fecit hoc utile nobis esse, quia post multas obtenebrationes mentis et avaritias et crudeles vitiorum et dæmonum pugnas, afflicti, mœrentes et humiliati, iidem incitamur a gratia, et in nobis roborati firmamur. Cum vero cœlesti conversatione, per virtutum habitum, agiles et leves, a terrenis elongati fuerimus, tunc sedebit Dominus, et requiescet in corporibus et animabus nostris, et a perfecta in nobis habitatione omnis noster conatus et omne nostrum mortale sapere absorptum de medio tolletur, et tunc vere erimus filii Dei, regnum et sacerdotium ejus. *Quærendum vero nobis est, quot, quibusve modis* In fuga fornicationis et omnium impugnantium castitatem, in fuga delectationum gulæ et omnium adversantium paupertati, in fuga honoris et omnium quæ sunt opposita et contraria humilitati, et in fuga murmurationis, detractionis et judicii, servus Dei, possidet coronam. *Obtenebratio fit causa offensionis.* Ignorantia obscurat, concupiscentia offendit et cespitat, delectatio cui consentitur, cadit et moritur, per opus vero et per usum, fetet. *Aliud est perturbatio.* Turbat concupiscentia, diffundit avaritia et sollicitudo mundana, cæcat voluntas propria. *Nam omnis quoque qui in eadem peccata non incidit, digne etiam pœnitentiam egit.* Pœnituit sed non digne. Qui enim digne pœnitet, non iterat lapsum, sed æqualiter a se omnem mortis repellit casum. *Nobis tamen omnem hilaritatem ostendentibus.* Qui enim ex pusillanimitate pœnitet, et a bono proposito obedientiæ recedit, ut solitarie vivat, hic bona congregata, ex pœnitentia tali resolvit, quousque sentiat damnum sui sensus ex misericordia revocatoris cadentium Jesu Christi. Sane, qui ad meliora per magis perfectam pœnitentiam ascendit, facta mala solvit: itaque et qui ad pejora progreditur, malis mala apponens, apostasiæ et infidelitatis crimen incurrit. Unde servandum nobis est, quando et quomodo per amaram et asperam aliquam institutionem, a felle vitiosæ conversationis (quasi poculo sumpto) sanemur, nec hoc quidem semper, sed tempore congruo. *Malisque sensibilium rerum affici.* Si quis ergo vere invariabile mentis propositum, per orationem Deo vacantem et circa Dei intelligibilia elevatum sortitus est ab omnibus sensibilibus hic mortuus est, et delectabilium vitæ oblivionem possidet. Vivit quippe Christo, qui sensibilibus moritur: coruscatio præinsinuat tonitrui sonum, et superbia annuntiat adventum vanæ gloriæ. Nisi fuerit anima inquinata superbia, non illudetur dæmonum phantasiis. *Possumus, ex naturalibus rebus.* Id de cervo et exemplo proprietatis ipsius dictum intellige, ut et de serpentis exemplo quod sequitur: *Nisi per angustam et arctam jejunii.* Qui vanæ gloriæ, gulæ et luxuriæ deserviunt, et Dei verba prædicant, sunt sicut meretrices adhortantes alios de castitate. Sicut

[12] I Joan. II, 27.

Digitized by Google

longinqua est ab iis qui quotidie fornicantur, castitas, ita et ab illis, spiritualium virtutum sensus et contemplatio. Qui continet ventrem, diminuit vitia, et qui vincitur ab escis, auget libidinosas delectationes. Principium quidem gentium Amalech [42], principium autem vitiorum, gula. Ligna namque multa excitant flammam, ciborum vero multitudo, luxuriam. Concupiscentia escæ peperit inobedientiam; et dulcedo gustus ejecit hominem de paradiso : ita et monachus gulosus frangit castitatis fœdus, et a pulchritudine contemplationis ejicietur.

CAP. IX. — *Ad gradum* 27.

Non ignorantes, canem quemdam. Canem dicit vanæ gloriæ dæmonem, qui sua impudentia omnibus insidiatur bonis, et corrodit curiositate, et loquacitate, et superfluitate, et ostentatione, et malignitate, atque corrumpit animas imprudentium. *Quietis amicus, est fortis quidam.* Quietis solitariæ amator egrediens de cella cum silentio, mansuetudine, oratione mentali et charitate, non progreditur : verboque, a spirituali animæ consistentia non recedit, licet videatur extra quietem solitudinis, corpore exire. *Observat quidem, murem quæ hunc venatur*, etc. Murem intelligibilem, dicit homicidam diabolum, quem intentio quiescentis vigilanter observat, sicut cata murem. *Ut monachus alteri monacho adjunctus :* Duos monachos hic Pater ponit : unum, ab hominibus desolatum, qui corporaliter dicitur et est solitarius monachus; alium vero a propriis voluntatibus et cogitationibus et vitiis separatum, quem spiritualem monachum et solitarium nominat; sicut de iis quæ sunt tantummodo animæ, sollicitum, et monachum monacho, id est, soli Deo assistentem. Sane non sic liberatur a lapsu, qui corporaliter est solus, sicut monachus, prædicto modo cum monacho habitans, quoniam ex octo malitiæ spiritibus, quinque principaliter, solitarios impugnant, videlicet, accidia, tristitia, ira, vana gloria, et superbia. Tres vero obedientes, gula, luxuria, et avaritia. *Solitarius, est forma terrestris angeli.* Id est, secundum quod est possibile, cum sequens, ab omni negligentia et pusillanimitate suam liberans orationem. Qui enim gratiam Paracleti non accepit, non habebit orationis permanentiam et perpetuitatem : cum vero Paracletus fuerit in homine tunc, sedens et ambulans, dormiens et vigilans laborans et quiescens, solus, vel cum sociis, loquens et tacens orat angelus, est substantia intellectualis semper mobilis; arbitrio libera, Deo ministrans, in natura immortale quod est accipiens et habens : cujus substantiæ definitionem et formam, solus Creator novit. *Cur, quæso, non tot, apud tabernesiotas*, etc. Quia majoris quietis, et amplioris remotionis, et nuditatis, et orationis, et silentii, scythiothæ, et intelligibilis obedientiæ operatores et possessores fuerint, visibilis obedientiæ et utilem et nocituram directionem, sub senioribus, absque cœnobiorum tumultu, in quiete cum reverentia et perfecta mortificatione tenentes usque in finem. Licet ergo magnum sit, quietis solitariæ angelicum opus, et majoris profectus quam cœnobia, vere purgatis a vitiis, non vult hoc dicere propter magis infirmos, quos eadem conversatio liquefacit tanquam caminus plumbum : inest quippe infirmis ut plurimum lædentium appetitus, quare sæpius recidivant contraria sumentes, quia non est parvulorum, cibus perfectorum.

Imo, me ipse quidem. Ait, ipse quidem, quid sibi expediens est, cognoscet, nisi studium perfectum habuerit observantiæ mandatorum et virtuosæ conversationis, *Mortis properatio.* Id est ex promptitudine et bona voluntate, per imitationem novi hominis, mortificationem carnis et vitiorum monstrare, nihilque commune habere cum mundo, sed singulis horis desiderare mori, *et esse cum Christo.* Impossibile est habitum veræ charitatis esse in eo qui diligit aliquid vitiose, sed neque oratio, magis vero orationis macula, et in oratione ejus, augmentum iræ, et furoris, et timoris, et elationis assumptio erit. Sciens ac prudens tacebo reliqua : subaudi, lapsus carnis, excessus mentis, et vexationes Satanæ. *Exinanito enim felle*, id est, abnegata et mortificata et odio habita propria voluntate, fit diminutio vitiorum. *Cum medium illud arripuissem.* Non clare narravit contemplationem sanctus, eo quod noluit omnibus talia revelare : dicit autem, exsequens orationem vigilanter et sine intermissione et pigritia, quod est medium trium operationum. *Intermedius effectus sum.* In mediis (inquit) effectus sum videlicet angelicis et intellectualibus ordinibus, quod est medium Dei et hominum. *Ac sitientem me illuminabat.* Et illuminatus fui ab eo (inquit) supernaturaliter. *Et ecce rursus erat in illis.* Et ecce (inquit) iterum mens erat in illis super spiritualibus et immissionibus divinis, et in ea quæ est circa ipsum contemplatione, non valens, ad principem in omnis creaturæ Christum Deum, propter inaccessibilem lucem, sursum agi et extendi, ex hoc desiderabam contemplari. *Quid quidem in eo erat ante visibilem formam.* Interrogavit vero a quodam angelorum de Verbo ante assumptionem humanæ naturæ : a quo exclusus, iterum quæsivit quomodo nunc exsistit? Et audivit : *In propriis et non in istis*, a principe visionis, sancto angelo, subaudi. *Et ego : Quænam (inquam) est dextra statio?* etc. Et iterum interrogavit : Quæ est dextera, et thronus? et audit rursus : Impossibile est sane ista doceri. Iterum desiderio tractus, rogat adduci ad illud tempus perfectionis, in quo videat Verbum, sicuti est : qui demum audit non esse viantis hoc accipere et intelligere, nisi prius absorbeatur quod mortale est a vita, et imperfectio nostræ corruptio-

[42] Num. XXIV, 20.

Digitized by Google

nis perficiatur ab igne Spiritus sancti omnia consumente. Est autem hæc visio relinquenda ad interpretandum, expertis. Præterea exsequens medium, orationis quæ post virtutum habitum vitiorum emundatione præmissa mente perficitur, in medio virtutum et contemplationis factus sum, inquit. Sunt enim virtutes mortales et purgati animi seu contemplativæ exemplares seu intellectuales, sicut sunt contemplationes immediatæ, mediatæ et subjectæ; quibus sunt consonæ exsistentium activæ, contemplativæ vel intellectuales et transductivæ. Est vero virtutum mortalium finis, pietas vel compassio: virtutem autem animi jam purgati seu contemplativarum, finis est irremissibilis ad passiones et corporis depositio. Intellectualium vero seu exemplarium, deiformitas et gratia. Virtutum igitur gradus medius est, illuminatio et intellectualis explicatio: ita, et cognitionum mediarum medium sunt contemplativa et intellectualia. Igitur, *medium exsequens, in mediis factus sum*, inquit, id est, perficiens et transgredicus activas et morales virtutes, et a vitiis purgatus, et a corpore elongatus. In mediis factus sum cognitionibus, contemplativis et intellectualibus: et illuminavit sitientem, ille *a quo omne datum optimum et omne donum perfectum* [a]; et purgavit me virus quæ talibus operationibus præsidet, et omnem ab anima caliginem persequens illuminationis immissionibus insatiabiliter me sitientem circumfulsit. Et post ista? Iterum erat in illis (subaudi *mediis*) divina illuminatio secundum propositionem mentis. Et flammantes affectus, compellunt amantem interrogare a principe visionis, de veritatis visione sive symbolis, et de Verbo ante assumptionem humanæ naturæ, et quæ consequuntur sicut superius leguntur.

Cum procedis congregata custodi. Id est, os tuum et cor tuum in locutionibus custodi, cavens propalare virtutes quia, ore inutiliter, indiscrete et vane aperto, virtutes quæ mentem ad Deum exaltabant, perduntur et volant et disparent. *Ori enim procaci appropinquat ruina* [b]: Silentium vero est virtutum custodia. *Patientia, est vexationis quotidie exspectata definitio.* Secundum mensuram humilitatis, datur patientia in tribulationibus et tentationibus, et secundum patientiam, allevatur onus tribulationum, et consolationum, per eam pergens, participat. et secundum consolationem magnificatur charitas ejus ad Deum, et secundum charitatem, possidet gaudium. Sane patientiam peperit spes et luctus, qui vero sine his duobus exstitit, acediæ servus est ad omnia piger. Non enim qui talis est, possidet festinantiam bonæ voluntatis, sed in omnibus operibus suis anxiatur et impotens fit et putat impotentiam, tædium, et discrasium acediæ, infirmitatem corporis esse; et ita seipsum sicut infirmum excusat, gulæ serviens et otio quo- A niam non habet fervorem boni desiderii et festinantiam et studium salutis animæ. *Unum spiritum observa vigilantius.* Unus spirituum qui semper impugnat, est fornicationis dæmon, maxime in incipientibus, et impugnantibus seu proficientibus, est acediæ dæmon. In iis autem qui appropinquant perfectioni, est dæmon vanæ gloriæ. *Nulli cui turrim vel collem quietis ædificare*, etc. Turris significat perfectionem virtutum cum scientia ædificatam. Quicunque ergo operatus activam vitam, perfecte ad impassibilitatem habet aptitudinem, et dispositus est ad acquisitionem naturalium contemplativarum et divinarum veritatum et rationum; per quas perficitur perfecta scientia, et completur ædificatio turris, et quietis, et virtutum Christiformium. B

CAP. X. — *Ad gradum* 28.

Volo, sit, *magis verba menti meæ dicere*, etc. Sensus animæ est ineffabilis gustus divinæ consolationis; qui cum charitatis pulchritudine fit. Quinque igitur verba sensu suo loquitur, qui (per Spiritum sanctum sensificatus) secundum proprietatem dictarum virtutum illuminationes, divina incendia et perfectiones intelligit, participat et gustat in iis quæ dicit. Quinque verba dicit omnis doctor qui convenientia singulis sensibus qui in nobis sunt exemplo operis et verbo doctrinæ remedia apponit. *In ipsa enim centuplum accipient monachi*: id est divina dona. Quod vero est inde: videlicet gratiæ quæ C per orationem misericordibus monachis distribuuntur in eo quod est, id est, vita æterna et bona incorruptibilia quæ eis retribuentur. *Ego unius substantiæ duas essentias*, etc. Quasi dicat: Ego, differentes ipsas exsistentes. unius dico esse operationis et substantiæ. *Quod videns ignem et aquam.* Ignem ardentem, ex Deo devotionem: et aquam lacrymas dicit. *Uno sæpe verbo incautius emisso*, propriæ commendationis et gloriationis. *Aliud est crebrius, corde speculari.* Visitari quidem, est ad propriam considerationem ex contritione superveniente converti et contemplari, et congregare, et curam gerere de iis quæ sunt ad Deum, in seipso; visitare vero est, aliorum principative et sacerdotaliter emundare corda, et hostias accceptabiles multas Deo offerre, D verbo, oratione et exemplo. Visitare, est continue et fixe teipsum considerare, et sine remissione incessanter conspicere, et census atque potentias animæ et corporis principative congregare, et per indesinentem orationem devote Deo offerre. *Corde, animo et spiritu* (29). Animam dicit, sensitivas et vitales potentias, spiritum vero, deliberativas voluntates et intellectuales affectiones, Spiritus etiam, est anima rationalis et intellectualis, et totum simul, dicitur Spiritus.

Expliciunt glossæ sancti P. N. Joannis abbatis Raythu, super textibus Climaci.

[a] Jac. I, 17. [b] Prov. XXVI, 28.

(29) Vetus interpres, *ore, anima et spiritu.*

Digitized by Google

ANNO DOMINI DXC.

AGATHIÆ

MYRINÆI

HISTORIARUM LIBRI QUINQUE

CUM VERSIONE LATINA ET ANNOTATIONIBUS BON. VULCANII.

GRÆCA RECENSUIT

B. G. NIEBUHRIUS C. F.

(Bonnæ impensis Ed. Weberi MDCCCXXVIII.)

—

PRÆFATIO.

Agathiæ historiarum, non magnæ molis libri, nunc demum prodire editionem, Bonnensis historicorum Byzantinorum collectionis principium, nemo æquus reprehendet, dummodo compererit quam arduæ nobis hoc opus aggredientibus obstiterint difficultates. Etenim in oppido, ex cujus prælis typographicis nunquam antea exisset paulo grandior liber Græcus, neque typorum compositores in hoc genere satis exercitati aderant, neque correctores sphalmatum usu docti, qui, moderante Schopeno manumque ultimam operi admovente, satis accurate gnaviterque in hoc labore versarentur. Itaque tardissime progressi sumus. Est tamen quo nos solemur: nam ingenti tædio ac labore hoc certe perfecimus ut nullum paulo gravius relictum sit mendum in Græcis, atque in scholiis criticis; nam de versione Latina, quam abjicere maluissem, ego certe parum fui sollicitus. Reliqua illa cum Schopenus, ab aliis his correcta, emendasset, ipse quanta potui cura per singulas litteras recognovi. Jam vero in posterum hæ ærumnæ aut superatæ sunt aut certe valde imminutæ; invento viro erudito et impigro qui correctioni plagularum totum sese dabit; ita quidem, ut Schopeno nihil amplius curandum remaneat quam quod aliis laboribus obsitus exsequi possit.

Agathiam edendum ab initio mihi ipsi sumpseram: quo tempore de hujuscemodi difficultatibus, quales deinde expertus sum, non cogitabam; ac simul, majore nondum excitata spe, id solum mihi proponebam, ut vulgata editio quatenus conjectura atque ingenio sine libris perfici posset emendaretur; ejectis plurimis, qui Parisinam editionem fœdant, erroribus, temerariisque novationibus. Legeram librum, non omnino illepidum, ante multos annos, rerum cognoscendarum causa, eumque memoria repetens mihi persuadebam illa ratione, non excoli quidem atque ornari, verumtamen ita corrigi posse ut, spinis atque sentibus evulsis, satis expeditus evaderet. Erat autem jam tum mihi cognitus atque valde charus *Joannes Classenus*, Hamburgensis, qui HERMANNI, viri summi, disciplina institutus, huc venerat, ut nos quoque, qui in hac litterarum universitate disciplinas philologicas explicamus, audiret. Hunc ego juvenem egregium, quem nunc in contubernio atque domestica mea familiaritate vivere gaudeo, rogabam, ut Agathiam attente perlegeret, quæque ipsi in mentem venirent annotaret: mihi enim opus aggredi, propter negotiorum fre-

Digitized by Google

quentiam atque adversam qua tunc premebar valetudinem, nondum vacabat. Fecit is quod cupiebam sine mora ac valde sedulo : ejusque schedis acceptis ipse Agathiam accurate evolvendum sumpsi : plurima, quæ emendatione persanari possent, a Classeno rite perspecta animadverti ; quædam improbavi ; non pauca quæ ille non attigisset correxi ipse. Qua via ingressus, prioribus diligenter excussis, cum eos pejus longe quam antea cogitaveram se habere perspicerem, neque ullum ex libris subsidium aderat præter ea quæ, suasu meo, e Suida congesserat Classenus, versionem Personæ quærere cœpi, quæ instar codicis esset. Eam mihi ex bibliotheca gymnasii Coloniensis suppeditavit humanitas eruditissimi Birnbaumii : atque hoc accepto libro novum lumen operæ nostræ affulsit : Etsi enim homo non minus stolidus quam indoctus ita vertit ut plurimis singularum paginarum locis insulse delirantem audire videaris : — quippe qui de sensu, non dicam probabili, sed ullo, minime sollicitus esset : — habuit tamen ille ante oculos codicem plane egregium, cujus verba singula exprimere sæpe tentavit. Itaque multæ emendationes, cum Classeni tum meæ, illo auctore comprobatæ sunt : id vero in primis gratum erat, quod, quæ in Vulcanii codice exciderunt, ubi aut verba aut incisum integrum deesse videram, ita apud Personam translata invenichan, ut sensum sine ulla dubitatione tenerem, verba cum aliqua saltem probabilitate Græce restituere possem. Quibus subsidiis si contentus fuissem, et liber jam edi poterat aliquanto emendatius, et nonnullam inde fortasse abstulissem doctrinæ atque acuminis laudem. Verumenimvero cum ex Leunclavii præfatione ad editionem versionis Personæ Basileensem perspexissem quam longe codex Rhedigeranus præstitisset Vulcaniano, quanquam exigua spes de libro esset qui sub annum 1594, frustra fuisset requisitus, adii tamen per litteras Passovium, v. cl., si forte codex iste inveniri, atque, illo conciliante, usus ejus a prætore atque decurionibus obtineri posset. Egit Passovius strenuissime ac felicissime causam meam, seu potius litterarum, quarum laude floret ipse : neque minore voluntate usus sum senatus splendidissimi municipii ; quo jubente codex huc transmissus est. Eum bis contulimus, ne quid non animadversum remaneret : nam primo id fecit Classenus solus : deinde iterum et ille et ego ; hac ratione ut per vices alter impressum, alter scriptum codicem aut prælegeret aut inspiceret. Itaque id spondere audeo in hoc genere nihil ueri posse accuratius.

Jam vero collecta amplissima lectionis varietate, cum ex his quæ ipse Vulcanius fatetur colligerem typothetas nonnunquam in expedienda codicis, qui nunc in Lugdunensi bibliotheca servatur, scriptura errasse, valde optabam ut varietas Rehdigerani libri cum Lugdunensi conferri posset. Neque hoc meum desiderium frustra esse passum est incredibile Geelii, v. cl., litterarum, quas tam egregie ornat excolitque, omni occasione oblata juvandarum desiderium, cum summa erga me benevolentia conjunctum. Ei igitur — cui, quod unum possum, ingentes gratias me habere mihi conscius sum, — hoc debeo quod varietas Rehdigerana cum Lugdunensi libro accuratissime collata est, idque cum magna operis mei utilitate : constitit enim in haud paucis locis dissensum, qui inter scriptos libros esse videbatur, ortum esse in editione Vulcaniana. Verumtamen sic quoque manet tanta inter utrumque codicem diversitas, ut, si unquam hic certe, duas librorum stirpes cernamus. Variant enim inter se sæpissime non solum ubi in altero scriptura corrupta est, verum etiam ubi nihil refert utro modo legatur. In his vulgatæ inhærere, cum plane appareat codicem ex quo originem ducit inferioris esse notæ, nimis timidi aut superstitiosi ; — ex utroque pro arbitrio recensionem confingere, temerarii foret hominis. Ego id mihi faciendum esse vidi quod fecisset unusquisque cordatior homo, cui hic scriptor primum edendus in utroque codice oblatus fuisset : præstantiorem in universum mihi sequendum elegi, ita tamen ut animus liber a superstitione corrupta ex altero emendaret.

Qua lege cum in conficienda recensione versarer, conjecturas in eam vix admisi : sunt tamen inter locos, ubi uterque codex in vitio conspirat, pauci quidam quos certa ratione conjiciendi sanari posse apparebat. Dixi supra, usu Rehdigerani codicis evanuisse laudem criticam quam ex hoc edendi labore percipere aliquatenus fortasse potuissem : de qua re silerem omnino, nisi reprehensionem vererer nullam fere meam in eo apparere operam. Libere dicam quomodo res se habet : modo nuda divinandi vi, modo versionis adminiculo non pauca recte conjeceram, lacunas quoque supplendo sarcieram, de quibus monere, ex quo certa pro conjecturis suppeditavit Rehdigeranus, sive eadem plane sive meliora, contempsi. Laudemne captarem me ipso facti teste? Tum vero, ut id saltem pro viri boni indole fieri posset, ea quoque indicanda fuissent ubi me errasse apparebat : utrumque sine ullo litterarum fructu. Alia ratio in commemorandis Classeni conjecturis fuit. Qui ipse meum exemplum secuturus se nominari recusabat : atque a me contendebat ut eadem lege quam mihi scripsissem se quoque metirer. Verum assensum extorsi auctoritate mea juveni pudenti : ut illum et philologis commendarem et viris illustribus qui rem publicam Hamburgensem tenent. Argumenta librorum conscripsit, indicesque confecit idem Classenus, ex quibus illi qui res et nomina complectitur pauca quædam ascripsi. Accentuum orthographiæque rationem stabiliendam suscepit in se Schopenus meus : de cujus doctrina atque ingenio quæ sentiam, hac opportunitate usus prædicarem ; nisi hæc quoque præfatio, antequam liber in publicum emittatur, ab eo inspicienda esset, prævideremque tunc cum summa ope pugnaturum esse ut illa delerem.

Digitized by Google

Is igitur totum Byzantinorum opus, quatenus in hoc oppido typis exscribetur, ita moderabitur, ut singulas plagulas correctas, antequam sub prælum immittantur, ad examen revocet; isque ut constans in accentibus et orthographia servetur ratio curabit. Tenendam autem sibi proposuit eam quæ viris primariis, qui cum maxime Græcos libros edunt, placuit. Ego vero, si arbitrii mei esset, vulgarem potius servassem, quam Græci hodie sequuntur. Perspecta certe res est, horum majores jam inde a sæculo x apices inter scribendum apposuisse, ita ut pronuntiandi modum efformarent: itaque hos saltem libros: Annam, Niceiam, cæteros: in accentibus ad Alexandrinorum grammaticorum canones revocare, mihi quidem non alia ratione fieri videtur quam si in Latinos ultimæ ætatis eum orthographiæ modum inducere placeret a quo in Plauto recedere nefas foret. Agathias autem, atque ipse Procopius, longe propius ad inferioris illius quam ad probæ ætatis scriptores accedunt. Sed illa res, ut plura alia quæ in summis dicendi auctoribus magna sunt, in hujusmodi libris minimi momenti est. Ut tamen verum confitear; ipse, perspicuitatis gratia, tacitus mutavi quod a scriptoris orthographia profectum esse non dubito: μέλλειν enim semper in utroque codice uno tantum λ scribitur Neque magis indicandum esse putavi quoties N ἐφελκυστικὸν ex codice adderem.

Epigrammata libenter omisissem * : cum retinere necesse esset, multo plura et emendatiora iis dedi quæ Vulcanius ex Anthologia Planudea collegerat: cuncta scilicet quæ in Palatina servata sunt, additis iis quæ in capite περὶ εἰκόνων exstabant, quo plenius habuit Planudes quam nos epigrammatum collectionis exemplum. In his criticum non egi, nisi quod perpaucis locis aut aliorum emendationem aut Planudeam lectionem Palatinæ prætuli. Latina, elegis comprehensa, quæ Josephus Scaliger, atque Janus Dousa e Græcis Agathiæ fecerunt, in virorum honorem retinui: quo facto ne illa quidem omitti potuerunt quæ in eodem genere confecit, addiditque Vulcanius.

His expositis, jam finem præfationi faciam, cum de libris quos adhibui, siglisque quas in scholiis posui quæ necessaria sunt exposuero.

R. codex Rehdigeranus: chartaceus: scriptus circa annum 1560, impensis Thomæ Rehdigeri, in Italia; et quidem procul dubio Romæ, a duobus tribusve amanuensibus credo bibliothecæ Vaticanæ scriptoribus: quorum saltem primum fuisse Græcum ex ductibus clare patet; postremus autem alienigena fuit, Græcæque linguæ fere rudis. Exscriptum esse ex codice Vaticano non dubito, quo Persona usus fuerit. Interpunctionem ad sensum accommodatam vix usquam habet, sed interjectis septenis vel octonis pl. m. vocabulis puncta ponit. In margine correctiones aut conjecturas exhibet nonnullas, quas Leunclavium auctorem habere credo, qui eum a. 1576, utendum acceperat. Quem codicem cum Vulcanius secum communicari peteret, responsum est eum non comparere: neque id falso: inscriptio enim testatur anno demum 1658, iterum illatum esse in bibliothecam Rehdigeranam a Christiano Hofmanno ab Hofmannswaldau, poeta insulso et obsceno; at cive, ut hinc colligere licet, non inutili.

Lugd. Lugdunensis, bibliothecæ academicæ, 54 inter libros Vulcanii, qui Agathiam ex eo edidit: in catalogo p. 346: — Bombycinus, sæc. xiv: interpunctione satis accurate distinctus; in prioribus libris valde mendosus, in posterioribus multo præstantior. Subjiciuntur in fine duo epigrammata: alterum Agathiæ de ludo tabulæ Zenonis Aug.; alterum, quod hic quidem eidem Agathiæ, in Anthologia vero Leonidæ Alexandrino tribuitur. Id h. l. τοῦψηφον inscribitur, addito in utriusque distichi fine numero ϛχ, id est, 6600, qui ex litterarum valore pro numeris positarum conficitur, dummodo secundum distichon cum Lugdunensi scribatur:

Ἀλλὰ ταῦν μερόπεσσιν ἐράσμιος· ὄψὲ γὰρ ἔγνων
Ὀππόσον Οὐρανίας καλλιόπα προφέρει

Vul. Vulgata, i. e. Lugdunensis cum editionibus quæ ex illa originem ducunt.

Ed. pr. Editio princeps Vulcanii, quæ prodiit Lugduni 1594.

Par. Parisina, a. 1660, in corpore scriptorum historiæ Byzantinæ.

Edd. Editiones, princeps et Parisina, ubi a prototypo, Lugdunensi codice, desciscunt. (Venetam negligentissime ex Parisina transcriptam esse, nihilque omnino propriæ dotis habere, nemo est qui nesciat.)

Interpr. Versio Christophori Personæ, ut exstat in editione Basileensi Permæ.

Cl. Conjectura Classeni.

Scribebam Bonnæ postr. Kal. Jan. MDCCCXXVIII.

* Omisimus ut ab instituto nostro omnino aliena. Edit. Patr.

Digitized by Google

DE VITA AGATHIÆ MYRINÆI

EJUSQUE LIBRIS HISTORIARUM.

Agathias natus est Myrinæ (*a*) in Æolide Asiæ (*b*) : patre Memnonio, rhetore (*c*), matre Periclea, matrona sanctissima, quam triennis amisit (*d*). Hæc cum mortua ac sepulta sit Constantinopoli, credibile est patrem sese illuc in urbem regiam contulisse, ad quam undique ex provinciis Græci sermonis confluebant qui doctrinæ ingenioque confiderent. Fratrem habuit virum honoratum, cujus tamen nomen ignoramus (*e*) : sororem Eugeniam, doctam puellam, discordi matrimonio cum Theodoto quodam conjunctam (*f*). Agathiam, penultima syllaba correpta, nos vocamus ; Græci idem nomen, pro accentus ratione, Agathiam proferunt : idque eum ipsum, cæterosque illius ævi homines, fecisse, ita ut penultima longa uterentur, ex ipsius epigrammatis apparet (*g*). Disciplinis litterarum, quas, qui liberali animo essent, percipiebant antequam se ad legum Romanarum studium converterent, Alexandriæ studuit : unde anno 554, Justiniani vicesimo octavo, post horribilem terræ motum, quem Alexandria ipsa, nunquam antea moveri solita, senserat, Constantinopolim regressus est (*h*). Quem studiorum juvenilium cursum qui reputaverit, non dubitabit Agathiam tunc decimum octavum ætatis annum egressum non fuisse, ejusque natalem in annum 536, vel sequentem, incidere. Cum vero Berytus illa clade collapsa esset, non dubium est eum in urbe regia antecessores audivisse. Quæ studia cum quinque annos implerent, quarto in quodam epigrammate meminit (*i*) ; et alibi leges Romanas artem suam esse ipse profitetur (*j*) ; quarum cognitionem cum dicendi facultate ita conjunxit ut causas ante tribunalia oraret : idque Constantinopoli, ubi in basilica clientibus operam dabat (*k*). Causidici tunc scholastici vocabantur (*l*), unde Agathiæ cognomen hæsit. Tenuit autem istud vitæ genus invitus, ac necessitate coactus, ut victum sibi quæreret (*m*) : nam ad amœniora studia se vocabat adolescentem honesta voluntas. Exarucrat nondum poesis, vivebantque adhuc in ore hominum fabulæ vetustatis : quin florebant in aula ipsa atque inter proceres qui versibus pangendis gloriam sibi quærerent : quanquam non imminebat solum verum, jamjam ingravescebat barbaries, quæ mox, exstincto penitus antiquitatis lumine, densissimis tenebris, morumque immanitate, Græcas regiones fœdavit, stuporemque pro prudentia induxit. Ad hasce delicias Agathias delatus, primum amatoria carmina brevia scripsit, quæ in novem libros, Daphniaca inscriptos, collegit (*n*) : pluraque præterea ejusdem generis alia : e quorum numero multa supersunt epigrammata, non invenusta. Postea, sed regnante adhuc Justiniano (*o*), collegit, atque in septem libros digessit, epigrammata, siquidem ejus verba ad litteram interpretanda sunt recentiorum, nondum edita (*p*) : quod si ita est, quæcunque in hoc genere Justiniano antiquiora, post Philippum Thessalonicensem scripta, legimus, alia corona, cujus mentio omnis perierit, comprehensa fuisse necesse est. Qua opera, quam Theodoro Decurioni (*q*) inscripsit, palam est eum potentiorum, quales Paulus Silentiarius Macedoniusque exconsul erant, quorum plurima colligebat poematica, favorem aucupatum esse. Ex his Paulum laudibus non immeritis extollit, atque clientis officiis comiter colere videtur (*r*). Hoc ipso Paulo, nisi me conjectura de-

(*a*) Procem. Hist. p. 8, 9, ed. Bonn. Smyrnæus vitiose dicitur apud Eudociam, atque in nonnullis Suidæ codicibus.

(*b*) Unde Asianus vocatur in Anthologia Palatina.

(*c*) Procem. l. c. Epigramma Michaelii inter testimonia.

(*d*) Epigr. 43.

(*e*) Ei simul cum patre atque Agathia fratre statuam posuerunt Myrinæi : Epigr. Michaelii.

(*f*) Epigr. 53. 54.

(*g*) Epigr. 56 :

Δαφνιακῶν βίβλων Ἀγαθίου ἐννεάς εἰμι —

Epigr. 72 :

Ἀλλὰ πατὴρ με πόλης ἐναλλάξας Ἀγαθίας —

Haud aliter in Latio Prudentius *Asclepiadem*, Sidonius *Euripidem*, penultima producta posuerunt : hic, carm. IX, 251. *Orchestram quatit alter Euripides*, ille Peristeph. X, 42. *Asclepiades ire mandat milites* : cf. ibid. 108, 392, 548, 687, 921. Scilicet cuncti ista ita proferebant, at *Antiochiam*, *Alexandriam*, *Basilium*, eadem syllaba correpta. Atque in universum tenendum est, Græca pronuntiandi rationem, quam permulti inter nostrates medio quod vocant ævo adulto ortam esse contendunt, quæ tamen, ut ex voluminis chartaceis et inscriptionibus pictis constat, in Ægypto sub Cæsaribus recepta erat, regnante Justiniano non aliter quam sub Palæologis Constantinopoli obtinuisse. Hoc qui perspexerit facile intelliget Agathiam nostrum Χερωνεὺς prima correpta protulisse. repudiandamque esse conjecturam quæ epigr. 100. στῆσαν Χαιρωνεῦ pro στήσαντο Χερωνεῦ scribi jubet.

(*h*) *Hist.* II, 16, p. 99.

(*i*) Epigr. 4. Illo anno λύται dicebantur, unde τὰ λύσιμα τῶν νόμων — inscr. epigr. 23. — explicari posse videntur. Agathias trans portum in regione Peræa morabatur, ut postremorum decem librorum singularium difficultatibus solvendis operam daret, procul ab urbis strepitu remotus.

(*j*) Procem. l. c.

(*k*) *Hist.* III, 1, p. 138. Quod Smyrnæ causas orasse conjecerunt, propterea quod Σμυρναῖον σχολαστικὸν in libris corruptis vocari vidissent, id vero usque ad stoliditatem argutum est commentum.

(*l*) Jac. Gothofr. ad C. Theod. VIII, 10, 2. Tom. II. p. 627, ed. Lips.

(*m*) *Hist.*, III. l. c.

(*n*) Epigr. 7.

(*o*) Id ex Præfatione apparet.

(*p*) Procem. p. 6.

(*q*) S. Palatii, de quo officio consule J. Gothofredum ad C. Th. VI, 23, 1 ; II, p. 126.

(*r*) *Hist.* V, 9, p. 297.

Digitized by Google

cipit, Eutychianoque quodam hortantibus (*s*), mortuo Justiniano imperatore (*t*) ad historiam ævi sui scribendam animum adjecit : cum ad tricesimum certe ætatis annum pervenisset. Credo tamen eum diu colligendis tantummodo narrationibus operam dedisse : namque opus quod ad nos pervenit adeo exiguæ molis est, ut, cum ea quæ de Chosrois exitu narrantur acciderint anno 577, nemo sibi persuadeat illi conscribendo decennium potuisse impendi : imo eo amplius. Nam ne ista quidem de Persarum regis fuga et morte mox post eventum scripta esse, perspicue apparebit consideranti (*u*). Haud tamen debilis conjectura est, quando Agathias de Mauricii gestis narrabat, hunc adhuc privatum fuisse ; quippe quem, absque ulla summi fastigii commemoratione, Pauli filium, magistrum militum, vocat. Id vero ad refellendam Fabricii opinionem sufficeret ; qui sibi persuaserat Agathiam, quo tempore Evagrius historiam absolvit, scilicet anno 593, nondum edidisse : at illa, accuratius inspectis verbis quæ vir nunquam sine laude commemorandus festinantius legit, ipsa per se concidit (*v*). Itaque Agathiam, Tiberio adhuc regnante, ante annum 582, quo anno Mauricius imperium adeptus est, e vita decessisse arbitror. Nam obitu ejus factum esse quod historiæ opus ad finem non sit perductum, Meander innuit, oratione usus parum quidem apta (*y*), sed pravæ interpretationi minime obnoxia : modo meminerimus Chosrois mortem viginti fere annis post Hunnorum adventum in Thraciam, ubi quinti libri narratio abrumpitur, accidisse. Ac ne quis forte suspicetur ad molestiora negotia delatum, atque ita otio quod historiæ scribendæ tribueret privatum esse, in eodem vitæ genere permansisse vel cognomine teste compertum est. Quo concesso, quis credat fieri potuisse ut sponte omitteret gratum laborem a quo omni vi atque unice persequendo negotiis forensibus se distineri queritur (*z*)? quæ tamen cumulate offerri alias lætandum sibi esse fatetur, ne inopia prematur. Nemo tamen hinc concludat Agathiam annumerandum esse infelicibus illis qui, ne fame vexentur, a litteris recedere coacti sunt. Nam illa erat scholasticorum conditio ut eorum avaritia legibus esset compescenda : neque clientibus carvisse credemus virum qui insigni facundiæ gloria et vivus et post mortem floruit. Itaque, nisi lusus est ista de sua sorte querela, illis accensendus erit Agathias qui, nisi admodum laute vivere aliisque largiri possunt, egere sibi videntur. Quæ quidem opinio epigrammate confirmatur quo ille, pater oppidi dictus, in municipio suo locum, antea obscenis immunditiis fœdum atque detestabilem, purgasse, atque eleganti ædificio, nescio quo, ornasse dicitur (*a*). Alia fortasse præterea pietatis officia in patriam contulit : quæ non minus propter hanc virtutem quam eloquentiæ causa, cum cum patre Memnonio et fratre statua ornavit (*b*) : cujus honoris, cum olim fuisset vulgatissimus, illo tempore, in privatos collati, vix aliud superest exemplum.

Mansit autem viro laudato etiam post funus eadem insignis fama eloquentiæ : ad quam referendum esse videtur quod Menander, qui ejus historiam continuavit, infantiam suam tam vehementer excusat. Itaque cum, renatis sub Basilidarum imperio litteris, eamdem laudem appeterent pusilli ingenii homines, Agathiam imitandum sibi sumpsit. Leo Diaconus, ut Hasius v. ill. indicavit : cui quod placuerit in hujus scriptoris, quo edito permagnum certe cepit historia incrementum, sermone exquirendo splendidum philologiæ documentum edere, id facundissimos quosque Atticos, si quis ad manes de factis nostris rumor manat, non sine invidia ferre existimo. Hodie Agathias vix cuiquam ultra mediocritatem assurgere videbitur : licet G. I. Vossius, haud levis auctoritatis vir, tersum ejus atque floridum dicendi genus prædicet. Certe ipse sermo Græcus a puritate, quæ tamen minima laus esset, longe abest ; ac, ne a vitiis quidem grammaticis immunis, haud raro degeneris loquelæ nota fœdatur : tum vero admista dialectorum, Ionicæ præsertim, epicorumque verborum varietate, sive quæsita sive imprudenter assumpta, sæpissime offendit. Quæ ut condonaveris ævi infelicitati, præcipuæque difficultati scribendi lingua emoriente, antequam adulta sit atque e matris consortio exierit vulgaris, qua jam quotidie utuntur ; tamen, ut laudem tribuas historico, sapientiam gravitatemque requires : at id non minus frustra in Agathia nostro. Imo potius jejunum ingenium in sententiis prodit quas sæpissime profert, tritas admodum atque e locis petitas communibus : ubi vero argute loqui satagit, frigidissimas. Viri boni animum cum ostentatione præ se fert : neque tamen, quantum dignoscere licet, falso : immunis ab insectatione pariter atque ab adulatione per universum opus : cujus, quæcunque in eo reprehenderis, ad cognoscendas res gestas summum pretium atque unica utilitas est. Italica tamen negotia parum cognita habuisse videtur, in orientalibus longe versatior. Quem si Procopio cum ingenio tum civili militarique prudentia longe inferiorem esse Gibbono facile concesseris ; fatebere tamen eadem ratione super cæteros omnes, qui consecuti sunt, eminere : virum autem multo meliorem esse Procopio.

(*s*) Procem. p. 7. 8.
(*t*) Ibid. p. 11.
(*u*) *Hist.* IV, 29. p. 272.
(*v*) Locum posui inter testimonia. Verba εἰ καὶ μήκιον ἔτυχον ἐκδεδωκότες ad scriptores quos nominaverat referri non possunt : quæ si Evagrii meus esset, ratione jubente, scripsisset τυγχάνουσιν. Sunt illa omnino mendosa, et nescio qua de re interpretanda quæ Mauricii animum movere potuerit ut supplici regi auxilium denegaret.
(*y*) V. testimonia : ὡρμήθην ἄρξασθαι μετὰ τὴν ἀποβίωσιν Ἀγαθίου.
(*z*) *Hist.* III, 1, p. 138.
(*a*) Epigr. 72.
(*b*) Epigr. Michaelii.

Digitized by Google

Christianus an fuerit, in utramque partem disputatum est : verum edito epigrammate quo tabulam archangelo dedicat (*c*), illum religionem professum esse extra dubium est. A quo si discesseris, inter cætera quæ proferri possent firmissimum ejusdem opinionis argumentum esset, quod apophthegma ex novo fœdere sibi notum esse prodit (*d*). Neque id tamen certum foret indicium : etenim, dominante religione Christiana, paucos illos gentiles qui Constantinopoli degebant talia nota habuisse non est quod dubitemus ; atque ubi id profert Christianum loquentem inducit. Mitem vero animum in reprehendendis alienis sacris, nisi improba sint atque immania ; et indulgentiam quæ errori in hujusmodi rebus, utpote non voluntario, veniam tribuit (*e*) ; inter sævos illius ævi furores vix alibi exspectares quam apud eos qui dominantium crudelitate et sævitia vexarentur ipsi. Itaque probabile est gentili patre procreatum, Græcanicisque studiis innutritum et delectatum, ne legum pœnis hominumque violentiæ obnoxius esset, non opinionis vi adductum, Christianis se adjunxisse.

Historiarum libri vulgo ex codice Lugdunensi inscribuntur περὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας · vitio manifesto : cum scriptor se de morte Justini Germani f. — qui jubente Justino Jun. imp. necatus est — IV, 22, p. 255 : atque de Chosrois fine (577) IV, 29, p. 272, dicturum esse promittat. At idem codex recte, pro illius ætatis more, quem ab Evagrio, Joanne Epiphaniensi, aliisque servatum videmus, libros τόμους vocat.

Codices scripti perpauci supersunt. De Rehdigerano et Lugdunensi, quibus usus sum, dixi. Vaticanum membranaceum esse, antiquum, mihi significavit Ang. Maius v. ill. qui variantes scripturas ex quarti libri initio delibatas speciminis loco misit. Eæ cum Rehdigerano libro ita conveniunt ut valde probabile sit hunc inde exscriptum esse. Exscriptus autem est ex codice integro : ut Vaticanus, monente Maio, nunc quidem est, suppletis a recentiore manu aliquot foliis, sed quoniam ea aliquando deerant, inde ortæ sunt lacunæ in versione Personæ, licet codici quo is usus est cum Rehdigerano proxima intercedat affinitas. Tamen hic Vaticanus codex ut aliquando inspiciatur, optandum est ; quo plane de fide atque auctoritate Rehdigerani constare possit. Præterea ex Montefalconio Harlesius Fabricio ascripsit, integrum opus exstare Græce inter codices scriptos Ottobonianos ; atque in cod. MMIV bibliothecæ Vaticanæ antiquæ Agathiam de Bello Gothorum : e contrario in Marciana Venetiis cod. DCCXII, libros posteriores, deficientibus primo et secundi parte : scilicet, ut videtur, illa ipsa de Narsetis bello Italico narratione.

Cum autem Agathias in eorum numero fuerit historicorum quos Constantinus Porphyrogenitus in eclogas redigi jussit, leguntur ex illo tria de legationibus excerpta in codice Bavaro, quorum collatio cum editis debetur doctissimo Spengelio. Multo plus idem scriptor ad titulum de sententiis conferre dedebat, quem nuperrime in luminis oras reduxit ill. Maius : vir juvandis litteris divinitus sæculo nostro concessus, et « cui nemo civium neque hostis quibit pro factis reddere operæ pretium. » Sex folia de his excerptis superesse is nos edocet (Coll. Vaticanæ scriptorum Græcorum II, p. 464.) : quorum collationem ab ejus amicitia petissem, impetraturumque fuisse certe scio, verum opere jam profligato nolui molestus esse viro minime otioso.

Praterea superest in Parisinæ regiæ cod. MDCI membranaceo, Fonteblandensi, folium unicum, cujus lectiones quæ variant, dedi. Iisdem fortasse terminis continetur fragmentum de Francis Laurentianum LIX, 17, 9, — ubi in plut. LXXIV, 13, 64, varia ex quinque libris excerpta inveniri, Harlesius adnotavit, Bandinium secutus, cat. codd. Gr. II, p. 550 ; III, p. 115, quod opus inspicient quibus illo frui posse contingit.

Hadrianus Junius Animadversionum I, 4, ut interpretis oscitantiam et vecordiam confutaret, aliquot Agathiæ locos Græce transcripsit, multis annis ante principem editionem Græcam. Ac planum quidem est Junium videri se uti exemplari Græco voluisse : quæ tamen affert, ea cuncta ex Suida desumpta sunt ; terminantur enim plane iisdem finibus quibus illius excerpta, ejusque scripturam dissentientem a codicibus repræsentant.

Editiones tres Græcas, quæ hucusque prodierant, supra in Præfatione indicavi : ubi etiam de Latina versione egi, quam Christophorus Persona, prior S. Balbinæ, confecit : qui itidem partem librorum Procopii transtulit. Eam in Fabricii Bibliotheca, ab Harlesio recognita, invenio impressam esse Romæ ap. Jac. Mazochium 1516. fol. repetitam deinde Augustæ Vindelicorum per Sigism. Grimm et M. Wirsung 1519, 4, et postea cum Procopio atque Jornande, aliisque affinis argumenti libris, præmissa beati Rhenani præfatione, Basileæ ap. Hervagium 1531, fol. et Lugd. 1594, 8 : — dedicationem Personæ ad Sixtum IV Pont. M. editam esse in dissertationibus Zeni Vossianis, II, p. 141 — 144.

Ego usus sum editione quæ a Fabricio dicitur prodiisse anno 1576, Basileæ ap. P. Pernam : sed anni notam in exemplo quod mihi adest frustra quæsivi. Ib. Agathiæ præmittuntur Zosimus a Leunclavio, Pro-

(*c*) Epigr. 1.
(*d*) Hist. III, 12, p. 165. Cf. Indicem Græc. s. v. ζηλόω. (*e*) Hist. I, 7, p. 28.

Digitized by Google

copius a Raphaele Volaterrano, Personaque ipso, versus : subjiciuntur ambo Jornandis libelli, et Leonardus Aretinus de bello Italico. Quod Fabricius in hac editione versionem Agathiæ ex recensione sive interpolatione J. Leunclavii haberi dicit, is error est. Nihil mutavit Leunclavius; contentus locis non adeo multis in margine correctionem indicare : sed cum, finita impressione, Rehdigeranum codicem utendum accepisset, ea quæ interpres, sive propter codicis defectum sive ob alias nescio quas rationes ,omiserat', vertit : non paucis locis plane insanam versionem meliore mutavit : ea omnia sub finem præfationis collecta proposuit : *Agathiam interpolatum* inscripsit.

Bellum Butilini, primum librum Agathiæ, secundique initium, magnus Grotius vertit in Historia Gothorum, Vandalorum et Longobardorum, Amstelod. 1655, 8 : eam versionem loco Vulcanianæ non posuisse, quatenus patet, licet deinde ad pejorem redeundum fuisset, male me pœnitet.

Hæc hactenus. Nam de Anthologia Agathiæ disserere, ab hoc loco meisque rationibus maxime foret alienum.

TESTIMONIA ET JUDICIA DE AGATHIA.

ΜΙΧΑΗΛΙΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Ἡ πόλις Ἀγαθίαν τὸν ῥήτορα, τὸν στιχαοιδὸν
Δίζυγος εὐεπίης ῥυθμὸν ἀγασσαμένη,
Ὡς μήτηρ ἐτέλεσσεν ἑῷ υἱεῖ, καὶ πόρε τήνδε
Εἰκόνα, καὶ στοργῆς μάρτυρα καὶ σοφίης·
Μεμνόσιον δὲ τοκῆα, κασίγνητόν τε σὺν αὐτῷ
Ἔστησε, γενεῆς σύμβολα σεμνοτάτης.

Evagrius, *Hist. eccl.* IV, 24, *ex ed. Rob. Steph.* : Πέπραχται δὲ καὶ ἕτερα τῷ Ναρσῇ λόγου πολλοῦ ἄξια, Βουσελίνου καὶ Συνδούαλδον καταπολεμήσαντι, καὶ τὰ πολλὰ προσκτησαμένῳ μέχρι Ὠκεανοῦ· ἅπερ Ἀγαθίᾳ μὲν γέγραπται τῷ ῥήτορι, οὕπω δὲ ἐς ἡμᾶς ἀφῖκται.

Idem, *ibid.* V, 24 : Τὰ ἐχόμενα δὲ τούτῳ (τῷ Προκοπίῳ) Ἀγαθίᾳ (sic) τῷ ῥήτορι καὶ Ἰωάννῃ ἐμοί τε καὶ πολίτῃ καὶ συγγενεῖ καθ' εἱρμὸν ἱστόρηται, μέχρι τῆς Χοσρόου τοῦ νέου πρὸς Ῥωμαίους φυγῆς, καὶ τῆς εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἀποκαταστάσεως, Μαυρικίου — ὑποδεξαμένου — βασιλικῶς, καὶ — καταγαγόντος, εἰ καὶ μὴπω ἔτυχον ἐκδεδωκότες.

Joannes Scholasticus Epiphaniensis *initio fragmenti* : Τὰ μὲν ὅσα Ῥωμαῖοί τε καὶ Μῆδοι πολεμοῦντες ἀλλήλοις ἔπαθόν τε καὶ ἔδρασαν κατὰ τὴν Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος βασιλείαν, γέγραπται Ἀγαθίᾳ τῷ Μυρινάίῳ, ἀνδρὶ τοῖς ἐν Βυζαντίῳ ῥήτορσι καταλεγέντι διαφανῶς, καὶ μετά γε Προκόπιον τὸν Καισαρέα τὰ πρὸς τοὺς βαρβάρους πραχθέντα ἀναγράψαντι.

Menander Protector *ap. Suidam* s. v. Μένανδρος· Ὡρμήθην ἐπὶ τήνδε συγγραφήν, ἄρξασθαι μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τοῦ Ἀγαθίου, καὶ τῆς ἱστορίας ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν.

Suidas et Eudocia s. v. Ἀγαθίας· Ἀγαθίας σχολαστικὸς Σμυρναῖος (meliores codd. ap. Suidam Μυρινάίος) ὁ γράψας τὴν μετὰ Προκόπιον ἱστορίαν τὸν Καισαρέα, τὰ κατὰ Βελισάριον, καὶ τὰς ἐν Ἰταλίᾳ καὶ ἐν Λιβύῃ πράξεις· τουτέστι τὰ κατὰ Ναρσῆν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ τὰ ἐν Λαζικῇ καὶ Βυζαντίῳ. Οὗτος συνέταξε καὶ ἕτερα βιβλία ἐμμετρά τε καὶ καταλογάδην, τά τε καλούμενα Δαφνιακά, καὶ τὸν κύκλον τῶν νέων ἐπιγραμμάτων, ὧν αὐτὸς συνῆξεν ἐκ τῶν κατὰ καιρὸν ποιητῶν· συνήκμασε δὲ Παύλῳ τῷ Σιλεντιαρίῳ καὶ Μακεδονίῳ τῷ ὑπάτῳ, καὶ Τριβουνιανῷ, ἐπὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ χρόνων.

Scholium Palatinæ Anthologiæ. Ἀγαθίου σχολαστικοῦ Ἀσιανοῦ Μυρινάίου, οὐ στέφανος ἀλλὰ συναγωγὴ νέων ἐπιγραμμάτων. Ἤκμασεν δ' οὗτος ὁ Ἀγαθίας ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου· ἔγραφεν δὲ καὶ ἱστορίαν καὶ τὰ ἐπονομαζόμενα Δαφνιακά· ἔγραψε δὲ ταῦτα ἐπιγράμματα πρὸς Θεόδωρον Δεκουρίωνα.

Ger. Joh. Vossius *De histor. Græcis* II, 22. Multum illa tempora ornabat Agathias. — Dictione utitur tersa et florida. Gentilem fuisse præter alia ostendit illud φασίν, quo libro III utitur cum sermo fit de martyrio B. Stephani.

Gibbon, *the history of the decline and fall of the Roman empire* : c. XLIII, ann. 47 :

We must now relinquish a statesman and soldier (Procopius), to attend the footsteps of a poet and rhetorician.

Digitized by Google

EDITIONIS PARISINÆ DEDICATIO.

POSTERITATI.

GALLIA ET HISPANIA

FUNESTISSIMIS BELLIS ANNOS SUPRA VIGINTI

DISTRAHERANTUR.

JULIUS MAZARINUS

DEPLORATAM PACEM

EXCITAVIT UNUS ET BEATAM TRANQUILLITATEM

QUAQUA PATENT LATISSIMA DUO REGNA

FELICITER IMPARTITUS EST.

INGENS FACINUS

ADUMBRARE CERTATIM CONTENDIT

ORATORUM ET POETARUM

INFINITA NATIO.

VANUS UTRORUMQUE LABOR.

HOC NUDO ET CONTRACTO PANEGYRICO

ASSERIT

EMINENTISSIMO PRINCIPI

IMMORTALITATEM

IMMORTALITATIS PARENS

TYPOGRAPHIA REGIA

Scribebat ad prelum

EMINENTIÆ SUÆ ADDICTISSIMUS

SEBASTIANUS MABRE,

ex filia nepos SEBASTIANI CRAMOISY,

Typographiæ Regiæ Curatoris.

Digitized by Google

BON. VULCANII EPISTOLA.

ILLUSTRIBUS AMPLISSIMISQUE VIRIS,

ORDINIBUS

HOLLANDIÆ ET WESTFRISIÆ, DOMINIS POTENTISSIMIS.

Cum variæ sint artes ac scientiæ, societati generis humani conducibiles ac necessariæ, illustres amplissimique viri, maximam profecto laudem merentur ii qui ad eas perdiscendas et ad publicam utilitatem accommodandas omne suum studium atque operam conferunt. Proxima est eorum laus quorum labor omnis atque industria versatur in linguis auctoribusque quibus illæ ipsæ artes sunt tractatæ nobisque traditæ excolendis atque illustrandis, quique vel veteres scriptores Græcos e situ et squalore eruunt et in lucem proferunt, vel jam antea editos, sed male ab indoctis interpretibus habitos, refingunt, et pristino suoque nitori integritatique restituunt. Quod quidem studium tametsi ob exiguam quæ inde affulget lucri spem perpaucos hodie habet sectatores (plerique enim eas artes sequuntur e quibus facilis est ad opes et honores cursus), mihi tamen, qui studiorum dignitatem non privato quæstu, sed publica utilitate metiri soleo, mirifice semper placuit. Utilitatem vero quam hoc studii genus secum trahit longe maximam quis, obsecro, est adeo rudis ut in dubium vocet? Si enim hoc in confesso est ex veterum Græcorum fontibus doctrinam omnem esse hauriendam; quis non videt quanti interesit ut illi ipsi fontes puri atque illimes conserventur? Quantopere vero eos contaminarit atque polluerit crassa nonnullorum interpretum inscitia, nemo est etiam infra mediocritatem doctus qui nesciat; sensique ipse cum in aliis multis auctoribus, tum vero præcipue in Cyrilli Alexandrini Thesauro, et divinis illis de Trinitate libris, in quibus nihil fere agnosco Cyrilli præter nudum illius nomen. Hanc itaque Spartam, ut ita dicam, linguariam, hoc est interpretandi Græcos auctores et in Latinam linguam convertendi rationem, veluti genio naturæque meæ convenientiorem semel amplexus, dedi operam hactenus ut pro virili ornarem; et quidem non pauca veterum auctorum theologica, philosophica, historica poeticaque scripta partim antea non edita Latine verti, partim edita quidem, sed ita ut ἀνεκδότοις ἐναλίγκια merito censeri possent, nova interpretatione donavi, non exiguo uti spero rei litterariæ bono. Tametsi ex iis quædam, nescio quo malo fato, magno certe meo cum dolore, neque minore cum incommodo publico, summoque multorum doctissimorum virorum desiderio, totos jam quindecim annos apud typographum cui ea excudenda dederam hærent. Nunc vero Agathiam historicum optimum qui Justiniani imperatoris res gestas post Procopium Cæsariensem est persecutus, Græce ante hac nunquam typis editum, in lucem emitto; Agathiam, inquam, virum suæ ætatis doctissimum, quique unus illam δίζυγα εὐεπίην, hoc est poeticen cum oratoria, ita conjunxit, ut dubium sit in utra magis excellucrit; in utraque certe non dubiam de omnibus sui ævi scriptoribus victoriam reportavit. E cujus editione plurimum et Historiæ et Græcæ linguæ incrementi ornamentique est accessurum. Cum enim varia gravissimaque bella adversus populosissimas potentissimasque nationes, Francos scilicet, Gothos, Vandalos, Hunnos et Persas gesta describat; tum vero de eorum moribus atque institutis, sed præcipue de Persicorum regum genealogia ac politia, multa commemorat scitu dignissima quæ apud alios scriptores nusquam reperiantur. Stylus ipse plane est floridus atque amœnus, multis sententiarum luminibus illustratus. Verbis vero utitur selectissimis, et frequenter a communi usu ac significatione remotis; adeo ut Suidas diligens glossographus potissimam Lexici sui partem ex hujus scriptis concinnarit. Hunc itaque Agathiam scriptorem luculentissimum, quem olim Persona ita lutularat ac deformarat, ut quicunque eum attingeret merito exclamaret: *Aquam manibus*; εὐπρόσωπον nitidioreque habitu a me donatum vobis, illustres amplissimique viri, merito inscribendum dicandumque existimavi · primum, quod ex vestra academia in lucem prodeat; in qua cum jam tredecim circiter annos vestro beneficio honestissimo hoc otio litterario fruar, vehementer me officio meo defuturum putavi, nisi darem operam ut exstaret publicum aliquod singularis meæ erga vos observantiæ gratique animi monumentum: deinde, quod non indignum vobis hoc munusculum litterarium indicarem, cum ob auctorem ipsum qui apud doctos omnes summo semper fuit in pretio, tum vero magni illius imperatoris cujus historiam scribit nomine; in qua quidem historia multa conscribuntur sapienter ab illo prudenterque excogitata, felicissimeque perfecta; e quibus nonnulla, uti spero, in usus vestros convertere poteritis ad florentissimam rempublicam vestram stabiliendam et nominis vestri celebritatem, quæ rerum pro libertate tuenda gestarum magnitudine longe lateque est propagata, magis magisque augendam. Mihi interea nihil gratius accidere poterit, quam si intelligam studium hoc meum vobis, illustres amplissimique viri, probari; magnumque

Digitized by Google

mihi honorificum judicium vestrum calcar addiderit ad alia id genus veterum Græcorum monumenta e Bibliothecæ meæ penu depromenda et Latine vertenda publicoque communicanda.

Deus Opt. Max., illustres amplissimique viri, reipublicæ ejusque seminario academiæ vos quam diutissime servet incolumes. Lugduni Batavorum, anno Domini MDXCIV, Kalend. Januariis.

ILL. DD. VV.

Addictissimus
BONAVENTURA VULCANIUS.

BON. VULCANII

DEDICATIO

ET PRÆFATIO NOTARUM IN AGATHIAM.

—

NOBILISS. AMPLISSIMOQUE VIRO, D. JOANNI AB OLDENBARNEVELT,

JURISCONSULTO CLARISSIMO

ILLUSTRIUM ORDINUM HOLLANDIÆ ET WESTFRISIÆ ADVOCATO ET A CONSILIIS.

—

Quod Agathiæ meo superioribus hisce diebus ad illustres Hollandiæ et Westfrisiæ ordines aditum aperueris, nobiliss. amplissimeque vir, secutus es ingenitam tibi planeque propriam benignitatem tuam, et singulare quoddam juvandi ornandique litterarum cultores studium. Quod vero illi ipsi ordines hoc quidquid est meæ opellæ illustri ipsorum nomini inscriptum adeo splendido præmio compensarint; fecerunt profecto rem potentissima florentissimaque republica sua dignissimam, et mihi liberalitate sua plusquam regia maximum ad hoc studii genus alacrius persequendum calcar addiderunt. Recte vero Symmachus (lib I epist. 73), *ad Hesperium suum scribens; « Scis, inquit, bonas artes honore nutriri, atque hoc specimen esse florentis reipublicæ, ut disciplinarum professoribus præmia opulenta pendantur. » Quo quidem eximio beneficio ut me sibi in perpetuum devinxerunt: ita tibi, vir nobiliss. qui summa apud ordines ob eximiam doctrinam prudentiamque tuam, et præclara in rempubl. merita, vales auctoritate et gratia, quod tua imprimis commendatione adeo uberem honorificumque laborum meorum fructum perceperim, quam maximas possum ago gratias, relaturus aliquando, si occasio et facultas suppetat. Interea, memoris gratique animi veluti pignus quoddam, habe a me hasce* NOTAS, *post editum in lucem Agathiam natas, eoque præcipue consilio tuo nomini destinatas, ut summum tuum erga litteratos studium, et insignes virtutes tuas, quæ te omnibus admirabilem reddunt pariter et amabilem, exteris etiam hominibus faciant notas.*

Bene vale, nobiliss. amplissimeque vir, et rei litterariæ magis ac magis fave. Erit hoc tibi imprimis honorificum, et reipubl. salutare. Lugduni Batavorum. Anno Domini MDXCIV.

Dignitatis tuæ studiosissimus
BON. VULCANIUS.

—

CANDIDO LECTORI.

Annus est integer quod Agathias hic meus Græce est excusus, neque multo minus quod et Latinus. Ad Græcam editionem usæ sunt operæ typographicæ codice meo vetere manuscripto, quem propter valetudinem tum temporis incommodam, aliasque justas ob causas, transcribere nec licuit nec libuit. Quo factum est ut præter vitia exemplaris quæ consulto ita reliqueram, quod eorum castigationem notis meis reservaram, accesserint etiam alia menda typographica, ob insolentiam characteris cui non assueverant operæ. Cum vero jam ad colophonem propemodum perducta esset etiam Latina mea versio, venit mihi in mentem audisse me aliquando Coloniæ a nobilissimo doctissimoque fel. mem. viro, D. Thoma Rediger, datum a se cuidam negotium transcribendi e quadam Italiæ bibliotheca Agathiæ Historiam; quod quidem cum jamdudum ita factum fuisse plane mihi persuasissem, misi exemplar mei Agathiæ Græce excusi ad Cl. V. Jacobum Monavium, rogavique per litteras ut illud cum manuscripto codice Agathiæ, quem omnino Vratislaviæ in bibliotheca Ill. DD. Rediger orum exstare putabam, conferri curaret. Quod

Digitized by Google

cum ille pro singulari suo in rem litterariam studio in se recepisset, spopondissetque curaturum se ut petitioni meæ prolixe satisfieret, simulatque præfectus bibliothecæ qui tum peregre erat domum rediisset; significavit tandem multis post mensibus Agathiam ms. a bibliothecario domum reverso diligenter quæsitum nequaquam comparere; quod quidem et me et illos pessime habuit: me, ob moram quam editioni vana mea spe injectam videbam; illos, quod in bibliotheca sua quem sperabant thesaurum non reperissent. Ego itaque, ne mihi ipse longiore mora ollicerem, neve (quod in Cyrilli Alexandrini libris de adoratione in spiritu et veritate, et in concilio Ephesino Græco, jam accidit, et vereor ne etiam in Nicæno Græco accidat ab aliis prævenirer, mihique et labor omnis meus, et honos quicunque ex hac arena laboris plena exspectari potest, veluti e manibus eriperetur: editionem diutius differendam, dum ἀντίγραφον aliquod offerretur, non censui, præcipue cum plane σὺν ἀγαθῇ τύχῃ affulsisset Agathiæ pariter et mihi auspicatissimum illud Julium sidus; magnus, inquam, ille Josephus Scaliger, maximi Jul. Cæsaris F. qui mihi merito, quoties aliquis dignus vindice nodus occurrit, fuit ἀκριβαστάτου ἀντιγράφου δίκην. Cujus quidem optatissimus in hanc academiam adventus utinam Latinam Agathiæ mei editionem anteverlisset! Plurimum enim illius litteratorum principis judicio in locis nonnullis de quibus ambigebam tribuissem; cui universus doctorum consessus libens assurgit, fasces que submittit. Superest, candide lector, ut operam meam quam optimi hujus auctoris editioni interpretationique impendi, boni consulas; et cum apibus potius si quid in ea sit boni decerpas, quam cum araneis si quid vitiosi exsugas. Accesserunt coronidis vice Agathiæ epigrammata ἐρωτικὰ ab illustri viro Josepho Scaligero Latine versa, neque antehac (uno atque altero excepto) typis edita, quæ certe juventuti φιλέλληνι veluti canon quidam atque norma vertendi Latina de Græcis esse possunt,

Μορφῆς ὡς πλάσταις κυάνεον βλέφαρον.

Tu etiam his, bone lector, utere et fruere, ut et nonnullis ejusdem Agathiæ epigrammatibus quæ nobiliss. clarissimusque vir Janus Dousa dominus a Noortwyck, musageta noster, vertit, quibus te fraudare nolui, ut nec nobiliss. doctissimumque virum Theodorum Canterum eo honore, quod de locis Agathiæ nonnullis, quorum lectionem in Suida variare compererat me per litteras monuerit, quos, præter eos quos ipse animadverteram, notis meis inserui. Sed et de loco non uno reverendum clarissimumque virum Franciscum Junium collegam meum consului, idque cum fructu. Libens enim eos qui symbolam aliquam ad hoc opus contulerunt laudo.

ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ

ΜΥΡΙΝΑΙΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ Α.

(ΑΓ. ΣΧ. ΜΥΡ. ΙΣΤ. Α. Sic R. cum a secundo inde loco accedit Intpr. (*Historiarum liber* II etc.): nam ad primum quidem librum titulum ipse sibi finxit Persona, pro ingenio suo ineptum. Lugd. inscribit Ἀγ. Σχ. χρονικὴ διήγησις τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ, τόμος α'., quo titulo deleto Bon. Vulc. ex ultimi libri in eodem codice subscriptione posuit: περὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας τόμος α'· ubi Parisinæ editionis typothetæ pro τόμος, βιβλίον scribere placuit. Agathias neque tempus omne usque ad Justiniani mortem his libris persecutus est, neque Justinianei temporis finibus opus suum circumscribere sibi proposuerat.)

AGATHIÆ SCHOLASTICI

MYRINENSIS

HISTORIARUM LIBER PRIMUS.

1-2 ARGUMENTUM. — *Gothi in Italia Narseti se dedunt; mox tamen rebelles a Francis auxilia petunt* (Cap. A). *De Francis*; *laudes eorum* (B). *Reges Francorum quatuor, Chlodovæi filii* (C). *Theudibertus, Francorum rex, cui succedit Theudibaldus puer* (D). *Legatio Gothorum ad Theudibaldum* (E). *Theudibaldus exercitum in Italiam mittit, ducibus Leuthari et Butilino. De Alamannis* (F) *Prava Alamannorum religio. Leutharis et Butilini superbia* (G). *Narses ad Cumas ducit* (H). *Cumæ oppugnatæ* (I) *Narses Cumarum muros suffodit* (J) *Gothos Tusciam habitantes in deditionem accipit* (K). *Luca circumsessa* (L) *Narsetis magnanimitas* (M). *Fulcaris et Herulorum clades* (N). *Fulcaris occumbit. Gothi in Æmilia et Liguria a Romanis deficiunt* (O). *Narses militum animos confirmat* (P). *Stepha-*

Digitized by Google

nus a Narsete Fuventiam missus præfectorum ignaviam reprehendit (Q). Narses Lucam denuo oppugnatam cap. (R). Exercitu in hiberna dimisso, Ravennam proficiscitur (S). Aligernus Gothus Cumas sponte Narsetis dedit (T). Narses, Varnis in militiam ascitis, prope Ariminum cum Francis confligit (U). Fuga simulata, eos devincit (V).

PRÆFATIO.

3-4 Præclara quædam et beata possessio censeri potest victoriæ bellorum et tropæa, urbes conditæ atque instauratæ, omnes denique magnæ admirandæque res gestæ. Atque hæc quidem aliaque ejuscemodi ut maxime gloriam aliquam voluptatemque suis possessoribus afferant, ægre tamen eos e vivis excedentes comitantur. Sed et oblivio interveniens offuscat atque subvertit veros rerum gestarum eventus ; et cum ii ipsi qui eos norunt, vivere desierunt, emoritur etiam atque evanescit una cum ipsis hominibus earum rerum notitia. Quo fit, ut nuda memoria fluxum quiddam parumque firmum sit, neque temporis diuturnitatem ferat. Neque vero putarim quosdam aut pericula pro patria adituros, aut alios labores suscepturos fuisse, cum scirent, quantumvis maximas res gessissent, perituram una cum ipsis atque emoriturum omnem eorum gloriam, sola ipsorum vita circumscriptam ; nisi quædam, uti apparet, divina providentia naturæ humanæ fluxibilitatem fulciens, historiæ bonum, quæque ex ea affulget, spem esset elargita. Neque enim, arbitror, oleastri aut apii causa Olympionicæ in arenam nudi descendebant, neque rursum **5** strenui bellatores spoliorum tantum et præsentis lucri cupiditate accensi in aperta manifestaque pericula se conjiciebant ; sed utrique solidæ atque adeo immortalis gloriæ consequendæ studio inflammati : quam quidem aliter adipisci non potuissent, nisi historia eos ab interitu vindicante atque immortales efficiente ; non ut Zamolxidis instituta et Getica deliramenta, sed vere et modo quodam divino atque immortali, quoque solo mortalia hæc perpetuari possunt. Haudquaquam igitur facile fuerit oratione persequi atque enumerare omnia quibus historia humanam vitam expleat bona. Ut vero summatim dicam, equidem civili philosophia eam non inferiorem censuerim ; nisi etiam plus forte utilitatis conferat. Hæc enim veluti severa quædam minimeque blanda domina jubet ac præscribit quæ sequi, quæ fugere oporteat, suasionibus suis vim quodammodo necessitatemque commiscens : hæc vero, oblectamentis plurimis utens, ac veluti condiens præcepta varietate exemplorum, et ob oculos ponens quibus in rebus homines prudentia justitiaque usi præclare rem gesserint, quibus etiam in rebus, vel animi contrario aliquo vel fortunæ ductu atque impulsu a recto aberrarint, leniter ac placide virtutes animis insinuat. Blanda enim et voluntatis nostræ arbitrio electionique exposita facilius animis humanis illabuntur atque adhærescunt. Ego itaque hanc

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ. [Ed. Paris. p. 1.]

Καλὸν μέν τι [1] χρῆμα καὶ εὔδαιμον νῖκαι πολέμων καὶ τρόπαια, πόλεών τε ἀνοικισμοὶ καὶ ἀγαλ[ματα], καὶ ἅπαντα ὁπόσα μεγάλα τε καὶ ἀξιάγαστα ἔργα. Ταῦτα δὲ καὶ τὰ τοιάδε δόξαν μέν τινα καὶ ἡδονὴν τοῖς κτησαμένοις ἐπάγει, ἀποδιοῦσι δὲ αὐτοῖς καὶ ἐκεῖσε οἰχομένοις οὔτι μάλα ἐθέλουσιν ἕπεσθαι, ἀλλὰ καὶ λήθη παρεμπεσοῦσα ἐπικαλύπτει καὶ παρατρέπει [p. 2] τὰς ἀληθεῖς τῶν πράξεων ἀποβάσεις· ἤδη δὲ καὶ τῶν ἐπισταμένων ἀποθνῄσκοντων, οἴχεται καὶ διαδιδράσκει ἡ γνῶσις σὺν αὐτοῖς σβεννυμένη. Οὕτως ἄρα μνήμη γυμνὴ ἀνύπητόν τι καὶ οὐ μόνιμον, οὐδὲ τῷ μακρῷ συνεκτείνεσθαι [2] πέφυκεν χρόνῳ. Καὶ οὐκ ἂν, οἶμαι, ἢ πατρίδος [3] προκινδυνεύειν ἔνιοι ἔγνωσαν, ἢ ἄλλους ἀναδέχεσθαι πόνους, εὖ εἰδότες, ὡς, εἰ καὶ σφόδρα μέγιστα δράσαιεν, συναπολεῖται τὸ κλέος αὐτοῖς καὶ διαῤῥυήσεται, μόνῳ τῷ βίῳ αὐτῶν ἐκμετρηθέν· εἰ μή τις, ὡς ἔοικε, θεία προμήθεια τὸ ἀσθενὲς τῆς φύσεως ἀναῤῥώννυσα [4] τὰ ἐκ τῆς ἱστορίας ἐπεισήγαγεν ἀγαθὰ καὶ τὰς ἐνθένδε ἐλπίδας. Οὐ γὰρ, οἶμαι, κοτίνου γε ἕνεκα καὶ σελίνου οἱ Ὀλυμπιονῖκαι ἐν ταῖς κονίστραις ἐναπεθύνοντο, οὐδ' αὖ οἱ ἀγαθοὶ τῶν πολέμων ἀγωνισταὶ λαφύρων γε μόνον καὶ τοῦ παραυτίκα κερδαλέου ἐφιέμενοι, ἐς προὔπτόν τε καὶ διαφανῆ κίνδυνον σφᾶς αὐτοὺς ἀφιᾶσιν· ἀλλὰ δόξης ἀμφότεροι ἔκατι βεβαίας τε καὶ ἀκηράτου, ἣν οὐχ οἷόν τε ἄλλως καρπώσασθαι, ἢ τῆς ἱστορίας αὐτοὺς ἀπαθανατιζούσης· οὐχ οἷα τὰ Ζαμόλξιδος νόμιμα καὶ ἡ Γετικὴ παραφροσύνη, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς τρόπῳ τινὶ θείῳ τε καὶ ἀθανάτῳ, καὶ ᾧ μόνῳ δύναται τὰ θνητὰ ἐς ἀεὶ διαβιώσκειν. Ῥᾴδιον μὲν οὖν ἥκιστα ἂν εἴη ἅπαντα διεξιέναι καὶ ἀπαριθμεῖσθαι, ὁπόσων ἀγαθῶν ἡ ἱστορία τὸν βίον ἐμπίπλησι τὸν ἀνθρώπειον· ὡς δὲ συλλήβδην εἰπεῖν, οἶμαί γε αὐτὴν φιλοσοφίας τῆς πολιτικῆς οὐ μάλα μειονεκτεῖσθαι, εἰ μή τι καὶ μᾶλλον ὀνίνησιν. Ἡ μὲν γὰρ, οἷα τις ἀστεμφὴς δέσποινα καὶ ἀθώπευτος, κελεύει καὶ διατάττει [P. 3], ὁποίων τε ἔχεσθαι καὶ ὁποῖα διαφεύγειν προσήκει, ὥσπερ τῷ πείθουσι καταμιγνῦσα τὸ ἀναγκάζον· ἡ δὲ τῷ θέλγοντι πλείστῳ χρωμένη καὶ οἷον καρυκεύουσα τὰς ἀπαγγελίας τῇ ποικιλίᾳ τῶν παραδειγμάτων, καὶ παριστῶσα [5] τῷ λόγῳ, ἐν οἷς τε εὐδοκιμήσασιν ἄνθρωποι εὐβουλίᾳ χρησάμενοι καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ ἔνθα διήμαρτον τοῦ προσήκοντος, ἢ γνώμης τινὸς ἐναντίας ἢ τύχης ἡγησαμένης, λανθάνει ταῖς ψυχαῖς ἧρέμα τὰς ἀρετὰς ἐσοικίζουσα. Τὸ γὰρ προσηνὲς αὐταῖς καὶ αὐθαίρετον μᾶλλόν τι ἐμφύεται καὶ προσιζάνει. Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα ἐκ πλείστου σκοπῶν τε καὶ διαλογιζόμενος, ὑπεράγασθαι μὲν χρῆναι ἡγούμην καὶ κοινοὺς ἀνυμνεῖν εὐεργέτας τοὺς ὁπόσοις [6] ἤδη αἱ τοιαῖδε πραγματεῖαι διαπεπόνηνται. Οὐ μὴν ἐγχειρητέα [7] ἐμοὶ

[1] μέντοι R. [2] συνεκτείνεσθαι R., Interp. *extendi* συνεκτείνειν vulg. πέφυκε vulg. v ἐφελκυστικὸν h. l. et passim addidi ex R. [3] ἢ πατρίδος R., Interp. *pro patria*, vulg. ἢ καὶ πατρ. [4] ἀναῤῥώννυσα R. [5] παριστῶσα R., παριστᾶσα vulg. [6] ὁπόσους Par. αἱ add. R, om. vulg. [7] ἐγχειρ. γὰρ ἐμοὶ R.

Digitized by Google

τῷδε τῷ πόνῳ ἐδόκει, οὐδὲ[8] τὴν ἀρχὴν ἀποπειρατέα. Ἐτύγχανον γὰρ μᾶλλον δή τι ἐκ παίδων τῷ ἡρῴῳ ῥυθμῷ ἀνειμένος, καί με ἥρεσκεν[9] τὰ ἡδύσματα τῶν τῆς ποιητικῆς κομψευμάτων[10]. Καὶ τοίνυν πεποίηταί μοι ἐν ἐξαμέτροις βραχέα ἅττα ποιήματα, ἃ δὴ Δαφνιακὰ[11] ἐπωνόμασται, μύθοις τισὶ πεποικιλμένα ἐρωτικοῖς, καὶ τῶν τοιούτων ἀνάπλεα γοητευμάτων. Ἔδοξε δέ μοι πρότερον κἀκεῖνο ἀξιέπαινόν τι εἶναι καὶ οὐκ ἄχαρι, εἴγε τῶν ἐπιγραμμάτων τὰ ὀρτιγενῆ καὶ νεώτερα, διαλανθάνοντα ἔτι καὶ χύδην οὐτωσὶ[12] παρ' ἐνίοις ὑποφθυριζόμενα, ἀγείρειμί τε ὡς οἷόν τε εἰς ταυτὸν[13] καὶ ἀναγράψαιμι ἕκαστα ἐν κόσμῳ ἀποκεκριμένα. Καὶ οὖν δὴ καὶ τόδε[14] μοι ἐκτετέλεσται ἕτερά τε πολλὰ ἀγωνίσματα, τοῦ μὲν ἀναγκαίου χάριν οὐ μάλα πεπαιημένα [P. 4], ἄλλως δὲ ἴσως προσαγωγὰ καὶ θελκτήρια. Καὶ γὰρ δῆτα ἡ ποίησις ἱερόν τι χρῆμα καὶ θεσπέσιον. Ἐνθουσιῶσι γοῦν ἐν αὐτῇ αἱ ψυχαί, εἴπει ἂν ὁ σοφὸς ὁ Ἀριστωνος, καὶ λίαν ὠδίνουσιν ἐπαφρόδιτα, ὅσαι δὴ ὡς ἀληθῶς μουσόληπτοι γίνονται, καὶ τῇδε κάτοχοι τῇ βακχείᾳ. Ἐμοὶ μὲν οὖν τοῖσδε θαμίζειν[15] ἐδόκει, καὶ οὐ μήποτε ἐκόντι εἶναι τὰ νεανικὰ ταῦτα καὶ ἐπιτερπῆ σπουδάσματα[16] μεθιέναι, ἀλλ' ἕπεσθαι τῷ Δελφικῷ ἐκείνῳ προγράμματι καὶ τὰ οἰκεῖα γιγνώσκειν. Ἐπεὶ[17] δὲ ἐν τῷ κατ' ἐμὲ χρόνῳ ξυνέβη μεγάλους μὲν πολέμους πολλαχοῦ τῆς οἰκουμένης ἀπροσδόκητα ξυῤῥαγῆναι, ἐθνῶν τε πολλῶν βαρβαρικῶν μετανα-στάσεις γενέσθαι, καὶ πράξεων[18] ἀδήλων τε καὶ ἀπίστων παραλόγους ἀποβάσεις, καὶ τύχης ἀτάκτους ἀντιῤῥοπίας, γενῶν τε καταλύσεις[19], καὶ πόλεων ἀνδραποδισμοὺς καὶ μεταβολὰς οἰκητόρων, καὶ οἷον ἅπαντα τὰ ἀνθρώπεια κεκινῆσθαι· ἐπειδὴ οὖν ταῦτα καὶ τὰ τοιάδε ξυνέβη, δεδιέναι μοί πως ἐπῆλθε[20], μή τι ἄρα οὐχ ὅσιον εἴη, ἔργα οὕτω μέγιστά τε καὶ[21] θαύματος ἄξια καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα χρήσιμα ἐσόμενα καὶ ὀνησιφόρα καταλιπεῖν ἄμνηστα τὸ μέρος καὶ σεσιγημένα[22]. Τοιγάρτοι ἔδοξέ μοι οὐκ ἀπὸ τρόπου[23] εἶναι, καὶ τοῦ συγγράφειν ἀμωσγέπως ἀποπειρᾶσθαι, ὡς ἂν μοι[24] μὴ ἅπας ὁ βίος ἐν μυθολογίᾳ τε καὶ περιττῷ πόνῳ[25] ἀναλωθείη, ἀλλά τι φέροιτο καὶ ἀναγκαῖον. Πολλοί δέ με καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἐπείγοντες καὶ ἐγκελευόμενοι ἐξηρέθισαν τὴν ὁρμὴν καὶ ἐπέῤῥωσαν [P. 5], ἐν τοῖς Εὐτυχιανὸς ὁ νέος· ἀρχηγός τε[26] ἦν τῆς παραινέσεως· ἀνὴρ τὰ πρῶτα τελῶν ἐν τοῖς τῶν βασιλέων ὑπογραφεῦσι, καὶ τὰ ἄλλα ἀγαθὸς καὶ ἀγχινούστατος, παιδείας τε ἀποχρώντως[27] ἔχων, καὶ τοῦ τῶν Φλωρίδων γένους ἄριστον ἐγκαλλώπισμα γεγενημένον[28]. Οὗτος δὴ οὖν ὁ ἀνὴρ (περὶ πλείστου γὰρ τἀμὰ[29] ἐποιεῖτο, καὶ ὡς ἂν μοι ἄμεινόν τι ἔσται εὐκλείας τε[30] πέρι καὶ τῆς ἀλ-

jam ludum considerans et cum animo 6 meo reputans, admiratione dignos censebam, et in publicum beneficos celebrandos, quotquot in hoc historiæ scribendæ instituto laborarunt. Mihi autem nequaquam suscipiendus hic labor, sed ne tentandus quidem initio est visus. Eram enim magis jam inde a puero heroicis modulis addictus, et poeticorum elegantiarum dulcedine magnopere delectabar; atque adeo brevia quædam poemata hexametris versibus conscripsi, quæ Daphniaca vocavi, fabulis quibusdam amatoriis variegata et ejusmodi illecebris referta. Visum vero mihi fuit etiam hoc initio laudabile et non inelegans institutum, si nova quædam recentiaque epigrammata, latitantia adhuc sparsimque a nonnullis lusa, in unum, quoad ejus fieri posset, recolligerem, singulaque in ordinem digesta conscriberem. Quod quidem etiam perfeci, ut et alia multa exercitamenta, non utilitatis ergo, sed oblectandi deliniendique animi causa a me facta. Est enim omnino sacra quædam et divina res poesis. Afflantur enim in ea divino quodam furore animi, ut sapiens ille Plato dixit, valdeque venuste parturiunt, quotquot musarum pleni atque hoc furore correpti sunt. Mihi quidem igitur statutum erat in his versari, neque unquam in animum inducere, ut juvenilia hæc jucundaque studia desererem, sed Delphicum potius præscriptum sequi *Nosce te ipsum*. Cum vero ætate 7 hac, in quam incidi, ingentia bella per multas orbis terrarum partes præter expectationem sint excitata, et munarum barbararum nationum transmigrationes factæ; dubiorum etiam atque incredibilium factorum inopinati eventus temerario fortunæ impulsu acciderint; nationum quoque et urbium eversiones, gentes subactæ, coloniæque deductæ, et tantum non humanæ res omnes loco suo motæ: cum, inquam, hæc aliaque ejusmodi acciderint, subiit animum meum formido, parum honestum fore, si res usque adeo magnas atque admirandas, et posteris adeo utiles conducibilesque futuras nullis scriptis proditæ silentio prætermitterentur. Quocirca non abs re mihi facturus sum visus, si eas aliqua ex parte litteris commendare tentarem, ne omnis vita mihi in fabularum studio et supervacaneo labore consumeretur, sed aliquid etiam utilitatis publico afferret. Multi vero familiarium urgentes atque exhortantes studium meum excitarunt et confirmarunt. Inter quos hortatores facile princeps erat Eutychianus junior, et primarius regum scriba, vir alioqui et bonus et prudens, et non mediocriter

[8] οὐδὲ τὴν R. οὐδὲ κατὰ τὴν vulg. [9] με ἥρεσκεν R., μοι ἥρεσκε vulg. [10] κομψευσμάτων R. [11] Δαφνικὰ R., Intpr. male. [12] οὐτοσὶ edd. [13] ταὐτὸν R, ταὐτὸ vulg. [14] τἆδε R. [15] θαμίζειν R., θαυμάζειν vulg. [16] σπουδάγματα R. ἀλλ' R. Lugd., ἀλλὰ edd. τοῖς Δελφικοῖς ἐκείνοις προγράμμασι R. [17] ἐπεὶ R., ἐπειδὴ vulg. [18] πράξεσι R. [19] καταλύσεις R. [20] ἀπῆλθε R. sed vulg. in mg. [21] μέγιστά τε καὶ R., μέγ. καὶ vulg. [22] τὸ μέρ. καὶ σεσιγημένα R, καὶ σεσ. τ. μ. vulg. [23] ἀπο τρόπου R. Lugd. (CL.) ἀπότροπον edd. τοῦ om. R. [24] μοι om. R. [25] περ. πόνῳ R, πόνῳ περ. vulg. [26] Ἐχιδνός R. τε R., γε vulg. Non de Eutychiano loquitur Agathias, sed, ni fallor, de Paulo Silentiario. Cyri Flori filio. [27] Vulg. inepte οὐκ ἀποχρώντως. Negationem, quam deleri jussit Toupius ad Suidam I. p. 5̄5̄, ed. Lips. non agnoscit R. Fieri autem potest ut illa orta sit ex alia scriptura: εὖ κἀποχρώντως. ἀποχρῶντος R. [28] γεγενημένον R., γεγενημένος vulg. [29] περὶ πλ, γὰρ τἀμὰ R., ἐπεὶ π. πλ. τἀμὰ vulg. [30] τε om. R.

Digitized by Google

eruditus, idemque gentis Floriorum præclarum ornamentum. **8** Hic itaque vir cum res meas maxime faceret, et de gloria utilitateque mea vehementer esset sollicitus, nunquam destitit me urgere, bonasque spes mihi ob oculos ponere, asserens, non ita arduum perfectuque difficile opus censeri debere, neque quia intentatum insolensque est, instar navigationis inexperto maris, pertimescendum; imo vero ita statuendum esse, historiam a poetica non multum distare, sed hæc duo gemina affiniaque esse, soloque propemodum rhythmo inter sese discrepare. Bono itaque animo, tanquam e patria in patriam migrantem, incedere omnibusque viribus operi instare jubebat. Talia itaque mihi assidue occinens, libentem etiam me facileque delinitum in suam sententiam adduxit. Contuli itaque me ad scribendam historiam, spe, dignum aliquid hoc præclaro studio ins itutoque præstandi et ad magnitudinem rerum gestarum quam proxime accedendi. Superest, ut quis et cujas sim, ex more eorum qui historiam scribunt, declarem. Nomen itaque mihi Agathias, Myrina patria; Memnonius pater; ars vero Romanorum instituta ac leges et fori certamina. Myrinam autem dico, non illam Thraciam urbem, neque **9** si qua alia per Europam aut Africam hoc nomine vocatur; sed quæ est in Asia, veterum Æolensium colonia, ad ostia Pythici fluminis sita; qui quidem fluvius ex Lydia regione fluens, in extremum Elaitidis sinus alveum fertur. Sit itaque mihi, plenissima huic, quoad ejus fieri potest, nutricationis præmia persolvere, omniaque illustria et patria facta accurate conscribere; nunc vero hæc benigne et faventer propensum animum studiumque meum accipiat. Mihi autem publicarum maximarumque rerum scriptio est aggredienda. Instituam vero historiam, non ut ab aliis hodie factitatur (sunt enim etiam alii hac tempestate qui in eadem arena versantur), non, inquam, ut ii, quibus minima est veritatis cura, utque res gestas ita ut acciderunt commemorent: adeo vero aperte plerisque proceribus adulantur et palpum obtrudunt, ut, si quando etiam vera dicant, fides tamen eis abrogetur. Atqui periti harum rerum auctores soli encomio sive laudationi convenire aiunt, bona, quibus quisque præditus est, verbis exaggerare atque extollere. Historiam vero, tametsi ne ipsa quidem a laudatione eorum, qui præclari aliquid gesserunt, prorsus abhorret, hunc tamen scopum argumentumque sibi præfixum **10** habere nolle existimo. Sed sicubi factorum effectus laudem aut dedecus conciliat, vim facere historiæ non licet, neque res ipsas palliare fucareque oportet. Hi vero

λης ὠφελείας σφόδρα οἱ ἐπιφρόντιστο) οὐκ ἀνίει ἐπαείγων καὶ χρηστὰς ἐμφαίνων τὰς ἐλπίδας [81]. Δεινὸν γὰρ οὐκ ἔφασκεν οὕτω χαλεπὸν ἡγεῖσθαί μοι καὶ ἀνήνυτον [82] τὸ ἐγχείρημα, οὐδὲ τῷ μήπω ἐς πεῖραν ἐλθεῖν, ὥσπερ ναυτιλίαν οἱ ἀθαλάττωτοι, καταπεπλῆχθαι [83]· οἴεσθαι δὲ [84] μᾶλλον οὐ πόρρω τετάχθαι ἱστορίαν ποιητικῆς, ἀλλὰ ἄμφω ταῦτα εἶναι ἀδελφὰ [85] καὶ ὁμόφυλα, καὶ μόνῳ ἴσως τῷ μέτρῳ [86] ἀλλήλων ἀποκεχριμένα. Ὡς δὴ οὖν οἴκοθεν οἰκεῖας οὔσης τῆς μεταστάσεως θαῤῥοῦντά τε ἰέναι ἐκέλευεν καὶ σθένει παντὶ ἔχεσθαι ἔργου. Ἀλλὰ γὰρ τοιαῦτα ἐπᾴδων, ἤδη μοι καὶ αὐτῷ βουλομένῳ, κατεκήλησέ γε ῥᾳδίως καὶ ἔπεισε. Καὶ τοίνυν ἐς τάδε ἀφῖγμαι. Ἀλλά μοι εἴη [87] ἄξιόν τι δρᾶσαι τῆς προθυμίας, καὶ τοῦ μεγέθους τῶν ἔργων ὡς ἐγγυτάτω ἐκέσθαι. Δηλωτέον δὲ πρότερον [88] ὅστις τέ εἰμι καὶ ὅθεν, τοῦτο δὴ τὸ τοῖς ξυγγραφεῦσιν εἰθισμένον. Ἐμοὶ Ἀγαθίας μὲν ὄνομα, Μύρινα δὲ πατρίς, Μεμνόνιος [89] δὲ πατὴρ, τέχνη δὲ τὰ Ῥωμαίων νόμιμα καὶ οἱ τῶν δικαστηρίων ἀγῶνες. Μύριναν [90] δέ φημι οὐ τὸ Θρᾴκιον πόλισμα, οὐδὲ εἴ τις ἑτέρα κατὰ τὴν Εὐρώπην τυχὸν ἢ Λιβύην τῷδε κέκληται τῷ ὀνόματι, ἀλλὰ τὴν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάλαι ὑπὸ Αἰολέων ἀπῳκισμένην, ἀμφὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Πυθικοῦ ποταμοῦ, ὃς δὴ ῥέων ἐκ Λυδίας τῆς χώρας ἐς τὸν ἔσχατον [P. 6] αὐλῶνα τοῦ κόλπου τοῦ Ἐλαΐτου ἐμβάλλει. Γένοιτο μὲν οὖν ἐμοί γε τελεώτατα τῇδε τροφεῖα ὡς οἷόν τε ἀποτίσαι, καὶ ἅπαντα τὰ κλεινὰ καὶ πάτρια ἔργα ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀναγράψαι. Νῦν δὲ ἡ μὲν εὐμενὴς καὶ ἵλαος καὶ τῆς προθυμίας ἡμᾶς ἀποδεχέσθω. Ἐμοὶ δὲ ἐπὶ τὰ κοινὰ καὶ μέγιστα τῶν πραγμάτων ἰτέον. Ποιήσομαι δὲ τὴν ξυγγραφήν, οὐχ ἥπερ καὶ ἑτέροις ἐν τῷ παρόντι πεποίηται· ἤδη γάρ που καὶ ἄλλοι τὰ νῦν ἐς τόδε πόνου ἀφίκοντο, ἀληθείας μέν, ὡς τὰ πολλά, ἥκιστα μέλον αὐτοῖς καὶ τοῦ τὰ γεγενημένα ὡς ἔχουσι τύχης [91] διεξιέναι, οὕτω δὲ διαφανῶς κολακεύειν πολλοὺς τῶν δυνατῶν καὶ ὑποθωπεύειν ἑλόμενοι, ὡς εἴποτε ἄρα καὶ ἀληθῆ φήσαιεν, ἀπιστεῖσθαι. Καίτοι ἐγκωμίῳ μόνῳ προσήκειν οἱ ταῦτα δεινοί φασι, τὰ προσόντα ὑπερφέρειν ἀγαθὰ κατὰ τὸ μᾶλλον ἐξαίρειν· ἱστορίᾳ δὲ ἐπαινεῖν μὲν καὶ ἥδε τοὺς εὖ τι δράσαντας οὐ πάμπαν ἀναίνεται, οὐ μὴν τοῦτό γε σκοπὸν οἶμαι καὶ γνώρισμα ἔχειν ἐθέλει· ἀλλ' εἴ που ἡ τῶν πράξεων ἀπεργασία ἔπαινον ἢ ψόγον ἐπάγοι [92], οὐ βιάζεσθαι αὐτὴν θέμις, οὐδὲ μεταποικίλλειν τὰ γεγενημένα. Οἱ δὲ ἱστορίαν μὲν ποιεῖσθαι ὁμολογοῦσι, καὶ τὸ τῆς ἐπιγραφῆς ἐπάγγελμα τοῦτο αὐτοῖς ὑποφαίνει [93], πεφώρανται δὲ ὅμως τῇ πείρᾳ κομψευόμενοι τὴν ἐπωνυμίαν. Τοὺς μὲν γὰρ ἔτι παριόντας, εἴτε βασιλεῖς εἶεν, εἴτε καὶ ἄλλως ἐπίσημοι, οὐ μόνον τῇ ἀφηγήσει τῶν ἐξειργασμένων ἐγκωμιάζουσιν (ἢ γὰρ ἂν ὀλίγα ἡμάρτανον), ἐνδηλοι [94] δὲ ἅπασι γίνονται, ὅτι [P. 7] δὴ αὐτοῖς οὐδέν τι ἄλλο

[81] ἐμφαίνων τὰς ἐλπ. R., ὑποφαίνων ἐλπ. vulg. [82] ἀνήνητον R. μήτε πρὸς τὴν πεῖραν R. [83] ταπεπλῆσθαι (sic) R., ὀεδιέναι vulg. [84] δὲ om. R. [85] ἀδελφοὺς R. [86] μέτρῳ ᾗ (sic) ἀλλήλων R., μ. ἐστὶν ἀλλ. vulg. οἴκαθεν R. [87] εἴη inseri jubet Clar. Hasius ad Leonem p. 185, conjecturamque viri sagacissimi confirmat R. [88] πρότερον, quod vulgo deest, add. R. [89] δὲ post Μεμν. addidi ex R. [90] Μύῤῥιναν (ubique cum ῥῥ) R., Μύρινα vulg. [91] τύχης expungitur a corr. R. [92] ἐπάγοι R., ἐπάγει vulg. αὐτὴν N., αὐτῇ vulg., αὐτῆς R. [93] ὑποφαίνειν R. [94] ἔτι δῆλοι R.

Digitized by Google

διεσπούδασται, ἢ μόνον ἐπαινεῖν τε καὶ ἄγασθαι καὶ πέρα[45] τοῦ ἀναγκαίου· τοὺς δὲ ἤδη τεθνηκότας, ὁποῖοί τινες καὶ ἐτύγχανον ὄντες, ἢ κακίστους ἀποκαλοῦσι καὶ τὰ κοινὰ λυμηναμένους, ἢ, τὸ γοῦν[46] ἥττον δεινόν, κατολιγωροῦσιν αὐτῶν, ὡς μηδὲ μνήμης τινὸς μεταδιδόναι· ταύτῃ τε οἴονται τὰ παρόντα εὖ τιθέναι καὶ τὸ ἀεὶ κρατοῦν ἐκθεραπεύοντες ὠφέλειαν σφίσι περίζεσθαι, κακῶς ἐπιστάμενοι ὡς καὶ αὐτοὺς δήπου τοὺς πρὸς αὐτῶν ἐπαινουμένους οὐ μάλα τὰ τοιάδε ἀρέσκει, λογιζομένους, ὡς οὐκ ἱκανὸν ἔσται τὸ τῆς κολακείας ἀρίδηλον τὴν περὶ αὐτῶν δόξαν βεβαιῶσαι. Οὗτοι μὲν οὖν ξυγγραφόντων[47], ὥς πη φίλον αὐτοῖς καὶ εἰθισμένον, ἐμοὶ δὲ τὸ ἀληθίζεσθαι περὶ πλείστου ἐκτέον, ἐς ὅ τι χωρήσει[48]. Μεμνήσομαι δὲ τῶν ὅσα παρά τε Ῥωμαίοις καὶ τῶν βαρβάρων τοῖς πλείστοις ἐς τόδε τοῦ καιροῦ ἐπράχθη ἀξιαφήγητα, οὐ μόνον ὑπὸ ἀνδρῶν ἔτι βιούντων τυχὸν, μᾶλλον μὲν οὖν[49] καὶ τῶν ἤδη ἀποιχομένων, καὶ οὐδενότι παρήσω τῶν λόγου ἀξίων. Τοιγάρτοι εἰ καὶ μὴ πρότερον ἐς τὸ ξυγγράφειν προῆγμαι, ἢ μόνον ἐξ ὅτου Ἰουστῖνος ὁ νέος[50] τὴν αὐτοκράτορα μετῆλθεν ἀρχήν, Ἰουστινιανοῦ τεθνηκότος, ἀλλ' ἔγωγε καὶ ἐπὶ τοὺς ἀνωτέρω χρόνους ἀναδραμοῦμαι, καὶ ὁπόσα οὕπω ἑτέρῳ τῳ[51] ἐκπεπόνηται, ταῦτα δὲ οἰκεῖον ποιήσομαι ἔργον. Τὰ μὲν γὰρ πλεῖστα τῶν κατὰ τοὺς Ἰουστινιανοῦ χρόνους γεγενημένων, ἐπειδὴ Προκοπίῳ τῷ[52] ῥήτορι τῷ Καισαρείαθεν ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀναγέγραπται, παριτέον ἐκεῖνα ἐμοιγε, ἅτε δὴ ἀποχρώντως εἰρημένα· [P. 8] τὰ δὲ μετ' ἐκεῖνον, ὡς οἷόν τε, διεξιτέον. Προοίμια μὲν γὰρ αὐτῷ τῆς ἱστορίας Ἀρκάδιος ἀποθνῄσκων ἐποιήθη, καὶ τῷ ἐκείνου παιδὶ Θεοδοσίῳ[53] Ἰσδιγέρδης ὁ Περσῶν βασιλεὺς κηδεμὼν γεγενημένος, τά τε Οὐαραράνῃ[54] καὶ Περόζῃ ξυνενεχθέντα, καὶ ὅπως Καβάδης βασιλεὺς καταστὰς ἀφῄρηται τὴν ἀρχὴν καὶ ἕλιτο θάττον αὐτὴν ἀνεκομίσατο, ὅπως τε Ἄμιδα[55] ἦλω πρὸς αὐτοῦ, Ἀναστασίου Ῥωμαίων βασιλεύοντος, καὶ ὅσους αὖθις μετ' ἐκεῖνον Ἰουστῖνος ὁ πρεσβύτης ἐν τῷδε τῷ ἔργῳ διεδέξατο πόνους. Ἐξῆς δὲ τοὺς Περσικοὺς πολέμους ὁπόσοι δὴ πρός τε Καβάδην καὶ Χοσρόην ἀμφὶ Συρίαν καὶ Ἀρμενίαν, καὶ μὲν δὴ καὶ τὰ Λαζῶν ὅρια Ἰουστινιανῷ τῷ Ῥωμαίων αὐτοκράτορι διαπεπολέμηνται, τούτους δὲ ἅπαντας ἐκ τῶν Προκοπίου λόγων ἄριστα ἂν διαγνοίης, Γελίμερά[56] τε τὸν Βανδίλον, καὶ Καρχηδόνα τὴν πόλιν, καὶ τὴν ξύμπασαν χώραν τῶν Ἄφρων ἀπὸ Βονιφατίου τε καὶ Γεζερίχου καὶ τῆς ἐν τῷ τότε ἀποστάσεως πολλοῖς ὕστερον χρόνοις Ἰουστινιανῷ δουλωθεῖσαν, καὶ πάλιν τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας μέρος[57] γεγενημένην. Μετὰ δὲ τὴν τῶν Βανδίλων κατάλυσιν, καὶ ὅσα οἱ Μαυρούσιοι[58] τὸ

historiam quidem scribere se profitentur, titulique promissio hoc præ se fert; experientia tamen ipsa historiæ appellationem fucantes deprehenduntur. Eos enim qui adhuc in vivis sunt, sive reges sive aliunde viros illustres, non solum commemoratione rerum gestarum laudant, in quo non nimis peccarent: sed omnibus conspicuum faciunt, nihil aliud ipsos operam dedisse, quam ut laude admirationeque quos volunt prosequantur, ultra quam par est: eos vero qui jam e vivis excesserunt, qualescunque fuerunt, aut pessimos vocant et rerum publicarum vastatores; aut (quod utique minus grave est), ita eos contemnunt, ut ne memoria quidem ulla dignentur. Atque ita sese rem præsentem optime curasse existimant, semperque potentioribus assentantes privatis suis commodis consuluisse; non satis intelligentes, quod ne ipsis quidem quos laudibus extulerunt, hæc talia admodum placeant; reputantibus scilicet, manifestam illorum adulationem parum firmum esse gloriæ existimationisque ipsorum stabilimentum. Scribant itaque hi pro sua libidine et more; mihi fixum est veritatem, quoad ejus fieri possit, 11 sequi. Persequar autem quæcunque memorabilia tam a Romanis quam barbaris plurimis hac tempestate sunt gesta, non eorum tantum qui adhuc fortasse vivunt, imo vero magis etiam eorum qui jam decessernnt; nihilque ex iis, quæ memoratu digna videbuntur, omittam. Quocirca tametsi non prius ad scribendam historiam me contuli, quam ex quo tempore Justinus junior ad imperium accessit, mortuo Justiniano: ad superiora tamen etiam tempora recurram; et quæcunque a nemine adhuc alio sunt elaborata, mihi vindicabo, propriumque opus efficiam. Pleraque enim Justiniani temporibus gesta cum Procopius Cæsariensis rhetor accurate conscripserit, mihi prætereunda judicavi, ut plene satis tractata; quæ vero post illum acciderunt, pro virili persequenda. Orsus enim est ille historiam suam a morte Arcadii, utque filio illius Theodosio Isdigerdes tutor fuerit institutus, et ab iis quæ Vararanæ et Perozæ acciderunt, et quo pacto Cabades rex creatus, regno exutus fuerit idemque postea recuperarit, utque Amidam ipsi Anastasio Romanorum regi eripuerit; quantos rursus post hunc Justinus senior huic operi labores impenderit. Persequitur deinde bella Persica, quotquot adversus Cabadem et Chosroem circa Syriam Armeniamque et per Lazorum confinia Justinianus Romanorum imperator gessit.

consiliis suis juvarent, sed ut bellantibus nobis adversus armatos munitissimoque loco insidentes, et adversus eos, qui ex Muchirisiade verisimiliter venturi videbantur, copias viresque suas conjungerent. Quid itaque hisce in rebus præfectis exercitus faciendum erat? Rogandus, uti videtur, **227** *erat dux nationis, et auxilium ab eo poscendum, æquitate petitionis ei demonstrata. Rogarunt itaque et demonstrarunt. Ille vero, veluti regem quemdam se revera esse sibi persuadens, et perinde ac si ipsi licitum esset pro suo arbitratu vivere, ne adesse quidem nobis, nedum adversus propugnaculi illius expugnationem copias suas conjungere voluit. Sed neque excusationes quidem ullas, etiamsi parum idoneas ac decoras, speciosum tamen aliquem recusationis suæ prætextum habentes, comminiscebatur; sed potius graviter fastuosiusque quam mercenarium subditum decebat postulata rejiciebat. Adhæc in suo adversus præfectos odio persistens, hostiliter in ipsos erat contumeliosus; fortitudinem id esse regesque decere, censens. Dicebat enim aperte, eos in iis, quæ jam accurate tractata erant, impudenter se gessisse. Eratne tum diutius cunctandum, aut majores probationes exspectandæ, aut imperatoriæ litteræ ostendendæ, quibus mandabatur ut Byzantium iret, cum ne ad brevissimum quidem iter intra nostram regionem se accingere vellet? Et quo pacto fieri poterat, si illum usque adeo nobis infensum Byzantium mittere aggressi fuissemus, quin infinitas turbas multasque cædes intestinas concitassemus, quin etiam apertæ* **228** *defectioni et Persarum irruptioni ansam præbuissemus, cum universa hæc natio mirum in modum sit contumax et rebellis et seditionis valde studiosa, quod videlicet barbaricum in morem ad immutandum statum rerum naturaliter sit propensa; cum præcipue in propinquo essent habituri, qui ipsos tuendos susciperent? Nos itaque, principe seditionis interfecto, tantarum calamitatum examen jam præsens atque suppullulans hoc tandem modo facillime compressimus, adeo ut nunc non credatur aperte, an in universum aliquid etiam futurum fuerit.*

10. *Desinant ergo nunc, o judex, epistolam proferre, neque nos damnent, quod earum mandatum secuti non simus. Cui enim non fuerit manifestum, id quod litteris illis perscribebatur, oportere illum Byzantium ire, tentandi tantum explorandique causa*

VARIÆ LECTIONES

[21] ἐξῆν R. [22] εἰ R (Cl.), ἢ vulg. εἰς R, vulg. [23] ἀπεπέμπετο R, ἀπεξεπέμπετο vulg. [24] Intpr. add. ante ὑπήκοον *atque*. [25] τοῖς στρατηγοῖς -- ἢ γὰρ om. R. [26] Locus impeditissimus, ad quem sanandum neque liber Rehdigeranus, neque interpres quidquam opis afferunt: paulo melius procederet, si μὲν post δυσμενῶς deleretur. ἢ γὰρ τὸ positum esse videtur pro ἦ γὰρ τοῦτο ἦν. [27] μεμελετημένων R, Lugd. 1 m. et intpr. *præmeditatus*, πεπλημμελημένων edd. ex conj. Vulc. ἐχρῆν R, χρῆν vulg. [28] προηγμένων Sph. Par. [29] πόνους R. [30] ἀναίδην R et intpr. *ut hostis impudentissimus*, ἀνέδην vulg. [31] προϊεμένου R. [32] ὁρμῆς R, ὁρμᾷν vulg. [33] ἔχειν R, ἕξειν vulg. ἀνθεξομένους R, ἀνεξομένους vulg. [34] ὑμεῖς R. [35] ἀπιστῆσαι R. [36] Pro τῷ R τό. εὔδηλον R, ἔνδηλον vulg. [37] αὐτὸν add. ex R.

Digitized by Google

factum fuisse, an sua sponte æquis mandatis esset obtemperaturus, iisque se jure accommodaturus? Cum itaque nobis ipsius animi pervicacia et protervia facile esset cognita, cum id quod minus erat detrectaret, quo pacto ad id quod majus erat eum incitare oportebat, et non potius statim ad extrema remedia venire, ad quæ multis urgentibus malis necessario pervenissemus? Qui enim opportunæ **229** *occasionis momentum neglexerit, neque statim rei gerendæ facultatem arripuerit, frustra deinde præterlapsam occasionem revocabit. Reliquum igitur erat fortassis, ut accusatores aiunt, litem quamdam movere Gubazi, et nugatoriam in judicio contentionem excitare, rerumque securitati verborum ampullas præferre. At non permittebant hoc, o miseri, Persæ jam præsentes, neque ipsa imminentes, et ad universam Colchorum regionem hujus consilio atque ope invadendam parati. Cum vero omnino demonstratus sit Gubazes hostis pariter et proditor, animoque ad tyrannicas spes elato, quid interesse putant Colchi, sive a nobis sive ab aliis sit interfectus? Neque enim ducibus tantum aut alioquin iis, qui maxima potentia valent, bona mens innasci atque adhærescere solet, sed cuivis omnino volenti liberum convenitque est, pro republica, in qua locum aliquem obtinet, laborare, et ad commune bonum præstandum omnibus viribus adniti. Quocirca tametsi exsecrabiles illorum judicio et detestandi censeamur, fidelissimi tamen imperatori sumus et Romanorum studiosi, et insidias struere tentantibus infesti. Si quid vero etiam amplius dicendum est, ita tibi plane persuade, o judex, rectum æquissimumque nos facinus peropportune ausos fuisse, neque id absque Martini voluntate patratum.*

ἀληθῶς καὶ δίκαιον τὸ παρ' ἡμῶν ἐν δέοντι γνώμης γεγενημένον.

230 11. Ilis ita peroratis, Athanasius initio quidem nihilominus Rustici dictis aurem accommodabat; consultatione vero disceptationeque bis ea de re habita, cum ipse omnia accuratius expendisset atque investigasset, visum ei est nullam a Gubaze proditionem aut tyrannidem apertam tentatam fuisse, ac proinde cædem inique nefarieque perpetratam: adeo ut quod copias suas ad oppugnandam Onogurin cum eis conjungere recusaverit, non ipsius ad Medos defectio in causa fuerit, sed quod præfectis exercitus infensior esset, quod illorum vecordia et negligentia propugnaculum illud esset amissum. Quibus rebus omnibus a judice cognitis, de Martino quod dictum fuerat, etiam ipsum conscium fuisse participemque horum consiliorum,

ἀπόπειρα μὲν δὴ ὑπῆρχε καὶ βάσανος, εἴπερ αὐθαιρέτως εἶκοι τοῖς [P. 119] προσταττομένοις [58], ὥστε δικαίως ἁρμόσασθαι; Γνωσθὲν τοίνυν ῥᾳδίως ἡμῖν τὸ ἀνήκουστον τῆς γνώμης καὶ ἁμιλλώμενον, δι' ὃ τὸ ἔλαττον ἀπεσείσατο, πῶς ἐπὶ τὸ μεῖζον ἔδει προτρέπειν, καὶ μὴ [59] θᾶττον εἰς ἐκεῖνο τὸ πέρας ἐλθεῖν, εἰς ὅπερ, πολλῶν ἐν μέσῳ συμβεβηκότων δεινῶν, πρὸς ἀνάγκης καὶ ὡς περιήχθημεν [60] ἄν; Οὐ γὰρ ἔνεστι τοὺς τὴν ἀκμὴν τοῦ καθήκοντος καιροῦ περιορῶντας καὶ μὴ τοῖς πρακτέοις ἁρμοζομένους, ἐν ὑστέρῳ τὸ παρειμένον ἀνακαλεῖσθαι. Ἐλείπετο δὴ οὖν, ὡς ἔοικε, καθὰ φασιν οἱ κατήγοροι, δίκην τινὰ κινεῖν πρὸς Γουβάζην, καὶ ληρώδεις ἀγῶνας ἐγείρειν [61], καὶ τῆς τῶν πραγμάτων ἀσφαλείας ἀναιρεῖσθαι [62] μᾶλλον τὴν ἐπὶ τοῖς λόγοις κομψείαν. Ἀλλ' οὐ συνεχώρουν, ὦ κακοδαίμονες, οἱ Πέρσαι παρόντες καὶ τοῖς ἔργοις ἐγκείμενοι, καὶ τῆς [63] Κολχικῆς χώρας ἁπάσης ταῖς τούτου βουλαῖς ἐπιλαμβάνεσθαι παρεσκευασμένοι. Ἐπεὶ δὲ παντὸς μᾶλλον ὁ Γουβάζης ἀποδέδεικται πολέμιός τε καὶ προδότης, καὶ πρὸς τυραννικὰς ἐλπίδας ἠρμένος, τί διαφέρειν οἴονται οἱ Κόλχοι, εἴτε παρ' ἡμῶν εἴτε παρ' ἑτέρων ἀνῄρηται; οὐ γὰρ στρατηγοῖς μόνοις ἢ τοῖς ἄλλως δυνατωτάτοις ὁ τῆς εὐνοίας ἐθέλει σκοπὸς ἐμφύεσθαι καὶ προσιζάνειν· ἀλλὰ παντὶ τῷ βουλομένῳ βατὸν δήπου καὶ προσῆκον τῆς ἐν ᾗ τέτακται πολιτείας ὑπεραλγεῖν, καὶ τὸ κοινῇ [64] συνοῖσον ἐς δύναμιν κατορθοῦν. Οὐκοῦν εἰ καὶ βδελυροὶ κατ' αἰτοὺς καὶ κατάπτυστοι καθεστήκαμεν, ἀλλὰ πιστότατοι βασιλεῖ καὶ φιλορώμαιοι [65], καὶ οἷοι τοῖς ἐπιβουλεύειν πειρωμένοις μὴ ἐφιέναι. Εἰ δὲ δεῖ τι καὶ πλέον εἰπεῖν, ἴσθι σαφῶς, ὦ δικαστά, καλὸν μὲν ὡς τολμηθέν, οὐκ ἄνευ δὲ τῆς τοῦ [66] Μαρτίνου

ια'. Εἰρημένων δὲ καὶ τούτων [67] ὁ Ἀθανάσιος τὸ μὲν παραυτίκα οὐχ ἧσσον τοὺς Ῥουστίκου ἀπεδέχετο [68] λόγους. Συστάσης δὲ καὶ δὶς ἀγωνίας, ἐπειδὴ ἅπαντα ἐς τὸ ἀκριβὲς γνωματεύων καὶ ἀνερευνώμενος, οὐδέν τι αὐτῷ ἐναργὲς προδοσίας ἢ τυραννίδος ἐγχείρημα [69] ἡμαρτῆσθαι ὑπὸ τοῦ Γουβάζου ἐδέδεικτο, ἄδικος δὲ μᾶλλον καὶ παρανομώτατος [70] ὁ φόνος γεγενημένος, ὡς καὶ τῆς ἐπὶ τὴν Ὀνόγουριν συστρατείας οὐ μηδισμοῦ χάριν ἀπαγορευθείσης [71], ἀλλὰ τῷ ἄχθεσθαί γε αὐτὸν κατὰ τῶν στρατιωτῶν, ἀφ' ὧν [72] αὐτὸς καὶ ἀπεστέρητο ῥᾳστώνῃ πολλῇ καὶ ἀμελείᾳ κεχαυνωμένοι· ἐπειδὴ οὖν ταῦτα ἐγίγνωσκε, τότε δὴ τὸ μὲν ἐπὶ Μαρτίνῳ λεχθὲν, ὡς ἄρα καὶ ἐκείνῳ μετῆν τῶν ἐς τοῦτο βεβουλευμένων, ἀνῆσεν βασιλεῖ διενοεῖτο. Τοῖς γε μὴν τὸ ἀπεκτονέναι

VARIÆ LECTIONES.

[58] Inde a verbo προσταττομένοις Cod. R. a librario alienigena et græci sermonis pæne ignaro scriptus est, qui siglas exempli sui non intelligebat; cujus hominis lapsus infinitos non omnes notavi. [59] Pro μὴ R. hic et sæpe deinde μηδέ. [60] περιήχθωμεν R. [61] ἀγεῖραι R. [62] ἀνταιρεῖσθαι R 1 m. et Lugd., ἀντερεῖσθαι R 2 m. [63] καὶ τῆς K—παρεσκευασμένοι om. R et intpr. [64] κοινοῖς R. [65] φιλορρώμαιοι vulg. [66] τοῦ om. R. [67] εἰρ. δὲ κ. τούτ. R, τούτων οὕτως εἰρημένων vulg. [68] ἀπεδέχετο R, προσίετο vulg. et intpr. *admisit.* [69] Pro ἐγχείρημα R ἐπεχειρῆσθαι. [70] παρανομώτατον R. [71] ἀπαγορευθείσε R constanti lectionis vitio. [72] Pro ἀφ' ὧν R ἀφῶνους.

Digitized by Google

περιφανῶς ὡμολογηκόσι κρίσιν ἐπῆγεν ἀνάγραπτον, ἐν ᾗ διέταττε θᾶττον αὐτοὺς [P. 120] διαφθαρῆναι, ὑπὸ τὴν δικαστικὴν μάχαιραν γιγνομένους, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀφαιρουμένους. Καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τοῖς ὀρεῦσιν ἥμενοι, καὶ ἀνὰ τὰς λεωφόρους περιενεχθέντες, μέγιστον θέαμα [53] τοῖς Κόλχοις εἶναι ἐδόκουν, καὶ πλείστης ἄξιον εὐλαβείας. Ἐτεθήπεσάν [54] τε καὶ ἐπὶ τῷ κήρυκι τυρόν τι μάλα βοῶντι καὶ διαπρύσιον, καὶ παρεγγυῶντι δεδιέναι τοὺς νόμους, καὶ φόνων ἀδίκων ἀπέχεσθαι [55]. Ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς καὶ ἀπετέτμηντο οἱ αὐχένες, τότε δὴ ἅπαντες ἐς οἶκτον ἐτράποντο, ἀποβεβληκότες τὸ χαλεπαίνον. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἐλέλυτο μὲν ὁ ἀγών· οἱ δὲ Κόλχοι αὖθις διετέλουν εὖνοι ὄντες ἐς τὰ μάλιστα Ῥωμαίοις, καὶ τὸν πρότερον ἀνανεούμενοι τρόπον.

ιβ'. Τούτων γεγενημένων, τὰ μὲν τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδα διεχείμαζεν ἀνὰ τὰ πολίσματά τε καὶ φρούρια [56], ὥσπερ ἑκάστῳ διετέτακτο. Ἐν τούτῳ [57] δὲ ἄνδρες τῶν παρὰ Μισιμιανοῖς δυνατωτάτων ἐς Ἰβηρίαν παρὰ τὸν Ναχοραγὰν ἀφικόμενοι, ἅπαντά οἱ [58] διήγγειλαν τὰ ἐπὶ Σωτηρίχῳ πρὸς αὐτῶν τετολμημένα· τὴν μὲν ἀληθεστάτην αἰτίαν ἠρέμα ὑποκρυπτόμενοι, λέγοντες δὲ, ὡς ἐπειδὴ ἐκπλείστου τὰ Περσῶν ἐτύγχανον ἠρημένοι, προπηλακίζεσθαι σφᾶς [59] ὑπό τε Κόλχων αὐτῶν καὶ Ῥωμαίων, καὶ ἐν τοῖς ἀτιμοτάτοις τετάχθαι, πέρας δὲ Σωτήριχον αὐτοῖς [60] ἐπιστῆναι, λόγῳ μὲν ὡς δὴ χρυσίον τοῖς ξυμμάχοις διανεμοῦντα, ἔργῳ δὲ τὰ ἐπὶ λύμῃ τε καὶ καθαιρέσει τοῦ παντὸς γένους διαπραξάμενον [61]. *Παρὸν τοίνυν ἡμῖν*, ἔφασαν οἱ πρέσβεις, *ἢ ἅρδην ἀπολωλέναι, ἢ προτερήσασι δόξαν μέν τινα ἴσως παρ' ἑνίοις ἀπενέγκασθαι [62] προπετείας, καὶ ὡς τοιοῖδε κακίζεσθαι, βιωτεύειν δὲ ὅμως ἔτι κατ' ἐξουσίαν, καὶ τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ἢ ἂν συνοίσειν δοκοίη διατιθέναι, αἱλόμεθα τὰ ἀμείνονα καὶ τοῦ ἀνθρωπείου μᾶλλον ἐχόμενα τρόπου, τῶν μὲν λοιδοριῶν καὶ κατηγορημάτων [63] ὀλίγα φροντίσαντες, περὶ πλείστου δὲ ποιησάμενοι τὴν σωτηρίαν. Σωτήριχόν τε γὰρ ἀπεκτείναμεν καὶ τοὺς ἅμα αὐτῷ ἐς τοῦτο ἐληλυθότας, ὡς ἂν ἐκείνους μὲν τιναλμεθα τῆς ἀδικίας, πίστιν δὲ εὐνοίας βεβαιοτάτην ἐνθένδε τοῖς Πέρσαις παρασχόμενοι, εὐκλεέστερον προσχωρήσαιμεν. Ἐπεὶ δὲ τούτων τε ἁπάντων καὶ μάλιστα [64] τοῦ μηδισμοῦ ἕνεκα οὐκ ἀνήσουσι χαλεπαίνοντες οἱ Ῥωμαῖοι, ἀλλὰ τάχιστα ἡμῖν ἐπιπεσοῦνται, καὶ ἅπαντας, τό γε ἐς [65] αὐτοὺς ἥκον, διαφθεροῦσι, προσήκει δή [66] σοι, ὦ στρατηγέ, δέχεσθαί τε ἡμᾶς εὐμενῶς καὶ ἐπαμύνειν, τῆς τε χώρας πέρι ὡς οἰκείας τολοιπὸν καὶ κατηκόου τὰ προσήκοντα διανοεῖσθαι· καὶ μὴ περιδεῖν οἰχήσεσθαι κινδυνεῦον γένος οὐ σμικρὸν, οὐδὲ ἀσημον, ἀλλὰ καὶ πλεί-*

A ad imperatorem referendum censuit. De hisce vero, utpote aperte cædem ab se perpetratam fassis, ex scripto sententiam tulit, qua mandavit, ut quamprimum interficerentur, et gladio judiciali submissi capite truncarentur. Atque hi quidem multis insidentes, et per publicas vias circumvecti maximo Colchis spectaculo terrorique futuri videbantur. Percellebantur enim voce præconis altum horrendumque in modum proclamantis, et monentis **231** leges vereri, et nefariis cædibus abstinere. Postquam vero hi capitibus fuerunt truncati, ad commiserationem versi omnes animorum offensionem deposuerunt: atque ita conventus judiciarius solutus; Colchi vero in sua erga Romanos fide ac benevolentia acerrime perstiterunt.

B 12. His ita peractis, Romanorum copiæ per urbes et castella divisæ hibernarunt, prout cuique mandatum erat. Interea viri quidam præcipuæ inter Misimianos potentiæ in Iberiam ad Nachoraganem cum pervenissent, omnia ei nuntiarunt, quæ in Soterichum perpetrassent; verissimam quidem causam silentio occultantes, dicentes vero, quod, cum a multo tempore Persarum partes essent secuti, ignominia afficerentur et ab ipsis Colchis et a Romanis, atque inter vilissimos censerentur: tandem vero Soterichum ipsum supervenisse, verbis quidem præ se ferentem, quod pecuniam sociis distribuere vellet, re autem ipsa, quæ ad perniciem eversionemque totius gentis pertinebant, molientem. *Cum itaque oporteret nos*, dicebant oratores, *vel funditus perire, vel præveniendo Romanos calidi fortassis ac præcipitis facti opinionem apud nonnullos incurrere, eoque nomine male audire, vetus tamen nostrum vivendi jus retinere, et de rebus nostris, prout consultissimum visum* **232** *fuerit, statuere: potiora et humanis moribus convenientiora elegimus, de conviciis et criminationibus parum solliciti, præcipuam vero salutis curam gerentes. Nam et Soterichum interfecimus, quique cum eo ad hoc venerant, ut illorum quidem injuriam vindicaremus, firmissimo vero hoc ipso facto benevolentiæ studiique erga Persas argumento edito, gloriosius desciscamus. Cum vero ob hæc omnia ac præcipue ob defectionem ad Persas nequaquam desituri sint Romani id moleste ferre, sed quam citissime nos sint invasuri, et universos, quantum fieri ab ipsis poterit, deleturi: tui officii est, o præfecte, nos benigne excipere ac propuguare, et pro regionis, ut propriæ deinceps et subditæ, salute excubare, neque negligere de interitu periclitantem gentem non parvam neque obscuram, sed quæ maximam utilitatem Persarum imperio afferre possit. Nam et rei bellicæ peritos nos facile compe-*

C

D

VARIÆ LECTIONES.

[53] θεᾶσθαι R. [54] ἐτεθήπεσε R, qui passim pro αν finali ε ponit. [55] ἀπέχεσθαι intpr. addit ἕκαστον· *ut vel singuli abstinerent.* [56] πολιτεύμενα κ. φ. R [57] ἐν τούτῳ. Hæc usque ad verba ἔθνος; ἐλπίδων p. 255. ed. Bonn. v. 2 relata sunt inter Excerpta de legationibus. Μυσιανοῖς Exc. et intpr. [58] οἱ om. Exc. τὰ om. R. [59] σφᾶς om. R. [60] αὐτοῖς R, Exc. et intpr. *sibi*, αὐτὸν vulg. [61] διαπραξάθεον R. [62] τῆς addit R. ante προπετείας. [63] κακηγορημάτων Sph. Par. [64] μάλιστα om. R. [65] ἐς om. R. [66] δὲ R.

Digitized by Google

rietis et fortissime societate vobiscum inita præliantes; eritque vobis locus ipse in ulteriore Colchorum regione situs tuta belli sedes, irruptionibus faciendis peridonea, ac veluti propugnaculum adversus hostes. Hæc cum audisset Nachoragan, libentissime eos excepit, et defectionis consilium laudavit, alacresque abire jussit, ut Persica auxilia **233** opportune habituros. Oratores itaque ad suos reversi, cum singula renuntiassent, maxima spe gentem repleverunt.

A στην ὅσην ὠφέλειαν τῇ Περσῶν ἐπικρατείᾳ προσφέρεσθαι ἱκανώτατον. Πολέμων [67] τε γὰρ ἡμᾶς ἴδριας ὄντας ἀμωσγέπως εὑρήσοιτε ἄν, καὶ καρτερώτατα [P. 121] ξυναγωνιζομένους, ἥ τε χώρα, ἐν ὑπερτέρῳ τῶν Κόλχων κειμένη, γενήσεται ὑμῖν ὁρμητήριον ἀσφαλές, καὶ οἷον ἐπιτείχισμα κατὰ τῶν πολεμίων. Ταῦτα δὲ ἀκούσας ὁ Ναχοραγάν, προείπετό τε [68] αὐτοὺς [69] ἀσμενέστατα, καὶ ἐπῆνει τῆς μετατάσεως, καὶ θαῤῥοῦντας ἴέναι ἐκέλευσεν, ὡς τῆς Περσικῆς ἐπικουρίας ἐν δέοντι τευξομένους. Οἱ μὲν οὖν πρέσβεις ἐς τὰ οἰκεῖα ἐπανελθόντες, καὶ ἕκαστα διαγγείλαντες, μεγίστων ἀν-

13. Ineunte autem vere, statim Romanorum præfecti in unum coacti exercitum in Misimianos mittendum statuerunt. Ac Buzes quidem et Justinus apud Insulam manere sunt jussi, præsidio locis illis futuri, omniaque diligenter curaturi; missa vero sunt ad bellum peditum simul et equitum millia quatuor, inter quos et alii erant maximi nominis viri, et Maxentius ac Theodorus Zannicarum copiarum dux, ut jam sæpe dixi; bellicosi amb et ordinum duces. Atque hi quidem expeditionem aggressi sunt. Videbatur autem non multo post etiam Martinus ipsis adjungendus, ut ductor futurus. Ne vero vel ad breve aliquod tempus duce destituerentur, imperium totius exercitus, quandiu per subditorum regionem iter facerent, ad Barazem Armenium et Pharsantem Colchum est delatum, qui neque bellica virtute neque alia dignitate omnibus sociis præstabant, imo vero nonnullis erant inferiores. Nam Barazes inter turmarios censebatur, alter vero in aula agmina regis Colchorum ductabat (Magister dignitati est nomen; usitatum enim hoc est ejus loci barbaris); atqui non tantum aut prudentiæ aut confidentiæ huic inerat, ut audacter etiam Romano exercitui imperaret. **234** Hic itaque exercitus æstate jam vigente in Apsiliorum regionem venerat; volentibusque ipsis ulterius progredi, impedimento fuit Persicum agmen eodem loci collectum. Cognito enim Romanorum apparatu, quodque in Misimianos moverant, motis ex Iberia castellis, et quæ circa Muchirisidem sunt, castris, iverunt etiam hi in illos, præoccupaturi regionem, et pro viribus subsidio futuri. Quocirca Romani circa Apsiliorum castella commorantes, protrahere cunctando rem tentabant, donec messis tempus esset præterlapsum. Persis enim simul et Misimianis instructa acie obviam ire inconsultum, imo periculosissimum judicabant. Sic itaque uterque exercitus conquievit, neque alteruter ad ulterius procedendum pedem movit, sed observabant sese mutuo atque expectabant, si quis prior moveret. Aderant vero Persis etiam Hunnorum Sabi-

ιγ'. Τοῦ δὲ ἦρος ἀρχομένου, αὐτίκα οἱ τῶν Ῥωμαίων στρατηγοὶ ἐς ταυτό που ξυνελθόντες, ἔγνωσαν κατὰ Μισιμιανῶν ἐπιστρατεύειν. Ἀλλὰ Βούζης μὲν καὶ Ἰουστῖνος ἀνὰ τὴν Νῆσον μένειν ἐτετάχατο, φρουρήσοντες [71] τὰ ἐνθάδε, καὶ ἁπάντων ἐπιμελησόμενοι. Ἐστέλλοντο δὲ ἐπὶ τὸν πόλεμον ἄνδρες ἐς τετρακισχιλίους [70], πεζοὶ ἅμα καὶ ἱππόται· ἐν τοῖς ἄλλοι τε ἦσαν τῶν γνωριμωτάτων ἄγαν, καὶ Μαξέντιός τε καὶ Θεόδωρος, ὁ τῆς Τζαννικῆς δυνάμεως πρωτοστάτης, ὥς μοι πολλάκις ἐῤῥήθη, ἄμφω πολεμικὼ καὶ ταξιάρχω. Καὶ οἱ μὲν εἶχοντο τῆς ἐξόδου· ἡμέλλε δὲ αὐτοῖς οὐκ ἐς μακρὰν καὶ ὁ Μαρτῖνος ἐπιστήσεσθαι ὡς ἡγησόμενος. Ὡς ἂν δὲ [72] μηδὲ πρὸς βραχὺ γοῦν ἀστρατήγητοι εἶεν, ἄρχειν τῶν ὅλων ἐλαχέτην, ἕως [74] ἔτι διὰ τῆς ὑπηκόου πορεύοιντο, Βαράζης τε [75] ἀνὴρ Ἀρμένιος καὶ Κόλχος Φαρσάντης, οὔτε πόνων ἀρετῇ οὔτε τῇ ἄλλῃ ἀξιώσει ἁπάντων τῶν ξυστρατευομένων [76] πρῃκόντες, μᾶλλον μὲν οὖν ἐνίων καὶ ἐλασσούμενοι. Ὁ μὲν γὰρ ἐν λοχαγοῖς ἐτέλει ὁ Βαράζης, ἕτερος [77] δὲ τῶν μὲν ἐν τῇ αὐλῇ ταγμάτων τοῦ Λαζῶν βασιλέως ἡγεῖτο (μάγιστρος ὄνομα τῇ ἀρχῇ· νενόμισται γὰρ τοῦτο καὶ παρὰ τοῖς ταύτῃ Βαρβάροις)· οὐ μὴν ἐς τοσοῦτον αὐτῷ φρονήματός τε [78] μετῆν καὶ παῤῥησίας, ὡς καὶ στρατεύματι Ῥωμαϊκῷ θαῤῥαλεώτερον ἐγχελεύεσθαι [79]. Οὗτος δὴ οὖν ὁ στρατὸς, θέρους ἤδη ἐπιγιγνομένου, ἐς τὴν τῶν Ἀψιλίων ἴοντο χώραν. Βουλομένοις τε αὐτοῖς ἀνὰ τὰ πρόσω ἰέναι, κώλυμα γέγονεν ὁμιλος Περσικὸς, αὐτοῦ που ξυνειλεγμένος. Συναισθόμενοι γὰρ τῆς τῶν Ῥωμαίων παρασκευῆς, καὶ ὅτι ἐπὶ τοὺς Μισιμιανοὺς ἐχώρουν, ἅπαντες ἔκ τε Ἰβηρίας καὶ τῶν ἀμφὶ Μοσχείρισιν πολισμάτων, ἦσαν καὶ οἱ ἐπ' ἐκείνους [80], προκαταληψόμενοί τε τὴν χώραν, καὶ ἐς δύναμιν ἐπαρήξοντες. Τῷ τοι [81] ἄρα οἱ Ῥωμαῖοι ἀνὰ τὰ φρούρια τῶν Ἀψιλίων ἀποδιατριβόντες, παρακρούεσθαι τὸ παρὸν καὶ διαμέλλειν ἐπειρῶντο, ἕως ἡ τοῦ θέρους ὥρα ἐξήκοι. Πέρσαις τε [82] γὰρ ἅμα καὶ Μισιμιανοῖς ἀντιτάττεσθαι ἀνόνητόν τι αὐτοῖς ἐδόκει καὶ σφαλερώτατον. Οὕτω δὴ οὖν ἀμφότερα τὰ στρατεύματα [83] ἠρέμει, καὶ οὐδὲ ὁπότεροι ἐς τὸ περαιτέρω φοιτᾷν διανίσταντο, ἀλλ' ἐπετήρουν ἀλλήλους καὶ ἀνέμενον,

VARIÆ LECTIONES.

[67] πολέμοντες R. [68] τε om. Exc. [69] τούτους R. [70] ἐνέπλήσαν R. [71] φρουρήσαντες R. [72] *mia millia* intpr. [73] Pro δὲ R. καὶ. [74] ἕως R, ὡς vulg. [75] Pro τε R δέ. [76] στρατευομένων R. [77] ἕτερος R. [78] αὐτῷ φρ. τε R, φρον. τ. αὐτῷ vulg. [79] ἐκκαλεύεσθαι (sic) R. [80] ἐκεῖνα R. [81] ταύτοι R. [82] τε om. R. [83] στρατεύματα R et intpr., *exercitus*, στρατόπεδα vulg.

Digitized by Google

εἴ γέ τις πρότερος ὁρμηθείη. Παρῆσαν δὲ τοῖς Πέρσαις καὶ Οὖννοι Σάβειροι ἐπὶ [P. 122] μισθοφορᾷ [84] προσβοηθήσοντες. Τοῦτο γὰρ τὸ γένος μέγιστόν τέ ἐστι [85] καὶ πολυάνθρωπον, φιλοπόλεμόν τε ἐς τὰ μάλιστα καὶ ἁρπαλέον, καὶ οἷον δὴ οὖν ἀεὶ τῶν ὁθνείων [86] ἐφίεσθαι· μισθοῦ τε ἕνεκα μόνου καὶ τῆς ἐπὶ τῇ λείᾳ ἐλπίδος νῦν μὲν τούτοις, νῦν δὲ ἐκείνοις, νῦν δὲ ἄλλῳ τῳ ξυμμαχεῖν [87] καὶ ξυνδιακινδυνεύειν ἐς τἀναντία μεταβαλλόμενον. Πολλάκις μὲν γὰρ τοῖς Ῥωμαίοις, πολλάκις δὲ τοῖς Πέρσαις κατ' ἀλλήλων παρατατταμένοις [88] ξυνήραντο τοὺς ἀγῶνας, ἐν ὀλίγῳ τῷ μεταξὺ χρόνῳ ἐφ' ἑκατέρους τραπέντες καὶ μισθαρνήσαντες. Καὶ οὖν ἡ προτέρα μάχη κατὰ Περσῶν αὐτοῖς ἐπολεμήθη, ὅτε πολλοὺς τῶν Διλιμνιτῶν ἐπελθόντας σφίσι κατέκτειναν [89] ἐν τῇ νυκτομαχίᾳ, ὡς μοι ἕκαστα προδεδιήγηται. Ἐκείνου δὲ τοῦ ἔργου πέρας λαβόντος, ἀφίεντο μὲν ὑπὸ Ῥωμαίων τὰ συγκείμενα κομισάμενοι, πάλιν δὲ τοῖς ὀλίγῳ ἔμπροσθεν πολεμιωτάτοις ξυνείποντο, τυχὸν μὲν οἱ αὐτοί, τυχὸν δὲ ἕτεροι, Σάβειροι δὲ ὅμως ὄντες καὶ ἐκ τοῦ σφετέρου ἔθνους ἐς τὴν ξυμμαχίαν ἀπεσταλμένοι.

ιδ'. Τούτων δὴ οὖν τῶν Σαβείρων ἄνδρες ἐς πεντακοσίους ἐν ὑπαίθρῳ τινὶ περιαυλίσματι πόρρω που τῶν ἄλλων στρατευμάτων ἐτύγχανον ἐσκηνημένοι. Ὑπὸ δὴ Μαξεντίῳ τε καὶ Θεοδώρῳ σαφέστατα ἐγνωσμένον, καὶ ὅτι ἄνοπλον οὕτω πως καὶ ἀνειμένην τινὰ δίαιταν ἄγοντες διατελοῦσιν, ἤλαυνον εὐθὺς ἐπ' αὐτοὺς [90] τριακοσίους ἐπαγόμενοι ἱππότας. Περιστάντες δὲ κύκλῳ τὸ ἕρκος [91] (ἦν γὰρ οὐ λίαν ἐς ὕψος ἀνέχον, ἀλλ' ἐς ὅσον ἱππότου ἀνδρὸς ἔκτοσθεν [92] ἐφεστηκότος τὸ πρόσωπον ὑπερφαίνεσθαι), τούτῳ δὴ οὖν πελάσαντες, ἔβαλλον πάντοθεν τοὺς Βαρβάρους ἀκοντίοις τε καὶ λίθοις καὶ τοξεύμασι, καὶ παντὶ τῷ προστυχόντι. Οἱ δὲ οὖν πλείους [93] εἶναι τοὺς ἐπελθόντας ἢ κατὰ τὸ ἀτρεκὲς ὑποτοπήσαντες, ἅμα δὲ καὶ τῷ ἀδοκήτῳ καταπεπληγμένοι, ἀμύνεσθαι μὲν ἥκιστα διενοοῦντο, φεύγειν δὲ αὐτοῖς οὐ μάλα ἐξῆν τῷ θριγκῷ περιεχομένοις. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἅπαντες χύδην αὐτοῦ διεφθάρησαν, μόνοι δὲ τεσσαράκοντα ἄνδρες παραλόγως διαλαθόντες, καὶ ἐπὶ τοὺς τοίχους ἀναῤῥιχώμενοι, εἶτα ἐπὶ θάτερα διεκπεσόντες, ὑπὸ τὸ λάσιον τῆς ἐχομένης ἐκρύπτοντο ὕλης. Πλὴν ἀλλὰ καὶ τούτους οἱ Ῥωμαῖοι ἀνιχνεύειν ἐπειρῶντο. Τούτων δὲ τοῖς Πέρσαις ἀπηγγελμένων, αὐτίκα οἵγε ἅλας ἱππέων στέλλουσιν ἐπ' αὐτοὺς ἐς δισμυρίους ἄνδρας συντεταγμένους. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, εἴξαντες τῷ πλήθει καὶ ὥσπερ ἀρκούμενοι τῷ γεγενημένῳ, ἀπεχώρουν δρομαῖοι, καὶ αὖθις ἐς τὸ πρότερον φρούριον ἐσδραμόντες [94], ἐν τῷ ἀσφαλεῖ καθίσταντο, τῷ μὲν πραχθέντι μεγαλαυχοῦντες, ἀνιώμενοι δὲ μόνον ἐπὶ Μαξεντίῳ· ἐτύγχανεν γὰρ τῶν ἀνὰ τὴν ὕλην διαδύντων [95] Βαρβάρων ὑπό του βαιότατα τετρωμένος, ὡς καὶ φοράδην ἀχθεὶς ἐπὶ κλίνης κρεῖττον ἁπάσης ἐλπίδος ἀποσωθῆναι [96]. [P. 123] Ἐπειδὴ γὰρ εὐθέλης-

A rorum mercenaria auxilia. Est enim hæc natio et maxima et populosissima, simulque et bellorum et rapinæ sitientissima, quæque perpetuo foris externo in solo degere amat, semperque aliena appetere, solius mercedis causa et prædæ spe modo quidem his, modo illis, nunc alteri alicui sese in belli et periculorum societatem conjungendo, **235** in contraria subinde mutatur. Frequenter enim cum Romanis, frequenter vero cum Persis, inter sese bellum gerentibus, prælium inierunt, et exiguo temporis spatio interposito modo his, modo illis mercenariam suam operam locarunt. Nam priore bello adversus Persas pugnarunt, cum multos Dilimnitarum in se irruentes nocturno prælio trucidarunt, quemadmodum supra narravi. Quo statim bello confecto, dimissi quidem sunt a Romanis, mercede, de qua inter ipsos convenerat, accepta; postea autem eos, qui antea ipsis fuerant acerrimi hostes, sunt secuti, sive hi ipsi, sive alii, Sabiri tamen et ex sua gente ad sociale cum Persis bellum missi.

14. Ex his itaque Sabiris viri quingenti in stabulo quodam subdivo longiuscule a reliquo exercitu dissito consederant; quod quidem cum Maxentius et Theodorus plane cognovissent, quodque ibi positis armis negligenter viverent, confestim in eos trecentos equites duxerunt. Muro itaque in orbem circumsesso (neque enim ille valde erat altus, sed ita tantum, ut equitis extra stantis facies prospici posset), huic, inquam, muro appropinquantes, omni ex parte barbaros jaculis, saxis, sagittis et quovis alio telorum genere feriebant. Tum hi plures esse hostes, quam revera erant, suspicati simulque inopinato **236** rei perculsi, nec de tuendo se admodum cogitabant, neque effugio locus patebat, quod muro essent circumvallati. Ibi ergo alii omnes passim cæsi sunt, soli vero quadraginta viri cum mirifice manibus pedibusque in summum murum conscendissent, in diversam partem delapsi, in proximæ silvæ densitate delituerunt; quos tamen Romani investigare non destiterunt. Hæc simul atque Persis fuerunt nuntiata, confestim illi turmas equitum in eos mittunt, duo virorum millia acie bene instructa. Romani vero, cedentes multitudini et veluti contenti præterito facinore, cursim sese receperunt et in propugnaculum, unde venerant, refugientes, in tuto se continuerunt; præclaro quidem facto gloriabundi, Maxentii tantum vicem dolentes. Erat enim is a quodam barbarorum, qui in silvam se abdiderant, gravissime vulneratus, adeo ut lectica elatus præter omnem spem servatus fuerit. Statim enim atque ictus fuerat, confestim assecłæ, eo sublato, quam citissime se inde abripuerunt, priusquam universi hostes irruerent. Cum

B

C

D

VARIÆ LECTIONES.

[84] μισθαφοροῖς R. [85] τέ γέ ἐστ. R. [86] τῶν ὀθνείων Par., τὴν ὀθνείαν R, Lugd. et ed. pr. [87] συμμιγχεῖν vulg. [88] παρατατόμενοι R. [89] Pro κατέκτειναν R. κατ' ἐκείνοις. [90] ἐπ' αὐτοὺς εὐθὺς R. [91] Ἔκτοθεν R. [92] σὺν οὐ πλείους R et Lugd., sed mg. οὖν πλ. [93] εἰσῤῥ. vulg. [94] δύντων R. [95] σωθῆναι R.

Digitized by Google

vero venirent impetumque facerent, tum Romani ad aliam quamdam viam fugientes, et in se eos, qui insequebantur, attrahentes, locum illi dabant, ut ægre tandem in propugnaculum deferretur.

15. Interea Justinus Germani filius unum e suis ducibus, Hunnum natione, Elminzur nomine, ex Insula Rhodopolim mittit cum duobus **237** equitum millibus. Est autem hæc Rhodopolis oppidum Colchicum; a Persis tamen tunc temporis tenebatur, a Mermeroe multo ante captum, qui etiam Persicum præsidium in eo collocarat. Hæc vero quo pacto gesta fuerint, præteribo, ut a Procopio rhetore aperte conscripta. Posteaquam igitur Elminzur eo pervenit, prospera quædam juvit fortuna. Persarum enim præsidium forte per id tempus alibi extra oppidum versabatur, maximaque oppidanorum pars alius alio concesserat. Nullo itaque negotio ingressus, oppido in suam potestatem redacto, circumjacentem etiam agrum pergrassatus est, et quidquid e Persicis copiis obvium habuit, ad unum omnes trucidavit; quotquot vero erant indigenæ ac cives, cum eos sciret externo metu magis quam propria perfidia Persarum partes secutos ut patriam rursus suam incolerent, permisit; obsidibusque majoris securitatis causa acceptis, omnia, prout par erat, constabilivit. Atque ita Rhodopolis ad priorem statum est reducta, et patria instituta amplectens et Romanorum imperatori subdita. Hac igitur æstate nihil aliud gestum est memoratu dignum. Bruma vero invalescente, Persæ quidem statim solutis castris Cotaisim et Iberiam versus sese receperunt, animo **238** ibi hibernandi, auxilio Misimianis ferendo longum dicentes vale. Neque enim patriis ipsorum institutis ac moribus est receptum, per hiemem foris longinquas laboriosasque expeditiones suscipere. Romani vero ab insidentibus itinera Persis jam liberi, priorem suam in Misimianos expeditionem sunt prosecuti. Cum vero ad præsidium Tibeleum ita dictum venissent, quod quidem Misimianorum regionem ab Apsiliis disterminat, advenit Martinus, ut reliquas copias ductaret, et universum exercitum ordinaret. Sed gravis quidam morbus superveniens consilium ipsius turbavit atque interrupit. Atque ipse quidem ibi mansit, tanquam paulo post in Colchicam regionem ejusque castella rediturus; exercitus vero nihilominus ulterius progressus est, sub prioribus iterum ducibus ductus. Primum quidem igitur tentandos esse Misimianorum animos censuerunt, an forte libentes ad saniora consilia converterentur, agnitisque suis principibus, pœnitudine tandem suorum delictorum ducerentur, et scipsos

το, αὐτίκα οἱ ὀπαδοὶ ἀράμενοι αὐτὸν ᾤχοντο μετὰ τάχους, πρὶν ἅπαντας ἐπελθεῖν τοὺς πολεμίους. Ὡς δὲ ἦκον καὶ ἐπεφέροντο, τότε δὴ οἱ ἄλλοι Ῥωμαῖοι ἐφ' ἑτέραν τινὰ φεύγοντες πορείαν, καὶ κατὰ σφῶν τοὺς διώκοντας ἐπισπώμενοι, χώραν παρέσχον ἐκείνῳ ἐν τῷ ἐρύματι σχολαίτερον ἀποκομισθῆναι.

ιε'. Ἐν τούτῳ δὲ Ἰουστῖνος ὁ Γερμανοῦ ἕνα τῶν ἀμφ' αὐτὸν ταξιάρχων Οὔννον τὸ γένος, Ἐλμινζοὺρ ὄνομα, ἔστειλεν ἐκ τῆς Νήσου ἐς τὴν Ῥοδόπολιν ἅμα δισχιλίοις ἱππόταις. Ἥδε δὲ ἡ Ῥοδόπολις ἔστι μὲν πόλισμα Κολχικὸν, ὑπὸ Περσῶν δὲ ὅμως ἐν τῷ τότε κατείχετο, ἑλόντος αὐτὴν πολλῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ τοῦ Μερμερόου, καὶ φρουρὰν Περσικὴν ἐγκαταστήσαντος. Ταῦτα δὲ ὁποίῳ τινὶ κατείργαστο τρόπον, οὗ μοι εἰρήσεται, ὡς δὴ Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι σαφῶς ἀναγεγραμμένα. Ἐνταῦθα δὴ οὖν τῷ Ἐλμινζοὺρ ἀφιγμένῳ [96] αἰσία τις ξυνελάβετο τύχη. Ἐτύγχανον γὰρ οἵ τε τῶν Περσῶν φρουροὶ, οὕτω ξυνεσχηθὲν, ἐκτός που τοῦ ἄστεος διατρίβοντες, καὶ τὸ πλῆθος [97] τῶν οἰκητόρων ἄλλος ἄλλοθι διεσκεδασμένοι. Τοιγάρτοι ἀκοντὶ παρελθὼν εἴσω, καὶ τὴν πόλιν παραστησάμενος, ὁ δὲ καὶ τὴν περιοικίδα κατέδραμεν· καὶ ὅσην μὲν Περσικὴν εὗρεν ἀπόμοιραν, τούτους δὴ πανωλεθρίᾳ διέφθειρε, τὸ δὲ ἰθαγενὲς ἅπαν καὶ ἐπιχώριον, ἐπειδὴ αὐτοὺς διέγνω τῷ ὀθνείῳ [98] δέει μᾶλλον ἢ τῇ σφῶν ἀπιστίᾳ μηδίσαντας, ἐνοικεῖν αὖθις τῇ οἰκείᾳ ἐφῆκε πατρίδι, ὁμήρους τε λαβὼν ἐς τὸ πιστότερον, καὶ ἕκαστα ἐν δέοντι κρατυνάμενος. Οὕτω τε αὖθις ἡ Ῥοδόπολις ἐς τὰ πρότερα [99] ἐπανῆκτο, στέργουσά τε τὰ πάτρια νόμιμα, καὶ βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων ὑποκλινομένη. Τούτου μὲν οὖν τοῦ θέρους οὐδέν τι ἄλλο ἐπράχθη ὁπωσίον καὶ [1] ἐς λόγου φέρεσθαι μνήμην. Τοῦ δὲ χειμῶνος ἐπιλαβομένου, οἱ μὲν Πέρσαι εὐθὺς μετανίσταντο, καὶ ἐπανήεσαν ἔς τε τὸ Κοταΐσιν [2] καὶ τὴν Ἰβηρίαν, ὡς δὴ [3] ἐνταῦθα διαχειμάζειν βουλόμενοι, χαίρειν πολλὰ εἰπόντες τῇ πρὸς Μισιμιανοὺς ἐπικουρίᾳ· οὐ γὰρ ἔννομον αὐτοῖς οὐδὲ πάτριον κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ ἐς ἐκδήμους στρατείας διαπονεῖσθαι. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τῶν ἐφεδρευόντων ἀπαλλαγέντες, καὶ δὴ τῆς προτέρας εἶχοντο αὖθις πορείας. Γενομένοις δὲ αὐτοῖς ἀμφὶ τὸ φρούριον τὸ Τιβέλεος [4], οὕτω καλούμενον, ὃ δὴ τήν τε τῶν Μισιμιανῶν χώραν καὶ Ἀψιλίων διορίζει καὶ ἀποτέμνεται, ἐξίσταται ὁ Μαρτῖνος, ἐφ' ᾧ ἐς τὰ λοιπὰ ἡγεῖσθαι καὶ ἅπαν τὸ στράτευμα διατάττειν. Ἀλλά νόσος τις αὐτῷ ἐνσκήψασα μοχθηρὰ παρείλετο καὶ ἀνέκοψε τὴν προθυμίαν. Καὶ ὁ μὲν αὐτοῦ ἐμεμενήκει, ὡς ὀλίγῳ ὕστερον ἐπὶ τὴν Κολχίδα γῆν ἐπανήξων καὶ τὰ ἐκείνῃ [5] πολίσματα. Οἱ δὲ καὶ ὡς ἀνὰ τὰ πρόσω ἐχώρουν, ὑπὸ τοῖς πρωτέροις πάλιν ἀγόμενοι ἡγεμόσιν. Πρῶτα μὲν οὖν ᾠήθησαν χρῆναι ἀποπειρᾶσθαι τῶν Μισιμιανῶν, εἴ που ἄρα [P. 124] ἐθελούσιοι ἐς τὸ σῶφρον μεταβάλοιεν, καὶ τοὺς οἰκείους ἄρχοντας ἐπιγνόντες, μεταμελήσοι αὐτοῖς τότε γοῦν τῶν ἡμαρτημένων, καὶ σφᾶς τε αὖ-

VARIÆ LECTIONES.

[96] ἀφιγουμένῳ R. [97] πλῆθος R et intpr. *multitudo*, πλεῖστον vulg. κεχεδασμένοι R. [98] ὀθνείων conj. B. Vulc. male [99] πρότερα R, πρότερον vulg. [1] καὶ ins. ex R. [2] Κοταΐσιον vulg. [3] Pro ὡς δὴ R ἐπειδὴ. [4] Intpr. *Tibelium*. [5] ἐκείνης R. καὶ om. Par.

Digitized by Google

τοὺς τοῖς [6] Ῥωμαίοις ἐγχειρίσαιεν, καὶ τὰ χρήματα ὁπόσα τὸν Σωτήριχον ἀφείλοντο, ἀλλὰ καὶ ταῦτά γε ἀποδοῖεν. Καὶ τοίνυν ἐκ τοῦ Ἀψιλίων γένους λογίμους ἄνδρας, ὡς οἷόν τε ἦν, ἀπολεξάμενοι, στέλλουσιν ἐς ταῦτα πρεσβευσομένους [7]. Οἱ δὲ Μισιμιανοὶ τοσούτῳ ἐδέησαν τῆς ὠμότητος ὑφεῖναι, καὶ τοῖς ἐπιγιγνομένοις τὸ τοῦ φθάσαντος ἄτοπον μετακοσμῆσαι, ὥστε ἀμέλει οἱ ἀθέμιστοι [8] καὶ ἐναγεῖς καὶ κακοδαίμονες καὶ ἅπαν ἄλλο ἄξιοι ἀκούειν ὅ τι ἄν τις αὐτοὺς νεμεσῶν ἀποκαλέσοι, παρωσάμενοι καὶ ἐμπατήσαντες τὰ κοινὰ τῶν ἁπάντων [9] ἀνθρώπων νόμιμα, τοὺς πρέσβεις ἅθρόον ἀπέκτειναν, καὶ ταῦτα Ἀψιλίους γε [10] ὄντας ὁμοδιαίτους καὶ ἀγχιτέρμονας, καὶ ὧν μὲν ἐπεκάλουν [11] ἐκεῖνοι Ῥωμαίοις τε καὶ Σωτηρίχῳ οὐπώποτε μετειληχότας, παραίνεσιν δὲ φιλίαν ἐς τὸ συνοῖσον ἄγουσαν οὐ ξὺν χαλεπότητι ἀπαγγείλαντας [12].

ις'. Οὕτως ἄρα ἐκ παρανοίας [13] τὸ πρότερον καὶ ἀνοσίων ἔργων ἀρξάμενοι, τῶν αὐτῶν εἶχοντο διαπαντὸς ἐγχειρημάτων, ἢ καὶ πολλῷ ἀνοσιωτέρων. Καὶ γὰρ ἐγνωσμένον αὐτοῖς ὡς οἱ Πέρσαι ἀπιόντες ᾖχοντο, καὶ κατὰ τὸ ξυγκείμενον οὐκ ἐπαμύνουσιν, ἀλλὰ, τῇ τῶν τόπων δυσχωρίᾳ πεποιθότες, καὶ τῷ οὔποτε [14] δυνήσεσθαι τοὺς Ῥωμαίους παραμείψασθαί τε αὐτὴν καὶ ὑπερβαλέσθαι, οἱ δὲ τὰ δεινότερα ἔδρασαν. Ἔστι γάρ τι [15] ὄρος προβεβλημένον τῆς χώρας, αἰπὺ μὲν οὐ λίαν, οὐδὲ ἐπιμήκη ἠρμένον, ἀνάντες δὲ σφόδρα καὶ ὄρθιον, καὶ πέτραις ἀποτόμοις ἑκατέρωθεν πεπυκνωμένον· βραχεῖα δὲ ὁδὸς ἐν μέσῳ καὶ ἀτριβὴς ὑποφαίνεται, καὶ ὁποία μηδὲ ἑνὶ ἀνδρὶ ἀδείστρον πορευομένῳ βατὴ εἶναι ῥᾳδίως [16] καὶ εὐεπίδρομος, ὡς εἴγε τις ἐπιστὰς τῇ ἀκρωνυχίᾳ [17] διακωλύοι τοὺς ἐπιόντας, μήποτε διαβήσεσθαι πολεμίους, μηδὲ εἰ πλῆθος εἶεν ἀνάριθμον, μηδὲ εἰ κοῦφοι ἅπαντες καὶ εὐσταλεῖς, ὁποίους [18] φασὶ τοὺς Ἰσαύρους. Τούτῳ δὴ οὖν τῷ χώρῳ [19] πίσυνοι, ἐς ἀπόνοιαν ἐτράποντο βιαιοτάτην. Ἀλλ' οἱ Ῥωμαῖοι, τοῦ μιάσματος ἀπηγγελμένου, ἐν ὀργῇ ἐποιήσαντο τὸ γεγενημένον. Καὶ δὴ τῶν Βαρβάρων μελλόντων, καὶ οὔπω φρουρᾶς [20] τῷ λόφῳ καταστησάντων, προτερήσαντες κρατοῦσι τῆς ἄκρας ῥαχίας, καὶ οὐδενὸς εἴργοντος ὑπερβάντες, ἐς τὰ ἱππάσιμα τῆς χώρας ἅπαντες καὶ ἀναπεπταμένα παρῆλθον πεδία. Οἱ δὲ Μισιμιανοὶ ἐπειδὴ τῆσδε διήμαρτον τῆς ἐλπίδος, αὐτίκα τὰ [21] πλεῖστά γε καὶ περιττὰ τῶν σφετέρων φρουρίων ἐμπρήσαντες, ὡς οὐχ οἷόν τε ὂν ἅπασιν ἀρκέσαι, ἐς ἕν τι μόνον, ὅπερ ὀχυρώτατον αὐτοῖς ἐδόκει, ἅπαντες ξυνελέγοντο. Τοῦτο δὲ Τζάχαρ μὲν ἐκ παλαιοῦ ὀνομάζεται, Σιδηροῦν δὲ αὐτὸ διὰ τὸ στερρόν τε καὶ ἀνάλωτον ἐπίκλην ἀποκαλοῦσιν. Ὀλίγοις δέ τισι τῶν Ῥωμαίων καὶ οὐ [P. 125] πλέον ἢ

A Romanis dederent pecuniamque omnem, quam Sotericho eripuerant, restituerent. Delectos itaque ex Apsiliorum gente spectabiles viros oratores committunt. Misimiani vero tantum aberant, ut crudelitatem remitterent aut novis officiis præteriti facti absurditatem 239 emendarent, quin potius nefarii et piaculares fanaticique homines et quodvis aliud convitium, quod indignatio cuipiam suggerat, audire digni, rejecto proculcatoque communi omnium hominum jure, oratores confestim trucidarunt, cum tamen Apsilii essent, ejusdem cum ipsis instituti et contermini, quique eorum, de quibus illi Romanos pariter et Soterichum insimulabant, neutiquam conscii participesve fuissent, amicam tantum admonitionem quæque in rem ipsorum futura esset, citra ullam acerbitatem denuntiantes.

B

16. Ita utique a vesania initio impiisque factis orsi, iisdem perpetuo facinoribus insistebant, imo vero multo etiam sceleratioribus. Cum enim scirent Persas abiisse, neque, ut convenerat, auxilio venturos, locorum tamen difficultate freti, et quod sperarent Romanos nunquam eam transituros et superaturos, atrociora perpetrarunt. Est enim mons quidam regioni objectus, non quidem admodum altus, neque valde in sublime tendens, acclivis tamen vehementer atque arduus et præruptis petris utrobique densus. In medio angusta quædam parumque trita via se ostendit, quæque ne uni quidem viro intrepide eunti facilis accessu sit et pervia, adeo ut si quis vertici 240 montis insistens accedentes aditu prohibeat, hostes nunquam eum transire queant, ne si infinita quidem sit multitudo, neque si leves atque expediti omnes sint, quales esse Isauros ferunt. Hoc itaque loco freti, ad summam vesaniam sunt conversi. At Romani exsecrabili Misimianorum facto ipsis nuntiato, ingentem ex eo indignationem conceperunt. Cunctantibus interea barbaris, cum nondum præsidia monti imposuissent, antevertentes eos Romani summa juga occupant, nemineque obsistente ea superantes, omnes statim in planiores equisque pervios campos effunduntur. Misimiani vero ea spe frustrati confestim plurimis et supervacaneis ipsorum propugnaculis incensis, quod nimirum omnibus tuendis pares non essent, in unum quoddam solum, quod munitissimum ipsis videbatur, omnes se receperunt. Zachar id ab antiquo nominatur; Ferreum autem id ipsum, quod firmissimum sit atque inexpugnabile, cognominant. Paucis vero quibusdam Romanis, et non pluribus quam quadraginta equitibus simul congregatis (erant au-

C

D

VARIÆ LECTIONES.

[6] Pro τοῖς R τότε ἐγχειρίσαιεν R et Lugd. 2 m., ἐγχειρήσαιεν vulg. [7] πρεσβευσομένους R (Cl.), πρεσβευσαμένους vulg. τοσοῦτον R. [8] ἀθέμιστοι R, ἀθέμιτοι vulg. [9] ἁπάντων om. R. [10] γε ante Ἀψιλίους ponit R. [11] ἐπεκάλουν R (Cl.), ἀπεκάλουν vulg. [12] ἀπαγγείλαντας Lugd. 2 m. (Cl.), ἀπαγγείλαντες R et vulg. [13] ἐκ παροινίας conj. Vale. [14] οὔποτε R (Cl.), οὐπώποτε vulg. [15] γάρ τι R, καί τι Lugd., γάρ καί τι edd. [16] βατὴ εἶναι ῥ. R, ῥᾳδ. εἶν. β. vulg. [17] ἀκρονυχίᾳ R. [18] ὁποία R, qui error sæpe recurrit [19] χωρίῳ R. [20] φρουρὰς R et infer. *præsidia*, φρουρὰν vulg. [21] τὰ add. R, γε om. idem.

Digitized by Google

tem non e multis, sed eximii in primis et agminum duces), hos, inquam, separatim a reliquo exercitu procedentes, invadunt Misimiani viri sexcenti pedites pariter atque equites, rati se omnes multitudine circumventos facile cæsuros. Illi vero **241** rei bellicæ peritia in collem quemdam cursu delati, fortiter strenueque rem gerebant, fuitque dudum acris inter eos dubiaque pugna; illis quidem in orbem Romanos cingere conantibus, Romanis autem modo confertim in eos prosilientibus, adeo ut universam hostium aciem convellerent ac perturbarent, modo retrocedentibus et in tutum sese recipientibus. Interea dum reliquæ Romanorum copiæ eminus ex editiore quodam monte se ostendunt, barbari insidias et dolum rem esse suspicantes, concitatissime statim fugerunt. At Romanorum exercitus (jam enim universi inter se permisti erant) hostium tergis acriter insistebant, donec quamplurimos eorum interfecerunt, adeo ut ex tanto numero soli octoginta viri in Ferreum illud propugnaculum salvi redierint. Quod quidem propugnaculum si eodem impetu invasissent Romani, perculsis hac recenti clade barbaris, non dubitarim, quin primo insultu universi capi potuissent, eoque ipso die bellum finem habuisset. Nunc vero quod celebriore aliquo præfecto essent destituti, quique potestate prudentiaque excelleret, sed omnes propemodum inter se essent pares, et mutua consilia improbando contrariaque mandando certarent, et qualia quisque dixisset, talia audiret, imperfectæ eorum actiones neque admodum dignæ laude fuerunt. Cum enim in diversas essent **242** sententias secti, atque alii quidem hanc, alii aliam quamdam probarent, nihil eorum, quæ consulebantur, peragebatur; sed unusquisque, ægre ferens suam sententiam non valuisse, negligentius segniusque ad rem gerendam accedebat, et sinistris eventibus magis gaudebat, ut in posterum gloriari liberiusque se ipsum apud suos jactare, nullamque aliam sinistri eventus causam fuisse demonstrare posset, quam quod privatum suum consilium secuti non essent.

17. Hoc in statu cum res essent, remotius nonnihil ab hostibus, quam ut in obsidione, castrametati sunt: præterea neque sub diluculum euntes quales opus erat insultus faciebant; sed ignavia vecordiaque victi, res serias maximeque opportunas pro accessoriis et supervacaneis censebant; serius quidem quam oportebat in hostes impetum facientes, maturius vero quam expediebat sese recipientes. Hæc cum cognovisset Martinus, emittit quam citissime ad ipsos, qui universis imperaturus et dux futurus esset, virum Cappadocem quidem natione, dignitate vero prætoria jam a multo tempore clarum; cui nomen quidem erat Joannes, vulgare au-

τεσσαράκοντα ἱππεῦσι ξυνηθροισμένοις (ἦσαν δὲ οὐ τῶν πολλῶν, ἀλλ' ἔξοχοι ἐς τὰ μάλιστα καὶ τάγμασιν ἐφεστηκότες), τούτοις δὴ οὖν ἀποκριδὸν τοῦ ἄλλου ὁμίλου πορευομένοις, ἐπιφοιτῶσιν ἄνδρες τῶν Μισιμιανῶν ἐς ἑξακοσίους, πεζοὶ ἅμα καὶ ἱππόται, οἰόμενοι ἅπαντας τῷ πλήθει ξυλλαβόντες ῥᾳδίως διαχειριεῖσθαι. Οἱ δὲ τῇ τῶν πολέμων ἐμπειρίᾳ ἐς γεώλοφόν τι ἀναδραμόντες, ἀρετῆς ἐπεδείκνυντο ἔργα. Καὶ ἦν ἐπιπολὺ ἡ μάχη καρτερὰ καὶ ἀμφίβολος, τῶν μὲν κύκλωσίν τινα ποιήσασθαι πειρωμένων, τῶν δὲ Ῥωμαίων νῦν μὲν αὖθις ἐπεισπηδώντων, ὡς καὶ διασπᾶν καὶ ἀναταράττειν ἅπασαν τὴν φάλαγγα τῶν πολεμίων, νῦν δὲ αὖθις ἀναθεόντων καὶ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ γιγνομένων. Ἐν τούτῳ δὲ τῆς ἄλλης στρατιᾶς ἄνωθεν ἐξ ὑπερτέρου τινὸς ὄρους ἐπιφανείσης, ἐνέδραν εἶναι καὶ δόλον οἱ Βάρβαροι τὸ χρῆμα ὑποτοπήσαντες, εὐθὺς ἔφευγον προτροπάδην. Ἀλλ' ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατὸς (ἐτύγχανον γὰρ ἤδη ἅπαντες ἀλλήλοις ἀναμεμιγμένοι) ἐνέκειντο μάλα διώκοντες, ἕως τοὺς πλείστους πολεμίους [22] ἀπέκτειναν, ὡς μόνους ἐκ τοσούτων ὀγδοήκοντα ἄνδρας ἐς τὸ Σιδηροῦν ἐκεῖνο φρούριον ἀποσωθῆναι [23]. Εἰ μὲν οὖν αὐτίκα ὅπως εἶχον ὁρμῆς οἱ Ῥωμαῖοι ἐπῆλθον τῷ ἐρύματι, καταπεπληγμένων τῶν Βαρβάρων τοῖς ξυνενεχθεῖσιν, πάντως ἂν, οἶμαι, αὐτοβοεί γε ἅπαντας εἷλον, καὶ αὐθημερὸν ὁ πόλεμος ἐτελεύτα. Νῦν δὲ [24] τῷ μὴ παρεῖναι αὐτοῖς στρατηγὸν τῶν ὀνομαστοτάτων, δυνάμει τε καὶ φρονήματι προὔχοντα, ἴσους δὲ σχεδόν τι ἅπαντας καθεστάναι, ὡς καὶ ἀντεγκαλεῖν ἀλλήλοις τυχὸν καὶ ἀντιπαρακελεύσασθαι, καὶ ὁποῖα [25] ἄττα τις φήσειεν τοιάδε καὶ ἐπαΐειν, ἀτελῆ καὶ οὐ λίαν ἀξιέπαινα ὑπῆρχε τὰ ἐγχειρήματα. Ἐς γὰρ διάφορόν τινα γνώμην μεμερισμένοι, καὶ τοὺς μὲν τοῦτο, τοὺς δὲ ἄλλο τι ἀρέσκον, ἐπράσσετο μὲν οὐδὲ [26] ὁπότερον τῶν βεβουλευμένων [27]· ἕκαστος δὲ χαλεπαίνων, ὅτι μὴ τὸ οἰκεῖον ἐνίκα, ἐκμελῶς πως καὶ ἀταλαιπώρως προσῄει τοῖς ἔργοις, καὶ μᾶλλον ἥδετο τοῖς ἀποτεύγμασιν, ὡς ἂν ἔχοι [28] μεγαλαυχεῖν ὕστερον καὶ παῤῥησιάζεσθαι πρὸς τοὺς πέλας, καὶ τοῦ ἐνδεοῦς αἰτίαν οὐκ ἄλλο τι ἀποφαίνεσθαι, ἢ τὸ μὴ τά οἱ δόξαντα διαπραχθῆναι.

ιζ'. Ἐν τούτοις δὴ οὖν ὄντες, πόῤῥω που τῶν πολεμίων ἢ ὡς ἐν πολιορκίᾳ ἐστρατοπεδεύσαντο· καὶ πρός γε οὐδὲ ἀμφὶ τὸ περίορθρον γοῦν ἰόντες τὰς προσβολὰς ἐν δέοντι ἐποιοῦντο, ἀλλὰ ὄκνῳ εἴκοντες καὶ [29] ῥᾳθυμίᾳ, ὁδοῦ πάρεργα ἡγοῦντο τὰ σπουδαῖα καὶ ἐπικαιρότατα, κατόπιν μὲν τοῦ προσήκοντος καιροῦ ἐπιφοιτῶντες τοῖς ἐναντίοις, πρωϊαίτερον δὲ ἐπανερχόμενοι. Ταῦτα [30] δὲ μαθὼν ὁ Μαρτῖνος ἐκπέμπει ὡς [P. 126] τάχιστα ἐπ' αὐτοὺς ἄρξοντά τε ἁπάντων καὶ ἡγησόμενον, ἄνδρα Καππαδόκην μὲν τὸ γένος, ἀξιώματι δὲ στρατηγικῷ ἐκ πλείστου τετιμημένον [31], ᾧ δὴ ὄνομα ἦν Ἰωάννης, Δακνᾶν δὲ αὐτὸν προσεπωνόμαζον. Ἔσταλτο δὲ ἐς Κόλχους οὐ

VARIÆ LECTIONES

[22] πολεμίους add. ex R et intpr. [23] ἀποσωθῆναι R, περισωθῆναι vulg. [24] νῦν δὲ — καθεστ. om. R. [25] ὁποῖα R, ὁποῖ' vulg. [26] οὐδὲ R, οὐδ' vulg. [27] βεβουλημένων R. [28] ἔχῃ R. [29] ἀλλὰ καὶ R. [30] αὐτὰ R. [31] τετιμημένων Sph. Par. ᾧ δὴ οὖν R.

Digitized by Google

πολλῷ ἔμπροσθεν ἐκ βασιλέως, τὸ Ῥουστίκου ἔχων ἐπίταγμα, ἐφ' ᾧ ἕκαστά τε τὰ ποιούμενα ἐς τὸ ἀκριβὲς διαγγέλλειν [20], καὶ τῶν στρατιωτῶν τοὺς [21] ἀριστεύοντας βασιλείοις δώροις φιλοφρονεῖσθαι. Οὗτος δὴ οὖν [22] ὁ Ἰωάννης ἐς Μισιμιανοὺς ἀφιγμένος καὶ ἐπιστὰς τῷ τῶν Ῥωμαίων στρατεύματι, εὐθὺς ἀμφὶ τὸ φρούριον ἅπαντας ἵδρυσε καὶ πολιορκεῖν ἐπειρᾶτο, ἅμα δὲ καὶ τοῖς ἔκτοσθεν [23] διαιτωμένοις ἐπιθέσθαι, καὶ τὸ σύμπαν διατάραξαι. Τῶν γὰρ οἰκήσεων αἱ πλεῖσται οὐκ ἐν αὐτῷ δήπου τῷ περιβόλῳ ἐτύγχανον οὖσαι, ἀλλ' ἐπὶ σκοπέλῳ τινὶ ἀγχοῦ παρατεταμένῳ, φάραγγες δὲ ἐν αὐτῷ καὶ πέτραι ἀπερρωγυῖαι, ἐπιπλεῖστον διήκουσαι, δυσπρόσοδα λίαν καὶ ἄπορα τοῖς ἐθνείοις καὶ οὐκ εἰθισμένοις τὰ τῇδε ἅπαντα ἐκτελοῦσιν. Τό γε μὴν ἐπιχώριον ἐμπειρίᾳ τῶν τόπων ἔκ τινος στενωτάτης [24] ὁδοῦ καὶ ὑπολανθανούσης, μόλις μὲν καὶ αὐτοὶ καὶ πεπονημένως, καταφέρονται δὲ ὅμως, εἴπου δεήσοι, καὶ αὖθις ἀνέρπουσιν. Ὑπὸ δὲ τὸν πρόποδα ἐν αὐτῷ δὴ τῷ χθαμαλῷ καὶ ἡπλωμένῳ πίδακες ποτίμου ὕδατος ἀναβλύζουσιν, ὅθεν ὑδρεύονται οἱ τῷ κολωνῷ ἐνοικοῦντες. Τότε δὴ οὖν (ἐπετήρουν γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ἀπεῖργον τὸ μέρος) νύκτωρ οἱ Βάρβαροι κατιόντες ἠρύοντο [25]. Ἴσαυρος δέ τις ἀνὴρ, Ἴλλοῦς ὄνομα, ἐπὶ τῇδε τῇ φρουρᾷ τεταγμένος, ἐπειδὴ κατεῖδε πλείστους τῶν Μισιμιανῶν τόρρω που τῶν νυκτῶν ἐς τοῦτο καταβεβηκότας, ὁ δὲ ὑποκρυπτόμενος ἡσυχῇ ἔμενε καὶ ξυνεχώρει· ὡς δὲ ἐκεῖνοι τὰς κάλπεις ἐμπλήσαντες ἀπεπορεύοντο [26], εἵπετο λάθρα ὁ Ἴσαυρος καὶ συνανῄει, ἕως ἐπ' ἄκρου γενόμενος τήν τε τοῦ χωρίου θέσιν, ὡς οἷόν τε ἦν ἐν σκότῳ, ἄριστα ἐπεφράσατο, καὶ ὅτι οὐ πλείους ἢ ὀκτὼ ἄνδρες ἐτετάχατο ἐς τὸ κατασκοπεῖν τὴν ἄνοδον καὶ διαφυλάττειν. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα καταγνοὺς, αὐτίκα ὑπαναχωρεῖ, καὶ τῷ στρατηγῷ ἕκαστα διαγορεύει. Ὁ δὲ ἥσθη τε ἄγαν τῷ ἀγγέλματι, καὶ τῆς ἐπιούσης νυκτὸς ἄνδρας ἑκατὸν ἀπολεξάμενος ἀλκίμους τε καὶ θαῤῥαλέους, ἔστειλεν ἐπὶ τὴν ἔφοδον, κατασκοπήσοντάς τε τὸν χῶρον [27], καὶ ἐπιθησομένους ὅπῃ [28] παρείκοι. Εἴρητο δὲ αὐτοῖς, ἐπειδὰν βεβαιότατα ἀναβαίνειν, τότε δὴ σημαίνειν τῇ σάλπιγγι, ὥστε καὶ τοῦ ἄλλου στρατοῦ τῷ τείχει προσβάλλοντος ἑκατέρωθεν τοὺς πολεμίους διακυκηθῆναι [29].

ιη'. Ὁ μὲν οὖν Ἴλλοῦς προπορευόμενος ἡγεῖτο τῶν ἀνδρῶν ἐς τὴν ἀνάβασιν, ὡς [30] ἤδη αὐτῷ τῇ πείρᾳ καὶ διεγνωσμένην. Εἵπετο δὲ εὐθὺς Ζίπερ ὁ Μαρκελλίνου δορυφόρος, καὶ μετ' ἐκεῖνον Λεόντιος ὁ Δαβραγέζου [31], καὶ ἐπ' αὐτῷ Θεόδωρος ὁ τῶν Τζάννων ταξίαρχος· καὶ οὕτως ἑξῆς ἅπαντες [P. 127] οἱ ἄλλοι [32] ἀνήγοντο στοιχηδὸν ἀλλήλοις παρομαρτοῦντες. Ἤδη δὲ αὐτῶν ὑπὲρ τὸ μεσαίτατον ἐληλυθότων, ἐώρων μάλα σαφῶς οἱ προτεταγμένοι τὴν ἐκ πυρὰν τῶν φρουρῶν ἀναπτομένην, καὶ αὐτοὺς [33] ὡς πλη-

tem cognomen Dacnas. Missus vero erat ad Colchos non multo ante ab imperatore, Rustici habens mandatum, ut singula, quæ gererentur, accurate renuntiaret et milites, quorum fortitudo eminuisset, regalibus **243** donis prosequeretur. Hic itaque Joannes cum ad Misimianos pervenisset, et jam Romanorum exercitui præesset, confestim omnibus copiis propugnaculo admotis, obsidione illud cingere nitebatur, simulque eos, qui extra degebant, invadere omniaque obturbare. Domus enim plurimæ muri ambitu non concludebantur, sed in scopuloso quodam loco prope exporrecto, in quo præcipitia et abruptæ petræ, in longum tendentes, difficilia accessu transituque exteris et insuetis omnia efficiebant. Incolæ vero peritia locorum ex angustissima quadam et tecta via ægre quidem etiam ipsi et laboriose, descendunt tamen, si quando opus fuerit, rursusque sursum repunt. Ad radicem vero montis in humili et plano solo fontes potabilis aquæ scaturiunt, unde incolæ aquam petunt. Tum itaque temporis (observabant enim eos Romani, et ex parte prohibebant) barbari noctu descendentes aquam hauriebant. Isaurus autem quidam, Illus nomine, qui ea in parte stationem habebat, conspicatus multos Misimianos, qui multa nocte eum in locum descenderant, ipse tectus tacitusque suo loco mansit et permisit: simul atque vero illi hydriis repletis recesserunt, Isaurus clam eos subsequitur, simulque ascendit, donec in summum venisset, et loci situm, **244** quantum in tenebris fieri poterat, optime contemplatus est, quodque non plures, quam octo viri essent collocati ad observandum tuendumque ascensum. His, inquam, omnibus cognitis, statim descendit, et præfecto singula exponit; qui quidem magnopere eo nuntio est gavisus et nocte proxime sequente delectos centum fortes ac strenuos viros ad aditum illum misit, qui specularentur locum, impetumque, quando res ita ferret, facerent. Mandavit autem iis, ut cum jam certissime conscendissent, tuba signum darent, ut etiam reliquo exercitu in murum irruente, hostes utrinque perturbarentur.

18. Illus itaque præcedens ducebat viros ad aditum jam sibi exploratum. Secutus vero statim est Ziper Marcellini satelles, et ab illo Dabragesus, et post illum Theodorus Zannorum dux, atque ita deinceps omnes seriatim sese mutuo sequebantur. Cum autem jam ad ipsum medium ventum esset, aperte admodum conspicati sunt qui priores erant, excubitorum ignem accensum, et ipsos quam proxime decumbentes; e quibus septem quidem aperte dormiebant, et stertentes jacebant, unus autem solus

VARIÆ LECTIONES.

[20] ἐπαγγέλλειν R. [21] τοῖς ante βασ. vulg. [22] δ' οὖν R. [23] ἔκτοθεν R. [24] στενωτάτης Cl., στενοτάτης R et vulg. [25] ἀρύοντο R. *Illius* inipr. [26] ἐτορεύορτο R (ἐπορεύοντο). [27] τὴν χώραν R. [28] ὅπῃ R, ὅποι vulg. [29] διακυγηθῆναι R. [30] ὡς add. ex R. [31] Δαβραγέζου R h. l. et mox, Δαβραγάζου vulg. [32] οἱ ἄλλοι ad. ex R. [33] καὶ αὐτους R et Lugd. mg., καὶ ὡς αὐτοὺς vulg.

Digitized by Google

cubito innixus, vigilanti similis, captus erat tamen etiam ipse somno, capiteque erat 245 prægravato, neque adhuc satis apparebat, quonam evasurus esset, nutans frequenter capite, rursusque id succutiens. Interea Leontius Dabragesi filius, ad cœnum quoddam lubricum lapsus, toto corpore procidit et deorsum est delatus, simulque scutum diffregit. Sonitu vero, uti par est, ingenti excitato, excubitores omnes perterriti prosilierunt, stratisque insidentes, et enses stringebant, et colla in omnem partem versantes despiciebant; neque tamen conjicere poterant, quid rei esset. Nam ut splendor ignis ipsorum oculos perstrinxerat, in tenebris constitutos cernere non poterant, et sonitus ipsis dormientibus allapsus non admodum manifestus erat, neque distinctus, neque qui armorum solo allisorum fragorem aperte proderet. Romani vero accuratissime omnia observabant. Quocirca gressu inhibito, quieti tacitique manserunt, veluti terræ radicibus affixi et neque vocis ullum murmur audiebatur, et pedes ne tantillum quidem movebant, sed ita uti erant fixi immotique stabant, sive acutam aliquam petram, sive fruticem premerent. Nisi enim ita rem instituissent, sensusque aliquis eorum, quæ fiebant, ad excubitores pervenisset, illi omnino ingentem aliquam petram deturbassent, quæ in declive provoluta facile omnes, qui sursum nitebantur, collisisset. Idcirco Romani taciti immotique stabant; adeo ut ne 246 spiritum quidem emitterent, sed eum in pectore conditum premerent. Et certe miror ac laudo optimum ipsorum ordinem, quod omnes simul veluti ex pacto uno temporis momento id, quod ex re futurum esset, collimantes, in ordine persteterint, et in animis suis cogitarint, quæ proloqui tempus non patiebatur. Barbari vero, cum nihil incommodi aut periculi animadverterent, rursus ad id, quod amicum erat, se convertunt, suavissime dormientes.

19. Tum itaque Romani, illos ita in somnum effusos adorti, trucidant cum alios tum etiam illum semivigilem, ut aliquis ipsum per jocum appellaverit; ac deinceps intrepide progredientes, per vicos domuum diffusi sunt, simulque tuba classicum cecinit; quo exaudito Misimiani novitate rei sunt perculsi, quo vero in statu res essent nescientes, excitati tamen inter sese coire nitebantur, et alios aliunde prosilientes congregare. At Romani in ipsis vestibulis occurrentes, et quodammodo ensibus ipsos excipientes, ingentem stragem ediderunt. Alii enim jam egressi statim interficiebantur, et mox alii, rursumque alii atque alii; neque ulla erat cædis remissio, omnibus urgentibus. Jam vero etiam multæ feminæ stratis effusæ cum magno ejulatu

σιαίτατα κατακεκλιμένους· καὶ οἱ μὲν ἑπτὰ περιφανῶς ἐκάθευδον, καὶ ὑπορέγχοντες ἔκειντο. Εἷς δέ γε μόνος ἐπ' ἀγκῶνος ἐρηρεισμένος, ὥσπερ ἐγρηγορὼς διετέλει. Συνείχετο γὰρ καὶ [46] ὃς τῷ ὕπνῳ καὶ ἐκαρηβάρει· καὶ οὔπω ὅῆλος ἦν ὅποι [47] χωρήσει, ἐπινυστάζων θαμὰ καὶ ἀναπαλλόμενος. Ἐν τούτῳ δὲ Λεόντιος ὁ Δαβραγέζου ὑπὲρ τέλματός τινος ὀλισθήσας καταπίπτει ἀθρόον καὶ ὑποφέρεται, καὶ περιρρήγνυσι τὴν ἀσπίδα. Πατάγου δὲ, ὥσπερ εἰκὸς, μεγάλου ἀρθέντος, ἀνέθορον ἅπαντες οἱ φρουροὶ διεπτοημένοι [48] καὶ ὑπὲρ τῆς εὐνῆς ἥμενοι, τά τε ξίφη ἐσπάσαντο, καὶ κατεσκόπουν ἀπανταχοῦ τοὺς [49] αὐχένας περιδινοῦντες· συμβάλλειν δὲ οὐκ εἶχον, ὅ τί ποτέ ἐστι τὸ γεγενημένον [50]· τῷ τε γὰρ πυρὶ καταυγαζόμενοι, τοὺς ἐν τῷ σκότῳ ἑστῶτας διορᾷν οὐκ ἠδύναντο, καὶ ὁ κτύπος αὐτοῖς καθεύδουσι προσπεσὼν, οὐ μάλα ἐναργὴς ἦν, οὐδὲ ἀποκεκριμένος, οὐδὲ ὁπλίος ὅπλα παραδηλῶσαι κατενεχθέντα· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἐς τὸ ἀκριβὲς ἕκαστα κατεθεῶντο. Τοιγάρτοι τὸ βάδισμα ἐπιτηχόντες, ἀτρέμα ἔμενον, ὥσπερ τῇ γῇ ἐνερριζωμένοι, καὶ οὔτε φωνῆς ἦχος ἐψιθυρίζετο, οὔτε τοὺς πόδας μετρίως γοῦν μετεκίνουν, ἀλλ' οὕτως ὥσπερ [51] εἶχον προσεπεπήγεσαν, εἴτε πέτρᾳ ὀξείᾳ τυχὸν, εἴτε θάμνῳ τινὶ ἐτύγχανον ἐπιβεβηκότες. Εἰ γὰρ μὴ οὕτως [52] ἐποίουν, καί τις ξυναίσθησις τοῦ δρωμένου τοῖς φύλαξιν ἐγεγόνει, πάντως ἂν πέτραν τινὰ μεγάλην ἐπαφιέντες κατὰ τοῦ πρανοῦς ἐξεκύλιον, ὡς ἅπαντας ἐπιτρίψαι τοὺς ἐπερχομένους. Τῷ τοι ἄρα ἐκεῖνοι ἀναυδοί τε εἱστήκεσαν καὶ ἀδόνητοι, καὶ αὐτὴν δὴ τὴν τοῦ πνεύματος φορὰν ξυστέλλοντες ἠρέμα καὶ ταμιευόμενοι. Καὶ ἄγαμαί γε αὐτοὺς ἔγωγε [53] τῆς εὐκοσμίας, ὅτι δὴ ἅπαντες ἅμα ὥσπερ ἐκ συνθήματος ἐν ἀκαρεῖ χρόνου [54] τοῦ συνοίσοντος ἑστοχασμένοι, ἐνεκαρτέρουν τῇ τάξει, καὶ διενοοῦντο ἐν ἑαυτοῖς ὁπόσα φθέγγεσθαι ὁ καιρὸς οὐκ ἐδίδου. Οἱ δὲ Βάρβαροι, ἐπειδὴ αὐτοῖς μηδὲν [55] ὁτιοῦν δεινὸν ὑπεφαίνετο, πάλιν εἰς τὸ προσφιλὲς ἐτράποντο, ἀσμενέστατα καταδαρθέντες.

ιθ'. Τότε δὴ [56] οὖν οἱ Ῥωμαῖοι οὕτω δή τι αὐτοῖς ἀνειμένως ἀναπαυομένοις ἐπιβάντες, ἀπέκτειναν τούς τε ἄλλους, καὶ πρός γε ἐκεῖνον τὸν ἡμιάγρυπνον, ὡς ἄν τις αὐτὸν ἐπιτωθάζων ἐπικαλέσοι [57]. Καὶ τολοιπὸν ἀδεῶς ἀνὰ τὰ πρόσω χωρήσαντες, ἀμφὶ τὰς λαύρας τῶν οἰκήσεων ἐσκεδάννυντο· καὶ ἅμα ἡ σάλπιγξ ἐπῇδε τὸ ἐνυάλιον. Ἀκούσαντες δὲ οἱ Μισιμιανοὶ κατεπλήττοντο μὲν τῷ παραλόγῳ· τὰ δὲ παρόντα οὐ ξυνιέντες, ὅμως ἀνεγρόμενοι ἐπ' ἀλλήλους φοιτᾶν ἔζητουν καὶ ξυναθροίζεσθαι, ἄλλος [P. 128] ἄλλοθεν διεκπηδῶντες. Ἀλλ' [58] οἱ Ῥωμαῖοι ἐν αὐτοῖς δὴ τοῖς προθύροις ὑπαντιάζοντες, καὶ ὥσπερ τοῖς ξίφεσιν αὐτοὺς δεξιούμενοι, πλεῖστον ὅσον εἰργάζοντο φόνον. Οἱ μὲν γὰρ ἤδη ἐκβάντες εὐθὺς ἀνῄρηντο, ἕτεροι δὲ παρῆσαν, καὶ ἄλλοι ἤμελλον [59], καὶ λώφησις οὐκ ἦν

VARIÆ LECTIONES.

[46] καὶ γὰρ ξυνείχετο ὃς R. [47] ὅπῃ R. [48] διεπτόμενοι R. [49] τοὺς R, τὰς vulg. [50] γεγεννημένον R. [51] ὥσπερ R, ὅπως vulg. [52] οὕτω R. [53] ἔγωγε add. ex R. [54] χρόνου R, χρόνῳ vulg. [55] μηδὲν R, οὐδὲν vulg. [56] τότε δὲ R. [57] ἐπικαλέσοι R, ἀποκαλέσοι vulg. [58] ἄλλος R, ἄλλους vulg. [59] ἢ μᾶλλον R, ἐμέλλον in mg

Digitized by Google

τοῦ κακοῦ, ἁπάντων ἐπειγομένων. Ἤδη δὲ καὶ γύναια πολλὰ διαναστάντα θύραζε ξυνέῤῥει ὀλοφυρόμενα· ἀτὰρ οὐδὲ τούτων ἀπείχοντο οἱ Ῥωμαῖοι, ὀργῇ φερόμενοι, ἀλλ' ὠμότατα καὶ αὗται [60] κτεινόμεναι, ἀπήλαυον τῆς τῶν ἀῤῥένων ἀτασθαλίας. Μία δέ τις τῶν κομψοτέρων δᾷδα κατέχουσα καιομένην, ἐμφανέστατα ἐπορεύετο· καὶ ἡ μὲν δορατίῳ τὴν γαστέρα διατορηθεῖσα, οἰκτρότατα ἐτεθνήκει, τῶν δέ τις Ῥωμαίων ἀνελόμενος τὸ λαμπάδιον ἐμβάλλει πῦρ τοῖς περιαυλίσμασι. Τὰ δὲ (ξύλοις γὰρ καὶ φορυτῷ ἐτύγχανον ἐσκευασμένα) τάχιστα ἐνεπίμπρατο· ἡ τε φλὸξ ἐς τοσοῦτον [61] μεγέθους ἐξήρθη, ὡς καὶ τῷ Ἀψιλίων ἔθνει καὶ τοῖς πορρωτέρω ἔτι [62] τὰ ποιούμενα διαγγέλλειν. Τότε δὴ οὖν καὶ μᾶλλον οἱ Βάρβαροι χύδην ἀπώλλυντο [63]. Οἱ μὲν γὰρ οἶκοι μεμενηνότες ἐπυρπολοῦντο ἢ κατεχώννυντο· τοῖς δὲ πρὸς τὰ ἐκτὸς διεκπίπτουσιν [64] ἑτοιμότερος ὁ ἐκ τῶν ξιφῶν ὄλεθρος ἐφειστήκει. Παῖδες δὲ πολλοὶ κλαυθμυριζόμενοί τε καὶ τὰς τεκούσας ἀναβοῶντες, ἡλίσκοντο· καὶ τούτων τοὺς μὲν κατὰ τῶν πετρῶν ἀφειδῶς ἀκοντίζοντες, διεσπάραττον· ἔνιοι δὲ ὥσπερ ἐν παιδιᾷ ἐς ὕψος ἀνερῥίπτοντο, καὶ εἶτα τῷ ἄχθει ἀντιφερόμενοι, ὀρθίοις τοῖς δόρασιν ὑποδεχθέντες, ἐν τῷ μετεώρῳ διεπερονῶντο. Καὶ ἦν μὲν οὐ πόῤῥω τῶν εἰκότων χαλεπαίνειν σφόδρα τοὺς Ῥωμαίους τῷ τῶν Μισιμιανῶν γένει, τοῦ τε Σωτηρίχου ἕκατι, καὶ τῆς ἐπὶ τοῖς πρέσβεσι παρανομίας. Ἔδει [65] δὲ ὅμως οὐχ ὅσον καὶ ἐς αὐτὰ δὴ τὰ νεογνὰ βρέφη, καὶ τῶν τοῖς γονεῦσι τετολμημένων οὐδὲν ἐπιστάμενα, παροινεῖν οὕτω καὶ ἀφυβρίζειν. Οὔκουν αὐτοῖς οὐδὲ ἀποινὶ τοῦτο ἡμάρτηται.

κ'. Τῆς γὰρ νυκτὸς ἁπάσης ἐν τοιοῖσδε [66] κακοῖς διανυσθείσης, ἤδη τε [67] δόξαντος τοῦ χωρίου ἐκπεπερθῆσθαι, τότε δὴ ἄνδρες τῶν Μισιμιανῶν ἐς πεντακοσίους εὖ μάλα τεθωρακισμένοι, τοῦ φρουρίου ἐκβάντες, ἐς αὐτὸ δὴ τὸ λυκαυγὲς ἐπέρχονται τοῖς Ῥωμαίοις ἀφυλάκτως διακειμένοις, διὰ τὸ οἴεσθαι τελεώτατα κεκρατηκέναι. Καὶ πλήττουσι μὲν τοὺς πλείστους, ἅπαντας δὲ ἐς φυγὴν ἐτρέψαντο, βιαιότερον ἐξωθοῦντες. Οἱ δὲ ξὺν ταραχῇ ἐπὶ τὸ κάταντες ὑπαγόμενοι, συχνῶν τε καὶ ποικίλων τραυμάτων ἀνάπλεοι ἐς τὸ στρατόπεδον ἐπανῆλθον, τοῖς τε ἀκοντίοις τῶν πολεμίων βληθέντες, καὶ τῷ περιπταίειν θαμὰ ταῖς πέτραις διακεχαραγμένοι τὰ σκέλη· καὶ ἐπ' ἐκεῖνον μὲν αὖθις τὸν σκόπελον ἀνέρπειν ἥκιστα διενοοῦντο, τῷ δὲ περιβώλῳ ἐπιφέρεσθαι ἢ μᾶλλον ἐπίμαχος εἶναι ἐδόκει, καὶ ἅμα τὴν τάφρον καταχωννύναι. Καὶ τοίνυν [P. 129] οἰκίσκους τινὰς καὶ καλύβας πλησιαίτερον τεκτηνάμενοι ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς ἐτειχομάχουν, μηχαναῖς τε χρώμενοι καὶ τοξείᾳ, καὶ ἄλλῳ ὁτῳοῦν τρόπῳ χαλεπωτάτην τοῖς ἔνδον καὶ ἀνύποιστον ποιούμενοι τὴν πολιορκίαν. Οἱ δὲ Βάρβαροι ἐμόχθουν μὲν σφόδρα καὶ ἐπιέζοντο, πλὴν ἀλλ' οὔπω ἀνίεσαν [68] ἀμυνόμενοι. Ἤδη γάρ τινες σπαλίωνα κομίζοντες,

A 247 foras confluebant. Sed neque ab his abstinebant Romani, ira abrepti, sed crudelissime etiam hæ trucidatæ virorum sceleratam proterviam luebant. Una autem ex elegantioribus accensam facem manu gestans, valde conspicue incedebat. Sed etiam hæc hasta ventrem transfossa mīserrime periit. Romanorum vero quidam arrepta face ignem domibus immisit; quæ ut erant e lignis et stramentis confectæ, citissime conflagrarunt; et flamma adeo alte sublata est, ut et Apsiliorum genti aliisque remotioribus quæ gerebantur nuntiaret. Tum quidem et multo atrocius barbari passim peribant. Qui enim domi manserant, concremabantur, vel ædibus obruebantur; qui vero e domibus proruebant, iis paratior ab ensibus interitus imminebat. B Multi vero pueri vagientes suasque matres inclamantes rapiebantur; atque ex his quidem alii petris crudeliter illisi dilaniabantur, alii vero veluti per ludum in altum ejecti, ac deinde pondere deorsum delati, erectisque hastis excepti in sublimi transfigebantur. Et certe Romani non abs re adversus Misimianos adeo ingentem indignationem conceperant, cum ob Soterichi cædem, tum ob sceleratum in oratores facinus; cum tamen æquum non esset, in ipsos etiam recens editos infantes, 248 quique eorum, quæ parentes ipsorum perpetrarant, neutiquam erant conscii, usque adeo fœde sævire; ita eis factum hoc non impune abiit.

20. Nocte enim tota in hisce malis transacta, C cum jam totus ille tractus vastatus videretur, tum vero ex Misimianis viri quingenti optime armati, præsidio egressi, sub ipsum diluculum Romanos invadunt, nullas aut exiguas excubias agentes, quod putarent se plenissima victoria potitos; et plurimos quidem cædunt, omnes vero in fugam vertunt, violenter expellentes; illi vero turbulente in præceps acti, frequentibusque et variis vulneribus pleni, in castra sunt reversi, et telis hostium icti, et, quod frequenter in petras offendissent, tibiis graviter saucialis, adeo ut eis denuo in scopulum illum subreptandi animus non esset, sed murum potius, qua parte opportunior oppugnationi videretur, adoriendi simulque fossam opplendi. Quocirca domunculis quibusdam et tuguriis propius structis, e tuto D murum oppugnabant, machinis pariter utentes et jaculatione, et alio quovis modo gravissimam iis, qui intus erant, intolerabilemque obsidionem efficientes. Barbari vero vehementer laborabant, graviterque premebantur; nondum tamen sese tueri desistebant. Jam enim nonnulli testudinem 249 portantes ad Romanorum munitiones se confere-

VARIÆ LECTIONES.

[60] αὗται R, αὐταὶ vulg. [61] τοσοῦτο R. [62] πορρ. ἔτι R, ἔτι πορρ. vulg. [63] ἀπόλλυντο R. [64] διαπίπτουσιν R. [65] ἔδει R et inipr. *non tantopere erat desæviendum*, ἐπεὶ vulg. ὅσον R, Lugd. 1 m. et ed. pr., ὅσιον Lugd. mg. et Par. [66] ἐν τοῖς τοιοῖς R. [67] Pro τε R δέ. [68] ἀνίεσαν T (Cl.), ἀνῆσαν vulg.

Digitized by Google

bant, tanquam omnia demoliturl. Priusquam vero appropinquarent atque obtegerentur, Suarumas quidam nomine, vir Sclavus, hastam jacit in eum, qui minus tectus erat, et ferit letaliter; quo collapso, statim excussa est testudo, inversaque corruit; atque ita resupinato ejus sinu et capacitate, detecti sunt nudatique viri, quos Romani facile jaculis petentes interfecerunt. Unus autem ex iis fuga evaserat, et jam propius ad præsidium venerat, portulamque ingrediebatur; sed tum frequentibus sagittis ictus interiit, ibique corruens, in limine jacebat, exigua quidem aliqua corporis parte foris relicta, majore vero sui parte introrsum porrectus. Id vero conspicati Misimiani, et infaustum ac triste de futuris omen esse interpretati, et alioqui desperantes etiam laboribus, et redeundi in gratiam cum Romanis cupidi, præcipue quod neque ipsis auxilia a Persis prout convenerat venissent: hæc, inquam, secum reputantes suasque vires perpendentes, quod Romanis impares essent, neque diutius bellum sustinere possent, tum demum ægre ad saniorem mentem redeuntes, confestim oratores ad Joannem miserunt precatum, ne se ad internecionem perderet, neque **250** funditus exstirparet gentem, jam ab antiquo Romanis subditam, et in religione cum ipsis convenientem, quæque quamplurimis injuriis provocata, tandem ad rependendas illas accesserit, atque hoc quidem barbara quadam amentia; commiseratione tamen veniaque se non prorsus indignos dicebant, qui adeo jam atrocia mala essent perpessi adeoque graves pœnas luissent; utpote circumjectis præsidio habitationibus incendio absumptis, et virorum ætate florentium non minus quinque millibus interfectis, feminis vero multo pluribus et pueris adhuc pluribus: adeo ut parum absit, quin universa Misimianorum gens sit deleta. Joannes vero libentissime supplices preces admisit, partim ne diutius in loco deserto et præalgido cum exercitu periclitaretur, partim quod revera jam satis pœnarum, qui deliquerant, dedissent. Acceptis itaque obsidibus omnique pecunia, quam Soterichus secum attulerat, aliisque rebus, et præterea imperatorio auro (erant vero nummi integri ac probi ad duas myriades, octies mille et octingenti), his, inquam, omnibus acceptis, multaque præda adjecta, permisit, ut intrepide rursus sua colerent, et pristinum vivendi genus instaurarent. Ipse vero in Colchicam regionem est reversus, inclytum gloriosumque exercitum reducens, solis triginta viris desideratis.

A ἐπ' ἐκεῖνα [69] δὴ τὰ τῶν Ῥωμαίων ἔρκη ἐχώρουν ὡς ἅπαντα καταβαλοῦντες. Πρὶν δὲ δὴ πελάζειν αὐτοὺς καὶ ὑποκρύπτεσθαι, Σουαρούνας [70] τις ὄνομα, Σκλάβος ἀνὴρ, ἀφίησι δόρυ τῷ μᾶλλον προφαινομένῳ, καὶ πλήττει καιρίαν. Πεσόντος δὲ ἐκείνου αὐτίκα ἐξετινάχθη ὁ σπαλίων, καὶ ἠρήριπτο ἀνατετραμμένος, καί πως ἐς τἀναντία τοῦ κύτους περιηγμένου, ἀνεκαλύπτοντο οἱ ἄνδρες καὶ ἀπεγυμνοῦντο. Καὶ τοὺς μὲν [71] ἄλλους ῥᾳδίως οἱ Ῥωμαῖοι κατακοντίζοντες ἐκτειναν, εἷς δέ γε ἀποδρὰς [72] ἔφκετο· καὶ ἤδη ἀγχοῦ ἐγεγόνει, καὶ δὴ ἐπέβαινε τῆς πυλίδος. Ἀλλὰ τότε ἀθρόον τοξευθεὶς διαφθείρεται. Καὶ αὐτοῦ καταπεσὼν, ὑπὲρ τὸν οὐδὸν ἔκειτο, ὀλίγον μέν τι τοῦ σώματος μεθεὶς, τῷ δὲ πλείονι μέρει πρὸς τὰ ἔνδον παρατεταμένος. Τοῦτο δὲ ἰδόντες οἱ Μισιμιανοὶ, καὶ σημεῖόν τι, οἶμαι, τῶν ἐσομένων πέρι φευκτόν τε καὶ ἀπαίσιον ἡγησάμενοι, ἄλλως τε καὶ ἀπειρηκότες τοῖς πόνοις, καὶ τῆς πρὸς Ῥωμαίους δυσμενείας [73] ἀπαλλαξείοντες, μάλιστα ὅτι αὐτοῖς οὐδὲ ἡ ἀπὸ τῶν Περσῶν κατὰ τὸ ξυγκείμενον ἀφίκτο ἐπικουρία· ταῦτα δὴ οὖν ἀναλογισάμενοι [74], καὶ τὴν οἰκείαν ἀναμετρήσαντες δύναμιν, καὶ ὅτι οὐκ ἀξιόμαχοι ἔσονται οὐδὲ περαιτέρω τὸν πόλεμον ὑπομενοῦσι μόλις ἐν τῷ τότε γοῦν ἀναμνησθέντες, εὐθὺς ἐπρεσβεύοντο [75] πρὸς Ἰωάννην, καὶ ἱκέτευον, μὴ σφᾶς πανωλεθρίᾳ διαφθεῖραι, μηδὲ ἀνάρπαστον ἄρδην ποιήσασθαι γένος ἐκ παλαιοῦ κατήκοον καὶ ὁμόδοξον τὰ ἐς τὸ Θεῖον καὶ πλεῖστα ὅσα προηδικημένον, οὕτω τε ἐληλυθὸς ἐς τὸ ἀντιδρᾶσαι, βαρβάρῳ καὶ τοῦτο ἀνοίᾳ· οὐ μὴν [76] παντάπασί γε φειδοῦς καὶ συγγνώμης ἀνάξιοι ἔφασκον εἶναι, τοσαῦτα ἤδη δεινὰ πεπονθότες, καὶ μεγίστας ποινὰς ἀναπλήσαντες·, καταφλεχθείσης μὲν αὐτοῖς τῆς τοῦ φρουρίου περιοικίδος [76*], ἀνδρῶν δὲ ἡβώντων οὐ μεῖον ἢ πεντακισχιλίων ἀπολωλότων, γυναικῶν δὲ πολλῷ πλειόνων, καὶ παίδων ἔτι πλειόνων, ὡς ὀλίγου γε [77] δεῖν ἅπαν διαῤῥυῆναι τὸ φῦλον. Ὁ δὲ Ἰωάννης ἀσμενέστατα προσήκατο τὴν ἱκετείαν, τοῦ τε μὴ ἐπὶ πλεῖστον ἐν χωρίῳ ἐρήμῳ καὶ δυσχειμέρῳ ἅμα τῇ στρατιᾷ διακινδυνεύειν, καὶ ὅτι ἀποχρώντως ὡς ἀληθῶς οἱ ἡμαρτηκότες ἐτετιμώρηντο. Τοιγάρτοι ὁμήρους λαβὼν, καὶ τὰ χρήματα ὁπόσα ὁ Σωτήριχος ἐπεφέρετο, τά τε ἄλλα καὶ πρός γε τὸ ἐκ βασιλέως χρυσίον· ἦν δὲ ἐν νομίσμασιν ἐντελέσι τε [78] καὶ ἀκιβδήλοις δισμυρίοις τε καὶ ὀκτακισχιλίοις πρὸς ἑτέροις ὀκτακοσίοις· ταῦτα [P. 130] δὴ οὖν ἀπειληφὼς καὶ λείαν πολλὴν περιβαλόμενος [79], ἐφῆκε μὲν αὐτοῖς ἀδεῶς αὖθις τὰ σφέτερα νέμεσθαι, καὶ τὸν πρότερον ἀνανεώσασθαι βίον. Αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὴν Κολχίδα γῆν ἐπανῆκεν, κλεινὸν ἅμα καὶ ἀγέρωχον, καὶ μόνοις τριάκοντα ἀνδράσιν ἐζημιωμένον ἀποκομίσας τὸ στράτευμα.

VARIÆ LECTIONES

[69] ἐπ' ἐκεῖνα R (Cl.), ἐπέκεινα vulg. [70] *Surranus* intpr. [71] μὲν ins. ex R. [72] ἀποδρὰς R, ἀποδράσας vulg. Pro καὶ ἤδη R καὶ δή. [73] δυναστείας R. [74] ἀναλογισάμενοι R, λογισάμενοι vulg. [75] ἐπρεσβεύοντο αὖθις R, intpr. particulam omittit. [76] μὴ R. [76*] τῆς τοῦ φρ. περ. R, τῆς π. τ. φο. vulg. [77] γε om. .. [78] τε add. ex R [79] περιβαλόμενος R.

Digitized by Google

κα'. Μετὰ δὲ ταῦτα βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς, καθ- A ελὼν παντάπασι τῆς ἀρχῆς τὸν Μαρτῖνον, ὁ δὲ Ἰουστῖνον τὸν Γερμανοῦ καθίστησιν ἀντ' αὐτοῦ στρατηγὸν αὐτοκράτορα τῶν τε κατὰ τὴν Κολχίδα χώραν καὶ τῶν ἐν Ἀρμενίᾳ ταγμάτων. Ἦν μὲν γὰρ αὐτῷ καὶ πρότερον οὐ μάλα πρὸς θυμοῦ πρωτεύειν ἐκεῖνον ἁπάντων καὶ ἐξηγεῖσθαι, ὡς δὴ τῆς κατὰ Γουβάζου ἐπιβουλῆς οὐκ ἐλάχιστον μέρος γεγενημένον. Κατεῖχε δὲ[80] τέως τὴν γνώμην καὶ ὑπελάνθανε, μὴ χρῆναι οἰόμενος ἀνακινῆσαι τὸ ἄρχον καὶ μεταskευάσασθαι ταραττομένων ἔτι τῶν τῇδε πραγμάτων, καὶ μάλιστα[81] τῆς στρατιᾶς ἡδομένων τῷ Μαρτίνῳ, διά τε τὴν τῶν πολεμικῶν ἔργων ἐμπειρίαν καὶ τὸ ἕκαστα ἐν δέοντι διατάττειν. Οὗ δὴ ἕνεκα, οἶμαι, καὶ διεσέσωστο, ἐπεὶ ἂν καὶ αὐτὸς Ἰωάννῃ τε καὶ Ῥουστίκῳ ξυνετεθνήκει[82]· νῦν δὲ ὥσπερ αἰδοῖ B τῶν τροπαίων καὶ τῆς εὐβουλίας, ᾗ δὴ παρὰ τοὺς κινδύνους ἐχρῆτο, ὑφελὼν ἠρέμα καὶ ὑποχαλάσας τοῦ νόμου[83] τὸ λίαν ἀκριβὲς καὶ ἀτιθάσευτον, ἐφῆκε μὲν τὸ ἐπίκλημα, ἄρχειν δὲ οὐ ξυνεχώρει, ἀλλὰ ἰδιωτεύειν ἐκέλευεν, ἄρκεῖν ἡγούμενος ἀτιμίᾳ γε αὐτὸν τιμωρήσασθαι, εἰ καὶ τοσούτου μιάσματος μετειλήχει. Ἐπειδὴ οὖν οἵ τε[84] Πέρσαι ἠρέμουν, καὶ ἐκεχειρίᾳ ἐῴκει τὸ χρῆμα, τότε δὴ τὸν μὲν ἀπεώσατο, Ἰουστῖνον δὲ προσήκοντά τέ οἱ ὡς ἐγγύτατα κατὰ γένος, καὶ ἄλλως ὀνομαστότατον ἐν τῷ τότε εἶναι δοκοῦντα, μετάκλητον ἐν Βυζαντίῳ ποιησάμενος, ἅπασάν τε αὐτῷ παραδίδωσι τὴν ἀρχὴν, καὶ αὖθις ἐς Κόλχους ἐκπέμπει τοῖς ἐφεξῆς ἁρμοσόμενον. Ἦν δέ τις[85] ἐν τῷ ἅμῳ' αὐτὸν ὁμίλῳ Ἰωάννης ὄνομα, Αἶβος ἀνὴρ[86], ἀφανὴς μὲν C τὰ πρῶτα καὶ πενιχρώτατος, ὡς καὶ τοῦ ἀποζῆν ἕνεκα μισθαρνεῖν ἑτέρῳ τῳ[87] καὶ ξυνέπεσθαι τῶν δορυφόρων καὶ τὰς τῶν θεραπόντων στέγειν ὀδύνας, οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἐπὶ μέγα πλούτου τε καὶ ἀλαζονείας ἠρμένος. Πλεῖστα γὰρ ὅσα μηχανησάμενος, καὶ διὰ ποικίλης χωρήσας ἐννοίας, γνωρίζεται οὐκ ἐς μακρὰν τῷ Ἰουστίνῳ, κάκιστος δὲ ὢν καὶ πανουργότατος, καὶ οἷος οὐδὲν ὁτιοῦν τῶν ἀδίκων τε καὶ ἀνοσίων ἐγχειρημάτων κέρδους ἕκατι ἀπαναίνεσθαι, ῥητόν τι μέτρον[88] χρυσοῦ αἰτεῖ τὸν στρατηγὸν, ὁμολογῶν, εἰ κομίσοιτο, αὐτῷ τε τῷ παρασχόντι ἐς ὅσον ἂν ἕλοιτο[89] χρόνον τὰ ἐπιτήδεια προσφόρως ἐκπορίεῖσθαι, καὶ πρός γε ὁπόσον παρῆν θητικόν τε καὶ δοῦλον, καὶ ὅσοι ἕλλοι [P. 151] ὁπαδοί τε καὶ ὑπηρέται καὶ δορυφόροι, ἀλλὰ καὶ τοὐσδε ἅπαντας τῆς προσηκούσης τροφῆς ἐμπι- D πλάναι. Ταῦτα δὲ πράττων ἐπηγγέλλετο οὐ μόνον ἀποσώσειν[90] τὸ χρυσίον ἅπαν καὶ ἀντικαθεῖναι[91] ὁπόσον ἂν λάβοι, ἐντελῆ καὶ ἀλώβητον, ὥσπερ ἐκδεδανεισμένον, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἕτερον προσεπιδοῦναι. Καὶ ἐδόκει μὲν τοῖς πολλοῖς κόμπος εἶναι καὶ οἷον αἴνιγμα τὸ εἰρημένον· ὁ δὲ Ἰουστῖνος, καίτοι δέον αὐτὸν νεμεσῆσαι τῇ τοῦ Αἴβους ἀβελτηρίᾳ, ἐπιστάμενον ὡς οὐκ ἂν τὴν ὑπόσχεσιν διανύσειεν μὴ ἀδίκα

21. Post hæc imperator Justinianus Martinum præfectura in universum submovit, inque ejus locum Justinum Germani filium suffecit, **251** qui omnibus per Colchicam regionem et Armeniam legionibus cum plena absolutaque potestate præesset. Neque enim ipsi etiam antea valde gratum erat, Martinum primas obtinere omnibusque imperare, quippe qui fraudis in Gubazem structæ non minima pars fuerat; mentem tamen suam tegebat, consiliumque occultabat ad tempus, nequaquam concitandum aut immutandum principatum esse ratus, rebus adhuc eo loci perturbatis, præcipue cum gratiosus apud exercitum esset Martinus, cum ob rei bellicæ peritiam, tum quod opportune singula ordinaret. Quæ quidem res saluti ei, ut arbitror, fuit: nam alioquin etiam ipsi cum Joanne et Rustico moriendum fuisset. Nunc vero reverentia quadam victoriarum et prudentiæ, qua in quovis discrimine adeundo utebatur, de summo jure nonnihil detrahens, legisque rigiditatem austeritatemque temperans atque edulcans, crimen quidem ei remisit, imperare autem non permisit, sed privatam vitam agere jussit, sufficere ratus, si ipsum ignominia afficeret, etiamsi tanti sceleris particeps fuisset. Cum itaque Persæ quiescerent, statusque rerum induciis esset similis, hunc quidem submovit, Justino vero, arctissima propinquitate generis sibi conjuncto, et alioquin maximi per id tempus nominis, Byzantium ad se evocato, universum imperium detulit, rursusque ad Colchos misit, omnia deinceps moderaturum. **252** Erat autem quidam in turba ipsum sequente, Joannes nomine, Afer, vir obscurus quidem initio et pauperrimus, adeo ut victus quærendi causa alteri cuipiam mercenarium suam operam locaret, et satellites sectaretur, et ministrorum labores subiret, non multo autem post ad summas opes et fastum elatus. Quamplurimas enim technas commentaque cum excogitasset, innotescit brevi post tempore Justino, nequissimus alioqui exsistens et versutissimus, quique nullum plane iniquum improbumque factum quæstus causa recusaret. Is certam quamdam auri summam a præfecto petit, spondens, si eam auferret, et ipsi, qui eam daret, in quantum vellet, tempus commeatum commode suppeditaturum, et præterea quidquid ipsi aderat famulorum et servorum, quotquot etiam erant domestici et ministri ac satellites, omnes hos necessario victu repleturum. Atque hæc quidem faciens promittebat se non solum aurum universum redditurum, et repositurum, quantum accepisset, integrum neque imminutum, ut mutuo datum, sed et aliud usuræ nomine superadditurum. Et videbatur quidem multis inanis quædam jactantia et ænigmati affine dictum:

VARIÆ LECTIONES.

[80] δὲ om. R. [81] καὶ μάλιστα R, μάλ. καὶ vulg. τῆς στρατιᾶς Ret Lugd., τῶν τῆς στρ. edd. ex conj. Vulg. [82] συνετ. vulg. [83] τοῦνομα R pro τοῦ νόμου. ἀτιθάσσευτον vulg. [84] τε add. ex R. [85] ἦν δέ τις. Hæc omnia usque ad ἐπιχειρητέα p. 255. ed. Bonn. v. 23. om. intpr. [86] ἀνηρὸν R. [87] ἑτέρῳ τε R. [88] μέρος R. [89] ἕλῃον R. [90] ἀποσώσειν R et Lugd. 1 m, ἀποδώσειν vulg. ex corr. Lugd. [91] ἀντικαταθεῖναι conj. Cl. λάβῃ R.

Digitized by Google

Justinus vero, cum oportuisset eum offendi Afri illius ineptiis, scientem, quod promissa præstare **253** non posset, nisi injusta et violenta opera exercens, et illegitimis quibusdam negotiationibus omnes, quibuscum ei res esset, perderet, rationes illius admisit, auroque ei numerato permittit, ut de quibus inter ipsos convenerat faceret, quod vellet.

22. Tunc itaque Joannes pagos Romanorum, quotquot in itinere siti erant, accedens, convocatis incolis, ubi quidem boum copia non erat, ipse exercitum iis egere pro concione dicebat. Viginti igitur talenta proferens: *Pro hac*, inquiebat, *summa oportet vos boves tradere, minus non licet; sed pretium prius accipite, ut mihi quam citissime omnes boves sistatis.* Illis vero precantibus, ut remitteret, et jurantibus, boves, quos haberent, arandis ipsorum agris non sufficere, severe admodum renuebat scelestus, et graves minas addebat, si non liceret præfecto exercitus necessarium commeatum coemere; adeoque indignabundus rem exaggerabat, donec illi pretiosissimis suis rebus divenditis, aurique summa quantum fieri poterat maxima conflata, mandatum a nefario illo redimebant. Inde vero rursum profectus, cum alio venisset, ubi camelorum aut mulorum nomen ne auditum quidem erat, ipse eorum causa se venire clamabat, **254** iisdemque rursum verbis utens, aurum ostendebat, rursusque accepto auro discedebat. In hunc ergo modum cum omnes vicos et pagos obiret, quærens atque exigens, quæ non habebant, et neque venderet quidquam uspiam, neque emeret, neque alioqui contractum ullum iniret, pecunias exigebat et corradebat ab iis, ad quos nulla plane redibat utilitas, celerrimeque jam sors ipsa sive caput accessione nova conduplicabatur. Postquam vero ad Colchos pervenit, eadem fecit, et præterea conquisitis nescio qua ratione navibus onerariis, fructus patrios illius regionis violentissime collegit, multaque vilissimo pretio coemens, in exteras terras exportabat ac divendebat. Penuria itaque rerum necessariarum exercitus premebatur, adeo ut etiam herbæ essent venales. At scelestus ille venaliciarius et dardanarius ingentem quæstum faciebat. Ex his itaque opibus pacta Justino persolvebat, et commeatum suppeditans, et priorem auri summam cum fœnore reddens. Justinus vero, tametsi quid ageretur non ignoraret, frequenterque ad ipsum euntibus hominibus, quos iste erat deprædatus, et ad pedes ipsius cum lamentatione provolutis, utque extorsionum remissio fieret obsecrantibus, parvi tamen lamenta lacrymasque faciens, citra metum inique partis vescebatur gaudebatque et inemptis epulis fruens, et

A δρῶν καὶ βίαια ἔργα, καὶ παρανόμοις τισὶν ἐμπορίαις λυμαινόμενος ἅπαντας, οἷς ἂν ὁμιλήσειεν· ὁ δὲ προσήκατό τε τοὺς λόγους, καὶ τὸ χρυσίον παραδοὺς ἐπὶ ταῖς ξυνθήκαις ἐφίησιν αὐτῷ πράττειν ὅ τι καὶ βούλοιτο.

κβ'. Τότε δὴ οὖν ὁ Ἰωάννης ταῖς Ῥωμαϊκαῖς κώμαις ἐπιφοιτῶν, ὁπόσαι ἀνὰ τὴν πορείαν ἐτύγχανον ἱδρυμέναι, καὶ τοὺς οἰκήτορας ἀγείρων, οὗ μὲν βόες ἄφθονοι οὐκ ἦσαν, ὁ δὲ τούτων δεῖσθαι τὸ στρατόπεδον ἐδημηγόρει. Καὶ τοίνυν εἴκοσι τάλαντα προφέρων· « Τοσούτων ὑμᾶς[93], ἔφασκεν, ἀνάγκη χρημάτων ἀποδόσθαι, καὶ μεῖον οὐκ ἔνεστιν· ἀλλὰ τὸ τίμημα δέχεσθε[94] πρότερον, καὶ ὅπως μοι τὴν ταχίστην ἅπαντας τοὺς βόας ἀποκομιεῖτε. » Τῶν δὲ ἱκετευόντων ἀνεῖναι καὶ ἐπομνυμένων, ἢ μὴν μηδὲ ὅσον ἀροῦν τὰ λῆϊα ἀποχρώντως κεκτῆσθαι, ἀνέευε μάλα[95] σεμνῶς ὁ κατάρατος, καὶ δεινὰ ἐποιεῖτο εἰ μηδὲ πρίασθαι τῷ στρατηγῷ ἐξείη τὰ ἐπιτήδεια. Καὶ ἐς[96] τοσοῦτον ἐνέκειτο χαλεπαίνων, ἕως ἐκεῖνοι τὰ τιμιώτατα τῶν κτημάτων ἀπεμπολήσαντες, καὶ χρυσίον, ὅσον οἷόν τε ἦν αὐτοῖς[96], συνερανισάμενοι[97], παρέσχον τῷ κακοδαίμονι λύτρα τοῦ ἐπιτάγματος. Πάλιν δὲ ἐνθένδε ἰὼν καὶ ἑτέρωθι[98] παραγενόμενος, ἔνθα καμήλων τυχὸν ἢ ὀρέων οὐδὲ ὄνομα ἠκούετο, ὁ δὲ τούτων ἕνεκα ἥκειν ἐβόα, καὶ τοῖς ὁμοίοις χρώμενος πάλιν ἐπεδείκνυε χρυσίον, καὶ πάλιν λαβὼν ἀπεχώρει. Οὕτω δὴ οὖν ἀπανταχοῦ[99] περινοστῶν καὶ ἀναζητῶν τὰ μὴ παρόντα, καὶ μηδὲν μήτε ἀπεμπολήσας πώποτε, μήτε πριάμενος, μήτε ἄλλως πως ξυμβαλών, ἠργυρολόγει καὶ εἰσέπραττε τοὺς μηδὲν[1] ὁτιοῦν ἐπωφληκότας, τάχιστά τε ἤδη τὸ ἀρχαῖον ἐδιπλασιάζετο τοῖς προσγινομένοις. Ἐπειδὴ δὲ ἐς Κόλχους ἀφίκετο[2], ταὐτά τε ἔπρασσε, καὶ πρός γε ναῦς[3] φορτίδας οὐκ οἶδα ὅπως ἐπικτησάμενος, καὶ τοὺς καρποὺς τοὺς ἐπιχωρίους βιαιότατα[4] ξυναθροίζων, καὶ πολλὰ ἐλαχίστου ὠνούμενος, ἐς τὴν ἀλλοδαπὴν ἐξεφόρει καὶ διεπίπρασκε. Σπάνις μὲν οὖν τῶν ἀναγκαίων εἰκότως ἐπεγίγνετο τοῖς στρατεύμασιν, ὡς καὶ πόας εἶναι ὠνίους. Ὁ δὲ μιαρὸς ἐκεῖνος μεταβολεὺς καὶ παλιγκάπηλος μέγιστα κέρδη προσεποιεῖτο[5]. Ἐκ τούτων δὴ οὖν τῶν [P. 132] πόρων τὰ ξυγκείμενα πρὸς Ἰουστῖνον ἐπετέλει, τάς τε τροφὰς παρεχόμενος καὶ τῷ προτέρῳ χρυσίῳ προσεπιβάλλων. Ὁ δὲ, καίτοι γιγνώσκων τὰ ποιούμενα, πολλάκις τε τῶν λεηλατουμένων ὡς αὐτὸν ἰόντων καὶ σὺν ὀλοφυρμῷ προκαλινδουμένων, λώφησίν τε γενέσθαι σφίσι[6] τῶν κακῶν ἀντιβολούντων, ὅμως τῶν ὀδυρμῶν καὶ δακρύων ὀλίγα φροντίσας, ἤσθιεν ἀδεῶς ἐκ τῶν ἀδικημάτων, καὶ ἥδετο μὲν ἀπριάτην εὐωχούμενος, καὶ πρός γε μεστὸν κατὰ τὸ πλέον καὶ ἐμβριθέστερον

B

C

D

VARIÆ LECTIONES.

[93] Pro ὑμᾶς R. ἡμῶν. [94] δέχεσθαι R. [95] μάλα R., μάλιστα vulg. μηδὲ R, μὴ vulg. [96] ὃς R pro ἐς. [96] αὐτοῖς om. R. [97] συνερανισάμενοι R, ἐρανισάμενοι vulg. [98] ἐτέρωθεν R. παραγενόμενος R, παραγινόμενος vulg. [99] ἀπανταχεῖ R. [1] τοὺς μηδὲν R, τοὺς οὐ μηδὲν vulg. [2] ἀφίκοντο R. ταὐτά τε R, ταὐτὰ τε Lugd. et ed. pr., τ' αὐτὰ γ' Sph. Par. [3] γενναῖς R pro γε ναῦς. [4] βεβαιότατα R. [5] καὶ ante ἐκ ins. R. [6] σφίσι add. ex. R.

Digitized by Google

ποιῶν τὸ φασκώλιον[7]. Ἥμελλε δὲ ἄρα χρόνῳ ὕστερον ποινὰς μεγάλας ἡλίκας ἀποτινύναι. Εἰ γὰρ καὶ μυρίους μετὰ ταῦτα διήνυσε πόνους, καὶ μέγιστον ἤρατο κλέος ἀμφὶ τὸν Ἴστρον ποταμὸν, τὰς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομὰς ἀνακόπτων, ἀλλ' οὐδὲν ἐνθένδε ἡ τοῦ Κρείττονος ἐθωπεύετο δίκη, οὐδὲ τούτοις ἐκεῖνα ἐπεκαλύπτετο· ἔμενε δὲ, οἶμαι, ἠρεμοῦντα καὶ ἐφυλάττετο μόνιμα καὶ ἀνάγραπτα μέχρι τοῦ καιροῦ τοῦ καθήκοντος. Οὐ γὰρ ἅμα τῷ πλημμελεῖν καὶ τὰς τιμωρίας ἀναμετρεῖσθαι πεφύκαμεν, μετὰ χρόνον δὲ ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἴσως ἡνίκα τῶν εἰργασμένων ἐπιλελήσμεθα. Καὶ ἀνιώμεθα μὲν τὸ παραυτίκα τοῖς καθ' ἡμῶν γιγνομένοις, ὡς παραλόγως καὶ οὐκ ἐν δίκῃ συμβεβηκόσι, καὶ καταιτιώμεθα φθόνους ἀνθρωπείους τυχὸν καὶ δυσμενείας, ὡς ἐκ τούτων οὐ προσήκοντα πεπονθότες· τὸ δὲ ξυνέχον ἡμᾶς καὶ διατάττον ἐπίσταται τὸ πρέπον ἑκάστῳ καὶ ὀφειλόμενον, καὶ τρόπῳ ὅτῳ[8] καὶ βούλεται μέτεισι καὶ ἀνιχνεύει τὰ πολλῷ ἔμπροσθεν ἡμαρτημένα. Ἀλλ' ὁποῖα μὲν ἄττα ἐπὶ Ἰουστίνῳ ὕστερον ξυνηνέχθη καὶ ὅπως αὐτῷ ἡ τοῦ βίου καὶ τῆς τοσαύτης εὐδαιμονίας κατάλυσις ἀδόκητος ἐπεγένετο, εἰρήσεταί μοι ἐς τὸ ἀκριβὲς ἕκαστα, ἡνίκα ὁ λόγος ὁδῷ ἰὼν ἀκολούθως καὶ διὰ τῶν ἀεὶ ἐχομένων φερόμενος, ἐς ἐκεῖνο τοῦ χρόνου περιενεχθείη. Νῦν δὲ ἀνὰ τὰ πρότερά μοι ἐπανιτέον, καὶ τοῖς ἐξῆς ἐπιχειρητέα.

A praeterea pleniorem gravioremque **255** crumenam reddens. Successu vero temporis graves pœnas erat persoluturus. Tametsi enim infinitos posthæc labores exantlavit, maximamque gloriam est consecutus circa Istrum fluvium, Barbarorum insultus retundens: sed nihil inde divina vindicta est emollita, neque his illa obtecta fuerunt; manserunt vero, arbitror, quieta, et memoriæ firmiter infixa, in opportunum tempus sunt custodita. Neque enim simul atque delinquimus, pœna statim irrogari solet, sed plerumque post aliquod tempus, eumque fortassis eorum, quæ perpetravimus, sumus obliti: et dolemus quidem illico ob mala, quæ nobis accidunt, perinde ac si immerentes injusteque iis premamur, atque incusamus quidem hominum invidiam fortassis et inimicitiam, tanquam ab iis indignis malis affecti. Deus vero, in cujus manu atque imperio sumus, scit quid cuique conveniat et debeatur, et quo ipsi visum est modo, persequitur atque investigat peccata, quæ multo antea tempore sunt commissa. Cæterum qualia Justino postmodum acciderint, et qualem ipsius et vita tantaque felicitas inopinatum exitum habuerit, dicentur a me accurate singula, quando sermo suo consequenter ordine procedens, et continuatam incidentium rerum seriem persequens, ad illa tempora fuerit perductus. Nunc vero ad priora mihi est redeundum, reliquaque sunt prosequenda.

B

κγ'. Ὧδε γὰρ τῶν[9] ἐν Λαζικῇ πραγμάτων ἐχόντων, καὶ Ἰουστίνου ἐπὶ πᾶσι στρατηγοῦ καταστάντος, οὔτε οἱ Πέρσαι ὡς ἀναμαχούμενοι παρεσκευάζοντο[10] καὶ μέντοι οὐδὲ οἱ Ῥωμαῖοι ἐπῆσαν· ἀλλὰ προφυλακὰς μὲν ἀμφότεροι ἐποιοῦντο, καὶ τὰ ἀλλήλων βουλεύματα ἐς ὅσον ἐνῆν ἀπεσκόπουν καὶ διεπυνθάνοντο· μάχης δὲ οὐδὲ ὁπότεροι ἤρχοντο, ἀλλ' ἔμενον ἡσυχῇ· αὐτομάτως, ὥσπερ ἀμέλει τοῦτο ξυνδοκοῦν, διωρισμένον. Χοσρόης δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ἐπειδὴ ἐπέπυστο τὰ πρὸς τῷ Φάσιδι ξυμβεβηκότα, καὶ ὅτι φυγὰς ἐκ τῆς μάχης ὁ Ναχοραγὰν ἐγεγόνει, αὐτίκα ἐξ Ἰβηρίας αὐτὸν μεταπεμψάμενος, ὠμότατα μετῆλθε κατὰ τὸν πάτριον νόμον. Οὐ γὰρ ἀποχρῶσαν ᾤετο εἶναι ποινὴν τῆς ἀνανδρίας τὸ οὕτω γοῦν αὐτὸν ἁπλῶς ἀποκτεῖναι, ἀλλ' ἐκ τοῦ αὐχένος τὸ δέρμα διαχαράξας ἀπέδειρεν [P. 133] ἅπαν μέχρι τοῖν ποδοῖν, καὶ ἀφείλετο τῶν σαρκῶν πρὸς τὰ ἔνδον ἀνεστραμμένον[11], ὡς καὶ τοὺς τύπους τῶν μορίων ἐς τοὔμπαλιν ἀποφαίνεσθαι[12], καὶ δίκην ἀσκοῦ ἠρέμα ἐμπνευσθὲν ὑπὲρ[13] σκόλοπός τινος ἀνηρτῆσθαι, οἰκτρόν τι θέαμα καὶ μιαρώτατον, καὶ πρώτῳ, οἶμαι, Σαπώρῃ[14] ἐκείνῳ τῷ πολλῷ ἔμπροσθεν Χοσρόου Περσῶν βεβασιλευκότι τετολμημένον. Τὰ μὲν γὰρ ἐπὶ Μαρσύᾳ[15] θρυλλούμενα τῷ Φρυγὶ, ὡς ἔρις αὐτῷ πρὸς Ἀπόλλωνα ξυνέστη ὑπὲρ τῶν αὐλῶν

C

23. Cum enim res in Lazica regione ita se haberent, et Justinus jam omnibus in præfectum esset constitutus, neque Persæ tanquam bellum instauraturi sese appararent, neque Romani in eos moverent, sed utrinque diligenter excubarent, mutuaque consilia, quantum fieri poterat, observarent atque explorarent; nulli horum bellandi initium faciebant, sed quieti manebant, perinde ac si communi sententia ita decretum esset. Chosroes vero, Persarum rex, simul atque cognovit quæ apud Phasidem accidissent, quodque Nachoragan fugiens prælio excessisset, confestim eum ex Iberia revocatum crudelissimo supplicio juxta patriam legem affecit. Neque enim satis esse putabat, si illius ignaviam simplici mortis genere puniret, sed a summa cervice cutem ei ad imos pedes detrahens, a carnibus avulsit, introrsum inversam, ita ut etiam formæ membrorum inversæ conspicerentur, atque ita instar utris sensim inflatam, e scopulo quodam suspendi jussit; miserabile quoddam et fœdum spectaculum, cujus primus, uti arbitror, Sapores ille, qui multo ante Chosroen tempore apud Persas regnavit, infamis auctor fuit. Quæ enim de Marsya Phryge sunt litteris prodita, quod contentio ei intercesserit cum **257** Apolline de tibiis et tibicinandi

D

VARIÆ LECTIONES.

[7] φασκόλιον R. [8] ὅτε R. [9] τῶν om. R. [10] παρασκευάζοντο R. [11] ἀναστραμμένον R. [12] ἀποφαίνεσθαι R, ὑποφαίνεσθαι vulg. [13] ὑπὲρ R et intpr. *super*, ὑπὸ vulg. [14] Σαβώρῃ R, Σαβόρῃ vulg., *Sarorum* intpr. At infra R recte Σαπώρην scribit. [15] Μαρσύαν R.

Digitized by Google

ante, quodque longe victus fuerit Marsyas et valde juste, quippe qui, nisi valde stultum dictu sit, deo suo tibiis obstrepuisset; quodque hanc pœnam suæ temeritatis victori persolverit, quod pellis universa ipsi detracta et ex arbore suspensa fuerit; hæc, inquam, omnia poetica sunt portenta et fabulæ ac ludicra, quæ neque verum, neque verisimile quidquam in se habent. Si enim tibicinem dicunt Apollinem factum, et de arte certantem tantam in Marsyam a se victum indignationem concepisse, ut adeo nefariam ac vesanam de eo pœnam sumpserit: quo pacto vero ipsi oblectamento fuisse potuerit, videre hunc e sublimi pendentem, crudelitatis suæ argumentum? Hæc enim et prisci poetæ canunt, et recentiores ab iis accepta concinunt. Quocirca et Nonnus ille ex Pano, Ægyptia urbe, natus, in quodam suorum poematum, quod Dionysiaca appellavit, cum nonnulla nescio qua de re de Apolline narrasset (neque enim præcedentium versuum satis memini), ita subjicit:

Marsyæ ut victi, divo certare volentis,
Distentum vento suspendit ab arbore pellem.

Quod itaque ex illo tempore turpe hoc scelus nunquam humano generi **258** cognitum fuerit, manifesta indicia sunt et sufficientia iis, qui vetustissimas res recte considerare atque observare consueverunt, non autem poeticis fabulis figmentisque capiuntur. Sapores vero cum et vehementer injustus esset et sanguinarius, ac præceps quidem ad iram et crudelitatem, tardus autem ad misericordiam et veniam, an in alios ab ipso hoc adeo atrox factum sit perpetratum, plane affirmare non possum; quod vero Valerianum, Romanorum tum temporis regem, bellum adversus se gerentem, ac deinde victum vivumque captum, hac ipsa pœna affecerit, multæ testantur historiæ. Et sane primi eorum, qui post deletos Parthos Persicum regnum obtinuerunt, Artaxares, inquam, et Sapores, scelerati ambo injustissimique fuerunt; siquidem alter eorum, cum dominum suum interfecisset, per vim ac tyrannidem regnum invasit, alter vero adeo atrocis supplicii nefariique sceleris auctor fuit.

24. Cæterum cum ex incidentibus aliis semper atque aliis rebus oratio rursus ad Artaxarem sit devoluta, opportunum fuerit, quod supra promisi, præstare atque absolvere, et reliquorum deinceps regum seriem pertexere. Atque hic quidem e qui-

A καὶ τῆς αὐλητικῆς ἐπιστήμης, ὅτι τε ἠσσήθη ἀνὴρ κράτος ὁ Μαρσύας, καὶ μάλα δικαίως, ἅτε δῆθεν, εἰ μὴ λίαν εὐηθὴς εἰπεῖν, οἰκείῳ Θεῷ[16] ἀνταυλήσας, καὶ ὡς τήνδε τὴν τιμωρίαν τῆς προπετείας ὑπὸ τοῦ νενικηκότος, ἀποδαρὲν αὐτῷ ἅπαν τὸ δέρμα καὶ ἐπὶ δένδρου ἠωρημένον· ταῦτα δὴ οὖν ἅπαντα ποιητῶν ἂν εἴη τερατεία[17] καὶ μῦθοι καὶ παίγνια, οὔτε τῶν ἀληθῶν, οὔτε τῶν εἰκότων ἐστοχασμένα. Εἴγε[18] αὐλητὴν φασι τὸν Ἀπόλλω γεγονέναι, καὶ ἀμιλλώμενον ἐπὶ τῇ τέχνῃ, καὶ ἐς τοσοῦτο μετὰ τὴν νίκην χαλεπήναντα, ὡς ἀνοσίαν οὕτω καὶ μανιώδη ποινὴν ἐπαγαγεῖν τῷ ἡττημένῳ· πῶς δὲ ἂν καὶ ἥρεσκεν αὐτὸν ἐκ τοῦ μετεώρου φαινόμενον τῆς ἀπανθρωπίας τὸ κατηγόρημα; Ταῦτα γὰρ οἵ τε πρότερον ποιηταὶ ᾄδουσι, καὶ οἱ νέοι παραλαβόντες συνᾴδουσιν.

B Ὧν[19] δὴ καὶ Νόννος, ὁ ἐκ τῆς Πανὸς τῆς Αἰγυπτίας γεγενημένος, ἔν τινι τῶν οἰκείων ποιημάτων, ἅπερ αὐτῷ Διονυσιακὰ ἐπωνόμασται, οὐκ οἶδα ἐφ' ὅτῳ ὀλίγα ἄττα τοῦ Ἀπόλλωνος πέρι ἀφηγησάμενος (οὐ γὰρ δὴ τῶν προηγουμένων ἐπῶν ἐπιμέμνημαι), εἶτα ἐπάγει·

[20] *Ἔξότε Μαρσύαο θεημάχον αὐλὸν ἐλέγξας,*
Δέρμα [21] *παρηώρησε φυτῷ κολοούμενον αὔραις.*

C Ὡς μὲν οὖν ἐξ ἐκείνου τὸ μίασμα τοῦτο [22] οὔπω τῷ ἀνθρωπείῳ γένει διέγνωστο, σαφῆ τὰ τεκμήρια καὶ ἀποχρῶντα παρὰ τοῖς ὀρθῶς ἀναθεωρεῖν καὶ τεκμαίρεσθαι τὰ παλαιότατα πεφυκόσιν, ἀλλὰ μὴ ποιητικῇ θεολογίᾳ [23] παρακρουομένοις. Ὁ δὲ Σαπώρης ἄδικός τε ὢν ἐς τὰ μάλιστα καὶ [24] μιαιφόνος, ὀξὺς μὲν εἰς ὀργὴν καὶ ὠμότητα, βραδὺς δὲ πρὸς φειδὼ καὶ συγγνώμην, εἰ μὲν καὶ [25] ἐφ' ἑτέροις αὐτῷ πρότερον τόδε τὸ ἄγος ἐξείργασται, οὐκ ἔχω σαφῶς ἀποσχυρίσασθαι· ὅτι δὲ Βαλεριανὸν τὸν Ῥωμαίων [26] ἐν τῷ τότε βασιλέα προσπολεμήσαντά οἱ καὶ εἶτα νενικημένον, ὁ δὲ, ζωγρείᾳ ἑλών, τόνδε τὸν τρόπον ἐτιμωρήσατο, πολλὴ μαρτυροῦσα ἡ ἱστορία. Καὶ τάχα οἱ πρώτιστοι τῶν μετὰ τὴν Παρθυαίων κατάλυσιν τῆς βασιλείας τῆς Περσικῆς [27] ἐπιλαβομένων, Ἀρταξάρης [28], φημὶ, καὶ Σαπώρης, μιαρώ γε ἤστην ἄμφω καὶ ἀδικωτάτω, εἴγε ὁ μὲν τὸν οἰκεῖον δεσπότην ἀπεκτονὼς, τυραννικήν τε καὶ βιαίαν [29] τὴν ἀρχὴν κατεστήσατο· ἕτερος δὲ τιμωρίας ἦρξεν οὕτω δεινῆς καὶ μύσους ἀνοσιωτάτου.

D [P. 134] κδ'. Ἐπεὶ δέ μοι ὁ λόγος, διὰ τῶν ἀεὶ παρεμπιπτόντων φερόμενος, πάλιν ἐς Ἀρταξάρην ἀφίκετο, καιρὸς ἂν εἴη ἐκπληροῦν νῦν τὸ πρότερον ἐπηγγελμένον, καὶ τῶν ἑφεξῆς βασιλέων ἐπιμνησθῆναι. Οὗτος μὲν οὖν ἐξ ὧν τε ἔφυ καὶ ὅπως καὶ ὄντινα

VARIÆ LECTIONES.

[16] θεῶν R. [17] τερατεία R, τεράστια vulg. et intpr. *miracula.* [18] εἴτε R. [19] ὧν R et intpr. *quos inter*, ᾧ vulg. [20] Dionys. I, 42, 43. Omissum esse ab Agathia versum qui hos excipit: Γυμνώσας δία γυῖα λιποῤῥίνοιο νομῆος, non credo. [21] Λέρμ' Lugd. παρηώρησε Nonn., ἐπηώρησε R, ἀπηώρησε vulg. [22] Pro τοῦτο R τοῖς γε, et in mg. τότε γε. [23] θεολογίᾳ R. quod prætuli, μυθολογίᾳ vulg. et intpr. *figmenta.* Σαπώρης R ubique, Σαβώρης vulg. et intpr. *Sabores.* [24] καὶ ante ὀξὺς vulg. [25] Pro εἰ μὲν καὶ R καὶ εἰ μὲν. [26] Ῥωμαίον (sic) R corr. pro Ῥωμαίων. [27] τῆς Περσ. βασιλείας vulg. [28] Ἀρταξάρσης R. [29] βιαίαν R, βίαιον vulg. κατεκτήσατο R et intpr. *sibi vindicavit.* [30] καὶ ante ὄντινα add. ex conj. Class., quam confirmat intpr. *quibus sit parentibus ortus, qua de causa quoque modo regnum sumpserit*, ὁποίων τινα τρόπον conj Jos. Scaliger.

Digitized by Google

τρόπον τὴν κίδαριν ἀνεδήσατο, ἤδη μοι ἐς τὸ ἀκριβὲς προαφήγηται. Ἐκεῖνο δὲ μόνον προσθείην ἂν ἐπ' αὐτῷ, ὡς ἔτεσιν ὕστερον ὀκτώ τε [31] καὶ τριάκοντα καὶ πεντακοσίοις Ἀλεξάνδρου [32] τοῦ πάνυ τοῦ Μακεδόνος, τετάρτῳ δὲ ἔτει τῆς θατέρου Ἀλεξάνδρου τοῦ [33] Μαμαίας ἀρχῆς, τῆς τῶν Περσῶν βασιλείας ἐπιλαβομένῳ τῷ Ἀρταξάρῃ, καθ' ὃν πρότερον [34] ἀπήγγελται τρόπον, διήνυσται χρόνος ἐν αὐτῇ ἐνιαυτῶν πεντεκαίδεκα, δυοῖν μηνοῖν ἐνδεόντοιν. Διαδέχεται δὲ τὸ κράτος Σαπώρης [35] ἐκεῖνος ὁ ἐναγέστατος, καὶ διεβίω πρὸς τῷ ἐνὶ τριάκοντα τοὺς πάντας ἐνιαυτούς, πλεῖστα ὅσα τοὺς Ῥωμαίους λυμαινόμενος [36]. Ἅτε γὰρ τὸν βασιλέα σφῶν ἀνελών, καὶ οὐδὲν ὁτιοῦν κώλυμα ἔσεσθαι διανοούμενος, ὁ δὲ ἀνὰ τὸ πρόσω ἐχώρει, καὶ δὴ τήν τε μέσην τῶν ποταμῶν ἐδῄωσε χώραν, καὶ εἶτα τὴν ἐφεξῆς ἐχομένην, Κιλικάς τε ἐλῃστο καὶ Σύρους, καὶ μέχρι τῶν Καππαδόκων ἐλάσας, ἐξαίσιον πλῆθος φόνων κατείργαστο [37], ὡς καὶ τὰ σηραγγώδη καὶ κοῖλα χωρία τῶν ἐν τοῖς ὄρεσι φραγμῶν τοῖς σώμασιν ἀναπληροῦν τῶν πεπτωκότων ἀνθρώπων, καὶ πρὸς ἰσότητα φέρειν τῶν λόφων τὰ διεστῶτα καὶ ἐξανέχοντα, καὶ οὕτω καθιππεύειν ἐν αὐτοῖς, καὶ διαβαίνειν ὥσπερ ἐφ' ὁμαλοῦ τὰ; ἀκρωρείας. Τοῦτον μὲν οὖν οἰκεῖα αὖθις ἀφτγμένον, καὶ οὐ μετρίως χρησάμενον οἷς ἀσεβήσας ἐτύγχανεν, ἀλλὰ [38] πρὸς ἀλαζονείαν ἀρθέντα πολλὴν, ἀπέπαυσεν οὐκ ἐς μακρὰν τοῦ φρυάγματος Ὀδέναθος [39] ὁ Παλμυρηνὸς, ἀνὴρ ἀφανὴς μὲν τὰ πρῶτα καὶ ἄγνωστος [40], ταῖς δὲ Σαπώρου συμφοραῖς καὶ οἷς ἔδρασεν ἐπ' αὐτῷ, μεγίστην ἀράμενος δόξαν, καὶ πολλοῖς τῶν [41] πάλαι ξυγγραφέων ἀξιαφήγητος γεγενημένος. Τεθνηκότος δὲ τοῦ Σαπώρου, Ὁρμισδάτης [42] ὁ τούτου παῖς τὴν βασιλείαν παραλαμβάνει, καὶ διεβίω ἐν αὐτῇ χρόνον ἐς ὅ τι ἐλάχιστον· ἐνιαυτὸν γὰρ ἕνα καὶ δέκα ἡμέρας τῆς τύχης ἀπώνατο, μηδὲν ὁτιοῦν δράσας ὁποῖον καὶ ἐς λόγου φέρεσθαι μνήμην, καθάπου καὶ ὁ μετ' ἐκεῖνον Οὐαραράνης [43], τρισὶν ἔτεσι βασιλεύσας. Ὁ δὲ υἱὸς ὁ τούτου ὁμώνυμος μὲν ἦν τῷ γεγεννηκότι [44], ἑπτακαίδεκα δὲ κατὰ τὴν βασιλείαν μεμένηκεν ἔτη. Ὁ δὲ τρίτος Οὐαραράνης ἐς μῆνας μὲν τέσσαρας μόνους ἀπεγεύσατο τῆς βασιλείας, Σεγὰν δὲ σὰ [45] ἐπεκλήθη, οὐκ ἀπεικὸς, οἶμαι, οὐδὲ αὐτομάτως, ἔθους [46] τινὸς παλαιοῦ μετασχὼν καὶ πατρίου. Οἱ γὰρ τῶν Περσῶν βασιλεῖς, ἡνίκα μέγιστον ἔθνος τῶν πλησιοχώρων καθέλοιεν προσπολεμήσαντες, καὶ τῆς ἐκείνων ἐπιλάβοιντο χώρας, οὐκέτι μὲν ἀναιροῦσι τοὺς ἡττημένους, ἐς δὲ φόρου ἀπαγωγὴν ἅπαντας ὑποτιθέντες, ἐφιᾶσιν ἐν-

bus ortus **259** fuerit, qui quove modo cidarim sibi vindicarit, superius plene exposuimus. Illud vero solum addiderim, quod annis quingentis triginta octo post magnum illum Alexandrum Macedonem, quarto vero alterius illius Alexandri Mamææ F. regni anno, cum Artaxares, quo dictum est modo, Persarum regnum occupasset, quindecim in eo annos peregit, duobus mensibus demptis. Huic in imperio successit exsecrabilis ille Sapores, et supervixit annos in universum unum et triginta, et ingentibus malis Romanos affecit. Interfecto enim ipsorum rege, nihil jam impedimento sibi fore ratus, ulterius est progressus, et Mesopotamiorum regionem vastavit, ac deinde eam, quæ huic erat proxima, pervadens, Cilices et Syros est depopulatus, et in Cappadoces usque provectus, immanem stragem edidit, adeo ut hiulca concavaque in septis montium loca cadaveribus cæsorum oppleret, et distantias eminentiasque collium inter se coæquaret, atque ita super cadavera equitatum duceret, **260** montiumque juga, tanquam planitiem aliquam, transiret. Hujus itaque domum reversi, neque moderate utentis impie partis multaque superbia elati, non multo post arrogantiam contudit Odenathus ille Palmyrenus, vir obscurus quidem initio et ignotus, e cladibus tamen Sapori illatis, rebusque in eum gestis summam consecutus gloriam, et a multis veteribus historicis memorabilis est habitus. Mortuo vero Sapore, Hormisdates, hujus filius, regnum accepit, cui exiguo admodum tempore supervixit. Annum enim unum et dies decem fortuna usus est, nulla re memoratu digna ab se gesta; quemadmodum et eum secutus Vararanes, qui tribus annis regnavit. Filius autem hujus, patri cognominis, septemdecim annis regnum obtinuit. Tertius vero Vararanes menses duntaxat quatuor imperium degustavit; Segansaa autem cognominatus est, non abs re, puto, neque temere, sed a veteri quadam patriaque consuetudine id consecutus. Persarum enim reges maxima aliqua e finitimis gente debellata, eorumque ditione potiti, victos quidem nequaquam interficiunt, sed tributo, quod pendant, ipsis imperato, et inhabitare et arare **261** agros bello captos permittunt, primoribus tantum gentis ducibus miserrime trucidatis, filiis vero suis principatus appellationem tribuunt, memoriæ, ut verisimile est, causa, et magnificæ pro partis tropæis gloriationis. Cum itaque etiam Segestanorum gens a Vararane

VARIÆ LECTIONES.

[31] τε add. ex R. [32] Æra Alexandri, qua Christiani in Assyria sub illo nomine utuntur, incipit a. u. c. 443, 13. post regis Macedonis obitum annis : ejus annus 538 est quartus imperii Alexandri Severi. Agathias, nomine deceptus, eam ab Alexandro Macedone, sive mortuo sive regnum Asiæ adepto, supputari sibi persuasit. [33] τοῦ M. R, τῆς M. vulg. [34] πρότερον add. ex R. ἀπήγγ. τρ. R, τρόπον ἀπ. vulg. [35] Σαπόρης edd., Σαβόρης Lugd. [36] λυμαινόμενος R, λυμηνάμενος vulg. [37] κατείργαστο Lugd. mg. [38] ἀλλὰ add. ex R et intpr. *sed*. [39] ὁ δὲ Νάθος R. [40] ἄγνωτος edd. Σαπόρου vulg. [41] τῶν R (Cl.), τοῖς vulg. [42] Ὁρμισδάτης S, Ὁρμισδάτης vulg., Μισδάτης Lugd. mg., intpr. *Ormisdas*. [43] Οὐραράνης Par. et intpr. hic et infra. [44] γεννηκότι R, γεγεννηκότι Sph. Par. [45] Σεγὰν δὲ σὰ correxi ex vestigiis depravatæ scripturæ in R. Στγανδεσβὰ, pro vulg. Στγανσαὰ δὲ, *Seganesna* intpr. ἀπεικὸς R, ἀπεικότως vulg. [46] ἔθους R et intpr. *moris*, ἔθνους vulg.

Digitized by Google

hujus patre subacta esset, merito utique ipsius filius Segansaa vocatus fuit, quod Græcorum lingua significat Segestanorum rex.

A οἰκεῖν τε [P. 135] καὶ ἀροῦν τὴν δορυάλωτον· πλὴν ἀλλὰ τοὺς προτέρους τοῦ γένους ἡγεμόνας οἰκτρότατα καταλύοντες, οἱ δὲ τοῖς σφετέροις παισὶ τὴν τῆς ἀρχῆς προσηγορίαν ἀπονέμουσι, μνήμης, ὡς ἔοικεν, ἕκατι καὶ κόμπου τῆς ἐπὶ τῷ τροπαίῳ μεγαλαυχίας. Ἐπειδὴ οὖν καὶ τὸ τῶν Σεγεστανῶν [47] ἔθνος Οὐαραράνῃ τῷ τοῦδε πατρὶ ἐδεδούλωτο, εἰκότως ἄρα ὁ παῖς Σεγανσαὰ [48] ἐπωνόμαστο· δύναται γὰρ τοῦτο [49] τῇ Ἑλλήνων φωνῇ Σεγεστανῶν βασιλεύς.

25. Hoc vero ocius exstincto, Narses statim regnum annis septem, mensibus quinque tenuit; cui successit Hormisdates filius, hæres paterni non tantum regni, verum etiam æqualis in spatio temporis. Mirari enim merito quispiam possit, quod utrique et annorum et mensium, quibus regnarunt, numerus exactissime sit appensus. Post hos Sabor plurimo longissimoque tempore regno potitus est, quippe qui tot annis regnavit, quot et vixit. Matre enim B adhuc ipsum utero gestante, regii generis successio vocabat ad regnum quod ipsa esset paritura. Dubitabatur vero masculum an femellam partu esset editura. Primores itaque regni præmia ac dona proposuerunt magis, ut de futuris prædicerent. Equam itaque gravidam in medium adducunt jam partui proximam, jusseruntque, **262** ut magi de hac prius vaticinarentur, quod futurum censebant. Ita enim paucis post diebus cognituros se credebant, quo illorum divinatio evaderet, atque hinc collecturos, similem eventum habitura etiam quæ de homine prædicerentur. Quid autem de equa habitura etiam quæ de homine prædicerentur. Quid autem de equa divinarint, nihil liquido possim affirmare, neque C enim mihi certi quidquam ea de re est renuntiatum; cæterum ita singula evenerunt, ut illi prædixerant. Cum itaque ex ea re cæteri scirent, magos vaticinandi artem optime callere, provocarunt rogaruntque eos, ut etiam de muliere, quæ futura nossent explicarent. Qui cum responderent masculam prolem parituram, nihil ultra morati sunt, sed cidari utero imposita, embryum regem pronuntiarunt, nomineque insignierunt fetum recenter efformatum atque ita animatum, arbitror, ut intus paululum moverctur et subpalpitaret. Ita vero, quod natura obscurum incertumque erat, pro certo indubitatoque opinione exspectationeque apprehendentes, non frustrati sunt tamen sua spe, sed et amplius, quam opinati erant, sunt consecuti. Nascitur enim non D multo post Sabores cum regno, inque eo et adolescit et senescit, perducta ad annos usque septuaginta vita. Quarto autem et vicesimo regni sui anno, Nisibis urbs in Persarum potestatem **263** venit, Romanis quidem olim subdita, Joviano vero ipsorum rege eam tradente ac prodente. Cum enim Julianus, qui antea Romanorum rex erat, in interioribus Persici imperii locis repente periisset

κε'. Τούτου δὲ θᾶττον διαφθαρέντος, Ναρσῆς εὐθὺς τὴν βασιλείαν ἐνιαυτοῖς μὲν ἑπτὰ, μησὶ δὲ πέντε μετῆλθε. Διαδέχεται δὲ τὴν ἀρχὴν Ὁρμισδάτης [50] ὁ παῖς, καὶ κληρονομεῖ τοῦ πατρὸς οὐ μόνον τοῦ κράτους, ἀλλὰ καὶ τῆς τοῦ χρόνου ἰσορροπίας, καὶ γὰρ θαυμάσειεν ἄν τις, ὅτι δὴ ἑκατέρῳ ἔτεσί τε καὶ μησὶ τοῖς αὐτοῖς τὰ τῆς ἀρχῆς ἐπιμελέστατα ἐμετρήθη. Ἀλλὰ Σαβὼρ [51] μετὰ τούτους ἐπὶ πλεῖστον ὅσον καὶ μήκιστον χρόνον ἀπώνατο τῆς βασιλείας, τοσούτοις ἔτεσι κρατήσας, ὁπόσοις καὶ διεβίω. Ἔτι γὰρ αὐτὸν κυούσης τῆς μητρὸς, ἡ μὲν τοῦ βασιλείου γένους διαδοχὴ ἐκάλει πρὸς τὴν ἀρχὴν τὸ τεχθησόμενον. Ἦν δὲ τὰ τῶν ὠδίνων ἀμφίβολα ἐς ὁποίαν γονὴν ἂν ἀποβαίεν. Τοιγάρτοι ἅπαντες οἱ ἐν τέλει ἄθλα προὐτίθεσαν καὶ γέρα τοῖς μάγοις ἐπὶ τῇ προαγορεύσει τῶν ἐσομένων· καὶ τοίνυν ἦγον ἐς μέσον κύουσαν ἵππον, καὶ ὡς πλησιαίτατα προελθοῦσαν τοῦ τόκου, ἐκέλευόν τε αὐτοὺς ἐπ' αὐτῇ πρώτῃ μαντεύεσθαι, ἅπερ ᾔοντο ξυνενεχθῆναι. Οὕτω γὰρ ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις γνώσεσθαι ἠγοῦντο τὴν πρόῤῥησιν ἐς ὅ τι χωρήσει, ταύτῃ τε εἰκάζειν παρεπλησίως ἐκβήσεσθαι καὶ ὁπόσα σφίσιν ἐπὶ τῇ ἀνθρώπῳ προαγορευθείη. Ἃ μὲν οὖν αὐτοῖς ἐπὶ τῇ ἵππῳ μεμάντευται, οὐκ ἔχω σαφῶς ἀποφήνασθαι· οὐ γάρ μοι τὸ ἀκριβὲς τούτου γε πέρι ἀπήγγελται· πλὴν ἀλλ' οὕτω ἕκαστα προὔβη, ὅπως ἐκείνοις ἐτύγχανεν εἰρημένα. Γνόντες δὲ ἐνθένδε οἱ ἄλλοι, ὡς ἄγαν τοῖς μάγοις διηκρίβωτο [52] τὰ τῆς τέχνης, προὔτρεπον [53] καὶ ἐπὶ τῷ γυναίῳ, ἅττα ἔσεσθαι γνοῖεν, διεξιέναι. Τῶν δὲ φησάντων ἄῤῥενα παῖδα τεχθήσεσθαι, οὐκ ἔτι ἐμέλλησαν, ἀλλὰ τῇ γαστρὶ περιθέντες τὴν κίδαριν, ἀνεῖπον βασιλέα τὸ ἔμβρυον· ὀνόματί τε ἀπέκριναν τὸ ἄρτι ἐκτυπωθὲν καὶ διωργανωμένον, ἐς ὅσον, οἶμαι, διάττειν ἔνδον ἠρέμα καὶ ὑποπάλλεσθαι. Οὕτω δὲ τὸ ἀφανὲς τῇ φύσει καὶ ἄδηλον ἐς τὸ βέβαιόν τε καὶ ἀνωμολογημένον τῇ δοκήσει μεταλαβόντες, ὅμως οὐ διήμαρτον τῆς ἐλπίδος, ἀλλὰ καὶ λίαν ἔτυχον τοῦ σκοποῦ, πολλῷ πλέον τῶν δοκηθέντων. Τίκτεται γὰρ οὐκ ἐς μακρὰν ὁ Σαβώρης [54] σὺν τῇ βασιλείᾳ, ἐννεάζει τε αὐτῇ καὶ ἐγγηράσκει, εἰς ἑβδομήκοντα αὐτῷ ἔτη [55] διανυσθέντος τοῦ βίου. Κατὰ δὲ τὸν τέταρτόν τε καὶ εἰκοστὸν τῆς τοῦδε ἀρχῆς ἐνιαυτὸν Νίσιβις ἡ πόλις ὑπὸ Πέρσας γεγένηται, Ῥωμαίων μὲν πάλαι οὖσα κατήκοος, Ἰοβιανοῦ δὲ τοῦ σφῶν βασιλέως παραδόντος καὶ προεμένου. Ἐν αὐτοῖς γὰρ δήπου τοῖς ἐνδοτέρω χωρίοις [P. 136] τῆς Περσικῆς ἐπικρατείας Ἰουλιανοῦ τοῦ

VARIÆ LECTIONES.

[47] Σεγεστανῶν R, Σεγετανῶν vulg., *Seganorum* intpr. [48] Σεγᾶνσαχαὶ (sic) R. [49] τοῦτο om. R. [50] *Misdates* intpr. [51] Σαβώρ : ita uterque cod. et intpr. Sic infra *Artaxerxes* semel *Artaxir* (*Ardeschir*) vocatur. Apparet Agathiam variandis nominum formis delectari : positis modo his, quæ apud Persas in usu essent, modo illis, quas Græcorum consuetudo deflexisset. [52] διηκρίβωτο R, διηκρίβωται vulg. [53] προὔπεμπον R, et intpr. *præmiserunt*. [54] Σαβώρης R h. l. et infra, Σαβώρις vulg. et intpr. *Sabores*. [55] ἔτη om. R.

Digitized by Google

προτέρου Ῥωμαίων αὐτοκράτορος ἀθρόον διαφθαρέντος, αὐτὸς ἀναγορεύεται ὑπό τε τῶν στρατηγῶν καὶ τῶν στρατευμάτων καὶ τοῦ ἄλλου ὁμίλου. Ἅτε δὲ τῆς ἀρχῆς αὐτῷ ἄρτι καθισταμένης, καὶ τῶν πραγμάτων, ὥσπερ εἰκός, ταραττομένων, καὶ ταῦτα ἐν μέσῃ τῇ πολεμίᾳ, οὐχ οἷός τε ἦν τὰ παρόντα ἐν τῷ δέοντι σχολαίτερον διαθεῖναι. Τοιγάρτοι ἀπαλλαξείων τῆς ἐν ὀθνείᾳ καὶ δυσμενεῖ χώρᾳ διαίτης, καὶ μόνης τυχεῖν τῆς ἐς τὰ οἰκεῖα ἐπανόδου θᾶττον ἱέμενος, ξυνθήκας τίθεται ἀγεννεῖς καὶ ἀσχήμονας, καὶ ὁποίας μέχρι καὶ νῦν τῇ Ῥωμαίων λυμαίνεσθαι πολιτείᾳ, περιστέλλων ἐς τὰ ὀπίσω καινοῖς ὁρίοις, καὶ ὑποτεμνόμενος τῆς οἰκείας ἀρχῆς τὸ περαιτέρω ἐκβαῖνον. Τὰ μὲν οὖν κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ ξυνενεχθέντα πολλοῖς ἤδη τῶν προτέρων ξυγγραφέων ἱστόρηται· ἐμοὶ δὲ οὐ περὶ ταῦτα ἐνδιατρίβειν σχολή, ἀλλὰ τοῦ προτέρου λόγου ἐκτέον.

A ipse a præfectis et exercitu reliquaque turba rex declaratur, qui utpote regno ipsi recenter delato et rebus, uti verisimile est, perturbatis, et quidem in media hostili regione, præsentem rerum statum non satis componere poterat. Quocirca pertæsus vitæ in extera hostilique regione, reditusque in sua quam citissime compos fieri cupiens, ignominiosas turpesque cum hoste pactiones init, quasque in hunc etiam diem Romana respublica magno suo malo persentiscit. Novis enim terminis imperium coarctavit, multumque de veteri amplitudine decidit. Jam vero quæ per id tempus acciderunt, multi ex veteribus historicis memoriæ prodiderunt; mihi vero otium non est iis repetendis immorandi. cui quæ cœperam sunt persequenda.

B

κς'. Μετὰ γὰρ Σαβώρην Ἀρταξὴρ ἀδελφὸς ὢν αὐτῷ, καὶ μετασχὼν τῆς βασιλείας, τεττάρων ἐτῶν χρόνον κατ' αὐτὴν ἀπεβίω. Ὁ δὲ υἱὸς ὁ τούτου, Σαβὼρ δὲ καὶ αὐτὸς ἐπεκέκλητο, ἐν ἔτεσι πέντε τὸ οἰκεῖον ἠρίθμησε κράτος· ἐν διπλασίοσι δὲ τούτων καὶ πρός γε ἑνὶ ἑτέρῳ ἐνιαυτῷ Οὐαραράνης ὁ παῖς, ὃς δὴ καὶ Κερμασαὰ [66] ὠνομάζετο. Τῶν δὲ τοιούτων ἐπικλήσεων ἡ αἰτία ἤδη μοι εἴρηται. Καὶ γὰρ Κερμὰ ἔθνους [68] τυχὸν ἢ χώρας ὑπῆρχεν ἐπωνυμία. Ταύτης δὲ τῷ πατρὶ τοῦ Οὐαραράνου [66] δεδουλωμένης, εἰκότως ὁ παῖς τὴν ἐπωνυμίαν ἐκτήσατο, καθάπου πρότερον καὶ παρὰ Ῥωμαίοις ὁ μὲν Ἀφρικανὸς τυχὸν, ὁ δὲ Γερμανικὸς, ὁ δὲ ἐξ ἄλλου του γένους νενικημένου ἐπεκλήθη. Ἐπὶ τούτοις Ἰσδιγέρδης ὁ Σαβώρου τὴν Περσικὴν ἡγεμονίαν παραλαμβάνει, ὁ πολὺς παρὰ Ῥωμαίοις καὶ περιλάλητος. Φασὶ γὰρ Ἀρκάδιον τὸν βασιλέα πρὸς τῷ θανάτῳ γεγενημένον, καὶ τὰ μετ' αὐτὸν [67], ὥσπη τοῖς ἀνθρώποις νενόμισται, διατάττοντα, τούτῳ δὴ φύλακι χρήσασθαι, καὶ κηδεμόνι ἐπί τε τῷ παιδὶ Θεοδοσίῳ καὶ πάσῃ τῇ Ῥωμαϊκῇ καταστάσει. Ἄδεται γὰρ οὗτος ὁ λόγος ἐπιπλεῖστον ἐν ἡμῖν ἐκ παλαιοῦ τῇ μνήμῃ παραδοθεὶς τοῖς ἐφεξῆς, καὶ μέχρι νῦν παρά τε τοῖς λογίμοις [68] καὶ τῷ δήμῳ περιαγόμενος· γραφῇ δέ τινι καὶ λόγοις ἱστορικοῖς οὐκ οἶδα εὑρὼν τοῦτο φερόμενον, οὐδὲ παρ' οἷς τυχὸν τὰ τῆς Ἀρκαδίου τελευτῆς ἀπεμνημόνευται [69], ὅτι μὴ μόνον ἐν τοῖς Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι συγγεγραμμένοις. Καὶ οὐδὲν, οἶμαι, θαυμαστὸν, ἐκεῖνον μὲν ὡς πλεῖστα μεμαθηκότα, καὶ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, ἱστορίαν ἀναλεξάμενον, καὶ τήνδε παραλαβεῖν τὴν ἀφήγησιν ἑτέρῳ πρότερον ἐκπεπονημένην, ἐμὲ δὲ αὐτὴν μηδαμῶς ἔτι ἐλεῖν [70] ἐλάχιστα εἰδότα, εἴγε ἄρα δὴ καὶ ἐλάχιστα. Ἀλλ' ἐκεῖνο καὶ μάλα θαύματος ἄξιον εἶναι ἡγοῦμαι, ὅτι διεξιὼν τὰ περὶ τούτων [70*], οὐχ ἁπλῶς οὕτω τὰ ἐγνωσμένα διέξεισιν,

C

26. Post Saborem itaque Artaxer ipsius frater potitus imperio, cum annos quatuor regnasset, moritur. Filius autem hujus, Sabor vero etiam is vocabatur, quinque annis imperium obtinuit; duplo vero temporis spatio et uno insuper anno Vararanes hujus filius, **264** qui et Cermasaa dictus fuit. Hujusmodi vero appellationum causam supra retuli. Cerma enim gentis forsan alicujus aut regionis est nomen, qua a patre Vararane subacta, filius verisimiliter eam appellationem est consecutus; quemadmodum etiam olim apud Romanos hic quidem Africanus, ille Germanicus, alius vero ex alia gente devicta est dictus. Post hos Isdigerdes Saboris F. Persicum imperium accepit, cujus frequens et celebris est apud Romanos memoria. Aiunt enim Arcadium regem jam moribundum, et humano more de rebus post obitum suis disponentem, hunc custodem et curatorem filii sui Theodosii instituisse totiusque Romani imperii status. Hic enim sermo ab antiquo veluti per manus posteritati traditus, plurimum etiam hodie apud nos invaluit, et apud doctos pariter et vulgus hominum circumfertur; scripto vero aliquo aut historicorum libris id proditum non reperio, ne in iis quidem, qui de Arcadii morte scripserunt, uno tantum Procopio rhetore excepto. Neque sane meo judicio mirum est, ad multiscii hujus viri, quique universam, ut uno verbo dicam, historiam decerpsit, notitiam hanc etiam narrationem ab alio olim conscriptam pervenisse; ad **265** meam vero nequaquam, qui nonnisi exiguam, utinam modo exiguam harum rerum scientiam habeam! Sed illud, et quidem vehementer, admiratione dignum censeo, quod cum narrationem de Arcadio instituit, non simpliciter ita quæ ab eo statuta fuerunt narrat, sed laudat ipsum magnificisque verbis effert, tanquam opti-

D

VARIÆ LECTIONES.

[66] δὴ R. [67] τῷ add. ex R. [68] μόνης R, μόλις vulg. [69] αγενεῖς et [66] τῇ τῶν P. Par. [61] *Artaxerxes* intpr. [68] Iterum omnes *Sabor* exhibent. δὲ post Σαβὼρ om. R. [63] τούτων R, τούτου vulg. [64] *Cermasat* intpr. Verum est Κερμανσαά : cf. Mirkhondium apud Sacyum, *Mém. sur les antiquités de Perse*, p. 320. [65] Debebat esse Κερμάν. ἔθνος R. [66] τοῦ Ἀραράνου Lugd. et ed. pr., Οὐραρ. Par. [67] ἐπ' αὐτὸν R, intrp. *quum — sua disponeret.* [68] λογίσμοις (sic) R. [69] ἀπομνημονεύεται R. [70] Pro ἐλεῖν conf. Cl. εὑρεῖν. [70*] τούτων R et Lugd., τοῦτον cdd.

Digitized by Google

mo consilio usum. Ait enim ipsum aliis in rebus non admodum solere esse industrium, hac vero sola in re et sapientem et prudentissimum declaratum. Mihi vero videtur is, qui hoc admiratur, non ex primo consilii impetu, sed ex eventu de ejus rectitudine judicare. Quo pacto enim prudenter recteque factum dici possit, homini extero et barbaro, et regi gentis infestissimæ, neque satis noto, an fidem ac justitiam coleret, quique præterea erroneæ esset de Deo diversæque opinionis, quæ habebat charissima tradere? Si vero nihil omnino in infantem sibi creditum deliquit, sed hujus imperium sartum tectum a curatore firmissime est conservatum, et quidem, cum adhuc ille lacteret : illius potius probitas est laudanda, quam Arcadii factum. Hisce igitur de causis, prout quisque mente ac judicio pollet, ita judicet. Isdigerdes vero cum unum et viginti annos regnasset, nullum unquam adversus Romanos bellum suscepit, neque ulla eos affecit molestia, sed mansit perpetuo benevolus **266** et pacificus, sive ita casu acciderit, sive revera etiam respectu pueri, et communium curationis pupillaris legum.

A ἀλλ' ἐπαινεῖ τὸν Ἀρκάδιον καὶ [P. 135] ἀποσεμνύνει, ὡς ἀρίστῃ χρησάμενον εὐβουλίᾳ. Φησὶ γὰρ αὐτὸν οὐ λίαν ἀγχίνουν εἶναι τὰ ἄλλα πεφυκότα, ἐν τούτῳ δὴ μόνῳ φρενήρη τε καὶ προμηθέστατον ἀποδεδεῖχθαι. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ὁ τοῦτο ἀγάμενος οὐ τῇ πρώτῃ ὁρμῇ τοῦ βουλεύματος τὸ εὔλογον κρίνειν, ἀλλὰ τῷ ὑστερον ἀποβεβηκότι. Ἐπεὶ πῶς ἂν εἶχεν καλῶς ἀνδρὶ ὀθνείῳ καὶ βαρβάρῳ, καὶ γένους ἄρχοντι πολεμιωτάτου, καὶ ὅπως αὐτῷ μετῆν πίστεώς τε καὶ δικαιοσύνης ἠγνωσμένῳ, καὶ πρός γε τὰ ἐς Θεὸν πεπλανημένῳ καὶ [71] ἀλλογνώμονι, τὰ φίλτατα παραδοῦναι; Εἰ δὲ μηδὲν ὁτιοῦν ἐπὶ τῷ βρέφει ἡμάρτηται, μεμένηκεν ἡ τούτου βασιλεία βεβαιότατα πρὸς τοῦ κηδεμόνος φυλαττομένη, καὶ ταῦτα ἔτι ὑπὸ μαζῷ τιθηνουμένου, ἐκεῖνον ἂν μᾶλλον ἐπαινετέον τῆς εὐγνωμοB σύνης, ἢ Ἀρκάδιον τοῦ ἐγχειρήματος. Τούτων μὲν οὖν ἕνεκεν, ὥσπερ ἕκαστος γνώμης τε καὶ ἀκριβείας ἔχοι, ὧδε κρινέτω. Ὁ δὲ Ἰσδιγέρδης εἴκοσι πρὸς τῷ ἑνὶ βασιλεύσας ἐνιαυτοὺς, οὐδένα πώποτε κατὰ Ῥωμαίων ἦρατο πόλεμον, οὐδὲ ἄλλο τι κατ' αὐτῶν ἄχαρι ἔδρασεν· ἀλλὰ μεμένηκεν ἐσαεὶ [72] εὔνους τε ὢν καὶ εἰρηναῖος, εἴτε οὕτω συμβὰν, εἴτε καὶ ὡς ἀληθῶς φειδοῖ τοῦ παιδὸς, καὶ τῶν κοινῶν τῆς κηδεμονίας [73] νομίμων.

27. Illo vero mortuo, Vararanes filius cum præesset imperio, expeditionem quidem in Romanos fecit, sed cum illum præfecti, qui in finibus erant, amice placideque suscepissent, ipse statim recessit, et ad sua se recipit, neque bello finitimis, neque præterea damno ullo agris corum illato. Cumque annos viginti regnasset, Isdigerdi alteri suo filio regnum tradit; qui cum eo annis septemdecim et mensibus circiter quatuor esset potitus : Perozes post illum rex declaratur, vir temerarie audax et bellorum cupidus, et magnificentiam semper præ se ferebat, solidis autem tutisque consiliis non admodum utebatur; sed plus in eo erat audaciæ quam consilii. Periit itaque in expeditione adversus Nephtalitas non tam, arbitror, robore hostium quam sua temeritate. Cum enim oporteret ipsum tuto per hostilem regionem procedere, occultas insidias prævidentem et præcaventem, horum cura neglecta confestim in insidias incidit; inque scrobes **267** et fossas, quæ ad longissimum in campo tractum ad fallendum erant confectæ, atque ibi cum exercitu interiit quarto et vicesimo regni sui anno, vitamque finivit inglorius, utpote ab Hunnis debellatus. Hunnica enim gens Nephtalitæ. Balas autem hujus frater ad regnum evectus, nihil memoratu dignum bellorum aut præliorum causa gessit; non solum quia placidis esset moribus et mitis, et ad irru-

κζ'. Ἐκείνου δὲ τεθνηκότος, Οὐαραράνης ὁ υἱὸς προστὰς τῆς ἀρχῆς, εἰσβολὴν μὲν κατὰ Ῥωμαίων πεποίηται· φιλίως δὲ αὐτὸν καὶ ὑφειμένως τῶν ἐν τοῖς ὁρίοις [74] ἱδρυμένων στρατηγῶν προσδεξαμένων, ὁ δὲ θᾶττον ἀπηλλάγη, καὶ εἰς τὴν ὑπήκοον C ἐπανῆκεν, οὔτε προσπολεμήσας [75] τοῖς πέλας, οὔτε ἄλλως τὴν χώραν σινάμενος. Εἴκοσι δὲ κρατήσας ἐνιαυτοὺς, παραδίδωσι τὴν βασιλείαν Ἰσδιγέρδῃ θατέρῳ τῷ οἰκείῳ παιδί, ᾧ δὴ χρόνος ἐν τῇ βασιλείᾳ διηνύσθη ἐτῶν ἑπτακαίδεκα, καὶ μηνῶν δήπου τεττάρων. Περόζης δὲ μετ' ἐκεῖνον ἀναδείκνυται βασιλεὺς, ἀνὴρ τολμητίας μὲν ἄγαν καὶ φιλοπόλεμος, καὶ πρὸς τὸ μεγαλουργὸν τῆς γνώμης ἀεὶ τεD τραμμένος· λογισμῷ δὲ στερρῷ καὶ βεβηκότι οὐ μάλα ἐχρῆτο· ἀλλὰ πλέον ἦν αὐτῷ τοῦ βουλευομένου [76] τὸ θρασῦνον. Ἀπώλωλε δὴ οὖν, κατὰ τῶν Νεφθαλιτῶν ἐπιστρατεύσας, οὐ τοσοῦτον, οἶμαι, τῇ ῥώμῃ τῶν δυσμενῶν ὁπόσον τῇ οἰκοθεν ἀκοσμίᾳ· δέον γὰρ αὐτὸν σὺν τῷ ἀσφαλεῖ κατὰ τὴν πολεμίαν πορεύεσθαι, τὰς ἀδήλους ἐπιβουλὰς προδιασκοποῦντα καὶ φυλαττόμενον, ὁ δὲ λέληθεν ἑαυτὸν ἐνέδραις ἀθρόον [77] περιπεσὼν καὶ βόθροις καὶ διώρυξιν, ἐπὶ μήκιστον τοῦ πεδίου πρὸς τὸ ἀπατηλὸν μεμηχανημέναις, αὐτοῦ τε σὺν τῇ στρατιᾷ διεφθάρη τετάρτῳ καὶ εἰκοστῷ τῆς βασιλείας ἐνιαυτῷ, καὶ καταλύσε τὸν βίον ἀκλεῶς, ἅτε δὴ ὑπὸ τῶν Οὔννων κατεστρατηγημένος· Οὐννικὸν γὰρ γένος οἱ Νεφθαλῖται. Βά-

VARIÆ LECTIONES.

[71] πρός γε τὰ ἐς θεὸν πεπλανημένῳ καὶ om. R, intpr. non legebat verba τὰ ἐς θεόν. [72] ἀεὶ R. [73] Pro κηδεμονίας R. παιδοποιΐας (scil. *adoptionis*), intpr. *communibusve liberis procreandis et legibus*. [74] ὁρίοις R, ὅροις vulg. [75] προπολεμήσας R et Lugd., sed hic in mg. fs. προσπολεμήσας. [76] βουλευσομένου R, Lugd. mg. et intpr., βουλομένου vulg. [77] ἀθρόως R.

Digitized by Google

λας [78] δὲ ὁ τούτου ἀδελφὸς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἀναβὰς, οὐδέν τι φαίνεται ἀξιαφήγητον δράσας πολέμων ἕνεκα καὶ παρατάξεων, οὐ μόνον τῷ πρᾶος εἶναι τοὺς τρόπους καὶ ἥπιος, καὶ πρὸς ὁρμὰς ἀλόγους καὶ δυσμενείας οὐ μάλα διανιστάμενος, ἀλλ' ὅτι καὶ βραχὺν ἐπαβίω χρόνον· τέτταρα γὰρ αὐτῷ μόνον ἔτη κατὰ τὴν βασιλείαν διέδραμεν. Ἐπὶ τούτῳ δὲ Καβάδης [79] ὁ Περόζου, τῶν Περσικῶν πραγμάτων κρατήσας, πολλοὺς μὲν κατὰ Ῥωμαίων πολέμους διήνεγκε, πολλὰ δὲ κατὰ Βαρβάρων τῶν προσοικούντων ἔστησε τρόπαια, καὶ χρόνον οὐδένα παρῆκε ταραχαῖς τε καὶ κινδύνοις ἐγκαλινδούμενος. Ἦν δὲ ἄρα καὶ πρὸς τὸ ὑπήκοον ἀπηνής τε καὶ δυστιθάσευτος, καὶ οἷος ἀνακινεῖν τὰ καθεστῶτα, ἔς τε τὴν πολιτικὴν δίαιταν καινουργεῖν, καὶ παρατρέπειν τὰ πάλαι [80] συνειθισμένα. Λέγεται δὲ ὡς καὶ νόμον ἔθετο, κοινὰ τοῖς ἀνδράσι προκεῖσθαι τὰ γύναια, οὐ κατὰ τὸν Σωκράτους, οἶμαι, καὶ Πλάτωνος λόγον, καὶ τὴν ἐν τῷ λόγῳ κεκρυμμένην ὠφέλειαν, ἀλλ' ὥστε τῷ προστυχόντι ἐξεῖναι πρὸς ἣν ἂν ἐθέλοι χωρεῖν καὶ τῆς εὐνῆς μεταλαγχάνειν, εἰ καὶ ἑτέρῳ τῳ συνοικοῦσα καὶ ἀποκεκριμένη ἐτύγχανε.

κη'. Καὶ τοίνυν θαμὰ τοῦτο ἐννόμως ἐξημαρτάνετο, χαλεπαινόντων περιφανῶς τῶν δυνατῶν, καὶ οὐκ ἀνεκτὸν ἡγουμένων τὴν ἀτιμίαν. Ἀλλ' οὗτος γὰρ αὐτῷ ὁ θεσμὸς [81] ἐπιβουλῆς τε καὶ καταλύσεως αἰτιώτατος [82] γέγονε. Τοιγάρτοι συμφραξάμενοι ἅπαντες καὶ διαναστάντες, καθαιροῦσί γε [83] αὐτὸν τῆς ἀρχῆς τῷ ἑνδεκάτῳ ταύτης ἐνιαυτῷ, καὶ εἰς τὸ τῆς Λήθης ἐμβάλλουσι φρούριον. Τὸ δὲ τῆς βασιλείας κράτος μετάγουσιν ἐπὶ Ζαμάσφην [84], Περόζου καὶ αὐτὸν παῖδα γεγενημένον, καὶ ἄλλως πραότητός τε καὶ δικαιοσύνης ἄριστα ἔχειν δοκοῦντα. Οὕτω τε ᾤοντο καλῶς αὐτοῖς ἅπαντα κατειργάσθαι, ὡς ἐξὸν τολοιπὸν ἐν εὐκολίᾳ τε καὶ ῥᾳστώνῃ πολιτεύεσθαι καὶ βιοτεύειν. Ἀλλ' ὁ Καβάδης οὐκ ἐς μακρὰν ἀποδράσας, εἴτε τῆς γαμετῆς αὐτῷ συλλαβομένης τοῦ δόλου, ὡς Προκόπιός φησι, καὶ τὸν ὑπὲρ ἐκείνου θάνατον ὑπελθεῖν ἑλομένης, εἴτε καὶ ἄλλῳ τρόπῳ χρησάμενος [85], ἀποδράσας δὲ οὖν ὅμως, καὶ ὑπεκβὰς τοῦ δεσμωτηρίου, ᾖχετο παρὰ τοὺς Νεφθαλίτας, καὶ γίνεται τοῦ ἐκείνων βασιλέως ἱκέτης. Ὁ δὲ τὰς ἀτάκτους τροπὰς [86] τῆς τύχης διανοησάμενος, προσίετό γε αὐτὸν [87] μάλα εὐμενῶς, καὶ διετέλει παρηγορῶν καὶ παραιρούμενος τῆς γνώμης τὸ ἀνιώμενον, τὰ μὲν πρῶτα θωπείᾳ τε ἀγαθῇ καὶ παραινέσει πρὸς τὰ ἀμείνονα τὸ φρονοῦν ἀναῤῥωννύσῃ, καὶ πρός γε [88] τραπέζῃ δαψιλεῖ καὶ φιλοτησίᾳ θαμὰ προτεινομένῃ, καὶ ἐφεστρίσι τιμίαις, καὶ τούτοις δὴ ἅπασι τοῖς εἰς φιλοξενίαν προχειροτάτοις· ὀλίγῳ δὲ ὕστερον καὶ τὴν θυγατέρα κατεγγυᾷ πρὸς γάμον τῷ ξένῳ, καὶ στρατιὰν αὐτῷ πρὸς τὴν κάθοδον ἀποχρῶσαν παρα-

ptiones violentas faciendas hotilitatesque exercendas non admodum promptus, sed etiam quod ad exiguum tempus supervixerit. Quatuor enim duntaxat anni ei in regno sunt decursi. Post hunc etiam Cavades, Perosi F., Persico imperio potitus, multa quidem adversus Romanos bella gessit, multa etiam a finitimis Barbaris tropæa retulit, neque ullum tempus prætermisit, quo non esset turbis periculisque involutus : erat vero etiam in subditos sævus et intractabilis, aptusque ad ea, quæ bene constituta erant, turbandum, et ad civile vivendi genus innovandum veteresque consuetudines subvertendas. Dicitur vero etiam hic legem tulisse, qua feminæ viris communes prostituerentur, non ex Socratis, arbitror, et Platonis instituto, aut utilitatis in ea reconditæ respectu, sed ut cuivis liceret, cum qua liberet rem habere, etiamsi alteri alicui nupta esset, eique addicta conviveret.

268 28. Frequenter itaque hac in parte permittente lege peccabatur, satrapis aperte indignantibus, neque tolerandum esse dedecus censentibus. Sed ea lex ipsi et insidiarum et submotionis ab imperio causa fuit. Conspiratione enim facta omnibusque insurgentibus, imperio eum abdicant, undecimo, ex quo regnaret, anno, et in Lethes castellum conjiciunt; regni vero potestatem in Zamasphem transferunt, qui et ipse Perosi filius erat, et alioqui lenitatis et justitiæ nomine optime audiebat. Atque ita putabant omnia sibi recte curata; sperantes se deinceps placide quieteque victuros. Cavades vero non multo post e custodia elapsus, sive uxore ad fraudem opitulante, ut Procopius scribit, et mortem etiam pro illo subire cupiente, sive alio quopiam modo usus, aufugit tamen, et e carcere evasis, atque ad Nephtalitas se recepit, eorumque regi supplex est factus : qui cum varias incertasque fortunæ mutationes ac vicissitudines cum animo suo perpenderet, perhumaniter eum excepit, neque desinebat eum solari, animique ægritudinem sublevare; primum quidem blanditiis verborum commodaque exhortatione ad meliora ipsius mentem corroborans, **269** ac præterea lauta mensa amicaque propinatione frequenter excipiens, vestibus etiam pretiosis donans, omniaque hospitalitatis munia explens; paulo vero post etiam filiam hospiti nuptui despondet, datoque ei valido satis exercitu ad sua remisit, cum eorum, qui obstituri essent, clade pristinum suum regnum recuperatu-

VARIÆ LECTIONES.

[78] Βάλας Lugd. in mg., in ordine autem Ὀβάλας, Οὐάλας R, *Valens* intpr. Incorruptum nomen Persicum est *Palasch*. Hunc Procopius, qui de horum regum successione parum comperta congessit, paulo rectius *Blasin* vocat, sed in eo errat, quod in locum Cabadis suffectum esse tradit. [79] δὲ Καβ. R, δὲ καὶ K. vulg. [80] πάλαι om. R. [81] αὐτ. ὁ θεσμ. R, ὁ. θ. α. vulg. [82] αἰτιώτατος R et intpr. *præcipua causa*, αἴτιος; vulg. συμφραζάμενοι R, συμφραξάμενοι conj. Cl. [83] γὰρ pro γε R. [84] Recte Ζαμάσφην est : *Djamasp* Persarum, Ζαμβασφῆν R, sed infra Ζαμάσφης, *Zambazes* Intpr. [85] τρόπῳ χρ. R, χρ. τρ. vulg. [86] ῥοπὰς Par. [87] ἑαυτὸν R. [88] πρός τε R.

Digitized by Google

rum. Cum autem frequenter soleant hominibus res contrariis plane, quam animo destinarant, eventibus confundi, tale quid etiam tum usuvenit, variisque in utramque partem momentis, diversisque in contrarium mutationibus Cavadæ vita fuit librata, idque brevi satis temporis spatio. Nam ex rege antea reus factus et captivus; ubi vero e carcere evasit, fugitivus et supplex; ex supplice autem et peregrino gener regis eique intimus; moxque ad sua reversus, imperium citra labores aut pericula recepit, perinde ac si nunquam eo exutus fuisset, vacans adhuc et quodam modo se opperiens. Zamasphes enim sua sponte regio solio excessit, regnumque relinquere potius censuit, quatuor annis eo gavisus, et renuntiare fasiui ambitionique maluit, privatam vitam cum securitate conjunctam præferens, atque ita necessitatem rectitudine consilii antevertit. **270** Cavades vero multo quam antea potentior factus, alios triginta annos ultra undecim priores monarchicum imperium obtinuit, ut unum et quadraginta annos cum regia potestate vixerit.

29. Quæ itaque eo antea et postmodum regnante acciderunt, veteres illi docti scriptores in modum historiæ accurate pertractarunt. Quod autem a veteribus illis præteritum est, quodque dignum cognitu ac memorato crediderim, non abs re fuerit adjicere. Mirari enim quispiam possit, quod per id tempus Romanis et Persis nonnulli similes sibi mutuo casus acciderint, tanquam sponte in utraque re publica contraria quadam revolutione fortunæ adversus imperatores ingruente. Paulo enim ante etiam Zeno ille Isaurus, Romanorum imperator, qui antea Tarasiscodisæus cognominabatur, insidiis ei per illum et Basiliscum et Cononem structis, coadjuvante præcipue Berine, imperio excidit ejectusque est, atque ægre in Isauriam salvus evasit, rediit tamen rursus in regiam, et Basilisco, qui non diutius quam duobus annis tyrannidem exercuerat, interfecto, regioque insigni ei adempto, rursus imperium recuperavit, omniaque moderatus est, non quidem multo tempore, regnans tamen e vita excessit. Haud secus et Nepos, Occidentis imperator, **271** similibus aut majoribus calamitatibus fuit immersus. Nam ab Oreste circumventus, fugit ex Italia, purpura exutus, quam nunquam recuperavit, sed inter privatos degens interiit. Adeo inopinatæ mutationes tum temporis potentissimis regibus acciderunt. Causas vero harum mutationum quærant, qui abditarum rerum occulta principia investigare

δοὺς, ἐστειλεν αὖθις, τό τε ἀντιστατοῦν καθελοῦντα [96], καὶ τὴν προτέραν εὐδαιμονίαν ἀνακτησόμενον. Ἐπεὶ δὲ πεφύκασι πρὸς τἀναντία πολλάκις συμφύρεσθαι [97] τοῖς ἀνθρώποις [P. 139] αἱ τῶν δοκηθέντων ἐκβάσεις, τοιόνδε τι [98] καὶ τότε ξυνέβη, καὶ πρὸς τὴν ἐφ' ἑκάτερα ῥοπήν τε καὶ κίνησιν ἐπὶ πολλῷ τῷ διαλλάττοντι ὁ τοῦ Καβάδου βίος ἐταλαντεύθη [99], καὶ ταῦτα ἐν χρόνῳ μετρίῳ. Ἐκ μὲν γὰρ βασιλέως πρότερον ὑπόδικος γέγονε καὶ δεσμώτης [100]· ἀπαλλαγεὶς δὲ τῆς εἰρκτῆς, φυγὰς καὶ μέτοικος καὶ ἱκέτης· ἐκ δὲ ἱκέτου καὶ ξένου, κηδεστὴς βασιλέως καὶ οἰκειότατος· εὐθὺς δὲ κατελθὼν εἰς τὰ πάτρια ἦθη, ἀνεῖληφε πάλιν τὴν ἀρχὴν πόνων ἐκτὸς καὶ κινδύνων, ὥσπερ οὐδαμῶς αὐτὴν ἀφῳρημένος, ἀλλ' εὑρὼν ἔτι σχολάζουσαν, καὶ οἷον ἐκδεχομένην. Ὁ γὰρ Ζαμάσφης ἑκὼν ἀπέστη τοῦ θάκου [101], καὶ μεθεῖναι μᾶλλον ἔγνω τὴν βασιλείαν, τέτταρας ἐνιαυτοὺς ἡσθεὶς ἐν αὐτῇ, καὶ ἀπαγορεῦσαι μὲν τῷ γαυρουμένῳ τῆς ψυχῆς καὶ φιλοδοξοῦντι, τὸ δὲ ἄπραγμον σὺν τῷ ἀσφαλεῖ ἀνθελέσθαι· καὶ προὔλαβε τὴν ἀνάγκην ἡ εὐβουλία. Ὁ δὲ Καβάδης ἐγκρατὴς γεγενημένος πλέον ἢ πρότερον, ἐς τριάκοντα ἑτέρους ἐνιαυτοὺς διέμεινε τῆς μοναρχικῆς δυναστείας ἐχόμενος πρὸς τοῖς ἑνδεκα τοῖς προτέροις, ὡς τεσσαράκοντα πρὸς τῷ ἑνὶ τοὺς σύμπαντας καθεστάναι ὁπόσους ἐν αὐτῇ ἐπεβίω.

κθ'. Τὸ μὲν οὖν ἀκριβὲς τῶν ἐπ' αὐτῷ πρότερόν τε καὶ ὕστερον συμπεσόντων, ἤδη τοῖς πάλαι σοφοῖς ἐν ἱστορίας [102] διεκπεπόνηται τρόπῳ· ὃ δὲ τοῖς μὲν προτέροις παρεῖται, ἄξιον δὲ οἶμαι γινώσκειν καὶ ἐπισημήνασθαι, καλὸν ἂν εἴη προσθεῖναι. Θαυμάσειε γὰρ ἄν τις, ὅτι δὴ κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ παρά τε Ῥωμαίοις καὶ Πέρσαις παραπλήσια ἅττα συνελθεῖν ξυνέβη [103], ὥσπερ αὐτομάτως ἐν ἑκατέρᾳ πολιτείᾳ κατὰ τῶν κρατούντων ἐναντίας τινὸς περιφορᾶς ἐνσκηψάσης. Ἐλαχίστου γὰρ ἔμπροσθεν χρόνου καὶ Ζήνων ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ὁ Ἴσαυρος, ὃς δὴ πρώην [104], Ταρασισκωδίσαιος ἐπωνομάζετο, ὑπὸ Ἰλλοῦ τε καὶ Βασιλίσκου καὶ Κόωνος ἐπιβουλευθείς, συνεργούσης ἐς [105] τὰ μάλιστα καὶ Βηρίνης, ἐκπέπτωκε τῆς ἀρχῆς καὶ ἐξήλατο, καὶ μόλις ἐς τὴν Ἰσαυρίαν ἀπεσώθη· πλὴν ἀλλ' ἐπανῆκεν αὖθις ἐς τὰ βασίλεια, καὶ Βασιλίσκον τὸν τυραννήσαντα οὐ πλέον ἢ ἔτεσι δύο [106] καθελὼν, καὶ τοῦ σχήματος ἀφελόμενος, διετέλει πάλιν ἐχόμενος τῆς ἀρχῆς καὶ πάντα διατάττων, οὐκ ἐπὶ πλεῖστον μὲν χρόνον, ἐν αὐτῇ δὲ ὅμως ἀπεβίω. Κατ' αὐτὸν δὲ καὶ Νέπως ὁ τῆς Ἑσπέρας βασιλεὺς ὁμοίαις ἢ καὶ [1] μείζοσιν ὠμίλησε συμφοραῖς. Ὑπὸ γὰρ Ὀρέστου φενακισθεὶς, πέφευγεν ἐκ τῆς Ἰταλίας, ἀποβεβληκὼς μὲν τὴν ἁλουργίδα, οὐκέτι δὲ αὐτὴν ἀνανείλετο, ἀλλ' ἐν ἰδιώταις τελῶν διεφθάρη. Οὕτως ἄρα ἐν τῷ τότε μεταβολὰς παραλόγους κατὰ τῶν κρατίστων δυνάμεων συνελθεῖν ξυνηνέχθη [2]. Ζητούντων μὲν οὖν τὴν τούτων αἰτίαν οἱ τὰς τῶν

VARIÆ LECTIONES.

[96] Pro καθελοῦντα R, καθελεαυτοῖς. [97] συμφέρεσθαι Par. [98] τοιὸν δή τι R. [99] ἐταλάντευσε R. [100] δεσμότης edd. [101] Θάκου H. l. non variat R, qui supra θῶκον præbuerat. [102] ἱστορίαις R. [103] συνέβη R. [104] πρώτῃ R. Ταρσισκωδίσεος vulg., Τάρασις Κωδιαῖος R, *Tharasis Codicus* indpr., Τρασκαλλισαῖος apud Theophanem. Satis probabile est Agathiam scripsisse Ταρασισκαλισαῖος. [105] εἰς vulg. [106] δύο R, δύω vulg. [1] καὶ ins. ex R.

Digitized by Google

ἀδήλων ἀντιχνεύειν ἀρχὰς εἰθισμένοι, καὶ λεγέτωσαν ὁποίας καὶ βούλοιντο, ἐμοὶ δὲ τῆς προτέρας ἐκδρομῆς καὶ αὖθις μεταληπτέον. Τεθνηκότος γὰρ τοῦ Καβάδου κατὰ τὸ πέμπτον ἔτος τῆς Ἰουστινιανοῦ [P. 140] παρὰ Ῥωμαίοις βασιλείας, Χοσρόης ὁ πάνυ ὁ καθ' ἡμᾶς διαδέχεται τὴν πατρῴαν ἀρχήν, καὶ πέπραχε πλεῖστα ὅσα καὶ μέγιστα, ὧν ἕνια μὲν Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι προαναγέγραπται, τῶν δὲ λοιπῶν ἐμοί γε τὰ μὲν εἴρηται ἤδη, τὰ δὲ ἀκολούθως εἰρήσεται. Ὡς ἂν δὲ τὸ συνεχὲς τῶν χρόνων τελεώτατα διαφυλαχθείη, τοσοῦτον ἐρῶ πρὸς τὸ παρὸν, ὡς ἐς ὀκτώ τε καὶ τεσσαράκοντα ἐνιαυτοὺς τοῦ κράτους ἐχόμενος, πολλὰς ἀνεδήσατο νίκας· καὶ γέγονεν ὁποῖος οὔπω πρότερον ἄλλος τῶν παρὰ Πέρσαις βεβασιλευκότων ἀναδέδεικται, εἴγε [a] τῷ παντὶ ἑκάστῳ συγκρίνοιτο, οὐδὲ εἰ Κῦρον εἴποι [b] τις ἂν τὸν Καμβύσου, οὐδὲ Δαρεῖον Ὑστάσπεω, οὐδὲ μὴν Σέρξην ἐκεῖνον, τὸν ἱππήλατον μὲν δεικνύντα τὴν θάλατταν, ἐν δὲ τοῖς ὄρεσι ναυτιλλόμενον. Πλὴν ἀλλὰ τοιοῦτός γε ὤν, ἀκλεής γε αὐτῷ ἡ τοῦ βίου καταστροφὴ γέγονεν, καὶ οἰκτρὰ καὶ τῶν φθασάντων ἀλλοτριωτάτη. Ἐτύγχανε μὲν γὰρ ἐν τῷ τότε ἀμφὶ τὰ Καρδούχια ὄρη ἐς κώμην Θαμανῶν διὰ τὴν τοῦ θέρους ὥραν καὶ τὴν τῶν τόπων εὐκρασίαν μεταβάς τε καὶ ἐνδιαιτώμενος [a]. Μαυρίκιος δὲ ὁ Παύλου, ὑπὸ Τιβερίου Κωνσταντίνου τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος [c] ἄρχειν τῶν κατὰ τὴν ἕω ταγμάτων προστεταγμένος, εἰσέβαλεν ἀθρόον [d] ἐς τὴν Ἀραξιανὴν χώραν, πρόσοικον οὖσαν τῇ τῆς κώμης [e] περιοικίδι καὶ ἀγχιτέρμονα· καὶ δῃτα οὐκ ἀνίει [f] δηῶν ἅπασαν ἀφειδῶς καὶ ληΐζόμενος. Περαιωθεὶς δὲ τὰ ῥεῖθρα τοῦ Ζίρμα ποταμοῦ, ἀνὰ τὰ πρόσω ἔτι ἐχώρει, καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἐλεηλάτει καὶ ἐνεπίμπρα. Οὕτω δὲ αὐτοῦ ἅρδην ἅπαντα καταστρεφομένου καὶ ξυγχυκῶντος, ὁ Χοσρόης (οὐ πόρρω γὰρ ἦν, ἀλλ' ὅσον ἀρθεῖσαν ἤδη θεᾶσθαι τὴν φλόγα) οὐκ ἤνεγκεν τὴν ὄψιν τοῦ πολεμίου πυρὸς, ἐπεὶ μήπω πρότερον ἑωράκει. Τοιγάρτοι αἰδοῖ τε καὶ δέει καταπεπληγμένος, οὔτε ἀντεξῆει, οὔτε ἠμύνετο· ἀλλὰ τοῖς προσπεσοῦσι πέρα τοῦ μετρίου περιαλγήσας, καὶ οἷον ἀπειρηκὼς ταῖς ἐλπίσιν, αὐτίκα νόσῳ ἥλω ὑπὸ δυσθυμίας δεινῇ τε καὶ ἀνηκέστῳ. Καὶ τοίνυν φοράδην ἀχθεὶς μετὰ τάχους πολλοῦ εἰς τὰ ἐν Σελευκείᾳ καὶ Κτησιφῶντι βασίλεια, καὶ φυγὴν τὴν ἀναχώρησιν ποιησάμενος, οὐκ ἐς μακρὰν καταλύει τὸν βίον.

λ'. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα ὅντινά με τρόπον ἡ τοῦ λόγου φορὰ παραλαβοῦσα, καὶ τῷ ἀξιαγάστῳ, οἶμαι, τῶν πράξεων ἡδομένη [g], ἐς τόδε ἤγαγε προπετείας, ὡς τὰ ἐν μέσῳ ὑπερβάντα τῶν ποῤῥωτάτω [h] ἐπιμνησθῆναι. Οὐκοῦν ἐπειδὴ νῦν γοῦν ἐπέγνων ὅποι ἀφῖγμαι, καὶ ὅθεν ἐξέβην ἐκεῖνα μὲν ἐατέον πρὸς τὸ παρὸν, ἐν τοῖς οἰκείοις ἀναγραφη-

consueverunt, et quascunque voluerint proferant, mihi vero, unde digressus sum, est redeundum. Mortuo enim Cavade quinto anno, ex quo Justinianus Romanis imperarat, Chosroes ille, maximi apud nos nominis, paternum suscepit imperium, et plurimas maximasque res gessit; quarum nonnullæ a Procopio rhetore sunt conscriptæ; reliquæ vero partim jam a me dictæ sunt, aliæ consequenter dicentur. Ut autem continuata temporum series exactissime observetur, in præsentia duntaxat dicam, quod per octo et quadraginta annos, quibus imperio potitus est, multis decoratus fuerit victoriis, talisque evaserit, qualis ante eum ex Persarum regibus nemo, si cum singulis eorum comparetur, ne si Cyrum quidem Cambysæ filium aliquis nominaverit, aut Darium Hystaspis, sed neque Xerxem illum, qui mare equis, montes navibus reddidit pervios. Cæterum talis ac tantus cum fuerit, inglorium et miserandum, **272** et ab ante actis ipsius rebus gestis alienissimum habuit vitæ exitum. Cum enim per id tempus circa Carduchios montes versans in vicum Thamanorum propter æstivum tempus et illorum locorum temperiem transisset, ibique commoraretur, Mauritius Pauli F. a Tiberio, Constantini Romanorum regis filio, legionibus Orientalibus præesse jussus, repente in agrum Araxianum irruit, qui finitimus conterminusque erat ditioni, qui vico illi erat circumjectus, neque ullum vastandi universam ac deprædandi finem faciebat: trajecto vero Zirma flumine in anteriora procedebat, cuncta vero flamma rapinisque miscens. Omnia itaque funditus evertente ac devastante Mauritio, Chosroes (neque enim longe aberat, sed tantum, ut in altum elatam flammam prospicere posset) hostilis ignis aspectum nequaquam tulit, siquidem nunquam antea eum viderat. Quocirca pudore simul ac metu perculsus, neque obviam ivit, neque sua tuebatur; sed ingenti quodam atque immoderato dolore in animo suo ex ea strage concepto, et quodammodo in desperationem adductus, confestim gravi incurabilique morbo præmœrore est correptus. Quapropter lectica elatus quam celerrime in Seleuciæ et Ctesiphontis regia palatia, recessu fugæ simili facto, non multo post excessit e vita.

273 30. Sed nescio quo pacto me orationis decursus abreptum, rerumque memoratu dignarum voluptate delinitum, eo præcipitantiæ adduxerit, ut omissa rerum præsentium tractatione, remotiora sim persecutus. Quocirca cum nunc sciam quo pervenerim et unde fuerim digressus, illa quidem jam sunt omittenda, quæ suis temporibus conscribemus:

VARIÆ LECTIONES.

[a] συνηνέχθη R. [b] εἴτε R. intpr. *vel si.* [c] εἶπη R. [d] ἐνδιαιτώμενος R, διαιτώμενος vulg. [e] αὐτοκράτορος R, βασιλέως vulg. [f] ἀθρόως R. Ἀρξιανὴν R et in mg. Ἀραξιανὴν intpr. *Araxianum agrum.* [g] κώμης R et intpr. *contiguus circumjectis vico.* χώρας vulg. [h] ἀνῆει R. δῄων R, δῃῶν vulg. [i] Ita ἀρθεῖσαν ἤδη R, ἂν ἤδη θεῖαν [j] ἀδομένη R pro ἡδομένη. [k] ποῤῥωτάτω R, πορρωτέρω vulg.

Digitized by Google

ad præcedentium autem rerum continuatam congruentemque narrationem revertar. Persicorum enim regum successionem et annorum numerum, et, ut uno verbo dicam, universum id, quod promiseram, jam absolvi. Et quidem vera esse quæ dixi, puto, accurateque elaborata, utpote e Persicis libris desumpta. Cum enim Sergius ille interpres illic ageret, et regiorum annalium custodes ac præfectos obnixe rogasset, ut secum illa scripta communicarent (frequenter enim ego illum ad hoc eram hortatus), causam vero etiam adjecisset, quam non aliam esse declarabat, quam ut etiam apud nos litterarum monumentis commendarentur ipsorum instituta, quæque in pretio haberent; statim illi recte facientes, ejus petitioni annuerunt, rem non ingratam fore rati, imo vero ad regum suorum gloriam pertinentem, si etiam **274** Romanis innotesceret, quales et quot fuerint, et quo pacto generis series ipsis sit conservata. Sergius itaque, acceptis eorum nominibus et temporibus et præcipuis insignioribusque ipsorum rebus gestis, iisque scite in linguam Græcam conversis (erat enim interpretum omnium optimus, quemque Chosroes ipse admirabatur ut in utraque re publica eruditorum interpretum principem), perfectissimaque, uti verisimile est, interpretatione a se confecta, ad me omnia fideliter amiceque detulit hortatusque est, ut causæ, ob quam hæc monumenta a Persis acceperat, satisfacerem effectuique darem; quod et nunc a me præstitum perfectumque est. Quocirca tametsi nonnulla eorum, quæ de Cavade commemorata sunt, aliter a Procopio rhetore narrantur, nobis Persici Annalium scriptores potius sunt sequendi, quæque ii scribunt, ut veriora tenenda. Hoc itaque labore nobis perfectissime absoluto, age, ad continuandam historiam redeamus, quam interrupta narratione rerum in Lazico gestarum, huc usque perduximus. Hoc itaque pacto Nachoragan ob suam vecordiam, et quod per vim esset victus a Martino et Romanis copiis, et ob turpem in Iberiam fugam, crudelissima morte **275** affectus fuit, quemadmodum supra a me est dictum. Chosroes vero considerans, se non posse in Colchica regione adversus Romanos exercitum ducere, quod illi quidem mari potirentur, ac per id facile necessaria omnia eis subveherentur, ipse vero longis desertisque itineribus in castra sua etiam exiguum commeatum nonnisi per bajulos et jumenta oneraria difficillime mittere cogeretur, totum bellum deponendum censuit, ne ipsis par, certis quibusdam et plurimum locis circumscripta, mutila imperfe-

σόμενα [13] χωρίοις· ἐπανήξω δὲ αὖθις ἐς τὸ ξυνεχὲς καὶ ἀκόλουθον τῶν προτέρων. Ἥ τε γὰρ τῶν Περσικῶν βασιλέων διαδοχὴ καὶ ὁ τῶν ἐνιαυτῶν κατάλογος, [P. 141] καὶ, συλλήβδην φάναι, ἅπαν μοι τὸ ἐπηγγελμένον ξυνετελέσθη. Οἶμαι δὲ ἅγαν ἀληθῆ [14] ταῦτα καθεστάναι καὶ ἐς τὸ ἀκριβὲς ἐκπεπονημένα, ὡς δὴ ἐκ τῶν Περσικῶν βίβλων [15] μεταληφθέντα. Σεργίου γὰρ τοῦ ἑρμηνέως ἐκεῖσε γενομένου, καὶ τοὺς τῶν βασιλικῶν ἀπομνημονευμάτων φρουροὺς τε καὶ ἐπιστάτας μεταδοῦναί οἱ τῆς περὶ ταῦτα γραφῆς ἐκλιπαρήσαντος (πολλάκις γὰρ αὐτὸν ἐς τοῦτο προτρέψας ἐτύγχανον), προσθέντος [16] δὲ καὶ τὴν αἰτίαν, ὡς οὐκ ἄλλου του χάριν ζητοίη τῶνδε τυχεῖν, ἢ ὥστε καὶ παρ' ἡμῖν ἀνάγραπτα ἔσεσθαι τὰ σφίσιν ἐγνωσμένα καὶ τίμια, παρέσχον εὐθὺς εὖ γε ποιοῦντες ἐκεῖνοι, οὐκ ἄχαρι τὸ χρῆμα ἡγούμενοι εἶναι [17], ἀλλὰ καὶ πρὸς εὐκλείας τοῖς σφῶν βασιλεῦσιν ἐσόμενον, εἰ μέλλοιεν καὶ παρὰ Ῥωμαίοις γινώσκεσθαι, ὁποῖοί τε γεγόνασι καὶ ὁπόσοι, καὶ ὅπως ἡ τοῦ γένους αὐτοῖς ἀποσέσωσται τάξις. Λαβὼν οὖν ὁ Σέργιος τά τε ὀνόματα καὶ τοὺς χρόνους, καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς γεγενημένων τὰ καιριώτατα [18], καὶ μεταβαλὼν εὐκόσμως εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν (ἦν γὰρ δὴ ἑρμηνέων ἄριστος ἁπάντων, καὶ οἷος ὑπ' αὐτοῦ Χοσρόου θαυμάζεσθαι, ὡς ἐν ἑκατέρᾳ πολιτείᾳ τὰ πρωτεῖα λαχὼν τῆς ἐπιστήμης), εἰκότως οὖν ἀκριβεστάτην ποιησάμενος τὴν μετάφρασιν, ἀπεκόμισέ τέ μοι ἅπαντα μάλα πιστῶς καὶ φιλίως [19], καὶ προὔτρεψε διανύειν τὴν αἰτίαν, ἐφ' ᾗπερ αὐτὰ καὶ παρείληφε, καὶ τοίνυν διήνυσται· ὥστε εἴ καὶ Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι ἕνια τῶν ἐπὶ Καβάδῃ ἀφηγηθέντων [20] ἑτέρως ἀπήγγελται, ἀλλ' ἡμῖν ἀκολουθητέον τοῖς Περσικοῖς χρονογράφοις [21], καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς φερομένων ὡς ἀληθεστέρων ἀντιληπτέον. Τοσούτου [22] δὴ οὖν ἡμῖν τοῦ πόνου τελεώτατα ἐξειργασμένου, φέρε πρὸς αὐτὴν αὖθις ἐπανίωμεν τὴν τῆς ἱστορίας ξυνέχειαν, ἣν ἐκ τῶν ἀμφὶ τὴν Λαζικὴν γεγενημένων διατεμόντες [23], ἐς τάδε ἀφίγμεθα. Οὕτω μὲν δὴ οὖν ὁ Ναχοραγὰν διὰ τὸ ἀγεννὲς τοῦ τρόπου, καὶ τὸ νενικῆσθαι ἀνὰ κράτος ὑπὸ Μαρτίνου τε καὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατευμάτων, καὶ τὴν ἐς Ἰβηρίαν αἰσχρὰν ἀναχώρησιν, ὡμότατα διεφθάρη καθ' ὃν ἤδη μοι πρότερον εἴρηται τρόπον [24]. Λογιζόμενος [25] δὲ ὁ Χοσρόης, ὡς οὐχ οἷόντε αὐτῷ ἀνὰ τὴν Κολχίδα γῆν πρὸς Ῥωμαίους παρατάττεσθαι, τῶν μὲν τῆς θαλάττης [26] κρατούντων, καὶ ἅπαντα, ὧν ἂν δέοιντο, ῥᾳδίως ἐνθένδε μεταπεμπομένων, αὐτοῦ δὲ διὰ μακρᾶς ὁδοῦ καὶ ἐρήμου μόλις τοῖς στρατοπεδεύουσιν ἐλάχιστα γοῦν τῶν ἐδωδίμων ὑπὸ ἀχθοφόροις ἀνδράσι τε καὶ ὑποζυγίοις

VARIÆ LECTIONES.

[13] ἀναγραφησόμενα R, Lugd. 2 m. et intpr. *ut — describendis*. Vulg. ex pr. m. Lugd. & ἐν τοῖς οἰκ. ἀναγραφησόμεθα. χωρίοις R et intpr. *suis locis*. χρόνοις vulg. [14] ἀληθῆ ἅγαν R. καθεστάνται R. [15] βίβλων R, βιβλίων vulg. [16] προσθέντος R, προθέντος vulg. [17] ἡγούμενοι εἶναι R, εἶν. ἡγούμ. vulg. [18] καιριώτατα R, καιριώτερα vulg. [19] φιλίως R, φίλως vulg. [20] ἀφηγηθέντων R, ἀφηγημένων vulg. [21] χειρογράφοις (sic) R, intpr. *scripta*. [22] τοσούτου R et intpr. *tantum laboris*, τούτου vulg. ἐξηργασμένου R, ἐξεργ, edd. [23] διατεμόντες R et intpr. *quam — occæptam intercidimus*, διατελοῦντες vulg. [24] πρότερον εἴρ. τρ. R, τρόπ. εἴρ. πρ. vulg. [25] Quæ sequuntur, sine ulla varietate leguntur in Cod. Bavar. Excerptorum de legationibus. [26] θαλάσσης R.

Digitized by Google

χαλεπώτατα στέλλειν ἀναγκαζομένου· ταῦτα δὴ οὖν ἐπισκοπῶν, ἔγνω τὸν ὅλον πόλεμον καταθέσθαι, ὡς ἂν μὴ ἐπιπλεῖστον αὐτοῖς ἡ εἰρήνη χωρίοις τισὶ περιοριζομένη, ἀτελὴς καὶ οἷον σκάζουσα [27] διαμένοι, ἀλλ' ὁμοίως ἁπανταχοῦ ἐπιῤῥωσθείη [28]. Καὶ τοίνυν ἐκπέμπει ἐπὶ τῇ πρεσβείᾳ ἐς τὸ Βυζάντιον ἄνδρα Πέρσην τῶν [P. 142] σφόδρα παρ' αὐτοῖς λογιμωτάτων [29], ὄνομα δὲ ἦν αὐτῷ Ζίχ. Οὗτος δὲ ὁ Ζίχ ἀφικόμενος καὶ παρελθὼν ὡς Ἰουστινιανὸν βασιλέα, πολλὰ μὲν ἔφη τῶν παρόντων πέρι, πολλὰ δὲ ἀκήκοα· καὶ πέρας ἐς τόδε ξυνηλθέτην, ἐφ' ᾧ Ῥωμαίους τε καὶ Πέρσας κατέχειν μὲν ἅπαντα, ὧν ἤδη ἐτύγχανον κατὰ τὴν Λαζῶν χώραν [30] πολέμου θεσμῷ ἐπειλημμένοι, εἴτε πολίσματά γε εἴτε φρούρια εἶεν, ἡσυχίαν δὲ ἄγειν ἐφ' ἑαυτῶν, καὶ ἥκιστα κατ' ἀλλήλων παρατάττεσθαι, ἕως ἐς [31] ἕτερόν τι μεῖζον καὶ τελεώτερον τὸ ἑκατέρωθεν ἄρχον συμβαίη. Ὁ μὲν οὖν Ζίχ οὕτω τὰ τῆς πρεσβείας διαπραξάμενος, ἀπενόστησεν ἐς τὰ οἰκεῖα. Τούτων δὲ τοῖς στρατηγοῖς ἀπηγγελμένων, ἔμενον αἱ δυνάμεις ἐπὶ χρόνον συχνὸν πάμπαν ἀπόλεμοι, καὶ τὸ πρότερον αὐτομάτως γιγνόμενον τότε δὴ οὖν [32] ὑπὸ ξυνθήκαις ἐβεβαιοῦτο.

A etaque et quodammodo claudicans permaneret, sed ex æquo ubique valeret atque confirmaretur. Byzantium ergo cum legatione mittit virum quemdam Persam maximæ auctoritatis, cui nomen erat Zich. Is cum ad Justinianum imperatorem venisset, multique ultro citroque sermones de præsenti rerum statu essent habiti, tandem ita inter eos convenit, ut Romani et Persæ in Lazica regione omnia retinerent, quæcunque belli jure obtinuissent, sive castella sive propugnacula ea essent; ipsi vero inter se quietem agerent, belloque abstinerent, donec arctius aliquod perfectiusque fœdus principes utrinque inirent. Zich itaque legatione sua ita perfunctus, ad suos rediit. Quæ ubi præfectis **276** fuerunt renuntiata, exercitus ad multum tempus ab omni bello B abstinuerunt; quodque antea sponte erat factum, tum etiam pactis fuit constabilitum.

VARIÆ LECTIONES.

[27] σκάζουσθαι R. [28] ἐπιρωσθείη R. [29] λογισμωτάτων R. [30] χώραν add. ex R et intpr., abest vulg. et Exc. [31] ἐς om. R. [32] οὖν om. R.

ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ Ε'

AGATHIÆ SCHOLASTICI

HISTORIARUM LIBER V.

277 *ARGUMENTUM. Tzannorum latrocinia. Theodorus ex Colchide contra eos profectus castra ponit prope Theodoriadem (I), ibique rebelles parvo successu elatos, dolo circumventos devincit, quibus imperator annuum stipendium imponit (II). Byzantium ingenti terræmotu concutitur. Mors Anatolii (III). Judicium vulgi de ea refellitur (IV). Terror sinistris vaticiniis auctus, Byzantinos ad vanam virtutis ostentationem impellit (V). Causa terræmotuum a quibusdam in vaporibus subterraneis ponitur. Anthemii mechanici lepidum commentum (VI, VII, VIII). Justinianus cum alia ædificia, tum sanctissimam Sophiæ ædem reædificandam curat. Cujus descriptio a Paulo Silentiario composita laudatur (IX). Pestis Byzantii grassatur (X). De priscis Hunnorum sedibus et fatis. Hunni Cotriguri, Zabergane duce, Romanum imperium invadunt, Græciam et Chersonesum petentes (XI). Descriptio Chersonesi. Zabergan per murum magnum defensoribus vacuum suburbanam regionem ingressus, ipsi Byzantio imminet (XII). Hunnorum sævitia et stupra. Militares Romani imperii opes tum valde imminutæ erant (XIII). Causæ hujus decrementi. Urbs magno terrore impletur (XIV). Scholariorum militum origo et conditio. Belisarius jam senex defendendæ urbi præficitur (XV). Is exercitum undequaque collectum ex urbe educit, et ad virtutem et moderationem exhortatur (XVI, XVII, XVIII). Hac oratione confirmati Romani Barbaros cum ingenti clade repellunt XIX). Quibus fugatis, protinus Belisarius revocatur (XX). Chersonesum interim Germanus, Dorothei filius, strenue defendit. Hunni ad circumnavigandæ munimenta ex calamis rates conficiunt (XXI). Quibus vecti sexcenti homines a Romanis obviam navigantibus ad unum omnes aut merguntur aut cæduntur (XXII). Non multo post barbari etiam terrestri prælio vincuntur. Zabergan, auro a Justiniano accepto, universas Hunnorum copias in patrias sedes reducit (XXIII). In quos decedentes Justinianus Sandichium, Utrigurorum regem, incitat (XXIV). Perpetua inde bella exorta, quibus hæ gentes invicem se consumebant (XXV).*

α'. Οὕτω μὲν οὖν τὰ μεγάλα καὶ ἀμφίρροτα γένη κατὰ τὸ ξυγκείμενον τὰ ὅπλα ἔθεντο, καὶ ἠρεμοῦν-

278 1. Ita quidem maximæ et dubiæ inter se potentiæ nationes, ut convenerat, arma deposuerunt,

Digitized by Google

quieteque diutissime manserunt, ita ut neutra pars in alteram quidquam moliretur. Per id tempus Zanni, gens australia ad Euxinum Pontum loca incolens circa urbem Trapezuntem ; ex his, inquam, Zannis, cum ab antiquo fœderati subditique Romanorum fuissent, nonnulli veteribus pactis stabant, neque proterve insolescebant ; alii, pristino vitæ statu neglecto, prædonum in morem vivebant, locaque Ponto adjacentia hostiliter percurrentes, et agros deprædabantur, et viatoribus erant infesti : quin et in Armeniam transgressi, quoad poterant, prædas agebant, neque aliter se, quam si aperti hostes essent, gerebant. Mittitur itaque in eos Theodorus, eorum popularis, primas inter Romanos ducis partes obtinens, cujus supra frequenter memini. Nam ille, ut suæ regionis peritissimus, et e qua parte optime eam invasuri viderentur, ubi etiam commodissime castra locanda, et quomodo hostes pervestigandi essent, ad unguem norat ; merito imperatoris jussu ad hoc negotium conficiendum est missus. Castris itaque e Colchica regione cum justo exercitu motis, ejusque fines ultra Phasidem occasum **279** versus prætergressus, statim in penitissima hostilis regionis loca pervenit. Castris vero circa Theodoriadem urbem et Rhizæum dictam locatis, ibique vallo exercitui circumducto, Zannos, qui adhuc quieti et amici ac nondum aversi erant, accersitos muneribus prosequebatur, eorumque prudentiam moderationemque collaudabat ; eos vero, qui jam proterve ruptis fœderibus defecerant, punire quam citissime bello apparabat. At illi nihil morati propius ad vallum accesserunt, et in proximum quemdam eminentiorem collem magnis copiis collecti, tela et sagittas in Romanos ex editiore loco torquebant, ita ut universus exercitus inopinata illa audacia perturbaretur. Multi tamen vallo erumpentes, strenue in hostes ferebantur, sed incomposite nulloque ordine procedebant, neque opperiebantur, dum eos in planum apertumque campum evocassent, sed ira præpediti et perturbatione, transversis scutis supra capita prætensis sensim sese submittentes, in arduum collem conscendere nitebantur. Zanni vero assidue ex edito hastas jacientes, saxaque devolventes, facile eos repulerunt, eruptioneque facta viros quadraginta interfecerunt, reliquos in turpissimam fugam verterunt. Barbari autem, re feliciter ex insperato gesta, quam proxime ad castra accesserunt, **280** ibique acerrima pugna est excitata, Zannis castra perrumpere omnesque profligare nitentibus, Romanis vero turpe existimantibus, non solum nisi e vestigio hostes propulsarent, sed nisi penitus eos delerent. Pulsi itaque inter se mutuo, et

A τα ἐπὶ μακρότατον διετέλουν, ὡς μηδὲν ὁτιοῦν τότε ἐπ' ἐκείνοις ὁπότερον γοῦν αὐτῶν διαπονεῖσθαι. Ἐν τούτῳ δὲ οἱ Τζάννοι τὸ ἔθνος· οἰκοῦσι δὲ τὰ πρὸς νότον ἄνεμον τοῦ Εὐξείνου πόντου, ὑπὸ Τραπεζοῦντα τὴν πόλιν· οὗτοι δὴ οὖν οἱ Τζάννοι, καίτοι ἐκ παλαιοῦ ὑπόσπονδοί τε καὶ κατήκοοι τῶν Ῥωμαίων γεγενημένοι, ἀλλὰ τότε τὸ μέν [33] τι αὐτῶν εἶχετο τῶν προτέρων, καὶ ἀκολασταίνειν οὐ λίαν ἐγνώκει, οἱ δέ γε πολλοὶ παρέντες τὰ καθεστῶτα, λῃστρικώτερον ἐβιότευον, καὶ καταθέοντες τὰ ἀμφὶ τὸν Πόντον χωρία, τούς τε ἀγροὺς ἐλεηλάτουν καὶ τοὺς ὁδοιπόρους ἐσίνοντο· ἐπέβαινον δὲ καὶ Ἀρμενίας [34], ὅποι παρείκοι, καὶ ἁρπαγὰς ἐποιοῦντο, καὶ οὐδὲν ὁτιοῦν ἐφρόνουν ἀλλοτριώτερον τῶν διαφανῶν πολεμίων. Τοιγάρτοι στέλλεται [35] ἐπ' αὐτοὺς Θεόδωρος, ὁ σφῶν μὲν ὁμόφυλος, τὰ δὲ πρωτεῖα φερόμενος ἐν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς [P. 144] ταξιάρχοις· πολλάκις δὲ, οἶμαι, τούτου καὶ πρότερον ἐπεμνήσθην. Ἅτε γὰρ τῆς οἰκείας χώρας δαημονέστατος, καὶ ὅθεν ἐμβάλλειν ἄριστα ἦμελλε [36], καὶ ὅποι ἐνσυλίσασθαι, καὶ ὅπως τοὺς δυσμενεῖς ἀνιχνεῦσαι ἐς τὸ ἀκριβὲς ἐπιστάμενος, εἰκότως ἄρα ἐκεῖνος, ἐκ βασιλέως αὐτῷ προστεταγμένον, ἐπὶ τήνδε τὴν πρᾶξιν ἐχώρει. Ἆρας δὴ οὖν ἐκ τῆς Κολχίδος γῆς ξὺν ἀποχρώσῃ στρατιᾷ [37], καὶ τὰ ἐκτὸς Φάσιδος ποταμοῦ παραμειψάμενος ὄρια ἐπὶ δυόμενον ἥλιον, αὐτίκα ἐς τὰ ἐνδότατα τῆς τότε πολεμίας ἐφοίτα. Στρατοπεδευσάμενος δὲ ἀμφὶ Θεοδωριάδα τὴν πόλιν καὶ τὸ Ῥίζαιον καλούμενον, αὐτοῦ τε χαράκωμα τῷ στρατῷ περιβαλόμενος [38], τὸ μὲν ἠρεμοῦν ἔτι καὶ φίλον καὶ οὔπω παρατετραμμένον μετακαλούμενος δώροις τε ἐφιλοφρονεῖτο καὶ ὑπεραγάμενος [39] ἦν τῆς εὐβουλίας· τοὺς δὲ ἀποστάντας ἀνέδην [40] καὶ παρασπονδήσαντας τίσασθαι ὡς τάχιστα τῷ πολέμῳ παρεσκευάζετο. Ἀλλ' ἐκεῖνοι οὐδέν τι μελλήσαντες, προεπῆσαν τῷ ἐρύματι, καὶ δὴ ἐπὶ λόφῳ τινὶ ἀγχοῦ που ὑπερανέχοντι ἐς πλῆθος ξυναγερθέντες, κατηκόντιζον τῶν Ῥωμαίων ἐξ ὑπερδεξίων καὶ κατετόξευον, ὡς ἅπαν τὸ στράτευμα διαταραχθῆναι τῷ ἀδοκήτῳ τῆς τόλμης. Πολλοὶ δὲ ὅμως ὑπεκδάντες, ἀντεπεφέροντο μὲν προθυμότατα τοῖς ἐναντίοις, οὐ μὴν ἐν τάξει ἐχώρουν, οὐδὲ ἀνέμενον, ὅπως αὐτοὺς ἐς τὸ χθαμαλὸν τοῦ πεδίου ἐκκαλέσοιντο· ἀλλ' ὀργῇ ἐχόμενοι καὶ ἀκοσμίᾳ, ἐγκαρσίους [41] πως τὰς ἀσπίδας ὑπὲρ τὰς κεφαλὰς προεβέβληντο, ἠρέμα ὑποκεκυφότες, καὶ πρὸς τὸ ἄναντες ἐπειρῶντο ἀναῤῥιχᾶσθαι. Οἱ δὲ Τζάννοι θαμὰ βάλλοντες ἐκ τοῦ μετεώρου δόρασί τε καὶ πέτραις κυλινδουμέναις, ῥᾳδίως αὐτοὺς ἀπεκροῦσαντο καὶ ἐπεκδραμόντες [42] μέχρι μὲν τεσσαράκοντα ἀνδρῶν ἔκτειναν, τοὺς δὲ ἄλλους ἐς φυγὴν ἔτρεψαν ἀκλεεστάτην. Ἀρθέντες δὲ οἱ

B

C

D

VARIÆ LECTIONES.

[33] τότε τὸ μὲν R, (Cl.), τότε μὲν vulg. [34] Ἀρμενίαν R, [35] τοίγαρ στέλλ. R. [36] ἤμελλε R., ἤμελλον vulg. [37] Pro ἀποχρώσῃ στρατιᾷ R, ἀπιστρατιᾷς (sic), intpr. *cum universis copiis*. [38] περιβαλλόμενος R. [39] ὑπεραγόμενος R. [40] Pro ἀνέδην intpr. *impudentius* (ἀναίδην). [41] ἐγκαρσίᾳ R. [42] ἐπεκδραμόντες. S.c correxi. ὑπεκδρ. vulg. et R.

Digitized by Google

βάρβαροι τῷ παραλόγῳ τοῦ προτερήματος, ἐν χρῷ τῷ στρατοπέδῳ ἐπέλαζον· ἐνταῦθά τε μάχη ξυνέστη καρτερὰ, τῶν μὲν εἴσω παρελθεῖν ἐμένων καὶ ἅπαντας ἀναρπάσασθαι, τῶν δὲ Ῥωμαίων αἰσχρὸν εἶναι ἡγουμένων οὐ μόνον εἰ μὴ θᾶττον ἀπελάσαιεν τοὺς πολεμίους, ἀλλ' εἰ καὶ μὴ ἄρδην αὐτοὺς διαφθείρωσιν. Ὠθούμενοί τε ἑκάτεροι ἀλλήλους καὶ ἀντερείδοντες, καὶ ταῖς χερσὶ συμπλεκόμενοι, οὐδενότι ἀνίεσαν εὐψυχίας· ἀλλ' ἦν οὕτως [53] ἐπιπλεῖστον τὰ τοῦ ἀγῶνος ἀγχώμαλα πατάγου τε πολλοῦ [54] καὶ βοῆς συμμίκτου ἀνάπλεα καὶ οὔπω διακεχριμένα.

A renitentes manusque conserentes, nihil omnino de alacritate animorum remiserunt; sed æquo marte diu utrinque pugnabatur, omniaque erant strepitu et clamore confuso plena et adhuc incerta.

β'. Θεόδωρος δὲ καὶ ὁ τῶν Ῥωμαίων ταξίαρχος ὁρῶν τοὺς δυσμενεῖς ἀστρατηγήτους τε ὄντας καὶ οὐ μάλα ἐν τῷ ἀσφαλεῖ παρατατομένους, οὐδὲ πολλαχοῦ τοῦ περιφράγματος ἐφεστηκότας καὶ ἐγκειμένους, ἀλλὰ πάντας ἅμα ἐς ἕν τι μέρος ξυννενευκότας, ἑνίους μὲν τῶν ἀμφ' αὐτὸν οὕτω χώραν ἑστάναι, καὶ ἀντιπροσώπους διαμάχεσθαι παρακελεύεται· [P. 145] ἀπόμοιραν δὲ ὡς πλείστην ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ἑστεῖλεν ὄπισθεν τοῖς βαρβάροις ἐπιπεσουμένους. Οἱ δὴ λαθραιότατα πορευόμενοι, καὶ κατὰ νώτου ἐπιφανέντες, ἠλάλαξαν ἀθρόον τορόν τι λίαν καὶ ἐνυάλιον, ὥστε ἀμέλει τοὺς Τζάννους διακυκηθέντας μηδέν τι ἕτερον ἐν βουλῇ θέσθαι ἢ τὸ ἀγεννῶς δραπετεύειν. Οὕτω δὲ [55] φεύγοντας αὐτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ὥσπερ παράφρονας ὑπὸ τοῦ δέους γεγενημένους, ῥᾷστα διεχειρίζοντο, καὶ δισχιλίους μὲν αὐτῶν ἀπεκτόνασι, τὸ δὲ λειπόμενον ἄλλος ἄλλοθι ἐσκεδάννυντο. Οὕτω δὲ ἀνὰ κράτος ἅπαν τὸ γένος ἤρηκὼς ὁ Θεόδωρος, ὁ δὲ βασιλεῖ διήγγειλε τὰ ξυνενεχθέντα, καὶ ἀνεπυνθάνετο, ὅ τι καὶ βούλοιτο ἐπὶ τούτοις. Ὁ δὲ δασμοφορίαν αὐτοῖς ἐπιθεῖναι τακτὴν διακελεύεται ἀν' ἕκαστον ἔτος ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον τελεσθησομένην, ὡς ἐν ταύτῃ [57] γοῦν διαγνοῖεν κατηκόους σφᾶς εἶναι καὶ ὑποτελεῖς καὶ παντάπασι δεδουλωμένους. Καὶ τοίνυν ἀνάγραπτοί γε αὐτίκα ἐγίγνοντο ἅπαντες, καὶ φόρου ἀπαγωγῇ [58] ἐπιέζοντο· ἐξ ἐκείνου τε μέχρι καὶ νῦν οὕτω τὰς εἰσφορὰς ἄγοντες διατελοῦσι. Βασιλέα δὲ Ἰουστινιανὸν ὥσπερ τι, οἶμαι, τῶν μεγίστων ἔργων μάλα ἥρεσε [59] τὸ γεγενημένον. Τοιγάρτοι ἔν τινι τῶν οἰκείων νόμων, οὓς δὴ νεαροὺς ἐπονομάζομεν [60], τὰς ἄλλας ἀπαριθμούμενος νίκας καὶ τοῦδε τοῦ ἔθνους ἐν τοῖς μάλιστα ἐπεμνήσθη. Τὰ μὲν οὖν τῆς Τζαννικῆς ἀλαζονείας ὧδέ πως ἐτελεύτα, καὶ αὖθις ὁ Θεόδωρος ἀνὰ τὴν τῶν [61] Λαζῶν χώραν παρὰ τοὺς στρατηγοὺς ἐπανῆκε.

2. Theodorus autem Romanorum dux videns eos duce belli perito destitutos, neque admodum in tuto præliantes, neque diversis e partibus vallum obsidentes atque invadentes, sed omnes simul in unam quamdam partem conglobatos incumbere, nonnullos quidem e suis loco suo manere et adversa fronte cum hoste pugnare jubet, maximam vero copiarum suarum partem clam mittit, qui in hostem a tergo impetum faciant. Qui quidem occultissime profecti cum jam Zannis a tergo imminerent, confestim immanem acutissimumque clamorem classicum sonantem excitarunt, adeo ut Zannis perculsis perturbatisque nihil aliud in mentem venerit, quam turpem **281** fugam capessere. Romani vero eos ita fugientes et præ metu extra se quodammodo positos, facillime trucidarunt; et duo quidem eorum millia sunt cæsa, reliqui, alius alio, sunt dissipati. Theodorus itaque, universa gente domita, imperatori quæ gesta erant nuntiavit, simulque, quid in eos statui vellet, sciscitatus est. Is certum eis tributum annuum, quod deinceps penderent, imponi jussit; ut ex eo intelligerent se subditos et tributarios esse penitusque subactos. Confestim itaque recensus omnium est habitus, et onus inferendi tributi eis impositum, et exinde in hunc usque diem Romanis sunt vectigales. Justiniano vero imperatori factum hoc, tanquam ex maximis rebus gestis, valde placuit. Quocirca etiam in quadam suarum constitutionum, quas novellas appellamus, alias victorias recensens, hujus etiam gentis inter primas meminit. Zannorum itaque proterva insolentia hunc habuit exitum, et Theodorus per Lazicam regionem ad præfectos exercitus rediit.

γ'. Τούτων δὲ οὐ πολλῷ ἔμπροσθεν πάλιν ἐν Βυζαντίῳ ἐξαίσιόν τι σεισμοῦ χρῆμα ἐνέσκηψεν, ὡς μικροῦ ἅπασαν ἀνατετράφθαι καὶ διαῤῥυῆναι τὴν πόλιν. Γέγονε μὲν γὰρ καὶ καθ' αὑτὸν μέγιστος ἡλίκος, καὶ ὁποῖος, οἶμαι, οὐπώποτε πρότερον, τῇ τε τραχύτητι τοῦ βρασμοῦ καὶ τῷ μονίμῳ τοῦ σάλου. Ἔτι δὲ αὐτὸν φρικωδέστερον ὁ καιρὸς ἀπέδειξε καὶ ἡ τῶν ἐπισυμβάντων ἀνάγκη. Ἠνίκα γὰρ ἐκείνου τοῦ ἔτους ἡ τοῦ φθινοπώρου ἔληγεν ὥρα, ἔτι τε τὰ

3. Non multo vero antea tempore rursus Byzantii ingens terræ motus fuit, adeo ut parum abfuerit, quin tota urbs subversa corruerit. Nam et per se maximus fuit et qualis ante, ut arbitror, nullus, cum vehementia succussionis, tum durationc agitationis; multoque **282** adhuc horribiliorem eum reddebat tempus ipsum, et eorum, quæ coincidebant, necessitas. Cum enim illius anni autumnus tum esset exactus, et jam ex Romanorum consue-

VARIÆ LECTIONES.

[53] οὕτω R. [54] πολλοῦ add. ex R et intpr. *strepitumque multo.* [55] ξυννενευκότας rescripsit Cl., ducibus R. ξυνενευχότως et intpr. *unum in locum omnes declinassent*, συνεστηκότας vulg. [56] Pro οὕτω δὲ fort. scrib οὕτω τε. [57] ἂν ταύτῃ et [58] ἀπαγωγῆς Sph. Par. [59] ἥρεσκεν R. [60] Pr. Nov. 1 et 58. [61] τῶν add. ex R.

Digitized by Google

tudine natalitia convivia agitarentur, frigus erat quale par est esse, sole ad brumales conversiones et ad Capricornum vergente, et præcipue sub octavum clima, quod ab Euxino Ponto ab illius artis peritis est appellatum. Tum vero circa mediam noctis vigiliam, civibus somno et quieti vacantibus, repente hoc malum incidit, omnlaque statim ex ipsis fundamentis succutiebantur, motusque ipse, tametsi ab initio violentissimus esset, in majus tamen adhuc crescebat, veluti per incrementa ad summum tendente malo. Hoc itaque pacto omnibus e somno excitatis, ploratus omni ex parte ejulatusque audiebantur, et vox, qualis fere in ejuscemodi malis ad Deum proclamari consuevit. Siquidem et sonitus quidam gravis atque immanis veluti terrestre tonitru e terræ visceribus emissus, ipsam succussionem subsequebatur terroremque duplicabat, aerque terræ proxime circumfusus fumosa quadam nebula, nescio unde sublata, offuscabatur, totusque erat caliginosus et quodammodo turbidus. Homines itaque præ metu ac pavore extra se positi et consilii expertes, domibus suis exibant, statimque et plateæ et angiportus multitudine implebantur, **283** perinde ac si non etiam ibi, si ita usuveniret, perire possent. Continua enim omni ex parte sibique mutuo connexa sunt ædificia, ægreque uspiam locum aliquem subdium et apertum et contigui ædificii expertem conspicias : oculos tamen in altum tollendo cœlumque intuendo, atque ita Deum placando, submitti sensim laxarique pavor mentisque perturbatio videbatur, ac tametsi ningore minuto perfunderentur, et algore premerentur, tamen ne ita quidem tecta subibant, nisi forte quotquot ad templa confugientes, ad aras provolvebantur. Multæ vero etiam mulieres, non plebeiæ sed honoratiores, viris permistæ ferebantur ; omnisque ordo et reverentia, et senum ob ætatem, qua aliis antecedunt, prærogativa et respectus tum temporis perturbabatur et proculcabatur ; servi etiam dominos suos contemnentes dictoque obaudientes, ad ædes sacras confugiebant, majore metu victi ; nullum etiam inter plebem et magistratum erat honoris discrimen, utpote communi periculo urgente, omnibusque existimantibus se jamjam perituros. Quamplurimæ itaque ædes ea nocte corruerunt, ac præcipue in Regio (navale id urbis est), multaque et incredibilia contigerunt. Alibi enim tecta, sive e lapidibus sive lignis constructa, a se mutuo divulsa sunt, mente compage fatiscentia, ita ut et æther et **284** stellæ veluti in subdivo loco per tecta conspicerentur, rursusque confestim in pristinam compagem coirent ; alibi vero columnæ in pergula alicujus domus positæ, vi succussionis excutiebantur, proximasque domos supervectæ, in remotiores ædes

25. Romani vero, abreptis confestim hostium armis, quotquot adhuc æquori innatabant, et ad priora loca reversi, summa voluptate et gaudio universum exercitum implerunt, felici successu ovantem. Quocirca omnes in unum collecti utendum esse etiam in posterum occasione reique bene gestæ opportunitate censebant. Paucis itaque postea diebus sumptis armis, eruptionem confestim e munito fecerunt, reliquamque barbarorum multitudinem invaserunt, recenti adhuc clade mœrentem atque perculsam. Tum vero Germanus, utpote admodum juvenis, quique nondum perfecte impetus naturæ frenare compescereque poterat, sed gloriæ cupiditati audaciæque magis quam prudentiæ securitatique ultra modum addictus, intrepide hostes adortus est, conflictusque discrimen adiit, non præfecti in morem urgens incitansque et mandans, sed ipse instar militis manus conserens; unde **330** et sagitta femur ictus est, ita ut parum abfuerit, quin ei pugna excedendum esset: præsentis tamen status necessitas et rei, quam aggressus erat, magnitudo dolorem vicit: neque prius destitit et ipse pugnare et aliis animos addere, quam ingenti damno hostes affecisset, plurimique ex iis essent cæsi. Tum itaque soluta est pugna, et Romani se in suas munitiones receperunt, neque tutum neque consultum rati, si, cum longe essent copiis inferiores, stataria semper pugna cum hoste confligerent. Barbari nihilominus eo consternationis sunt redacti, partim ex naufragis tabulis, quæ per mare raptabantur, partim quod Romani subitam in ipsos eruptionem fecissent, ut eo ipso die campis Chersoneso circumjacentibus excesserint, et ad Zabergan ejusque copias, victi ad victos, pervenerint. Qui vero in Græciam antea missi erant, nihil plane memoratu dignum gesserunt, nullo in Isthmum impetu facto, sed ne Thermopylas quidem initio transgressi, quod illas Romanorum præsidia insedissent. Quocirca etiam hi discedentes, iter Thraciam versus sunt ingressi, ut in ea suæ gentis hominibus conjuncti, simul deinceps ad sua reverterentur. Zabergan vero ejusque copiæ non antea se discessuros jactabant, quam ingentem auri vim a Romanis abstulissent, quemadmodum **331** Utiguri; et captivos, nisi ab eorum propinquis quamprimum redimerentur, confestim jugulaturos sese minabantur. Imperator vero tantum auri eis misit, quantum redimendis captivis suffecturum censebat, et ut pacifici deinceps regione

VARIÆ LECTIONES.

[38] ἀπεπτύσσετο Par. [39] αὐτοὺς R, αὐτοῖς vulg. [40] ποτοῦ R et intpr. *insueta potione*, ποταμοῦ vulg. [41] ἅπαντα R et intpr. (Cl.). ἅπαντες vulg. [42] εὖ μάλα add. ex R et intpr. *armis quam optime communiti.* [43] νεώτερος Par. [44] ἐγκαθείργειν Suid. s. v. ἀφειδήσας. [45] διαχειρίζεσθαι R. [46] ἀθρόαν vulg. [47] ἔφασαν R, ἔφρασαν vulg. χρήματα πολλὰ R. [48] Οὐτίγουροι correxi ex p. 300 3, 303. 11 et Menandro historico., Οὐττίγουροι vulg., Οὐτριγούροι R.

Digitized by Google

excederent. Barbari itaque cum alios multos restituerunt, tum vero etiam Sergium Bacchi filium præfectum; captus enim fuerat etiam ipse paulo ante, infausta quadam usus fortuna, et inter mancipia censebatur. Atque ita ægre tandem a prædando abstinuerunt, et domum versus iter instituerunt, assumptis secum non multo post etiam iis, qui e Græcia advenerant.

Οὕτω τε μόλις ἐπαύοντο λεηλατοῦντες, καὶ τῆς καὶ τοὺς ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀφικομένους.

24. Civibus itaque urbis regiæ hæc pacta parum honesta esse videbantur, imo turpia atque illiberalia; perinde ac si intolerabile esset, quod hostes, qui quam proxime ad urbem venerant, eique per ludibrium insultarant, non ipsi ad internecionem cæsi essent, sed insuper etiam aurum donativum abstulissent, quasi nos in ipsos deliquissemus. Imperatoris vero mens atque consilium ad aliud quiddam majus respiciebat, quemadmodum eventus non multo post subsecutus **332** effecit, ut qui antea ipsum incusarant, tum ut valde prudentem summeque industrium maxima admiratione laudibusque prosequerentur. Statuerat enim omni arte allaborandum esse, ut inter se committerentur et colliderentur hostes, atque ita debellarentur. Quod quidem ut statim eveniret, interea dum Zabergan cum suis copiis lentius iter facit, litteras misit ad Sandilchum alterum Hunnorum ducem, fœderatum sibi et mercenarium: litterarum hujusmodi erat argumentum: *Si quidem non ignarus eorum, quæ Cotriguri in nos tentarunt, tua interim sponte quiescis, merito certe mirer tuam quidem perfidiam, tum vero nos ipsos, qui animum tuum non satis explo-raverimus, sed circa judicium et delectum erraverimus. Si vero ignarus adhuc eorum existis, condonandum id quidem est, nulla tamen ratione præteritarum rerum ignorantiam nobis probaveris, quam hac sola, si eas posthac non neglexeris. Advenerunt enim huc, non eo animo et studio (nisi fortassis accessorium hoc viæ sit), ut meas ditiones vastent, sed rebus ipsis declaraturi, quod ipsis ut præstantioribus fortioribusque contemptis decepti simus, cum tibi confidere maluerimus; neque enim hoc tolerandum esse censent, si quis eos et pares et dubiæ cum Utiguris præstantiæ vocet, neque si modica aliqua re superent, nedum valde magna. Quocirca non* **333** *antea per Thraciam vagari destiterunt, quam aurum omne, quantum tibi quotannis mercedis causa largiri consuevimus, ipsi abstulissent. Atqui facile nobis erat, vel omnes funditus delere, vel minimum ipsos*

πρίσιντο οἱ ἐπιτήδειοι, ἀποσχάττειν αὐτίκα ἠπείλουν. Ὁ δὲ βασιλεὺς χρυσίον αὐτοῖς ἔστειλεν, ὁπόσον ἀποχρῆν ᾤετο ἐς τε [59.60] τὰ λύτρα τῶν ξυνειλημμένων καὶ ὅπως εἰρηναῖοι τοιοιπὸν ἀπαλλαγείεν τῆς χώρας. Καὶ δὴ [61] ἄλλους τε πολλοὺς ἀπίδοντο, καὶ δὴ Σέργιον τὸν Βάκχου τὸν στρατηγόν· ἐαλώκει γὰρ ὀλίγου ἔμπροσθεν καὶ αὐτὸς [P. 170] ἀπαισίᾳ τινὶ χρησάμενος [62] τύχῃ, καὶ ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις ἐτέλει. οἴκαδε εἶχοντο πορείας, ἀναλαβόντες οὐκ ἐς μακρὰν

κδ'. Τοῖς μὲν οὖν τῆς πόλεως τῆς βασιλίδος ἀστοῖς αἱ τοιαῦται ξυνθῆκαι ἀγεννεῖς εἶναι ἐδόκουν καὶ αἰσχραὶ καὶ ἀνελεύθεροι [63]. Εἴγε ὥσπερ οὐ φορητὸν ὑπάρχον [64]· ὅτι δὴ πλησιαίτατα τῆς πόλεως οἱ πολέμιοι ἀφιγμένοι, καὶ ἐγγελάσαντες, οὐκ αὐτοὶ πανωλεθρίᾳ διεφθάρησαν, ἀλλ' ἔτι καὶ [65] χρυσίον ἐκομίσαντο χαριστήριον, ὥσπερ ἡμῶν ἐς αὐτοὺς πεπλημμεληκότων. Ἡ δὲ τοῦ βασιλέως γνώμη ἐς ἄλλο τι μεῖζον ἐώρα, ὅπερ [66] οὐκ ἐς μακρὰν ἀποβὰν ἔπεισε τοὺς πρότερον νεμεσῶντας ὑπεραγασθαι αὐτὸν ὡς [67] ἄγαν προμηθῆ καὶ ἀγχινούστατον· ἔγνω γὰρ χρῆναι μᾶλλον ἁπάσῃ μηχανῇ ξυγκρούεσθαι τὸ βάρβαρον ἐφ' ἑαυτὸ [68] καὶ ἐκπολεμοῦσθαι. Ὡς ἂν δὲ τοῦτο συμβαίη, αὐτίκα, ἕως οἱ ἀμφὶ Ζαβεργὰν μαλθακώτερον ἐπορεύοντο, ἔστελλε γράμμα παρὰ Σάνδιλχον [69] τὸν ἕτερον ἡγεμόνα ἔνσπονδόν τέ οἱ ὄντα καὶ μισθοφόρον. Ἐδήλου δὲ τοιάδε ἅττα τὸ γράμμα [70]· *Εἰ μὲν ἐπιστάμενος τὰ παρὰ τῶν Κοτριγούρων ἐφ' ἡμᾶς μεμελετημένα εἶτα ἐκὼν ἡρεμεῖς, θαυμάσαιμι ἂν εἰκότως σοῦ μὲν τῆς ἀπιστίας, ἡμῶν δὲ αὐτῶν τοῦ μὴ τῆς σῆς γνώμης ὀρθότατα ἐστοχάσθαι, ἀλλὰ περὶ τὴν κρίσιν διαμαρτεῖν· εἰ δὲ οὔπω μεμαθηκὼς, συγγνωστέον μὲν, ἐπιδείξῃς [71] δὲ ἂν οὐκ ἄλλως τὴν ἐπὶ τοῦ φθάσαντος ἄγνοιαν, ἢ μόνῳ τῷ μὴ μετὰ [72] ταῦτα μελλῆσαι. Παραστήσουσι γὰρ ἐνθάδε, οὐ τοῦτο μέλον αὐτοῖς καὶ ἐσπουδασμένον, ὅτι μὴ ὡς ὁδοῦ πάρεργον, τὸ δεῖν λυμήνασθαι τὰ ἡμέτερα, ἀλλὰ διὰ τῶν ἔργων δηλώσοντες, ὅτι δὴ τοὺς μείζονάς τε καὶ ἀρίστους παρέντες ἐξηπατήμεθα, τὸ [73] ἐπὶ σοὶ πεποιθέναι προὔργου ποιούμενοι. Οὐδὲ γὰρ ἀνεκτὸν εἶναι ἡγοῦνται, ἤν τις αὐτοὺς ἴσους τε καὶ ἀμφηρίστους τοῖς Οὐτιγούροις [74] ἀποκαλέσοι, οὐδὲ εἰ μετρίῳ τινὶ ὑπερβάλλειν [75], μόλις δὲ εἴγε σφόδρα πολλῷ. Καὶ τοίνυν οὐκ ἀνῆκαν ἀνὰ τὴν Θρᾴκην ἀλώμενοι, πρὶν τὸ χρυσίον ἅπαν, ὁπόσον σοι ἐν' ἔτος ἕκαστον μισθοῦ χάριν δωρεῖσθαι εἰώθαμεν, αὐτοὶ ἐκομίσαντο· καίτοι ῥᾴδιον ἦν ἡμῖν, ἢ ἄρδην ἅπαντας ἀποκτεῖναι, ἢ, τὸ γοῦν ἔλαττον, ἀπράκτους σφᾶς ἀποπέμψασθαι. Ἐφ-*

VARIÆ LECTIONES.

[59.60] τε ins. ex R [61] δὴ om. R. [62] τινι χρησ. R, χρησ. τινι vulg. [63] ἀνε... R cum lacuna usque ad οὐκ αὐτοί, tum autem pergit: τοῦ πανωλ. [64] εἴγε ὥσπερ οὐ φορητὸν ὑπάρχον. Ita hæc, quæ certe non bene habent, in Par. leguntur: in Lugd. et ed pr. negantio omittitur. In R lacunam esse jam dixi. Intpr. *nec plane existimabant id quodam pacto ferendum.* [65] καὶ om. R. [66] ὅπερ R, ὥσπερ vulg. et intpr. [67] ὡς R, ἐς vulg. [68] ἑαυτὸ R, ἑαυτῷ vulg. [69] Σάνδιλχον R vulg et Menander, Σάνδιγλον intpr. h. l., ut p. 503 v. 11 ed. Bonn. omnes. [70] πρᾶγμα R, sed in mg. γράμμα. Κοτριγούρων R et intpr., Κουτρ. vulg. [71] ἐπιδείξεις R. [72] Pro μετὰ Par. κατά. [73] τῷ R in ord., τὸ in mg. [74] Οὐτριγούροις h. l. R et vulg. [75] ὑπερβάλλοιεν Par.

Digitized by Google

ἠκαμεν δὲ ὅμως ἑκάτερα τῆς σῆς κειρώμενοι δόξης. Εἰ μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀνδρειότερος εἶ καὶ φρενήρης, καὶ οἷος μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς τὰ σὰ σφετεριζομένοις, οὐδὲ νῦν ἔλαττον ἕξεις. Πάρεστι γάρ σοι ἐν καιρῷ τὸ δυσμενὲς ἀμύνασθαι, καὶ τῇ μάχῃ κεκρατηκότι τοὺς οἰκείους μισθοὺς ἀπολαβεῖν, ὥσπερ δι' αὐτῶν σοι ἀπεσταλμένους. Εἰ δὲ καὶ τοιαῦτα πρὸς αὐτῶν ὑβρισμένος ἡσυχίαν [p. 171] ἄγειν ἐθέλεις, δεδιὼς, οἶμαι, καὶ τὴν αἰσχίστην ἑλόμενος ἀπραγμοσύνην [66], σὺ μέν, ὦ γενναῖε, ἀπόμισθος ἔσῃ, ἐκείνοις δὲ τὰ παρ' ἡμῶν δεδωρήσθω· καὶ τολοιπὸν μάθες, εἰ δοκεῖ, τὸ φρόνημα, καὶ τοῖς κρείττοσιν εἶκειν διδάσκου. Εὖ γὰρ ἴσθι, ὦ φέριστε, ὡς καὶ τὰς συνθήκας μεταθετέον ἡμῖν ἐπ' αὐτοὺς, ἃς δὴ πρὸς σὲ καὶ τὸ σὸν ἐθέμεθα γένος. Ἀνόητον γὰρ καὶ ἄλλως τοῖς ἡττωμένοις συναδοξεῖν, παρὸν τὸ κρατοῦν οἰκειώσασθαι.

A voti nequaquam compotes dimittere. Utrumque tamen omisimus, tuæ voluntatis periculum facturi. Si enim revera fortior es et sapis, neque concedis tua usurpantibus, ne nunc quidem tibi dissimilis aut te ipso minor eris. Opportunitas enim sese offert hostes vindicandi, utque patta victoria mercedem tuam recipias, veluti per ipsos tibi delatam. Si vero tali contumelia ab iis affectus, quiescere malueris, metuens, ut arbitror, turpissimæque inertiæ te dedens, tu quidem, bone vir, mercedis expers eris, illis vero hæc per nos donabitur; et deinceps animos, si videtur, depone et fortioribus disce cedere. Scito enim nos fœdera etiam nostra ad eos esse translaturos, quæ tecum et cum gente tua inieramus. Dementiæ enim fuerit etiam aliter, una cum victis in societatem B ignominiæ venire, cum liceat victoribus adjungi.

κε'. Ταῦτα ὁ Σάνδιχλος [67] διὰ τῶν ἑρμηνέων ἀναλεξάμενος, εὐθὺς ἐχαλέπαινε καὶ ἐλύττα καὶ κατέχειν οὐ μάλα οἷός τε ἦν τὴν ὀργὴν, ἀλλ' αὐθημερὸν ἔτο [68] τίσασθαι τοὺς Κοτριγούρους τῆς ἐς αὐτὸν παροινίας. Πῶς δὲ οὐκ ἔμελλεν ῥᾳδίως τοῖσδε τοῖς ῥήμασι διαταραχθῆναι ψυχὴ βάρβαρος καὶ αὐθάδης, καὶ ἀεὶ κερδῶν γλιχομένη; Τοιγάρτοι κινήσας τὸν οἰκεῖον στρατὸν, πρῶτα [69] μὲν ἐμβάλλει ἀθρόον τοῖς τῶν πολεμίων χωρίοις· καταπλήξας τε τοὺς αὐτοῦ μεμνηκότας τῷ ἀπροσδοκήτῳ, γύναια πολλὰ καὶ παῖδας ἠνδραποδίσατο. Ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἐκ Θρᾴκης ἐπανερχομένοις ἅρτι τὸν Ἴστρον ποταμὸν [70] διαπεραιωθεῖσιν ὑπαντιάζει ἐξαπιναῖα [71]· καὶ πολλοὺς ὅσους ἀποκτείνας, τά τε χρήματα αὐτοὺς τὰ παρὰ βασιλέως καὶ ἅπασαν τὴν λείαν ἀφαιρεῖται. Μόλις δὲ οἱ σεσωσμένοι ἐς τὰ σφέτερα ἦθη ἀπονοστήσαντες καὶ κατ' αὐτὸ [72] τοῖς ἄλλοις γενόμενοι, ἐς πόλεμον τοῖς ἐναντίοις καθίσταντο· οὕτω τε ἐξ ἐκείνου ἐπιπλεῖστον ἑκάτεροι διετέλουν κατ' ἀλλήλων τρεπόμενοι, καὶ τὴν δυσμένειαν ἐμπεδοῦντες. Νῦν μὲν γὰρ ἀφόδους καὶ ληλασίας ἐποιήσαντο [73], νῦν δὲ ἐς ἀφανῆ μάχην παρετάττοντο, ἕως ἑκατέρωθεν αἱ [74] δυνάμεις διαῤῥυεῖσαι ἀνάστατοι ἄρδην γεγένηνται, ὡς καὶ αὐτὴν δήπου τὴν πάτριον ἐπωνυμίαν ἀποβεβληκέναι. Ἐς τοῦτο γὰρ συμφορᾶς τάδε τὰ Οὐννικὰ ἔθνη ἐξώκειλεν, ὡς εἴπερ ἄρα τι αὐτῶν καὶ μεμένηκεν μέρος, σποράδην ἑτέροις δουλεύειν, καὶ ἐς τὸ ἐκείνων ὄνομα μεταβεβλῆσθαι. Οὕτω δή τι αὐτοὺς ἐνεργότατα μετῆλθον αἱ ποιναὶ τῶν προτέρων ἀσεβημάτων. Ἀλλ' ἡ μὲν παντελὴς τοῖνδε τοῖν γενοῖν ἀνατροπὴ καὶ κατάλυσις [75] χρόνῳ ὕστερον ξυνηνέχθη, καί μοι εἰρήσεται ἕκαστα προσηκόντως ἁρμοζομένῳ ὡς οἷόν τε τῇ τῶν χρόνων ὁμολογίᾳ. Τῆς δὲ στάσεως ἔτι ἀκμαζούσης καὶ κατὰ τὸ Βυζάντιον ἀπαγγελομένης, τότε δὴ ἅπασιν ἀνωμολόγητο καὶ διαῤῥηλοτάτη ἐδείκνυτο ἡ τοῦ βασιλέως

25. Hæc cum Sandichlo per interpretes essent recitata, statim exacerbatus furebat, impotente ira percitus, eoque ipso die ad vindicandam Cotrigurorum in se contumeliam prorupit. Quo pacto enim non facile ejuscemodi verbis concitaretur animus barbarus et arrogans, **334** semperque quæstui inhians? Motis itaque suis copiis, primum quidem repente hostilia oppida invadit, et habitatoribus inopinato insultu perculsis, magnam mulierum et puerorum vim captivam abduxit, deinde etiam in eos, qui e Thracia redierant et recenter Istrum fluvium trajecerant, ex improviso irruit, et quamplurimis cæsis, pecuniam omnem cæteramque prædam iis eripit. Qui vero ex his evasere, cum ægre se ad suos recepissent reliquisque copiis conjunxissent, aciem adversus hostes instruxerunt, atque ita deinceps multo tempore in mutuas cædes conversi, inimicitias corroborarunt. Modo enim insultus faciebant prædasque agebant, modo aperta acie decertabant, donec fractis collapsisque utrinque viribus, penitus subversi deletique fuerunt, adeo ut patriam etiam appellationem amiserint: eoque calamitatis Hunnicæ istæ nationes sunt redactæ, ut si aliqua adhuc eorum pars reliqua sit, sparsim aliis inserviat, et ab illis appellationem acceperit: adeo utique atroces pœnas præteritæ suæ impietatis C luerunt. Absolutissima vero harum nationum eversio atque internecio postmodo accidit; singulaque mihi convenienter **335** servato, quoad ejus fieri poterit, temporum consensu dicentur. Vigente vero adhuc seditione, et Byzantium renuntiata, tum demum cognita fuit manifesteque declarata imperatoris prudentia et consilii rectitudo, quod nimirum Barbaris se invicem conficientibus, ipse arma non movens, vicit omnino consilio in utraque belli inclinatione, et potitus est sua spe. Cum enim labo-

D

VARIÆ LECTIONES.

[66] ὡς ἀπραγμ. R. [67] Σάνδιχλος iterum solus intpr., Σαλγίλος R, Σάνδιλχος vulg. [68] ἔτο R et vulg. [69] πρῶτα R, πρῶτον vulg. [70] ποταμὸν om. R. διαπεραιωθεῖσιν R, περαιωθ. vulg. [71] ἐξαπιναῖα R; ἐξπιναίως vulg. [72] κατ' αὐτὸ R, κατὰ ταὐτό vulg. [73] ἐποιήσαντο R, ἐποιοῦντο vulg. ἐμφανῆ R (Cl.), ἀφανῆ vulg. [74] αἱ om. R. [75] καὶ κατάλ. R, καὶ ἡ κατάλ. vulg.

Digitized by Google

rarent, quotidie domesticis malis occupati, haudquaquam deinceps Romanorum ditionem infestare in animum suum inducebant; sed et ubi terrarum essent, a plurimis fuit ignoratum.

A προμήθεια καὶ εὐβουλία, ὅτι δὴ τῶν Βαρβάρων ὑπὸ σφῶν διαφθειρομένων, αὐτὸς ὅπλα μὴ κινῶν πάντως ἐνίκα τῇ γνώμῃ ἐφ' ἑκατέρᾳ ῥοπῇ τοῦ πολέμου, καὶ ἀπήλαυε τῆς ἐλπίδος. Ἐπειδὴ γὰρ ἐμόχθουν ἑκάστοτε τοῖς οἴκοι δεινοῖς ἐνησχολημένοι, οὐκέτι κατὰ Ῥωμαίων χωρεῖν διενοοῦντο· ἀλλὰ καὶ ὅποι γῆς ἐτύγχανον ὄντες, τοῖς πλείστοις ἠγνόηντο.

BONAVENTURÆ VULCANII

NOTÆ

IN AGATHIÆ HISTORIAS

Revocatur lector ad paginas editionis Bonnensis typis grandioribus in textu expressas.

336 Pag. 3 Ἀγαθίου. Auctor hic ab omnibus vocatur Ἀγαθίας, ut et ipse de se loquens pag. 8, ἐμοὶ Ἀγαθίᾳ μὲν ὄνομα. In Epigrammatibus tamen interdum se vocat Ἀγαθίον.

Σχολαστικοῦ. Hoc est, συνηγόρου, sive advocati. Erant enim inter alias scholas sive collegia etiam jurisperitorum scholæ, unde scholastici dicti. Juri vero se legibusque Romanis operam dedisse testatur Agathias, pag. 9, τέχνη δὲ τὰ Ῥωμαίων νόμιμα, καὶ οἱ τῶν δικαστηρίων ἀγῶνες. et sub initium libri tertii testatur se a mane in vesperum in porticu regia forensibus negotiis implicari, ut pulcherrimo epigrammate ad Silentiarium, cujus initium est ἐνθάδε μὲν χλαίζουσιν, testatur se juris studio occupationibusque forensibus ab agris et a silvis et suavissimo in iis avium concentu, et ab amoribus suis avelli; his verbis, quibus epigramma claudit,

— Ἀλλά με θεσμοὶ
Εἱργουσιν ῥαδινῆς τηλόθι δορκαλίδος.

quod III. V. Jos. Scaliger ita vertit,

— *Sed me juris tutela, piusque*
Dorcalide a tenera tam procul arcet honos.

Pag. 6. ἕτερά τε πολλά. Hæc ad lineam usque 12, pag. 7, ad verbum γιγνώσκειν omisit vetus interpres, cum tamen elegantissimam contineant poetices commendationem e Platone desumptam.

Pag. 9. Μύρινα. Falluntur qui Agathiæ patriam fuisse putant Smyrnam, quæ vel locus Corinthi, vel Corinthus ipsa fuit; error inde meo judicio natus, quod apud Suidam ita legatur, Ἀγαθίας σχολαστικὸς Σμυρναῖος· cum τὸ, Σμυρναῖος non sit nomen patriæ, sed referendum sit ad σχολαστικός. quod nimirum ibi scholasticum sive advocatum egerit. Tametsi medicorum potius scholis Smyrna **337** fuit celebris, ut jurisconsultorum Berytus.

Pag. 7. A voce ἀλλὰ usque ad pag. 10, ad verbum ἀξίων omissa sunt a Persona vetere Agathiæ interprete, cum tamen elegantissime in his historiam multum habere cum poetica affinitatis ostendat, et patriam suam accurate describat; ac denique historicorum sui temporis adulatoria vitia perstringat, quod plerique eorum encomia, non historiam scribere videantur.

Pag. 12. Lege potius dualiter Ῥωμαίω. tametsi non verti *Romani erant*, sed *a Romanorum partibus stabant*, quod hæc nomina Stotzas et Gontharis Romanorum appellationes nequaquam esse videantur.

Pag. 13. Ἄωτα. Si durius videtur ἄωτα interpretari *inaudita* pro ἀνήκουστα, ut omnino Græcis ea significatione est insolens vox, lege potius ἄτοπα καὶ παράλογα.

Pag. 17. Οὐ νομάδες. *Campestres*. incertis sedibus errantes, ut Scythæ, de quibus Horatius, *Campestres melius Scythæ, quorum plaustra vagas rite* B *trahunt domos*. Nam *pastores*, ut vertit Persona, sunt νομῆες. Lin. 6. Θείου θεραπείαν. Nimis: quam inepte Persona *medelis* vertit, cum dicat Francos religione et cultu numinis convenire cum Romanis.

Pag. 19. Ἐς ἐκεῖνον τοῦ καιροῦ ἐς accipio pro ἕως, ut et Hom. ἔς τι pro μέχρι τινός.

Pag. 20. Ἐνέρσει. Est autem ἔνερσις nexus capillorum in acutum desinens, qui quidem in viris vocatur κρώβυλος, in mulieribus κόρυμβος, in pueris σκορπίος. Lin. 20, Θευδέριχος ἀλοὺς. Tametsi non male legi possit Θευδέριχος ἀδελφὸς, malui tamen veterem lectionem retinere, et lacunam supplere adjectione vocis νόσῳ· qua phrasi Agathias etiam alibi utitur, νόσῳ ἁλούς, *morbo correptus*.

Pag. 22. Lege οὐ τῶν τιθασῶν δήπου τούτων καὶ ἀρατήρων. Nisi mavis subaudire τὸ, ἐοικώς.

Pag. 26. Ἀλαρώ. Ita V. C. legendum omnino Ἀλεμάννῳ.

Pag. 32. Οὐκ ἀριθμητῇ. Suidas in voce Ἀλιγέρνης legit οὐ σταθμητῇ, recte. Est enim τὸ σταθμητὸν idem quod μετρητόν, vox Arriano familiaris. C

Pag. 33. Ἐνδηλοι. Melius ἐκδηλοι. Lin. 15, ἔδοξε ἀποπειρᾶσθαι. Suidas legit ἔδοξε χρῆναι ἀποπειρᾶσθαι.

Pag. 39. Παρῆγε. Suidas legit παρήγαγε. Lin. 4, ἐναλλάγδην. Verti, *Complicatim*, συμπεπλεγμένως.

Pag. 40. Ἀτάσθαλον. Vocabulis Homericis frequenter et valde apposite utitur Agathias, quæ annotarem explicaremque suis locis per Homerum, nisi Homerum potius per Agathiam commodius alias explicare statuissem. **338** Lin. 18, μαθεῖν. Suidas rectius legit μεταμαθεῖν.

Pag. 42. Οὐ σύνηθες. Suidas οὐ γὰρ σύνηθες.

Pag. 45. Δυσθανατῶν verti, *cum morte conflictans*. Qua voce in eadem fere significatione utitur etiam infra pag. 98, 189. D

Pag. 47, Ὑπερήμει. Legendum omnino ὑπερημέκτει, hoc est *moleste et indigne tulit*. Frequens est apud Herodotum usus Ionici verbi ἠμεκτεῖν, quod interpretatur Scholiastes δυσφορεῖν, et περιημεκτεῖν, hoc est ἀγανακτεῖν, δυσκολαίνειν, ἀνιᾶσθαι, *molestia et mœrore affici*: ita ut τὸ ὑπὲρ Agathiæ significet ὑπερβολὴν, ut τὸ περὶ Herodoto τὴν περισσότητα. Lin. 10, καὶ παιδείας μὲν αὐτῷ οὕτοι μάλα μεστῶς. Vitium est cod. ms. Legendum omnino μετῆν. ut et Suidas legit, et Agathias hac ipsa pag., lin. 1, utitur, εἰ μετῆν ἐν μέρει καὶ εὐβουλίᾳ τῇ ῥώμῃ. multisque aliis in locis hac phrasi utitur.

Pag. 50, Ὄνομα Ἰλλυρικόν. Persona videtur legisse ἔρυμα. vertit enim, *Castello Illyrico*.

Pag. 51, ὁμολογία. Crediderim Agathiam scripsisse ὀγκολογία.

Pag. 53, μεταπύργια. Vitruvius hæc intervalla turrium appellat. Lin. 8, ἁρμοσταί. *Moderatores* vel *correctores* rectius eos vocandos censui, quam ut Persona, *legatos*. Lin. 54, μόνον. Persona legit ἀλ-

Digitized by Google

von, quem etiam secutus sum; tametsi codicis mei lectio magis placet.

Pag. 55. *ἐς νέωτα.* Misere lapsus est vetus Interpres vertens : *ad Neota oppidum;* qui error ipsum etiam Agathiæ interpolatorem ita subterfugit, ut in Indice Agathiæ annotarit, Neota oppidum, cum ἐς νέωτα significet ἐς τὸ ἐπιὸν ἔτος, in proxime sequentem sive novum annum. Redintegratum enim est bellum statim ineunte vere sequentis anni. Ita enim orditur secundum librum Agathias, ἤδη δὲ τοῦ ἦρος ἐπιγενομένου. Lin. 13, τὰ ἀρχεῖα verti *Archiva*, per quæ eam Curiæ partem, in qua hæc asservantur, intelligo. Lin. 15, κιγκλίδων. Eleganter explicat etymon vocis Latinæ *cancellaria*, ejusque usum, arcendo scilicet vulgo. Lin. 17, ὀπαδῶν πρωτοστάτης. Hunc Primicerium domesticorum vocat Notitia imperii. Ita infra Agathias, pag. 80. Ζάνδαλάς τε ὁ τῶν ὀπαδῶν ἐπιστάτης τοῦ τε θητικοῦ καὶ τοῦ οἰκετικοῦ.

Pag. 61. *Παλίωξιν.* Hoc est, ut recte interpretatur citans hunc ipsum Agathiæ locum Suidas, ἐξ
339 ἐπιστροφῆς δίωξιν, quod ἐπιτήδευμα sive artem, μεταστροφάδην scilicet, hoc est retroversim in fuga pugnandi, Agathias barbaris peculiarem fuisse scribit infra, pag. 120, unde elegantissimum illum Hunnorum morem, et quo pacto ea ratione multo gravius hostem lædebant, petere potes. Est vero etiam παλίωξις vocabulum plane Homericum, de quo alias, ut supra pollicitus sum, commodior erit dicendi locus.

Pag. 64. *Καὶ θαμὰ τῇ σάλπιγγι καταβομβεῖσθαι.* Adnotavit hunc locum in suis Animadversionibus Adrianus Junius, lib. 1, cap. 4, et versionem Personæ, quæ sic habebat, *et tuba classicum personante obtundi*, sic corrigit, *et confestim tuba classicum canente, ad signa turmatim cogi*, addens, *id enim est meo quidem judicio* καταβομβεῖσθαι, *instar apum examinis condensari, vel apum more convolare.* Ego hoc tantum Narseti propositum fuisse arbitror, ut et equitum et equorum aures crebro tubarum
C clangore personarentur eique assuefierent. Alia erant multa eo loco digniora, quæ Junii aut alioqui illius, qui totum Agathiam interpolavit, obelisco configerentur, cujus generis est illud καὶ τὰ λήϊα ἐμιαίνετο· quod ille ita vertit, *prædaque omnis conspurcabatur*, pro *segetes polluebantur*, cum videlicet passim sparsa jacerent cadavera. Vere autem Junius caput illud hisce verbis claudit : *Libri materiam nasci mihi video, si cunctas, quæ in eo auctore latent, mendas sanare vel saltem stibio inducere velim.*

Pag. 64. *Βρεττία*, melius βρεττίω.

Pag. 67. *Οὐ μάλα ἤρκεσεν ἐπαμῦναι.* Verti *potuit*. Persona videtur legisse ἤρεσκεν. Vertit enim *cum fratri auxilia mittere nil placuisset*. Lin. 7, πυκνῆς. Testatus sum in Epistola ad Lectorem me pleraque veteris Codicis vitia ita ut erant consulto in hac editione reliquisse, eorumque correctionem Notis reservasse. Legendum itaque omnino πικένης, ut et verti, vel πευκεντίνης. Lin. 16, ἐν αὐτῷ δὴ
D αἰγιαλῷ τοῦ Ἰονικοῦ κόλπου. Hoc loco Adriam vocat Ionicum sinum, supra pag. 65, dixit Adriam pertinere ad Hydruntem. Hinc incipere Ionicum.

Pag. 69. *Ἀλπισκοτίας.* Quod alii pluraliter duabus vocibus dicunt ἄλπεις κοτίας, hoc Agathias ignoratione linguæ Latinæ unica voce per genitivum singularem protulit.

Pag. 70. *Νηφάλεοι.* Verti *sana* sive *integra mente*, hoc est σώφρονες : opponit enim hos duci ipsorum, de quo antea dixit : παραπλήξ τε ἐγεγόνει καὶ ἐλύττα περιφανῶς, καθάπερ οἱ ἔκφρονες καὶ μεμηνότες. Notum est illud Epicharmi, νῆφε.

340 Pag. 71. *Μέλειν.* Frequens est in V. C. hic error τοῦ μέλειν pro μέλλειν, et vice versa. Ex mea versione facile erit cuivis hæc talia emendare.

Pag. 72. *Ὡς καὶ ἐν αὐτῷ κεισόμενον πολέμιον κατάρχεσθαι.* Somniat Persona cum vertit, *ita ut vel dormienti sibi liceret jam bellum inferre*, pro, *tanquam in ipsius potestate futurum esset bellum instaurare, cum vellet.* Nimis nota est phrasis θεῶν ἐν γούνασι κεῖται, ad quam alluditur.

Pag. 76. *Παλιμβουλίαι.* Suid. παλιμβολία. Utraque lectio est bona.

Pag. 77. *Προσάγει.* Suid. παρεισάγει. Lin. 10, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, adde κύριοι.

Pag. 78. *ἐφ' ὅτῳοῦν καὶ σφαλέντα.* Aut deest τὸ πταίσαντα, vel redundat τὸ καί.

Pag. 79. *Καὶ λίαν φρονοῦντι ἐῴκει.* Persona *et prudentiæ sibi nimium vindicare.* Quam apte convenit prudentia cum eo quod præcedit θρασύς γε ἦν καὶ ὑφαγόρας scilicet. Imo vero hoc in eo damnabat Narses, quod ita esset pervicax et præfractus, neque illum facti sui pœniteret, sed adhuc sanguinarium animum et cædem spirantem præ se ferret. Quo fit ut omnino legendum censeam φρονοῦντι. Suidas voce Φονῶντες, Οἱ δὲ λεόντειον ἐθρυχῶντο φονῶντες, hoc est, φονῆσαι προῃρημένοι, *cædis avidi.*

Pag. 81. *Θορύβῳ εἶχοντο.* Non male etiam lege-
B ris εἴποντο.

Pag. 86. *Οἱ δὲ ὡς πορρωτάτω.* Aut παρέλκει τὸ οὐ δέ, aut legendum conjunctim una dictione ἀδεῶς, qua voce sæpe utitur Agathias.

Pag. 87. *Σεσαγηνευμένοι.* Vetus Cod. aliam lectionem ad marginem habebat, σεσαγμένοι, quæ et melior est et Agathiæ usitata, pro πεπληρωμένοι Lin. 13, ῥεῖθρα Κασωλίνου. Citatur etiam hoc Epigramma libro, cui titulus, φιλοπόνημα Κωνσταντίνου υἱοῦ βασιλέως Λέοντος τοῦ Σοφοῦ περὶ τῶν τῆς Δύσεως ἤτοι Εὐρώπης θεμάτων, Themate undecimo dicto Λογγιβαρδίας· quem librum ad me misit Cl. V. et de omni litteratura optime meritus Petrus Pithœus, eumque, volente Deo, ubi libentem nactus fuero typographum (nam ille περὶ θεμάτων ἀνατολικῶν jam antea a me editus est), in lucem emittam. In eo itaque Constantinus de Butelino ita scribit : Ἐπὶ τῶν ἡμερῶν Ἰουστινιανοῦ, μᾶλλον δὲ Ζήνωνος, παρέλαβον οἱ Γότθοι τήν τε Νεάπολιν καὶ τὰς λοιπὰς παρα-
C κειμένας πόλεις, ὧν ἦρχε Βουτελῖνος ὁ τῶν Φράγκων στρατηγός, ὃν κατεπολέμησεν ὁ Ναρσῆς παρὰ τὸν ποταμὸν Κασσουλῖνον, καὶ τελείως ἠφάνισε, καθὼς τὸ ἐπίγραμμα λέγει. Lin. 17, pro χεῦμα Constantinus legit ῥεῦμα, et pro δηρὸν, δεινόν.

341 Pag. 88. *Ἀκολασία.* Rara significatione pro μωρία, ut et ἀκολασταίνω pro μωραίνω.

Pag. 89. *Ὁ δὲ στρατηγός.* Adde διά

Pag. 97. *Ὑφ' ἑνὶ γὰρ ὑφαίνονται λίθῳ.* Utitur metaphora, qua et Æschylus in Prometheo : οὔτε πλινθυφεῖς δόμους προσήλους ἦσαν· et de Scythis, οἵ πλεκτὰς στέγας ναίουσι.

Pag. 98. *Καὶ ἀμαθέστερον τῆς διπλῆς ἐκείνης ἀγνοίας.* De duplici hac ignorantia vide Platonem in Sophista, quam ἀμαθίαν vocat τὸ μὴ κατειδότα, δοκεῖν εἰδέναι, cum is, qui rem aliquam non intelligit, putat se intelligere. Ἀμαθία γὰρ θράσος, inquit Thucydides, et plerumque quo quisque indoctior, eo confidentior. Quod malum si quem occupet, fa-
D cit, ne magnos unquam in ulla arte aut scientia progressus facere possit. Nam ut recte ille, οἴησίς ἐστι ἐγκοπὴ προκοπῆς, quod ideo hoc loco dicendum putavi, ut bona ingenia ab hac οἰήσει veluti certissima studiorum peste sibi caveant.

Pag. 100. *Τοῦτο δὴ τὸ τῆς ὕλης χωρίον.* Verti, *quod hæc regio*, terrena nimirum, sive potius terra ipsa. Ita enim etiam infra pag. 295, ὕλης vocabulum hac significatione accipio. Lin. 17, ἐν τῇ Ἀσίᾳ καλουμένῃ χώρᾳ. Persona sui similis turpiter et ipse errat, et alios Græcæ linguæ imperitos in errorem trahit, vertens *Trallis civitas olim in Asia, quæ Chora nunc dicitur.* Non animadvertit τὸ Ἀσία hoc loco non esse nomen substantivum, sed adjectivum, positum pro Ἀσιατικῇ, et τὸ χώρᾳ significare campum. Ego itaque verti, *Trallis urbs in Asio nunc ita dicto campo.* Est autem hic campus sive ager Asiaticus, quem Homerus, Il. α', Ἄσιον λειμῶνα vocat, dicens :

Ἀσίῳ ἔν λειμῶνι Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα,

Digitized by Google

qui et Καΰστριος et per dialysin Καϋστριος dicitur, a flumine, qui loco est cognominis, et χώρα ipsa κεκαυμένη. Vide Eustathium in Hom. et Dionysium, et Strabonem lib. XII, qui ad locum hunc Agathiæ explicandum optime facit. Causam enim addit, quare Trallis totaque illa ad Meandrum fluvium regio sit terræmotui obnoxia : Σχεδὸν δέ τοι εὔσειστός ἐστι καὶ πᾶσα ἡ περὶ τὸν Μαίανδρον χώρα, καὶ ὑπόνομος πυρί τε καὶ ὕδατι μέχρι τῆς μεσογαίας.

Pag. 101. *Χαιρήμονα τοῦτον.* Simile hujus Chæremonis exemplum commemorat Philostratus, lib. II *Βίων σοφιστῶν.* in Vita Aristidis; cujus verba operæ pretium est hic afferre : Ἅ δέ γε ἐπῆλθεν ἔθνη, Ἰταλοί τέ εἰσι καὶ Ἕλλας, καὶ ἡ πρὸς κῶ Δάλτα κατῳκισμένη Αἴγυπτος. Οἳ χαλκοῦν ἔστησαν αὐτὸν ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν Σμύρναν ἀγορᾶς. Οἰκιστὴν δὲ καὶ τὸν Ἀριστείδην τῆς Σμύρνης οὐκ ἀλαζὼν ἔπαινος, ἀλλὰ δικαιότατός τε καὶ ἀληθέστατος. Τὴν **342** γὰρ πόλιν ταύτην ἀφανισθεῖσαν ὑπὸ σεισμῶν τε καὶ χασμάτων, οὕτω τι ὠλοφύρατο πρὸς τὸν Μάρκον, ὡς τῇ μὲν ἄλλῃ μοναρχίᾳ θαμὰ ἐπιστενάξαι τὸν βασιλέα, ἐπὶ δὲ τῷ, « Ζέφυροι ἐρήμην αὐτὴν καταπνέουσι, » καὶ δάκρυα τῷ βιβλίῳ ἐπιστάξαι, ξυνοικίαν τε τῇ πόλει ἐκ τῶν Ἀριστείδου ἐνδοσίμων πνεῦσαι. Lin. 17. χρήματά τε πλεῖστα ὅσα. Strabo, lib. XII : Ἐπηνώρθωσε δ' ὁ ἡγεμὼν χρήματα ἐπιδοὺς, καθάπερ καὶ πρότερον ἐπὶ γῆς γενομένης συμφορᾷς Τραλλιανοῖς, ἡνίκα τὸ γυμνάσιον καὶ ἄλλα μέρη συνέπεσεν, ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ τούτοις καὶ Λαοδικεῦσιν.

Pag. 102. Lege . *Ἀνθ' ὧν συγγενέες τοῦθ' οἱ βρέτας.* In dedicationibus enim subauditur verbum. Virg.

Æneas hæc de Danais victoribus arma.

Pag. 109. *Ἴλιγγος γὰρ ἐς ἅπαντα δραστήριός τε καὶ θαρραλέος.* Lege hæc per parenthesin. δραστήριος autem barbaris *activus*, ut et Galli *actif*, Hisp. bivo, bullicioso, Latine acer, et τὸ δραστήριον (quod vocabulum Agathiæ est admodum frequens), acrimonia in rebus gerendis. Horat.

—— *Acer Deiphobus excepit hostes.*

Pag. 111. *Παραβαλλόμερον.* rectius περιβαλλόμενον.

Pag. 112. *Κοταΐσιν.* rectius Κοταΐσιον.

Pag. 113. *Ὅμως ἐμόχθει,* etc., rectius meo judicio legitur apud Suidam ὅμως ὥσπερ τις νεανίας ῥωμαλεώτατος οὐκ ἀπηγόρησε, etc. Lin. 7, φοράδην. Interp. *impetu facto*, absurde : imo vero *gestatus*, lectica fortassis.

Pag. 114. *Ὄρνις ἢ οἱ κόνες.* Herodotus in Clio : Τάδε μέντοι ὡς κρυπτόμενα λέγεται, καὶ οὐ σαφηνέως περὶ τοῦ ἀποθανόντος, ὡς οὐ πρότερον θάπτεται ἀνδρὸς Πέρσεω ὁ νέκυς, πρὶν ἂν ὑπ' ὄρνιθος ἢ κυνὸς ἑλκυσθῇ. Μάγους μὲν γὰρ ἀτρεκέως οἶδα ταῦτα ποιεόντας. Ἐμφανέως γὰρ δὴ ποιεῦσι. Καταχηρώσαντες δὴ ὧν τὸν νέκυν οἱ Πέρσαι γῇ κρύπτουσι. Lin. 9, ἐς τὸν ἀγαθοῦ. addendum meo judicio δαίμονος.

Pag. 114. *Ἔμπροι ἔτι ἄγονται.* Rectius fortassis ἐξάγονται. Lin. 21, ἐκ τῶν σκότου πυλῶν. Eurip. Hecuba, ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπών. Ita Hom. πύλας ἄδου periphrastice τὸν ἅδην vocat : per ingressum enim significantur interiora Orci. Nam πύλη vocatur ipse locus τῆς εἰσόδου. Θύραι vero ai σανίδες.

Pag. 115. *Ὑπὸ τοὺς χθονίους,* rectius ὑπὸ τοὺς ὑποχθονίους, etc.

Pag. 116. *Τάδε τὸ ἄγος ἀντ' ἐκείνης.* Lege ἐκείνου, videlicet ἄγους. Ἄγος autem prius vocat μητροκτονίαν, posterius μοιχείαν. quod elegantei per circumlocutionem vocat Homerus ἔργον ἀεικὲς, in quiens καὶ ἀναίρετο ἔργον ἀεικές.

343 Pag. 118. *Γεραίρουσι δὲ ἐς τὰ μάλιστα τὸ ὕδωρ.* Strabo de Persarum religione ita : Πέρσαι τοίνυν ἀγάλματα καὶ βωμοὺς οὐχ ἱδρύονται· θύουσι καὶ ἐν ὑψηλῷ τόπῳ, τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία. Τιμῶσι δὲ καὶ ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίτραν, καὶ σελήνην καὶ Ἀφροδίτην καὶ πῦρ καὶ γῆν καὶ ἀνέμους καὶ ὕδωρ. Lin. — 15. ὡς μηδὲ τὰ πρόσωπα αὐτῷ ἐναπονίζεσθαι· μήτε ἄλλως ἐπιθιγγάνειν. ὅτι μὴ πότου τε ἕκατι καὶ τῆς τῶν φυτῶν ἐπιμελείας. Citat hunc Agathiæ locum Joannes Brodæus in doctissimis suis in epigrammata Græcorum Commentariis, sed ita, ut a Persona fuit versus, imo perversus his verbis : *Venerantur autem quam maxime aquam, atque adeo, ut ne hac quidem faciem abluant', nec eam quoquam pacto attingant, sive potandi gratia, sive arbores irrigandi, sive ut aliascunque.* Absurda plane sententia. Quis enim nescit ignem et aquam hominibus adeo esse necessaria, ut hominum societate indigni olim fuerint habiti quibus eorum usu interdiceretur? Nescivit Romanus ille interpres, ὅτι μὴ significare *nisi*, vel *præterquam*. Hoc enim vult Agathias, Persas aqua in necessariis tantum ad vitam humanam rebus, potus nimirum et irrigandi plantas causas usos fuisse, non autem ἄλλως, hoc est *temere*. Lin. 19, τὸ δὲ πῦρ αὐτοῖς τιμιόν τε εἶναι δοκεῖ καὶ ἁγιώτατον. Herodotus in Thalia ; Πέρσαι γὰρ θεὸν νομίζουσιν εἶναι τὸ πῦρ. Τὸ ὦν καταικαίειν τοὺς νεκροὺς οὐδαμῶς ἐν νόμῳ οὐδετέροισίν ἐστι. Πέρσῃσι μὲν διόπερ εἰρηται, θεῷ οὐ δίκαιον εἶναι λέγουσι νέμειν νεκρὸν ἀνθρώπου. Strabo : Τοὺς δὲ φυσήσαντας ἢ νεκρὸν ἐπὶ πῦρ θέντας ἢ βάλβιτον θανατοῦσι. Quanto vero in pretio fuerit apud Persas ignis et aqua, testatur elegantissimum Dioscoridis epigramma Anthologias lib. III, tit. εἰς δούλους, quod quidem ita habet :

Εὐφράτην μὴ καῖε, φιλώνυμε μηδὲ μίγνυς
Πῦρ ἐπ' ἐμοὶ. Πέρσης εἰμὶ, καὶ ἐκ πατέρων
Πέρσης αὐθιγενής. Ναὶ, δέσποτα. Πῦρ δὲ μιήνει,
Ἡμῖν τοῦ χαλεποῦ πικρότερον θανάτου.
Ἀλλὰ περιστείλας με δίδου χθονί. Μὴ δ' ἐπὶ νεκρῷ
Λουτρὰ χέῃς. Σέβομαι, δέσποτα, καὶ ποταμούς.

Lin. 21, ἐν οἰκίσκοις τισὶν ἱεροῖς. Hæc templa apud Persas vocabantur πυρεῖα, Straboni lib. XV, πυραιθεῖα dicuntur, qui et in Cappadocia multa fuisse Persicorum deorum templa testatur, et magos eorum sacerdotes Πυραίθους dictos fuisse. Ita Romani perpetuum in Capitolio ignem Vestæ servabant.

Pag. 124. *Ὡς ἐν ταῖς βασιλείοις διφθέραις ἀναγεγραμμένα.* Verti, *ut in regiis membranis conscripta.* **344** Ita veteres glossæ . Διφθέρα, τὸ βιβλίον· membranum, codex. Continebat vero hic codex eorum, qui tam civiles quam militares dignitates administrabant, nomina, genus, insignia et stipendia, cum magistratus codicillis et principum mandatis. Is codex postea laterculi nomine est appellatus; ut et Cedrenus πλινθίον vocat a similitudine videlicet et forma lateris cocti. Quemadmodum et olim pugillares a triangulari forma ad imitationem litteræ Δ, Δέλτοι et δελτωτὰ βιβλία dicta fuerunt. Huic vero codici laterculi nomen sub Antoninis inditum fuit. Tertullianus enim, qui ea ætate vixit, agens adversus Valentinianos, ubi loquitur de animabus natura bonis, quas Valentinus beatas esse statuebat : *Ex earum*, inquit, *laterculo et in reges et in sacerdotes allegare consueverat.* Erat vero laterculum sive codex ille, de quo diximus, vel membranaceus vel membrana obtectus. Ita Hispani, apud quos hodie multa exstant antiquitatis vestigia et præclara monumenta, codicem vetustissimum, unde illi familiarum suæ gentis genealogias petunt, vocant El libro del Bezerro. Quod idem est atque διφθέρα sive codex membranaceus. Recte autem etymologicus Græcus διφθέραν interpretatur γραμματεῖον, ἢ βιβλίον ἢ βύρσαν. Putidam vero, ut in aliis multis vocabulis, etymologiam affert, dictam διφθέραν quasi δυοφέραν, τὴν ἐν τοῖς δύο μέρεσι φέρουσαν γράμματα.

Pag. 126, *Τῶν Ὀλίγου.* Annotavit hunc locum olim Hadrianus Junius lib. Animadversorum primo, ubi merito nimis quam ridiculam Christophori Personæ versionem exagitat. Et recte caput illud hisce verbis claudit : *Libri materiam nasci mihi*

Digitized by Google

ridec, si cunctas, quæ in eo auctore latent, mendas sanare vel saltem stibio inducere velim: cujus viri hoc loco auctoritatem interponere libuit, ut intelligant malevoli quidam homines et alieni laboris obtrectatores iniquissimi, quam parum hujus interpretis versione adjutus fuerim. Lin. 16, τὸ ἀκραιφνὲς ἐκεῖνο τῶν παλαιῶν ὀνομάτων ἐλευθέριον. Hadr. Junius lib. et capite modo citatis hunc locum ita vertit: *Qui enim fieri potuit, ut pura illa veterum nominum libertas, quæ (omitto rerum naturam), cum primis est proficua et opportuna, in agresti et barbara lingua conservetur?* Alienius paulo cum a mente Agathiæ, tum vero a proprietate vocum Græcanicarum. Ego malui vertere: *Qui enim fieri poterat, ut puritas illa veterum nominum et nativa gratia, et præterea* (nam hoc est τὸ πρός γε, familiaris admodum Agathiæ phrasis), *rerum ipsarum naturæ congruens, valdeque accommodata, in agresti quadam ineptissimaque lingua conservaretur?* τὸ ἐλευθέριον enim sive ἐλευθεριότητα interpretor, non *libertatem*, sed τὴν μὴ κατὰ κιβδηλείαν χάριτα· hoc est *nativam minimeque fucatam* **345** *vel adulterinam gratiam et venustatem.* Nam quod Persona vertit, *veram illam et liberam veterum nominum pronuntiationem*, nimis est absurdum.

Pag. 126. *Ἐστραγωμένος.* Adr. Junius legit γεγαννυμένος, et vertit *delinitus.* Mihi magis placet mei veteris codicis lectio γεγανωμένος, tametsi et γάννυσθαι et γανῶσαι eadem significatione accipiantur. Suidas tamen hunc locum citans legit γεγαννυμένος. Lin. 20, διαιτάν τε λαχὼν ἐς ὅ τι βαρβαρικωτάτην. Adr. Junius eodem loco ita vertit: *vivendi genus parum civile secutus.* Quod in Græco textu, quem ipse ibi allegat, est βαρυτάτην· quod cum interpretatur, *parum civile vivendi genus*, parum commode sententiam Agathiæ exprimit, quæ hæc est, Chosroen natione barbarum et lingua, exiguos in philosophia progressus facere potuisse: etiamsi interpretem habuerit, qui sibi Græcorum philosophorum scripta in Persicam linguam verterit, quod lingua illa parum ad hoc sit idonea.

Pag. 128. *Τοῦ κρείττονος πέρι.* Adr. Jun. *De summo bono*, imo *De Deo.* Usitata admodum Agathiæ hujus vocabuli significatione. Ibid. ἀνακυκλοῦντας. Suidas legit ἀνακυκλῶν. Non ita recte Lin. 5, γραμματικοῦ. Suidas legit γραμματιστοῦ. Lin. 6, οὐδὲ μὴν βίῳ ἀρίστῳ ἐκδεδιητημένοι. Adr. Jun. *nedum elegantiore vita educti.* Ego verti *sed nec satis frugi homines*, hoc est, vitæ parum probæ. Lin. 7, ὑπερβάθμιον τὸ λεγόμενον πόδα τείνειν. Citat hoc proverbium Suidas in hunc modum: ὑπερβάθμιον πόδα ῥίπτειν, ἀντὶ τοῦ ἀτάκτως ποιεῖν τι. Cui adjungit testimonium anonymi, ut sæpe facit, auctoris: Οὐδὲ ὑπερβάθμιον πόδα ῥιπτῶν κατὰ τὸ λόγιον εἰς τὴν θεοσέβειαν, ἀλλὰ μέτρα ὁρίζων ἑαυτῷ τῆς ἡλικίας ἄξια. Γνησίῳ καὶ καθαρῷ συνειδότι μεταχειρίζων τὰ περὶ τοὺς θεούς. Cui explicationi locus est plane geminus apud Marinum in Vita Procli, qui justo ordine illum processisse ad Platonis μυσταγωγίαν inquit his verbis: Ἐν ἔτεσι γοῦν οὔτε δύο ὅλοις πάσας ἐκείνῳ τὰς Ἀριστοτέλους συνανέγνω πραγματείας· λογικὰς, ἠθικὰς, πολιτικὰς, φυσικὰς, καὶ τὴν ὑπὲρ ταύτας θεολογικὴν ἐπιστήμην. Ἀχθέντα δὲ διὰ τούτων ἱκανῶς ὥσπερ διά τινων προτελείων καὶ μικρῶν μυστηρίων, εἰς τὴν Πλάτωνος ἦγεν μυσταγωγίαν, ἐν τάξει, καὶ οὐχ ὑπερβάθμιον πόδα, κατὰ τὸ λόγιον, τείνοντα. E quibus facile intelligitur Agathiam de iis loqui, et proverbiale hoc loquendi genus usurpare, qui non iis artibus ac disciplinis, quibus oportebat, instructi, neque justo ordine progredientes, ad gravissimas hasce et periculosissimas de Deo quæstiones temere agitandas se conferunt. Quibus, aut aliis ejus generis utinam non hodie olvonωλεῖα frequenter, ut Agathiæ ætate, τῶν βιβλίων πωλητήρια personarent. Quamvis in his ipsis audiantur quotidie multa hisce indigniora.

A **346** Pag. 129. *Ἐκολώα, καὶ μαχητορῶν οὐκ ἀτρεί.* Homer. *Il. B.* Θερσίτης δ' ἔτι μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐκολώα, hoc est, ἐθορύβει, tumultuabatur, nullumque verborum finem faciebat. Nam ita recte explicat Agathias homericum illud Thersitæ epitheton ἀμετροεπής. Lin. 19, θαμὰ ὁμιλῶν τῇ θηρικλείῳ. Hæc, et præcedentia a Lin. 17, ab his verbis ἐς γὰρ τὰ δώματα ad hæc usque verba pag. 130. Ἀλλὰ γὰρ, etc., omisit Persona, consulto arbitror, ut parum a se intellecta. Interpolator Agathiæ in hac de Uranio narratione multa esse vitiata et mutila testatur, quæ nimis prolixum futurum fuisse dicit omnia retexere; ascribam tantum, inquit, verba plusculorum (credo addi debere *versuum*) quæ uno loco desunt: quæ quidem dum Latine vertit, prudentius meo quidem indicio fecisset, si cum aliis sexcentis locis præterisset, neque attigisset. Nam quod illud θαμὰ ὁμιλῶν τῇ θηρικλείῳ interpretatur, *frequenter cum proma conda colloquens*, nimis est frivolum ac pa-
B tidum. Fefellit illum articulus femininus τῇ præpositus voci θηρικλείῳ. Feminam itaque aliquam significari ratus, legit θυρικλείῳ, vertitque *promam condam.* Quæ tamen vox, si proba esset, janitricem potius significaret, quam eam quæ cellæ vinariæ curam gerit, quod muliebre officium apud veteres fuisse nequaquam probaverit: ego itaque non θυρικλείῳ, sed τῇ θηρικλείῳ legendum esse, ut habet theus codex ms, constanter affirmo, et subaudiendam esse vocem κύλικι. Verti itaque, *Thericleum poculum frequenter ori admovens*, sive, *frequenter contrectans*: eleganti plane significatione verbi ὁμιλεῖν. Dicebatur autem veteribus Thericleum poculum, auritum et capacius, quo Herculem olim uti solitum auctor est Alexis. Fidem facit Athenæus lib. *Dipnos.* XII, qui et hæc adjicit: Ὅτι δὲ κύλιξ ἐστὶν ἡ θηρίκλειος; σαφῶς παρίστησι Θεόφραστος ἐν τῇ περὶ φυτῶν ἱστορίᾳ. Διηγούμενος γὰρ περὶ τερμίνθου, φησὶ τορνεύεσθαι ἐξ αὐτῆς κύλικας
C θηρικλείους. Primum vero horum poculorum inventorem fuisse scribit Thericlem quemdam Corinthium figulum, a quo et poculo nomen. Eustath. in *Il. Σ* poculum hoc διγενῶς usurpari solitum scribit, θηρίκλειος scilicet et θηρίκλειον· ut omnino necesse sit in priori subaudiri, κύλιξ, in posteriori, ποτήριον. Vult autem ita dictum vel ab auctore Thericle, vel quod θηρίων μορφαὶ αὐτῷ ἐνετυποῦντο. Quod ferarum figuræ in iis efformatæ essent ἢ διότι θῆρας κλονεῖ. Σπένδουσι γὰρ καθ' αὐτῶν κύλιξι τοιαύταις. Sed de his plus satis. Illud obiter monebo, loco Athenæi jam citato pag. edit. Basil. 232, lin. 39, legendum ὦ γαῖα κεραμῖτι, σὲ θηρικλῆς ποτε ἔτευξε.

Pag. 130. *Ἐωλοκρασία.* Potus qui multo ante mistus sive temperatus **347** fuit. Ἔωλα enim τὰ ἀρχαῖα. Unde et ἐωλόνεκρος, ὁ πρὸ πολλοῦ τεθνηκώς. Vocatur et λατάγη, τὸ λεῖμα (non ut in Suida legitur λῆμα) ποτηρίου· hoc est τὸ λείψανον. Lin. 5, ἀφιγμένος. Verti *adductus*, ea ratione qua ἀφῖγμαι significat παραγέγονα. Lin. 12, αὐτοῦ.
D Verti, *ibi*: aut si mavis, lege αὐτός που.

Pag. 131. *Εὐλάμιος.* Alias Εὐλάλιος, forte Εὐλάβιος. Lin. 9, ἄκρον ἄωτον. Ita vocant quod in quaque re est summum et præstantissimum. Callimachus: *Δοιῇ δ' οὐκ ἀπὸ παντὸς ὕδωρ φορέουσι μέλισσαι, Ἀλλ' ἤτις καθαρή τε καὶ ἀχράαντος ἀέρπει Πίδακος ἐξ ἱερῆς ὀλίγη λιβάς, ἄκρον ἄωτον.* Pind. Θάλλων μουσικῇς ἐν ἀώτῳ.

Pag. 138. σεμνότατον ἔργον καὶ πάσης ἀσχολίας ὑπέρτερον. vide pag. 241.

Pag. 139. *Καὶ τὸ λεγόμενον, ἐν τῷ πίθῳ φιλεργοῦντι τὴν κεραμεᾶν.* De hoc proverbio ita Tarrhæus et Didymus proverbiorum Græcorum collectores accuratissimi: Παροιμία ἐπὶ τῶν τὰς πρώτας μαθήσεις ὑπερβαινόντων, ἀπτομένων δὲ εὐθέως τῶν μειζόνων, τουτέστι τῶν παριέντων τὰς πρώτας μαθήσεις, καὶ ἐφιεμένων τῶν τελευταίων. Ὡς εἴ τις μανθάνων κεραμεύειν, πρὶν μαθεῖν, πίνακας ἢ ἄλλο τι τῶν μικρῶν πλάττειν, πίθῳ ἐγχειροίη. Δι-

Digitized by Google

καίαρχος δέ φησιν ἕτερόν τι δηλοῦν τὴν παροιμίαν, οἱονεὶ τὴν μελέτην ἐν τοῖς ὁμοίοις ποιεῖσθαι, ὡς κυβερνήτης ἐπὶ τῆς νηὸς καὶ ἡνίοχος ἐπὶ τῶν ἵππων. Atque utinam magnum illud Hollandiæ sidus Tarrhæi, Didymi, Zenobii, Apostolii, ac præcipue Diogeniani Adagia Græce seorsim edidisset, suasque ad illa adnotationes adjecisset; neque ita Græca Latinis miscuisset. Melius, meo quidem judicio, de utraque lingua meritus fuisset. Quo vero sensu Agathias hoc proverbium usurpet, ipsemet declarat, ex iis quæ præcedunt: Πλὴν ἀλλ' οὐδ' ὣς ἀνήσω τοὐμόν, οὐδὲ παύσομαι ἔστ' ἂν ὁ ἔρως με ἄγῃ, εἰ καί μοί τις νεμεσήσειεν, ὡς ὑπερτέρων ἐφιεμένῳ. Nam et antea dixit se scriptionem historiæ, quod præcipuum ἔργον esse debebat, πάρεργον facere, idque præter suam voluntatem, quod nimirum praxi forensi volens nolens per totum diem vacaret, ut consuleret rei familiari. Meminit etiam hujus proverbii Apostolius, in adagio, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν.

Pag. 139. *Τὸ μέρος.* Forte τὸ αὐτῶν μέρος.

Pag. 144. *Εὐήχανε γὰρ ἐναλίγδην ἔχων τὼ πόδε ὑπὲρ τὸν αὐχένα τοῦ ἵππου.* Secutus sum verba auctoris. Quisnam vero sit hic positus pedum in cervice equi, aut quænam hæc sessionis ratio, plane non intelligo: suspicor locum non vacare mendo.

348 Pag. 146. *εἷς οὐδὲ ὄνομα νεὼς ἠκούετο.* Suaviter somniabat Persona cum vertebat, *ut apud quos non antea fuisset celebre aliquod fanum:* pro, *quippe quibus ne nomen quidem navis erat auditum;* neque enim possum quin subinde aspergam aliquid hisce notis ex crassioribus interpretis illius erroribus, ut sciant lectores quam parum Latinis versionibus sit fidendum, nisi ad Græci textus fidem revocentur.

Pag. 149. *Σχολαίτερον. Σχολαιότης ἡ μέλλησις* et ἐπιμονή. Lin. 11, ὀλίγους δὲ εἶγε ἄρα στέλλειν. Ita vetus codex. Putaram legendum εἴγε ἄρα δυκεῖν. Atque ita verteram, *si ita videretur.* Josephus Scaliger mavult legere ὀλίγους ἔδει γε ἄρα.

Pag. 152. *Καθάπερ πανικοῦ δείματος ἐμπεσόντος.* Miror hoc proverbium a Tarrhæo non citari. Vide Suidam in Πανικῷ δείματι, qui Panicum hunc pavorem excitari scribit, ἐπὶ τῶν στρατοπέδων ἡνίκα αἰφνίδιον οἵ τε ἵπποι καὶ οἱ ἄνθρωποι ἐκταραχθῶσι, μηδεμιᾶς αἰτίας προφανείσης. Pind. *Nem.* hos δαιμονίους φόβους vocat, inquiens: Ἐν γὰρ δαιμονίοις φόβοις φεύγοντι καὶ παῖδες θεῶν. Causam proverbii affert etiam Suidas: Ὅτι τὰ ἄνευ αἰτίας τῷ Πανὶ ἀνετίθεσαν. Cicero frequenter hoc utitur: scis quædam, inquiens, πανικὰ λίμοι, item τὰ κενὰ τοῦ πολέμου.

Pag. 158. *Περὶ τὰ κοινὰ ῥᾳθυμίαν τῷ τῆς ἀπραγμοσύνης ὀνόματι σοφιζομένων.* Persona, *qui sub impertitæ nomine desidiam in rebus publicis velit.* Nugæ. Imo qui suam circa publicum vecordiam, *curiositatis fugam falsa appellatione vocant.* Locus est elegans in eam sententiam in Plutarchi lib. *De discrimine adulatoris et amici:* Ἐν μὲν γὰρ ταῖς στάσεσι καὶ τοῖς πολέμοις ὁ Θουκυδίδης φησὶν, ὅτι τὴν εἰωθυῖαν ἀξίωσιν τῶν ὀνομάτων ἐς τὰ ἔργα ἀντήλλαξαν τῇ δικαιώσει. Τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστος ἀνδρεία φιλέταιρος ἐνομίσθη, μέλλησις δὲ προμηθὴς, δειλία εὐπρεπὴς, τὸ δὲ σώφρον, τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα, καὶ τὸ πρὸς ἅπαν συνετὸν, ἐπίπαν ἀργόν· ubi vis vocabuli σοφίζεσθαι explicatur eleganter per ἀνταλλάττειν τὴν ἀξίωσιν τῶν ὀνομάτων. Ἀπραγμοσύνην vero ita accipio ut opponitur πολυπραγμοσύνῃ.

Pag. 159. *Τὰ προεγνωσμένα μεταμανθάνειν.* Persona *præcognita velle iterato perdiscere.* Ridesne, an potius lectorem ridere jubes? Verti itaque, *priora instituta inmature;* vel, *a prioribus institutis desciscere.*

Pag. 160. *Ὧν μὲν δεῖ μεμνῆσθαι.* Verti *quæ cara esse oportebat.* Utitur enim Agathias hoc verbo μέμνημαι pro ἐπιμελοῦμαι, eadem plane significatione qua Homerus, **349** cujus imitator est imitator. Congruit vero huic verbum Homerus vel cum genitivo casu, ut Ὀδυσσ. Ω· Εὖ μέμνητο Ὀδυσσῆος· vel cum accusativo casu, ut Il. I, Καὶ μέμνημαι τάδε πάντα· ubi Eustathius monet notandum esse verbum μέμνημαι apud veteres non solum vulgari illa et communi significatione accipi pro meminisse; sed etiam accipi pro ἐπιμελεῖσθαι, hoc est, curam gerere, ut in illo, μεμνέῳτο δρόμου, et μεμνῆσθαι πατρὸς καὶ μητρός. Hoc est, curam gerere; quod Ulysses, Trojam versus abnavigans, Penelopæ mandarat. Qua etiam significatione idem Eustathius accipi vult τὸ, μνήμων, in eo dicto, μισῶ μνήμονα συμπότην· ubi μνήμονα non vult accipi pro memore hesternorum peccatorum convivialium, sed pro eo qui est ἄγαν ἐπιμελητὴς τοῦ συμποσίου. Μισοῦμεν γὰρ, inquit, τὸν ἐν τοιούτοις ἐπιμελούμενον καὶ ἐπιτάσσοντα. Quod quidem eo magis dignum est notatu, quo vulgatior est error in usu illius dicti, *Odi memorem compotorem:* cum potius dicendum esset, *Odi nimis accuratum vel imperiosum convivam.* Malo enim etiam συμπότην convivam interpretari, quam *compotorem.* Si enim συμπόσιον convivium recte ex Ciceronis sententia dicimus, bene etiam συμπότην, convivam, nisi forte συμπόσιον conbibium interpretari velis: sed hæc παρέργως. Lin. 11, πρὸ πολλῶν χρημάτων καὶ πόνων ἔχειν τιμῶνται. Lege meo periculo πόρων, ea significatione qua dicitur μέγας πόρος αὐτάρκεια. Προτιμᾶν vero est hoc loco φροντίζειν, ut apud Aristophanem οὐδὲν προτιμῶ σου. Lin 13, ἐπιχειρεῖν. Infinitivus Attice pro imperativo.

Pag. 164. *Τὸ ἀνήνορ.* Rectius meo judicio legeris ἀνόνητον, ut etiam verti. Lin. 16, πῶς;. melius fortassis ὡς.

Pag. 165. *κακοδαιμονίαν.* Verti *animi feritatem,* quod commodius vocabulum non occurrat; tametsi non ignorem κακοδαίμονας malegeniatos dici posse. Nam quod Persona κακοδαιμονίαν vertit *infelicitatem,* non placet.

Pag. 166. *Τὸ ἴδιον.* Verti *affines:* ἰδιότης enim est συγγένεια.

Pag. 168. *Ἐπὶ τῷ κειμένῳ.* Verti, *ob cædem commissam:* κείμενον enim interpretor τεθνηκότα. Κεῖσθαι enim veteribus usurpabatur pro πεπτωκέναι, ut ὡς δ' Ἕκτωρ νῦν ἐν πεδίῳ κείμενος· et pro τεθάφθαι, ut ἔνθα μὲν Αἴας κεῖται· et pro τεθνηκέναι· ut κεῖται Πάτροκλος. Nos etiam vulgari nostro idiomate Teutonico dicimus *Nederlegghen,* interficere. quod puto respondet Latino verbo *sternere,* ut sternere leto.

Pag. 175. *Σκύραις.* Verti *scrupis involuti.* Persona, *veste oblonga præpediti.* Quam vestem putet nescio.

350 Pag. 93. 179. *Καὶ ἐφεσθρίδων.* Verti, *e pellibus.*

Pag. 183. *περὶ πλήθουσαν ἀγοράν.* Verti, *ad horam diei sextam, pleno jam foro,* hoc est, sub meridiem; quod nos Autverpiæ diceremus, *te Beurstyt,* vel *a temps de bourse.*

Pag. 185. *πρύμναν ἐκρούοντο? puppim paulatim retrorsum pressit.* Pers. *remulco cessim abibat;* quod fit cum sensim retronavigatur non inversa navi. Qui enim ita retrocedit, ad puppim remigat, quod facit, ne videatur aperte fugere, paulatim se subducens, ne hostibus terga vertens, vulnera aversa accipiat.

Pag. 186. *ἐξ ὑπερδεξίων ἁλλόμενοι. Ex editioribus locis icti.* Persona, *sibi similis, a peritissimis* verti.

Pag. 189. *οὐκ ἐνεγκόντες ἀνδρὸς δυσπαθήσαντας.* Verti, *Non sustinentes impetum hominum cum certa propemodum morte luctantium;* hoc est, præsentaneæ mortis metu extrema tentantium. Virg. *Una salus miseris nullam sperare salutem.* Suidas explicat δυσθανατῶντα, βιαίως τὸν βίον καταστρέφοντα.

Pag. 193, *νιφετῷ.* Verti *Ninguori:* servans vocabulum Apulei lib. *De mundo;* ubi antea legebatur *Nigrori.* Vide Notas meas in Aristotelem *De mundo,* ejusque interpretem Apuleium.

Pag. 197. *πρὸς τῇ θαλάττῃ παρατεταγμένῳ.* Rectius meo judicio παρατεταμένῳ.

Digitized by Google

Pag. 202. *διοιδαδόν*. Verti. *Ex ordine*, vel *deinceps*, ἑφεξῆς.

Pag. 205, *τῇ ὑστεραίᾳ, postridie*. Pers. *demum*. Ibid. *ἀνὰ τὸ στάδιον. ad unum circiter stadium* : tametsi non sum nescius στάδιον etiam significare locum prælio destinatum. Lin. 14, *κούφως ἀεὶ ἐσταλμένοι. leviter semper armati*, sive ἐσκευασμένοι. Pers. *quippe qui ad res vacuas semper inanesque mitterentur*. Quid hoc monstri?

Pag. 207. *παλαμναίῳ ξίφει*. Verti, *vindice gladio* ; homicidiorum scilicet. Nam παλαμναῖος est φονεύς. Et *παλαμνᾶσθαι* dicuntur qui διὰ παλάμης hoc est manu cædem committunt. Et Ζεὺς παλαμναῖος, qui ejusmodi homicidas punit. Non male quadrat huic loco dictum Servatoris nostri, πάντες οἱ λαβόντες (hoc est qui usurparint) μάχαιραν, ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται. Hoc vero παλαμναῖον ξίφος pag. 230, δικαστικὴν μάχαιραν vocat.

Pag. 217. *ὑπερβολὰς Καυκάσου* · hoc est ἀνορθώσεις, ut interpretatur Suidas, cacumina vel juga.

Pag. 220. *χρὴ δὲ οὐ τῇ ῥοπῇ*. Verteram *sceptrum*, insigne videlicet regium, quod Pindarus Dorice **351** vocat σκᾶπτον, unde et reges σκηπτοῦχοι vocantur Ῥοπὴν autem ea significatione acceperam ac *ῥόπαλον* · id est, clavam, adductus auctoritate Eustathii, qui *ῥόπαλον* etiam sceptrum dici posse affirmat, non tamen omne σκῆπτρον esse *ῥόπαλον*. Cum vero utramque sit βακτήριον, id est, baculus ; crediderim nihil aliud inter hæc discriminis fuisse quam quod *ῥόπαλον* summa sui extremitate incurvum fuerit ; σκῆπτρον, rectum. Varro autem nostri ævi ; magnus, inquam, ille Jos. Scaliger, qui felicissimis auspiciis in hanc academiam venit cum Agathias meus Græcus pariter et Latinus jam ad calcem vergeret, pro οὐ τῇ ῥοπῇ legendum censuit οὐ τῇ πόρπῃ, cui heroi, cum omnes rei litterariæ σκηπτοῦχοι merito assurgant, an non ego gregarius, ut ita dicam, et unus e multis qui Palladis castra sequuntur miles, concedam ? præcipue cum idem noster Agathias supra, lib. III, pag. 172, βασιλικὸν ἐμπερόνημα τῆς χλαμύδος vocet ; ubi Tzathem in regem Lazorum a Justiniano imperatore inauguratum, regiaque παράσημα sive insignia ei missa scribit.

Pag. 222. *Οἷς τῶν τιμωρῶν ἀρεῖται τούτων κεμεσῶμεν*. Putarim ponendam esse notam distinctionis post τὸ ἀνεῖναι ut ad τούτων subaudiatur ἕνεκεν, in quam sententiam etiam verti.

Pag. 225. *Καὶ τὴν περὶ ταῦτα σπουδὴν οὐχ ὥστε μόνον*. Trajecta esse verba monuit me idem Josephus Scaliger. Legendum itaque, καὶ τὴν περὶ ταῦτα σπουδὴν μόνον οὐχ, ὥστε πρὸς ὄνειδος· distinctionem tamen ponendam putarim post τὸ, οὐχ et post τὸ, γένος. Atque ita vertendum : *Studiumque suum tantum non in hoc collocabat, ut universum Romanorum nationem contumelia officeret. Adeo etiam hoc grave erat et valde manifestum hostilis animi argumentum. In quo vero præcipue laborabat et machinabatur aliud quid majus etiam hoc latebat.*

Pag. 227. *Ἡ γὰρ τὸ διαῤῥήδην*. Secutus filum verborum Agathii, verti *dicebat enim aperte*, etc. Sed accuratius locum perpendenti videntur verba illa, ἡ γὰρ τοῦτο διαῤῥήδην per parenthesin legenda, et pro μεμελετημένων legendum πεπλημμελημένων. Ut sit sensus : *fortitudinem id esse censens, regesque decere (dicebat enim hoc aperte). ad male facta adjungere impudentiam*, vel, *de iis quæ commissa sunt non erubescere.*

Pag. 228. *Τῷ γὰρ οὐ λίαν ἐνδηλον*. Τῷ interpretatus sum pro τίνι, quo fit ut lin. 15, post τὸ ἁρμόσασθαι ponendam censeam notam interrogationis.

Pag. 230. *δικαστικὴν μάχαιραν*. Supra pag. 207, vocavit παλαμναῖον ξίφος. Lin. 16, **352** ἐπὶ τοῖς ὀρεῦσιν ἥμενοι. Ὀρέες, vel ut Homerus eos vocat οὐρῆες sunt ἡμίονοι, id est, semiasini sive muli. Hodie in Hispaniis idem mos etiam retinetur ; ut facinorosi asellis insidentes ad supplicium A vectentur ; nisi forte aliquis primariæ nobilitatis sit, qui quidem mulæ insidet. Præcedunt etiam facinorosum præcones, alta, uti hic, voce proclamantes. *Esta es la Justicia que manda hazer su magestad a fulano* (additur enim nomen facinorosi et facinus ipsum), et ad extremum addit hoc epiphonema, *Quien tal haze que tal pague* : quæ formula eamdem fere habet sententiam quam hæc Agathiæ verba, παρεγγυῶντι δεδιέναι τοὺς νόμους, καὶ φόνων ἀδίκων ἀπέχεσθαι.

Pag. 237. *Τῷ ὀθνείῳ δέει*. Rectius ὀθνείων.

Pag. 239. *Ἀπεκάλουν*. Hoc est : ἐνεκάλουν. Lin. 10, ἐκ παρανοίας. Rectius fortassis ἐκ παρανοίας.

Pag. 251. *Τῆς στρατιᾶς ἡδομένων*. Collective dictum, ut Grammatici loquuntur, duriuscule tamen, nisi mavis legere τῶν τῆς στρατιᾶς. Lin. 15, ὑφελὼν ἠρέμα καὶ ὑποχαλάσας τοῦ νόμου τὸ λίαν ἀκριβὲς καὶ ἀτιθάσσευτον. Hoc est, *De summo jure nonnihil detrahens, legisque rigiditatem austeritatemque temperans atque edulcans.* Persona, *depresso paulatim ereptoque demum permagno illo superboque imperatorio nomine.* Lin. 15, ἐᾶσε μὲν τὸ ἐπίκλημα. *Remisit quidem crimen*, hoc est, condonavit. Pers. *Titulum quidem ipsi permisit* : sed infinitum esset hujus hominis ineptias persequi.

Pag. 252. Ab his verbis ἦν δέ τις, etc., ad illa verba usque καὶ τοῖς ἐξῆς ἐπιχειρητέα pag. 255, omissa sunt a veteri interprete.

Pag. 258. *Καὶ ὅπως ὄντινα τρόπον*. Vel τὸ, ὅπως, *παρέλκει* · vel. ex sententia Jos. Scaligeri ἐποίόν τινα, etc.

Pag. 266. *Φειδοῖ τοῦ παιδὸς καὶ τῶν κειρῶν τῆς κηδεμονίας νομίμων*. Hoc est, *respectu pueri et communium curationis pupillaris legum.* Antea enim ἡγεμόνα, id est, curatorem ei institutum Isdigerdim dixit. Est autem κηδεμών, ἐπιμελητής· et κηδεμονία, ἐπιμέλεια. Pers. *sive quia parceret puero, communibusque liberis procreandis et legibus.* Quid somnias, Romane ? Nihilo vero magis placet interpolator, vertens *et communis in adoptione juris.*

Pag. 282. *Ἔτι τε τὰ ὑπὲρ τῶν ὁμμάτων συμπόσια ἐτελεῖτο*, verti, *convivia natalitia agitabantur.* Tertullianus lib. *De Idololatria* : *Circa officia vero privatarum et communium solemnitatum, ut togæ, purpuræ, ut sponsalium, ut nuptialium, ut nominalium* : quibus in verbis notandus **353** est ordo et series ipsa festorum, quæ inter Saturnalia censeri possunt, ut et Strenarum, quæ inter omnes populares agitabantur, ut Septimanii inter montanos, et Brumæ de quibus etiam alibi Tertullianus. Erant inter Saturnalia etiam inter Christianos et Nominalia. Lin. 8, ἐκ τοῦ Εὐξείνου. Rectius fortasse διὰ τοῦ Εὐξείνου, ut Ptolemæus loquitur. Lin. 16, καὶ ἦχός τις βαρὺς καὶ ἄγριος ὥσπερ χθονία βροντὴ ἐκ τῆς γῆς ἀναπεμπομένη, etc. Hoc genus terræmotus, Aristoteles lib. *De mundo* μυκητίαν vocat, inquiens, γίνονται δὲ καὶ μυκητίαι σεισμοὶ σείοντες τὴν γῆν μετὰ βρόμου. Seneca *Natur. quæst.* lib. VI. Antequam terra moveatur, solet mugitus audiri, ventis in abdito tumultuantibus.

Pag. 283. *Νιφετῷ ὀλίγῳ ὑπερβαλναντο*. Verti, *Ninguore minuto.* Pers., *Leviter cadente nive.* Longe a mente auctoris. Differentiam nivis et ninguoris vide apud Aristotelem *De mundo*, et Notas in eum meas. Lin. 22, ἐπίνειον. Navale. Pers. arcem facit.

Pag. 285. *Ὅτι τε αἱ γραπταὶ σανίδες καὶ τὰ ῥάκη τὰ ὑποπόρφυρα εἰς τόδε αὐτῷ ἀπετελεύτησαν*. Significat falsis criminationibus divites ab Anatolio majestatis pulsatos, ut eo nomine proscriberentur, et eorum bona fisco vindicarentur. Quare applicabat eorum postibus apices imperiales cum purpura, quibus proscribebantur. Est aliquid tale apud Cedrenum. Nam liberi damnatorum majestatis οὐ κληρονομοῦσι τῶν πατρίων

Digitized by Google

ὑπαρχόντων. Lin. 15, τὴν εἰς βασιλέα εὔνοιαν προϊσχόμενος. Hic locus facit, ut quæ antea περὶ γραπτῶν σανίδων dixit, non incommode intelligi posse videantur de crimine concussionis, quod nimirum prætextu mandati imperatorii et terrore potestatis, illicite ab opulentioribus multa extorsisset atque abstulisset, quod et indicat per ea quæ subdit, καὶ ταύτῃ ἅπαντα ἐσφετερίζετο.

Pag. 286. *Συνεχώρει*, Utitur eodem verbo infra pag. 317 Lin. 13, καθάπερ οἱ στιγματίαι. Ad hæc vero stigmata quibus scelerati non expiati, in hac vita, apud inferos cognoscuntur, elegans exstat locus apud Claudianum lib. II, ubi Rhadamantus ita ad Ruffinum:

Quid demens manifesta negas? en pectus [*insuæ.*
Deformant maculæ, vitiisque inolevit imago,
Nec sese commissa tegunt.

Cujus loci monuit me doctissimus juvenis flos nobilitatis Hollandicæ Janus Dousa F. Lin. 16, εὐτυχέστερος ἆρα ἦν ἐν αὐτοῖς ὁ πεπονθὼς τοῦ ἐσομένου. *Felicior fuerit qui jam punitus est* (in hac vita scilicet, utpote vel violenta morte, vel alio aliquo supplicio affectus, atque ita expiatus) *quam* **354** *qui puniendus manet*; nimirum postquam ex hac vita non expiatus violenta morte, decesserit. Hoc enim sequeretur ex sententia Platonis paulo ante allata. Neque enim illa est Platonis sententia, quam illi affingit interpolator Agathiæ, *feliciorem omnino putandum illum qui terræ motu exstinctus sit, quam qui salvus evaserit*: sed flagitiosum aliquem si terræmotu, utpote violenta morte expietur, feliciorem esse flagitioso qui e terræmotu servatus, post mortem flagitiorum suorum pœnas sit daturus. A quibus ille ut violenta morte expiatus liber est futurus. Neque enim illud τοῦ ἐσομένου significat, *Qui salvus evaserit*: ut vertit Persona, et interpolator sequitur, sed quem sospitem e terræmotu pœna post hanc vitam manet. Quæ sequuntur in Agathia, ab iis verbis Lin. 17, ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν τὴν ὄῤῥαν, etc., ad verbum λεγόντων pag. 287, omissa sunt ab interprete.

Pag. 293. *τῶν δὲ τῆς ὕλης ἁμαρτημάτων*. Verti, *defectuum terræ*, hoc est, vitiorum quæ terræ accidunt. Nam per ὕλην videtur significare terram ipsam. Ut et supra pag. 100, τοῦτο δὲ τῆς ὕλης χωρίον ποικίλα παθήματα ὑποδέχεσθαι πέφυκε.

Pag. 298. *Δρῶντες ἔτι τὰ εἰθισμένα*. Hoc est, *quæ consueverant agentes*. Persona quid sibi velit nescio, vertens, *secretum dum facerent*.

Pag. 302. De Sesto urbe loquens, quæ nulla alia re celebris est; quam Leandri amore et morte et Herus lucerna. Persona sibi plane similis, illud τῷ λύχνῳ τῆς Ἡροῦς vertit, *ex illo herοum cœtu*. Quo quid dici aut fingi potest absurdius?

Pag. 303. *Δεκατευτήριον*. Est etiam hodie Turcarum δεκατευτήριον, hoc est, ubi exiguntur decimæ et portoria mercium a mancipibus Turcarum. Fuit etiam qui Belgas δεκατευτηρίῳ omnibus sæculis inaudito onerare voluit, sed frustra.

Pag. 305. *διελέλυτο ἡ τοῦ ἐρύματος οἰκοδομία*. Suidas ita legit: Διέλυτο ἡ τοῦ μεγίστου κτίσματος οἰκοδομία. Lin. 8, οἰκείας Vide num rectius legi possit οἰκεῖα, hoc est, *sua*.

Pag. 309. Sequentia ab his verbis ἦσαν δὲ οὐ μάχιμοι usque ad hæc verba pag. 311, τὴν ἀργίαν omissa sunt a veteri Interprete.

Pag. 310. *Ἐν ταῖς προόδοις*. Frequentissima est hæc vox in Novellis Justiniani.

Pag. 312. *Καὶ τὴν νίκην ἀσμενεστάτην*. Suid. legit καὶ περιχαρῆς γε τὴν νίκην.

355 Pag. 313. *Ἠρέμουν*. Verti, *quieti substiterunt*. Pers., *taciti considerabant*.

Pag. 314. *Τὸ γὰρ ἔμμετρον παντάχοῦ φυλακτέον* interpretor, vitandum, cavendum, eaque ratione lego ἔκμετρον non ut videri alicui possit ἔμμετρον.

Pag. 316. *Καινοτομίας*. Verti, *insolentiam*, hoc est novitatem.

Pag. 317. *Ὠρμῶσαν*. Non incommode etiam legi potest ὀργῶσαν· dicitur enim etiam aliquis recte ὀργῶσαν ἔχει τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ μαθήματα Ὀργὴ enim est ἐπιθυμία.

Pag. 317. *Οἷς γὰρ συνεκεχώρητο*, etc. Eodem verbo utitur supra pag. 286, τοῖς δὲ ἐσπένδετο καὶ συνεχώρει.

Pag. 321. *Ἀμεταστρεπτί*. Hoc est ἄνευ παλιώξεως. Vide quæ supra annotavi ad pag. 34.

Pag. 322. *Ἀπειρηκότες*. Hoc est, κεκμηκότες, fessi.

Pag. 324. *Ἀποδρασμός*. Alibi ἀποδασμός, alibi ἀπόμοιρα· eadem significatione. Lin. 7, ὑπηνήτης Hoc est, ὁ ἄρτι ἐμπιπλάμενος τὸ γένειον τριχώσεως. Nam ὑπήνην dicitur ἡ ὕλη τρίχωσις τοῦ γενείου. Hom. *Od. Κ*. Νεηνίῃ ἀνδρὶ ἐοικὼς πρῶτον ὑπηνήτῃ, hoc est, γενειήτῃ. Gloss. veteres, γενειάζω Barbesco. γενειήτης, Barbescens, et γένειον barbamentum. Inepte Pers. vertit *pubescens*. Lin. 18, φροντιστήρια. Interpretatus sum philosophica collegia ad differentiam τῶν διδασκαλείων. Διδάσκαλοι enim proprie dicebantur poetæ dithyrambici, comœdi et tragœdi: φροντισταὶ vero dicebantur οἱ περὶ τὸν Σωκράτην διὰ τὸ φροντίζειν περὶ ἀλλήλων vel διὰ τὸ μηδέποτε παύεσθαι φροντίδος.

Pag. 325. *Ἀμίλλας τοῖς χρώμασι μεμερισμένας*. Verti, *certamina equestria coloribus distincta*. Notæ sunt ex Cassiodoro et aliis, quatuor aurigarum factiones, totidem anni temporibus coloribus suis respondentes, Prassina, veris viriditati: Rosea (sive potius Russea) æstatis incendiis; Caudida, Autumni nivibus; Cærulea sive Veneta, hibernis imbribus.

Pag. 326, *Ἀκροστόλια*. Ita dicuntur τὰ ἄκρα τῆς νηός. Apud Suidam in voce προέμβολα vitiose legitur ἀκρόστομα pro ἀκροστόλια.

Pag. 328 *Καὶ τὰς δρεπανώδεις τούτων αἰχμάς*. Videtur παρέλκειν vox τούτων· neque enim referendum est ad δοράτια, sed ad harpagines

Pag. 329. *Ἀχρήστου ποταμοῦ ἐμπιπλάμενοι*. Videtur per Sarcasmum insultare Barbaris ut ebriosis, et potui addictis. Verti itaque *insueto potione ingurgitati* sive repleti: ut pro ποταμοῦ legam ποτίμου· ἄχρηστον autem interpreter, non *inutilem*, sed *insuetatam*. Neque enim assueverant ingurgitandæ aquæ.

356 Pag. 330. *Ἐκ τῶν ναυαγίων φορᾶ*. Ita malo legere, quam φθορᾷ, ut significet fragmenta tabularum naufragarum undis jactata et ad ipsos delata: ναυάγιον enim non tantum naufragium, sed etiam fragmentum tabulæ significat. Virg.

Scuta virum, tabulæque, et Troia gaza per undas.

Pag. 333. *Ἀνόητον γὰρ καὶ ἄλλως τοῖς ἡττωμένοις συναδοξεῖν*. Antiquum obtinet Persona, vertens *Cum victis sentire, ubi conciliari victores possunt;* cum sit sensus: Extremæ dementiæ esse victis se adjungere et in societatem ignominiæ cum eis venire, cum liceat victoribus adjungi et communi cum eis laude frui.

Pag. 334. *Ἀλλ' ἡ μὲν παντελὴς τοῖνδε τοῖν γενοῖν ἀνατροπὴ καὶ ἡ κατάλυσις χρόνῳ ὕστερον ξυνηνέχθη*. Hoc est, *Absolutissima vero harum duarum nationum* (Utrigurorum videlicet et Cutrigurorum) *Postmodo accidit*. Pers. *Adeo ut generationem, hic prorsus amiserit*. At tu, lector, si libeat hujus versionem cum archetypo vel mea interpretatione conferre (nam ego paucula tantum ex innumeris erratis adnotavi), dices eum sensum communem amisisse, cum hæc sua deliramenta lectoribus obtrusit. Certe infinitis in locis perinde ac si ægrorum somnia narrantem alquem audias, ridebis.

Digitized by Google

S. DOROTHEUS ARCHIMANDRITA

NOTITIA

(Galland., *Veterum Patrum Biblioth.*, tom. XII, Proleg., p. xxvii, et p. 371.)

I. Dorotheus archimandrita Palæstinus, Joannem abbatem, illustrem Barsanuphii discipulum et *Prophetæ* titulo clarum, magistrum habuit : quos duos magnos senes ipsum novisse, cum ad abbatis Seridi cœnobium secessit, perhibet ejus discipulus qui vitam sancti Dosithei conscripsit. Meminit et ipse Dorotheus Seridi abbatis (*a*), sub cujus ductu monasticum institutum primitus professus est. Ex quibus temporum notationibus sub finem sæculi VI floruisse nostrum archimandritam arguunt Bollandiani (*b*), quibus accedit Fabricius (*c*), neque ab hac sententia longe recedere videtur Caveus (*d*). Nihil vero moror Oudinum, qui auctorem quo de agimus, modo ultra sæculi VII medium, modo sub ejusdem sæculi initium floruisse scribit (*e*). Porro sancti hujus abbatis res præclare gestas ex ejus potissimum Institutionibus asceticis contextas in quibus ille complura de se ipso testatur, litteris commendavit eruditus ex sociis Bollandianis Conradus Janningus (*f*). Quo autem anno e vivis excesserit vir beatus, haud plane compertum habetur.

II. Exstant insignis hujus archimandritæ Dorothei *Expositiones* sive *Doctrinæ XXIV*, opus egregium lectuque dignissimum, summopere probatum sancto Theodoro Studitæ, qui propterea inter præstantissimos ascetas hujusce operis auctorem recenset his verbis (*g*) : Ἐτι μὴν ἀποδέχομαι καὶ ἁπάντων τῶν θεοπεσίων Πατέρων, διδασκάλων τε καὶ ἀσκητῶν τοὺς βίους καὶ τὰ θεῖα συγγράμματα . . . . λέγω δὴ Μάρκον, Ἡσαΐαν, Βαρσανούφιον, Δωρόθεον καὶ Ἡσύχιον· *Omnium item divinorum Patrum, doctorum et monachorum vitas et divina scripta recipio . . . . . Marcum, inquam, Isaiam, Barsanuphium, Dorotheum et Hesychium.* Cujusmodi testimonium locupletissimum refert item, qui præfationem ad ejusdem Dorothei opus conscripsit (*h*). Porro editionem nostram ad eam exegimus, quæ prodiit Parisiis anno 1624, in Auctario Bibliothecæ Patrum Ducæano (*i*), ab editore aliquot in locis recensita ; ejusque conjecturis nonnullas quoque notas et emendationes attexuimus. Quibus præterea hic observationem aliam addere libet, quam post Albertum Rubenium (*j*) adnotavit Henricus Dodwellus in *Dissertatione de parma equestri Voodwardiana*. Curiosus itaque hic vir criticus locum excutit (*k*), quo Dorotheus colobium monachorum memorat his verbis (*l*) : Ἔχει δὲ τὸ κολόβιον ἡμῶν σημεῖόν τι ποτε πορφυροῦν, κ. τ. λ. Quæ quidem Dorothei verba non de militia *armata*, sed *palatina* et *comitatensi* esse accipienda statuit idem Dodwellus. Eumdem archimandritæ locum excitat enucleatque simul in utroque Glossario eruditissimus Cangius (*m*).

III. Versionem retinuimus Hilarionis Veronensis, monachi Benedictini e congregatione Casinensi, quam recognovit emendavitque Fronto Ducæus ; licet nobis præ manibus esset altera Chrysostomi Calabri, Casinensis item monachi, Cremonæ anno 1595 evulgata. Exstat alia quoque interpretatio Balthasaris Corderii, qui et Dorothei *Doctrinas* brevibus notis illustravit ediditque Antuerpiæ anno 1646. His addimus post Fabricium (*n*), duas circumferri versiones Gallicas ejusdem operis archimandritæ. Et alteram quidem adornavit Franciscus Boutonus in lucem editam Parisiis anno 1629. Qua de versione hujusmodi tulit judicium Raynaudus (*o*) : *Franciscus Boutonus sanctum quoque Dorotheum Gallice fecit e Græco, quod, dum mentem ascetici illius lectissimi pabuli usu reficeret, et Latinis Græca componeret, observasset, pleraque non modo in Hilarionis Veronensis, quæ*

(*a*) Doroth. Doctr. I, § 15, et Doctr. IV, § 9.
(*b*) Bolland. *Act. SS., Jun.* tom. I, p. 592, num. 4.
(*c*) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. VI, pag. 145, not. *, et tom. X, pag. 160,
(*d*) Cav. *Hist. litter.* tom. I, pag. 572.
(*e*) Oudin. *Comment. de scriptor. eccl.* tom. I, pag. 1628 et 1655.
(*f*) *Act. SS.* l. l. pagg. 596-605.
(*g*) Theod. Stud. *Testam.* cap. 4, inter Opp. Sirmond. tom. V, pag. 81, edit. Paris.
(*h*) Anonymi Præfatio ad Doroth. Doctrinas.
(*i*) Duc. *Auctar.* tom. I, pag. 742.
(*j*) Ruben. *De re vestiar.* lib. I, cap. 18.
(*k*) Dodw. *Dissert. de parma equestr. Voodward.*, cap. 21, pag. 77, edit. Oxon. 1715.
(*l*) Doroth. Doctr. I, § 15.
(*m*) Cang. *Glossar. Græc.* tom. I, pag. 684, et tom. II, p. 506 ; *Glossar. Latin.* tom. II, p. 724 nov. edit.
(*n*) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. VI, pag. 145, et tom. X, pag. 164.
(*o*) Raynaud. *Hagiolog. Lugd.* pag. 91, sub fin.

Digitized by Google

aperte misera est et mendosissima, sed etiam in politiore et venustiore Chrysostomi Calabri Latina interpretatione, peccari. Aliter tamen quam Raynaudus de Hilarione Veronensi censuerunt viri docti, quos inter Josephus Scaliger (*p*). Vide sis cl. Maffejum (*q*). Altera vero Gallica versio quæ prodiit Parisiis anno 1686 auctorem agnoscit Joannem Arnaldum Butellerium Rancæum, notiorem deinceps sub nomine abbatis Trapensis (*Abbé de la Trappe*), de quo viro Græce doctissimo Gallicum Diarium eruditorum consulas velim (*r*).

(*p*) Scalig. *De emendat. tempor.* Prolegom. pag. xxviii, et lib. vi.

(*q*) Maffei *Veron. illustr.* lib. iii, pag. 114.

(*r*) *Journal des Savants* 1686, pag. 551.

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΔΩΡΟΘΕΟΥ

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΙ ΨΥΧΩΦΕΛΕΙΣ ΔΙΑΦΟΡΟΙ.

S. P. N. DOROTHEI

EXPOSITIONES ET DOCTRINÆ DIVERSÆ,

ANIMABUS PERUTILES.

Ex interpretatione Hilarionis Veronensis recognita et emendata.

371 ANONYMI PRÆFATIO.

Cum duo Dorothei, totidemque Barsanuphii fuerint, quorum alteri Severi errores defenderunt, alteri sanam doctrinam et pietatis exercitia retinuerunt; sciendum est eorum ipsorum qui recte senserunt, in hoc libello mentionem fieri. Quem et virtutum præcepta tradentem, et quæ animam quoque meliorem reddere possint, docentem, nobis amplectendum esse sciamus. Idque eo magis, quod beati ejus Dorothei, qui inter sanctos Patres et recte sentientis et laudati viri nomen tulit, citra controversiam hic labor est: ac nequaquam alterius illius nova atque aliena opinantis ac male consiliati hominis. Cujus rei Theodorus pater noster Christique confessor, qui studiorum omnium eruditione et sapientia præcellere putatur, testis est locupletissimus. Qui cum in supremo suo elogio quod inter discipulos condiderat, suæ fidei confessionem edidisset, et impiarum de Deo et vera religione opinionum auctores ad unum omnes sua hæreditate indignos judicasset, inter cætera inquit: « Omnia quidem a Deo tradita Novi et Veteris Testamenti volumina agnosco: ac prætorea sanctorum divinorumque Patrum et doctorum vitam ac scripta approbo. Quæ quidem propter aperte perniciosam Pamphili doctrinam dico, qui ex Oriente adventitans, sanctos illos viros, Marcum, Isaiam, Barsanuphium, Dorotheum nomine, illos Acephalorum

A

ΑΝΩΝΥΜΟΥ ΠΡΟΛΟΓΟΣ.

Ἰστέον ὅτι δύο γεγόνασι Δωρόθεοι καὶ δύο Βαρσανούφιοι· οἱ μὲν, τὰ Σεβήρου νοσήσαντες, οἱ δὲ ὀρθοδοξίαν καὶ τελείαν ἄσκησιν ἀσπασάμενοι. Καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ ἐμφερόμενοι τῇδε τῇ βίβλῳ· ὅθεν καὶ ἀποδεκτέαν ταύτην ἔχομεν καὶ ἐνάρετον καὶ ψυχωφελῆ ὅτι μάλιστα, ὡς τοῦ μακαρίου Δωροθέου, τοῦ ὀρθοδόξου καὶ ἐπισήμου φανέντος ἐν τοῖς Πατράσι, τῷ ὄντι ὑπάρχουσαν πόνημα, καὶ οὐ τοῦ ἑτερόφρονος καὶ σκαιοῦ. Καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ἡμῶν καὶ τοῦ Χριστοῦ ὁμολογητὴς Θεόδωρος ὁ τῶν Στουδίου πεφῃνὼς πάνσοφος ἡγούμενος, ἐν τῇ διαθήκῃ τῇ πρὸς ἑαυτοῦ μαθητὰς εὖ μάλα ἐδίδαξε μετὰ τὸ ὑποσημήνασθαι τῆς ἑαυτοῦ πίστεως τὸ φρόνημα, καὶ ἀποκηρύξαι συλλήβδην τοὺς ἀθέους αἱρετικούς, φήσας οὕτως προσέτι· « Καὶ πᾶσαν βίβλον θεόπνευστον Παλαιᾶς τε καὶ Νέας Διαθήκης ἀποδέχομαι· ἔτι γε μὴν καὶ πάντων τῶν ἁγίων τῶν θεσπεσίων Πατέρων, διδασκάλων τε καὶ ἀσκητῶν τοὺς βίους τε καὶ τὰ θεῖα συγγράμματα. Τοῦτο δὲ εἴρηκα διὰ τὸν φανερωθλαβῆ Πάμφιλον τὸν ἀπὸ ἀνατολῆς φοιτήσαντα, καὶ τούσδε τοὺς ὁσίους διαβαλόντα, λέγω δὲ Μάρκον, Ἡσαΐαν, Βαρσανούφιον, Δωρόθεόν τε καὶ Ἠσύχιον· οὐ μὲν Βασανούφιον, καὶ Ἡσαΐαν, καὶ Δωρόθεον, τοὺς τῶν Ἀκεφάλων συνακεφάλους, καὶ τοὺς λογομένους Δεκακεράτων συνομοκεράτους, καὶ ὑπὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Σωφρονίου ἐν τῷ λιβέλλῳ αὐτοῦ ἀναθεματιζομένους· ἑτέρων δηλόνοτι παρὰ τούσδε ὄντων τῶν προειρη-

Digitized by Google

ρέων· οὓς ἐγὼ πατροπαραδότως ἀποδέχομαι διὰ ἐρωτήσεως τοῦ ἤδη ἀρχιερατεύσαντος Ταρασίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου· ἑτέρων τε ἀξιοπίστων προσώπων αὐτοχθόνων τε καὶ ἀνατολικῶν. Καὶ τὰ τὸ καὶ τὴν εἰκόνα Βαρσανουφίου ἐν τῇ θείᾳ ἐνδυτῇ τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας συνίστασθαι ἁγίοις Πατράσιν, Ἀντωνίῳ, Ἐφραΐμ καὶ ἑτέροις· καὶ ὡς μήτι ἐν ταῖς διδασκαλίαις αὐτῶν εὑρηκὼς ἀσέβημα, τοὐναντίον δὲ καὶ πολλὴν ψυχικὴν λυσιτέλειαν. » Ἰδοὺ τοίνυν διευκρινήσατο ὁ μέγας πατὴρ ἡμῶν Θεόδωρος τὴν τῶν ἑκατέρων Δωροθέων δόξαν, καὶ τὴν τοῦ ἐνταῦθα ἐμφερομένου διδασκαλίαν, ὡς ὠφελιμωτάτην εἶναι ἀπεφήνατο· ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν ἀληθῶς ψυχωφελὴς πάνυ· καθ' ἣν ὁ ἀκριβαζόμενος τὸν ἑαυτοῦ βίον, εἰς τὸ τέλειον μέτρον ἐν Χριστῷ τῆς ἀρετῆς ἐλάσει· καὶ τῷ τῆς ἀπαθείας στεφάνῳ ἐφθακὼς ἐγκοσμηθήσεται, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς μετὰ τῶν ἁγίων ἀξιωθήσεται.

A propugnatores qui et ipsi sine capite sunt, aut eorum qui δσχαχεράται dicuntur, conjuratos, a sancto Sophronio tabella anathematis confixos, intelligo. Ab his enim longe diversissimi sunt superiores illi : quos non solum ex sanctissimo patriarcha Tarasio qui hoc tempore summo sacerdotio præest, sed ex aliis quoque fide dignis hominibus tam indigenis quam in Oriente natis, per manus parentum nobis quasi traditos audiens, amplector venerorque. Accedit his quod Barsanuphii imago in Magna ecclesia juxta sanctos Patres Antonium, Ephraim aliosque rite dicata et collocata visitur. » Quamobrem cum in horum doctrina nullam impietatem, sed contra potius adjumenti ad animi perfectionem plurimum magnus parens noster Theodorus deprehenderet, B certis limitibus utriusque Dorothei doctrinam distinxit : ac ejus qui in hoc libro celebratur, dogmata, ut revera ad animi salutem commodissima, ita utilissima esse demonstravit : ad quorum normam, qui suam ipsius vitam diligenter instruxerit et examinarit, ad virtutis Christianæ perfectam mensuram facile perveniet et tranquillitate omniumque perturbationum vacuitate ornabitur unaque cum sanctis vitam æternam consequetur.

Ἐπιστολὴ πρὸς τὸν αἰτήσαντα ἀδελφὸν πεμφθῆναι αὐτῷ τοὺς εὑρεθέντας λόγους τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Δωροθέου.

272 *Epistola ad fratrem qui petebat sibi mitti doctrinas inventas sancti Patris Dorothei.*

Α'. Ἐπαινῶ σου τὴν προαίρεσιν, μακαρίζω τῆς περὶ τὸ ἀγαθὸν σπουδῆς τὴν εὐλογημένην σου καὶ φιλόκαλον, ὡς ἀληθῶς, ψυχήν, ἀδελφὲ ποθεινότατε. Τὸ γὰρ οὕτω φιλοπόνως ἐρευνᾷν καὶ γνησίως ἐπαινεῖν τὰ κατὰ τὸν ὄντως μακάριον καὶ ἀξιόθεον ἡμῶν πατέρα, τὸν τῆς δωρεᾶς τοῦ Θεοῦ φερώνυμον· ἀρετήν ἐστιν ἐπαινεῖν, τὰ μετὰ τὸν οὕτως μακάριον, καὶ Θεὸν C ἀγαπᾷν, καὶ μεριμνᾷν περὶ τῆς ὄντως ζωῆς· ζῆλου γὰρ κατὰ τὸν μακάριον Γρηγόριον, ὁ ἔπαινος πρόξενος· ζῆλος δὲ, ἀρετῆς· ἀρετὴ δὲ, μακαριότητος. Χαίρειν οὖν ἔστι καὶ συγχαίρειν, ὡς ἀληθῶς, ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ σου προκοπῇ· ἐκεῖνον γὰρ ἔοικας ἰχνηλατεῖν, τὸν τοῦ πράου μιμητὴν καὶ ταπεινὸν τῇ καρδίᾳ· ὃς τὴν νοητὴν Πέτρου καὶ τῶν κατ' αὐτὸν ἀποταγὴν θεωρήσας, οὕτως ἑαυτὸν τῆς τῶν ὁρωμένων ἐξέδυσε προσπαθείας, οὕτω τοῖς ἑαυτοῦ κατὰ Θεὸν ἑαυτὸν ἐξέδωκε πράγμασιν, ὡς μετὰ παῤῥησίας, εὖ οἶδα, καὶ αὐτὸν πρὸς τὸν Σωτῆρα λέγειν, ὅτι *Ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι.* Ὅθεν ἐν ὀλίγῳ σὺν Θεῷ τελειωθεὶς, ἐπλήρωσεν χρόνους μακρούς· οὐκ αἰσθηταῖς μὲν ἐρημίαις, καὶ ὄρεσιν ἐνδιαιτώμενος, οὐδὲ τὸ ἄρχειν σωματοβόρων θηρίων ἐν μεγάλῳ τιθέμενος· τῆς δὲ ψυχῆς τὴν ἐρημίαν D ἀσπαζόμενος, καὶ ὄρεσιν ἐγγίζειν ἐπιποθῶν αἰωνίοις, φωτίζειν θαυμαστῶς ἐπιστάμενος, καὶ ψυχοκτόνων κεφαλὰς πατεῖν ὄφεων καὶ σκορπίων· ὧν καὶ συντόμως τῇ τοῦ Χριστοῦ συνεργίᾳ τυχεῖν ἠξιώθη διὰ τῆς τοῦ ἰδίου θελήματος ἀθλητικῆς ἀναιρέσεως· ἧτις αὐτῷ τὴν ἁπλανῆ τῶν πατέρων ὁδὸν προεξένησεν· ἧτις ἐλαφρὸν αὐτῷ τὸ μακάριον ἀπέδειξε φορτίον, καὶ τὸν σωτήριον καὶ χρηστὸν ζυγὸν, χρηστὸν ὡς ἀληθῶς ἐφανέρωσεν.

1. Laudare cogor propositum tuum, prædicare studium et diligentiam, benedicere decoram, inquam, et pulchram animam tuam, frater optatissime. Tam studiose enim scrutari, tam sincere laudare beatissimum ac Deo dignissimum patrem nostrum, Dei donum nomine referentem; hoc utique virtutem laudare est, hoc Deum amare, et rationem alterius ac veræ vitæ habere. Æmulationis enim causa laus est (ut ait divus Gregorius); æmulatio autem virtutis, virtus vero beatitudinis. Congaudendum igitur et congratulandum est huic tanto profectui tuo. Illum enim visus es imitari, qui æmulator esset veri mansueti atque humilis corde, qui et Petri mentem et ejusdem abdicationem secutus, ita harum quæ videntur rerum affectu et amore omni se exuit, ut pari fiducia, quod ipse novi, posset cum Petro ad Dominum dicere : *Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te* [a]. Quare divina ope ad summam perfectionem brevi perveniens, longos annos explevit : non deserta loca peragrans, non montibus victitans, non feris crudelibus imperare pro magno reputans, non in vasta solitudine degens, sed animæ quietem suspirans, ardensque propius accedere ad montes illos æternos, consuetos mirabilem in nos lucem fundere, et serpentum scorpionumque capita qui animas perimunt, conterere. Ad quos tandem Dei auxilio promeruit feliciter pervenire, pessumdata prius tamen et humiliata agonico certamine propria voluntate, quæ rectum illi Patrum et majorum nostrorum callem præmonstraret, quæ leve beatitudinis onus et salutiferum ac suave jugum ostenderet.

[a] Matth. XIX, 27.

Digitized by Google

II. Et verum, inquam, bonum quærenti prænonstratum est, humilitas scilicet : ex qua directam et optimam cœli semitam potuit prænoscere, juxta illud : « Misericors esto et mansuetus, opere sermonem sanctorum seniorum excipiens. » His itaque tantis ornatus virtutibus, semper illud in ore gerelat beatus ille vir quod a senioribus sanctis acceperat, quicunque scilicet ad præcidendam propriam voluntatem studiose intendisset, in locum quietis perventurum. Ut enim invenit quod diligenter quæsivit, omnium quidem malorum radicem, amorem proprium et affectum, voluntati nostræ complicatam, efficaci hac medicina usus emaceravit radicem et mala germina : factusque incorruptibilium frugum cultor, immortalis vitæ fructus produxit. Cumque delitescentem in agro thesaurum, et studiosissime quæsitum tandem invenisset, possedit, et prædives factus est non inaniter. Vellem equidem et idoneus satis esse, qui mente et lingua possem sancti viri vitam, ita ut meretur, exponere in commune omnium commodum et virtutis typum excellentissimum : quo pacto vir ille sanctissimus angustam et latam viam præter omnium opinionem incesserit : et hoc quidem ob integritatem, sinceritatem et custodiam : nec in alterum præcipitosi excessus et anfractus **373** rueret. Sic enim et vere magnus Basilius Dei summi amicus angustiam salutaris et afflictæ viæ definit. Illud autem ob affectus proprii mortificationem, et fidem quam habuit erga eos qui se ad Deum ducerent, ob profundum quoque humilitatis ejus, quæ sola (ut aiebat divus Antonius) diaboli laqueos superat et abrumpit. Quare in ipso quam verissime illud completum est : *Latum mandatum tuum nimis* [b].

III. Sed hoc tanquam minus potens missum faciam. Novi autem ex reliquis viri sancti virtutibus illa inesse quæ foris a philosophis collegerat. Qui quidem, ut apes prudentissima, flores legens, quidquid utilitatis invenisset in eis, eligebat, et opportuno tempore non inaniter in doctrinam discipulorum fundebat. Quale illud : *Ne quid nimis ; Cognosce te ipsum :* et alia plurima hujusmodi, quæ in utilitatem animarum essent. Quare etsi propositum meum et institutum fidele debilitas ac tenuitas ingenii repellat; tamen, quia id mihi oneris imposuit anima tua ornatissima, aggressus sum quod jussisti, fretus id oneris obedientiæ virtuti nunquam grave futurum, et veritus ne mihi inscitiam et negligentiam vitio verteres. Jamque una cum litteris meis ad vos trapezitas Dei optimos talentum quod apud me otiosum erat, misi : viri sancti sanctas disciplinas, quas et ipse a majoribus suis acceperat, et discipulis posteris impertierat, faciens dolensque ut primus et verus præceptor noster atque Salvator. Omnes autem doctrinas ejus invenire non potui ; at perpaucas admodum, et has etiam sparsim, per studiosos quos tam divina Providentia collectas. At

A Β'. Ἐξ ἧς ἀρίστην ἔμαθεν ὕψους ὁδὸν, τὴν ταπείνωσιν, καὶ τὸ, Ἐλεήμων γίνου καὶ πρᾶος, ἔργῳ καὶ κατὰ τὸν λόγον τῶν ἁγίων γερόντων παραλαβὼν, πάσαις διὰ τούτων ἐκοσμήθη ταῖς ἀρεταῖς· ὅθεν ἐπὶ στόματος ἐκεῖνο ἀεὶ τὸ γεροντικὸν ἔφερεν ὁ μακάριος, Ὁ φθάσας, λέγων, εἰς τὸ κύφαι τὸ ἴδιον θέλημα, ἔφθασεν εἰς τὸν τόπον τῆς ἀναπαύσεως. Ἐπειδὴ γὰρ εὗρε, καθὸ καὶ ἀξίως ἐζήτησεν, πάντων μὲν ῥίζαν οὖσαν τῶν παθῶν τὴν φιλαυτίαν· ταύτην δὲ, τῷ γλυκυπίκρῳ ἡμῶν συνισταμένην θελήματι, τῷ δραστηρίῳ τούτῳ φαρμάκῳ χρησάμενος, συνελομαραίνει τῇ ῥίζῃ, καὶ τὰ πονηρὰ βλαστήματα, καὶ γίνεται ἀθανάτων εἰλικρινὴς γεωργὸς, καὶ καρποφορεῖ τὴν ὄντως ζωὴν, τὸν ἐγκεκρυμμένον τῷ ἀγρῷ
B θησαυρὸν καλῶς ὑπ' αὐτοῦ ζητηθέντα καὶ εὑρεθέντα κτησάμενος, καὶ πλουτήσας ὄντως, τὰ μὴ κενούμενα. Ἐβουλόμην μὲν οὖν ἱκανὸς εἶναι καὶ γλώσσῃ καὶ διανοίᾳ, ὡς ἀξιωθῆναι καὶ τὸν ἅγιον αὐτοῦ κατὰ μέρος ἐκθέσθαι βίον, εἰς κοινὸν ὄφελος καὶ τύπον ἀρετῆς ἀκριβέστατον· ὅπως τε τὴν στενὴν καὶ εὐρύχωρον ὁδὸν καὶ παράδοξον ὁ μακάριος ἐκεῖνος ἀνέδραμε· τὸ μὲν, διὰ τὸ ἁπλανὲς καὶ ἀδιάχυτον, καὶ τῆς κρημνώδους ἑφ' ἑκάτερα παρεκβάσεως φυλακτικόν. Οὕτω γὰρ τοῦ Θεοῦ φίλος, καὶ μέγας ὄντως Βασίλειος, τὸ στενὸν τῆς τεθλιμμένης ὁδοῦ καὶ σωτηριώδους ὁρίζεται· τὸ δὲ, διὰ τὸ ἀπροσπαθὲς καὶ πρὸς
C τοὺς ἄγοντας αὐτὸν ἐπὶ τὸν Θεὸν ἐλευθέριον, καὶ μάλιστα, τὸ τῆς ταπεινώσεως ὑψηλὸν, τὸ μόνον, κατὰ τὸν μέγαν Ἀντώνιον, πασῶν τῶν τοῦ διαβόλου παγίδων ἀνώτερον. Διὸ καὶ ὑπ' αὐτῷ ὡς ἀληθῶς ἐπληροῦτο τὸ, *Πλατεῖα ἡ ἐντολή σου σφόδρα.*

Γ'. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὡς ἀδυνάτως ἔχον, ὑπερβήσομαι. Οἶδα γὰρ πρὸς ἅπασι τοῖς τοῦ μακαρίου καλοῖς, καὶ ταῦτα δὴ, τὰ τῶν ἔξωθεν λεγομένων φιλοσόφων· ἅπερ κατὰ τὴν σοφὴν ὄντως μέλισσαν ἀνθολογῶν φέροντά τι χρήσιμον εὕρισκεν, ἀόκνως ἑαυτὸν εἰς διδασκαλίαν ἐν καιρῷ προβαλόμενος· οἷον τὸ, *Μηδὲν ἄγαν, Γνῶθι σεαυτὸν*, καὶ τὰ τοιαῦτα, πρὸς ἅπερ, εἰ καὶ μὴ προαίρεσις εὐγνώμων, ἀλλά γε τὸ τῆς ἀδυναμίας ἀναγκαῖόν με, καθὼς εἴρηται, συνελαύνει. Ὅ δέ μοι ἡ σπουδαία καὶ φιλόκαλος ὑμῶν
D ἐκέλευσε ψυχὴ, τοῦτο δὴ θαῤῥῶν καὶ πεποίηκα· τό τε βαρὺ τῆς παρακῆς ὑφορώμενος, καὶ τὸ τῆς ἀντηρίας δεδοικὼς ἐπιτίμιον· καὶ δὴ τοῖς παροῦσι συναπέστειλα γράμμασιν ὑμῖν τοῖς φρονίμοις σὺν Θεῷ τραπεζίταις, τὸ κείμενον παρ' ἐμοὶ ἀργὸν τάλαντον, τὰς εὑρεθείσας λέγω τοῦ μακαρίου διδασκαλίας, ἃς τε αὐτὸς ἐκ τῶν αὐτοῦ παραλαβεῖν ἠξιώθη πατέρων, καὶ ἃς τοῖς ἰδίοις μαθηταῖς παραδέδωκε, κατὰ τὸν πρῶτον ἡμῶν καὶ ἀληθινὸν καθηγητὴν καὶ Σωτῆρα ποιῶν τε καὶ διδάσκων. Εἰ δὲ καὶ μὴ πάντας αὐτοὺς τοὺς ἁγίους εὑρεῖν δεδυνήμεθα λόγους, πάνυ δὲ ὀλίγους, καὶ τούτους σποράδην ὑπὸ σπουδαίων τινῶν προνοίᾳ Θεοῦ συνειλεγμένας, ἀλλ' οὖν ἱκανὸν ἔστω

[b] Psal. cxviii, 96.

Digitized by Google

σου τῇ δεξιότητι καὶ τὸ βραχὺ παραστῆσαι, κατὰ τὸ, *Δίδου σοφῷ ἀφορμήν, καὶ σοφώτερος ἔσται.*

A tibi par erit pro tua dexteritate et hanc brevitatem approbare juxta id : *Da sapienti occasionem, et sapientior erit* [c].

[c] Prov. IX, 9.

Πρότερον δὲ, ἐν συντομωτέρῳ, καὶ τὰ κατὰ τὸν μακάριον Δοσίθεον, τὸν γενόμενον πρῶτον μαθητὴν τοῦ μακαρίου ἀββᾶ Δωροθέου ἔτι ὄντος αὐτοῦ ἐν τοῖς τοῦ ἀββᾶ Σερίδου, καὶ τὸν ἀγῶνα τῆς κατὰ Χριστὸν ὑποταγῆς ἐξανύοντος.

Sequentia non habentur in Græco.

Quale enim fuerit sancti viri propositum ad monasticam conversionem a Deo adducti, quam idoneam et accommodatam vitam elegerit, animo mecum repeto. Et hinc quidem summam ipsius animæ obedientiam erga patres suos, puram abdicationem, simplicitatem conscientiæ, studium et diligentiam atque omnia in cognitione fundata : hinc fidei constantiam, charitatem et perfectionem. Ad confratres, consocios, affabilis erat et verecundus, alacer, benignus, clemens, etiam cum præesset, non suspiciosus, non deses, non otiosus, non contumax, non contentiosus ; quæ robora sunt nullum judicandi et nihil sumendi. Concordiam quoque unanimitatemque super mel dulcia semper fovebat. At vero ad opera studiosus, diligens, prudens, attentus, mitis cum omni probitate, exemplum bonorum morum. Ad res autem gerendas accuratus et venerabilis, bonitatis amator et pulchritudinis, nil perperam agens, divino quodam ingenio et discretione quosvis superans. In cunctis humilis, gratus, fortis, et constans, sobrius et sollicitus atque cogitabundus. Sed quid opus est per singula discurrere ? Simile quid facturus videor cum eo qui voluerit vel stillicidii guttas, vel undas maris dinumerare. Æquum est autem quam proposueram metam non excedere, et vobis quoque partem aliquam dulcis hujus inquisitionis relinquere, ut pariter his deliciis fruamini mecum, discatisque qua hic via, sanctitate, urbanitate in divinam doctrinam et animarum salutem ita deductus sit, ab eo qui omnia gubernat, et providentia disponit : compatiens, inquam, et benevolus Pater, perdignus qui animas instrueret et illuminaret : magnus intellectu, major in obsequio, sublimis in contemplatione, sublimior in humilitate, dives in Deo, pauper in spiritu, dulcis eloquio, dulcior occursu, doctus medicus in quemcunque volueris morbum. Qui ægritudinem divitibus, mendicis, sapientibus et insipientibus, feminis, viris, senibus, junioribus, afflictis, lætis, advenis, suis conjunctis, solis imperantibus, dominis, servis, subditis, liberis ; sanctam illam et variam innumeramque œconomiam cunctis hominibus uti talentum impertiens, et omnibus omnia factus, sicque plurimos perlucratus. Sed jam hora est, amantissime, ut mensam sermonis suavissimi apponam : cujus unaquæque pars et dictio etiam minima non minimum affert commodum et utilitatem. Nam divino vere et admirabili eloquio fuit vir ille, sed humili et pedestri oratione repere voluit ob humilitatis exemplum, et inornatum sermonem exculto ubique prætulit. Tu igitur sincero hoc studio et beatitudinis fructu enutrire, alere hujusmodi viatico et cibo. Accede ad sanctam urbanitatem quam diu optasti, et pro languore meo sedulo supplicato.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΒΒΑ ΔΩΡΟΘΕΟΥ

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ Α'.

Περὶ ἀποταγῆς.

SANCTI DOROTHEI ABBATIS

DOCTRINA I.

De renuntiatione.

Α'. Ἐν ἀρχῇ ὅτε ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ [καθὼς λέγει ἡ θεία ἁγία Γραφὴ] κοσμήσας ἁπάσῃ ἀρετῇ· δοὺς αὐτῷ ἐντολὴν τοῦ μὴ φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τοῦ ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου. Καὶ ἦν ἐν τρυφῇ τοῦ παραδείσου, ἐν εὐχῇ, ἐν θεωρίᾳ, ἐν μέσῃ δόξῃ καὶ τιμῇ, ἔχων σώας τὰς αἰσθήσεις· καὶ ὧν ἐν τῷ κατὰ φύσιν καθὼς καὶ ἐκτίσθη. Κατ' εἰκόνα γὰρ Θεοῦ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, τοῦτ' ἔστιν ἀθάνατον, αὐτεξούσιον, κεκοσμημένον πάσῃ ἀρετῇ. Ὅτε δὲ παρέβη τὴν ἐντολὴν καὶ ἔφαγεν ἐκ τοῦ ξύλου οὗ ἐνετείλατο αὐτῷ ὁ Θεὸς μὴ φαγεῖν αὐτὸν, τότε ἐξεβλήθη τοῦ παραδείσου, καὶ ἐξέπεσε τοῦ κατὰ φύσιν, καὶ ἦν ἐν τῷ παρὰ

B **374** I. Principio factus homo a Deo [d], in paradiso voluptatis est positus (ut sacræ Litteræ fatentur), ornatus, inquam, omni virtute, præcepto tamen astrictus, ne de ligno esset, quod in medio paradisi positum erat. Sicque inter paradisi delicias orabat, contemplabatur, in omni gloria et honore erat, sensibus integris et validis, secundum naturæ suæ ad quam conditus erat, habitum. Ad imaginem quippe suam fecit Deus hominem, immortalem scilicet, liberum, ornatum omni virtute. Ubi autem transgressus est præceptum, et de ligno edit, quod ne ederet præceperat ei Deus, dejectus illico est ab ipso paradiso, decidit a naturali statu in eum

[d] Gen. II, 15.

Digitized by Google

qui suæ naturæ adversus erat, hoc est, in peccatum, in ambitionem, in amorem præsentis vitæ, et cæteras passiones innumeras, succumbens illis et parens in omnibus. Servum enim seipsum fecerat ob transgressionem. Tunc igitur augeri paulatim malitia et dominari mors cœpit : nusquam religio, nusquam pietas erat. Ubique ignorantia Dei, paucique admodum patres ex naturæ lege edocti Deum agnoscebant : quales Abraham cæterique patriarchæ et Noe et Jacob, et, ut breviter dicam, perpauci et rari. Tunc prodidit hostis omnem versutiam suam, tunc dominari iniquitas et injustitia, tunc cœpta est idololatria, tum varius deorum cultus, tum præstigiæ, tum cædes innumeraque diaboli machinamenta. Misertus ergo Deus optimus creaturæ suæ, dedit scriptam legem per Moysen. In qua aliqua prohibuit, aliqua permisit, dicens, hoc facite, hoc ne facite. Dedit præcepta, quale illud : *Dominus Deus tuus Dominus unus est* [e], ut statim animum a cultura deorum revocaret. Item : *Diliges Dominum Deum tuum in tota anima tua, et in tota mente tua* [f] : ubique prædicabis quod Deus unus est, et non est alius. Nam in quo ait : *Diliges Dominum Deum tuum*, ostendit unum esse Deum, unum esse Dominum, et non alium. Item in Decalogo : *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies*, illi adhærebis [g]. *ac per nomen illius jurabis.* Deinde subjungit : *Non erunt tibi dii alieni, neque omnis similitudo quæcunque est sursum in cœlo et in terra deorsum* [h]. Venerabantur enim creaturas quascunque.

A φύσιν, τοῦτ' ἔστιν ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἐν τῇ φιλοδοξίᾳ, καὶ φιληδονίᾳ τοῦ βίου τούτου, καὶ τοῖς λοιποῖς πάθεσι, κατακυριευόμενος ὑπ' αὐτῶν· κατεδούλωσε γὰρ αὐτοῖς ἑαυτὸν διὰ τῆς παραβάτεως. Τότε λοιπὸν ηὐξήθη κατὰ μέρος ἡ κακία, καὶ ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος· οὐδαμοῦ ἦν θεοσέβεια, πανταχοῦ δὲ ἀγνωσία Θεοῦ, ὀλίγοι τινὲς, ὡς εἶπον, οἱ Πατέρες ἐκ τοῦ φυσικοῦ νόμου κινούμενοι, ἐγίνωσκον τὸν Θεόν· οἷος ἦν ὁ Ἀβραάμ, καὶ οἱ λοιποὶ πατριάρχαι, καὶ Νῶε, καὶ Ἰακώβ, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ὀλίγοι τινές· καὶ πάνυ σπάνιοι ἦσαν οἱ γινώσκοντες τὸν Θεόν· τότε γὰρ ἤπλωσεν ὁ ἐχθρὸς πᾶσαν τὴν κακίαν αὐτοῦ, καθότι ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία, τότε ἤρξαντο εἰδωλολατρεῖα, πολυθεΐα, γοητεία, φόνοι καὶ ἡ λοιπὴ κακία τοῦ διαβόλου. Τότε λοιπὸν ὁ ἀγαθὸς Θεὸς ἐλεήσας τὸ πλάσμα B αὐτοῦ, ἔδωκε τὸν γραπτὸν νόμον διὰ Μωσέως· ἐν ᾧ τὰ μὲν ἀπηγόρευσεν, τὰ δὲ διηγόρευσεν, οἷόν τι λέγων· Τόδε ποιήσατε, τόδε μὴ ποιήσατε. Ἔδωκεν ἐντολὴν, καὶ εὐθέως λέγει· *Κύριος ὁ Θεός σου Κύριος εἷς ἐστιν*· ἵνα τέως ἀποστήσει τὸν νοῦν αὐτῶν ἀπὸ πολυθεΐας. Καὶ, *Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου.* Πανταχοῦ κηρύξεις ὅτι ὁ Θεὸς εἷς ἐστι καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος. Εἰπὼν γὰρ, ὅτι *Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου*, ἔδειξεν ὅτι ὁ Θεὸς εἷς ἐστι, καὶ εἷς Κύριός ἐστι. Καὶ πάλιν εἰς τοὺς δεκαλόγους· *Κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, καὶ πρὸς αὐτὸν κολληθήσῃ, καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ὀμῇ*· λοιπὸν ἐπάγει τὸ, *Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ* C *ἕτεροι, οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω καὶ ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω.* Ἐσέβοντο γὰρ πάντα τὰ κτίσματα.

II. Quare data a Deo misericordiæ lex ad auxilium, ad conversionem, ad correctionem pravitatis, nec tamen correcta est. Misit prophetas, sed nec ipsi quidquam effecerunt. Prævaluit enim iniquitas, ut ait Isaias [i], neque vulnus, neque cicatrix, neque tuberosa plaga malagma, aut oleum, aut alligationes admisit. Neque privatam dixerim, **375** aut unius loci tantum pravitatem hanc, scilicet quæ in toto corpore totam circumdat animam, et omnes illius potentias occupat : nimirum omnia peccato serviunt, omnia ab eo captiva ducuntur. Ait autem et Jeremias : *Babyloni mederi voluimus, nec tamen curata est* [j] : hoc est nomen tuum manifestavimus, præcepta tua annuntiavimus, beneficia, monita, hostium incursiones Babyloni prædiximus, nec tamen sanata est; id est, nequaquam eam pœnituit, non timuit, non est ab iniquitate sua aversa. Quemadmodum et alibi ait, quod *disciplinam non recepere* [k], hoc est, non correctionem, non doctrinam. Et ut in Psalmo dicit : *Omnem escam abominata est anima eorum, et appropinquarunt ad portas mortis* [l].

Β'. Ἔδωκεν οὖν τὸν νόμον ὁ ἀγαθὸς Θεὸς πρὸς βοήθειαν, πρὸς ἐπιστροφὴν, πρὸς διόρθωσιν τῆς κακίας· καὶ ὅμως οὐ διωρθώθη. Ἔπεμψε προφήτας, καὶ οὐδ' αὐτοὶ ἠδυνήθησαν. Ὑπερίσχυε γὰρ ἡ κακία, ὡς λέγει ὁ Ἡσαΐας, οὔτε τραῦμα, οὔτε μώλωψ, οὔτε πληγὴ φλεγμαίνουσα· οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους· οἷον εἰπεῖν, οὐκ ἔστι μερικὴ ἡ κακία, οὐδὲ ἐν ἑνὶ τόπῳ, ἀλλ' ἐν ὅλῳ τῷ σώματι· ὅλην περιέχει τὴν ψυχήν· ὅλας τὰς δυνάμεις αὐτῆς συνέχει· οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι· καὶ τὰ ἑξῆς· οἱονεὶ, πάντα δεδούλωται τῇ ἁμαρτίᾳ, πάντα κεχράτηται ὑπ' αὐτῆς. Λέγει δὲ καὶ ὁ Ἱερε- D μίας· *Ἰατρεύσαμεν τὴν Βαβυλῶνα καὶ οὐκ ἰάθη*· τοῦτ' ἔστι· Τὸ ὄνομά σου ἐφανερώσαμεν, τὰς ἐντολάς σου ἀνηγγείλαμεν, τὰς εὐεργεσίας, τὰς ἐπαγγελίας, ἐχθρῶν ἐπαναστάσεις προεσημηνάμεν [1], καὶ ὅμως οὐκ ἰάθη· τοῦτ' ἔστιν οὐ μετενόησεν, οὐκ ἐφοβήθη, οὐκ ἐπέστρεψεν ἀπὸ τῆς κακίας αὐτῆς. Ὥσπερ καὶ ἀλλαχοῦ [2] λέγει, ὅτι *Οὐκ ἐδέξαντο παιδείαν*· τοῦτ' ἔστι νουθεσίαν, διδασκαλίαν. Καὶ ἐν τῷ ψαλμῷ λέγει· *Πᾶν βρῶμα ἐβδελύξατο ἡ ψυχὴ αὐτῶν, καὶ ἤγγισαν ἕως τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου.*

[e] Deut. VI, 4. [f] ibid. 5. [g] ibid. 13. [h] Deut. V, 8. [i] Isa. I, 6. [j] Jerem. II, [k] Jerem. II. 30. [l] Psal. CVI, 18.

[1] προεμηνύταμεν. [2] ἀλλαχοῦ.

Digitized by Google

Γ'. Τότε λοιπὸν ὁ ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς πέμπει τὸν μονογενῆ αὐτοῦ τὸν Υἱόν. Θεοῦ γὰρ ἦν μόνου τὸ ἰᾶσθαι καὶ περιγενέσθαι τοιούτου πάθους· καὶ οὐκ ἠγνόησαν τοῦτο οἱ προφῆται. Ὅθεν καὶ φανερῶς ἔλεγεν ὁ Δαβίδ· *Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβίμ, ἐμφάνηθι, ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς.* Καί· *Κύριε, κλῖνον οὐρανοὺς καὶ κατάβηθι*· καὶ ὅσα τοιαῦτα. Καὶ ἄλλοι δὲ προφῆται πάντως ἕκαστος αὐτῶν διαφόρως πολλὰ ἐκραξαν· τὰ μὲν παρακαλοῦντες ἵνα κατέλθῃ· τὰ δὲ πληροφορηθέντες ὅτι πάντως κατέρχεται. Ἦλθεν οὖν ὁ Κύριος ἡμῶν, γενόμενος δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος· ἵνα, ὡς λέγει ὁ ἅγιος Γρηγορίας [a], τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἰάσεται [b]· τῇ ψυχῇ τὴν ψυχήν, τῇ σαρκὶ τὴν σάρκα. Πάντα γὰρ γίνεται χωρὶς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωπος· αὐτὴν τὴν οὐσίαν ἡμῶν ἔλαβεν· τὴν ἀπαρχὴν τοῦ φυράματος ἡμῶν· καὶ γίνεται νέος Ἀδάμ, κατ' εἰκόνα τοῦ πλάσαντος αὐτόν· ἀνανεοῖ γὰρ τὸ κατὰ φύσιν, καὶ σώας πάλιν ποιεῖ τὰς αἰσθήσεις ὡς ἐξ ἀρχῆς ἐγένετο· ἀνενέωσεν αὐτὸν πεσόντα ἄνθρωπον γενόμενος ἄνθρωπος· τὸν καταδουλωθέντα τῇ ἁμαρτίᾳ ἠλευθέρωσε, τὸν βίᾳ ὑπ' αὐτῆς κρατούμενον. Βίᾳ γὰρ καὶ τυραννικῶς ἦγετο ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ ὁ ἄνθρωπος· καὶ σχεδὸν καὶ οἱ μὴ θέλοντες ἁμαρτῆσαι, βίᾳ ἡμάρτανον· ὡς λέγει ὁ Ἀπόστολος ἐν προσώπῳ ἡμῶν· *Οὐ γὰρ ὃ θέλω ἀγαθόν, τοῦτο ποιῶ· ἀλλ' ὃ οὐ θέλω κακόν, τοῦτο πράσσω.*

Δ'. Γενόμενος οὖν ὁ Θεὸς ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς, ἠλευθέρωσε τὸν ἄνθρωπον τυραννικῆς τοῦ ἐχθροῦ. Πᾶσαν γὰρ τὴν δύναμιν αὐτοῦ καθεῖλεν, αὐτὴν τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ συνέτριψε, καὶ ἐρρύσατο ἡμᾶς τοῦ εἶναι ὑποχειρίους αὐτοῦ, τοῦ εἶναι καταδεδουλωμένους αὐτῷ· εἰ μήτοι γε ἡμεῖς αὐτοὶ ἑκουσίως θελήσωμεν ἁμαρτῆσαι. Ἔδωκε γὰρ ἡμῖν ἐξουσίαν, καθὼς εἶπε, πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, καθαρίσας ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Πᾶσαν γὰρ ἁμαρτίαν συγχωρεῖ τὸ ἅγιον βάπτισμα, καὶ ἐξαλείφει. Πάλιν δὲ ὁ ἀγαθὸς Θεὸς γινώσκων τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν, καὶ προειδὼς ὅτι μέλλομεν καὶ μετὰ τὸ ἅγιον βάπτισμα πάλιν ἁμαρτῆσαι (ὡς γέγραπται· *Ὅτι ἔγγυται ἡ καρδία τοῦ ἀνθρώπου ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος αὐτοῦ*), ἔδωκεν ἡμῖν κατὰ τὴν ἀγαθότητα αὐτοῦ ἐντολὰς ἁγίας καθαιρούσας ἡμᾶς· ἵνα ἐὰν θελήσωμεν, δυνηθῶμεν πάλιν καθαρθῆναι διὰ τῆς φυλακῆς τῶν ἐντολῶν· οὐ μόνον ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῶν παθῶν. Ἄλλα γάρ εἰσι τὰ πάθη, καὶ ἄλλαι εἰσὶν αἱ ἁμαρτίαι· τὰ πάθη εἰσὶ, θυμὸς, κενοδοξία, φιληδονία, μῖσος, ἐπιθυμία κακὴ, καὶ ὅσα τοιαῦτα· αἱ δὲ ἁμαρτίαι εἰσὶν, αὗται αἱ ἐνέργειαι τῶν παθῶν, ὅτε τις ἐνεργῶς ποιεῖ αὐτά· ὅτε πράττει διὰ τοῦ σώματος ἐκεῖνα τὰ ἔργα ἃ ὑπαγορεύουσιν αὐτῷ τὰ πάθη. Ἀμέλει ἐνδέχεται τινὰ ἔχειν μὲν τὰ πάθη, μὴ ἐνεργεῖν δὲ αὐτά.

III. Post hæc igitur tandem optimus Deus noster et clementissimus mittit Filium suum unigenitum: Dei enim solius erat mederi, et hujuscemodi miseriis opitulari. Quod sane a prophetis nequaquam est ignoratum. Nam dicit id David apertissime: *Qui sedes super Cherubim, jam nobis appare: Excita potentiam tuam et veni, ut salvos facias nos* [m]. Item: *Domine, inclina cœlos tuos, et descende* [n]. Atque alia pleraque in hunc modum. Prophetæ etenim omnes diversis inter se modis multa clamarunt, partim rogando, ut descenderet, partim certo persuasi animo eum descensurum. Venit igitur tandem Dominus noster factus propter nos homo, quo (ut sentit divus Gregorius) simile simili curaret, anima animam, carne carnem. Omnia enim quæ hominis erant, præter peccatum, assumpsit ipsamque humanam substantiam et massæ nostræ primitias: novusque factus est Adam, illi similis quem ipse formaverat. Renovavitque denuo ipsius naturam, et corruptos sensus ad integritatem reduxit, ut essent quales a principio fuerant. Relevavit quoque lapsum hominem homo factus: et peccato servientem et vi ab eo subactum manumisit. Violentia enim et tyrannide peccati sub jugo trahebatur ab hoste infelix homo: invitusque et nolens fere peccare cogebatur: ut ait de se ipso Apostolus sub nostra persona: *Non enim quod bonum volo, hoc facio: sed quod nolo malum, id operor* [o].

IV. Factus igitur homo Deus propter nos, hominem a tyrannica captivitate eripuit. Omnem enim hostilem potentiam contrivit, virtutem confregit, et ab ea nos omnino liberavit; ne mancipia, ne servi illius essemus nisi sponte nostra peccare nos ipsi eligamus. Dedit enim potestatem, ut ipse dixit [p], qua serpentes et scorpiones omnemque tyrannicam potentiam possemus pessundare, purgatos nos reddens per baptisma a quavis labe. Omnem enim maculam iniquitatis purgat et abluit sanctum baptisma. Rursum igitur Deus infirmitatem nostram recognoscens, et id certo sciens, nos scilicet etiam post sacrum baptisma collapsuros, ut scriptum est: *Quoniam pronum est cor hominis in malum ab adolescentia sua* [q]: dedit nobis ex sua bonitate sacrosancta præcepta, quæ purgatos nos redderent: ut denuo, si vellemus, per observantiam mandatorum purgati possemus; nec solum a peccatis, sed etiam ab innatis affectibus. Aliud enim peccatum, aliud affectus est. Affectus hi sunt: ira, superbia, luxuria, odium, cupiditas prava et quæcunque istiusmodi. Peccata vero sunt opera ipsa affectionum: quando quis **376** agit et ad actum corporis trahit ea opera quæ sibi fuerint a passionibus ipsis suggesta. Haud profecto possibile est omni carere passione: non operari autem illas, hoc utique non impossibile est.

[m] Psal. LXXIX, 2, 3. [n] Psal. CXLIII, 5. [o] Rom. VII, 19. [p] Luc. X, 19. [q] Gen. VIII, 21.

[a] Γρηγόριος. [b] ἰᾶσθαι.

Digitized by Google

V. Dedit igitur nobis Deus præcepta, ut prædictum est, quæ nos a passionibus ipsis expurgarent, et a pravis affectionibus quæ homini insunt. Ingeneravit enim illi discretionem boni et mali, excitavit eum; ostendit illi causas unde in peccatum laberetur, et ait: Prohibuit lex ne adulter esses: ego autem dico neque concupiscas. Docuit lex ne occideres: ego dico neque irascaris [r]. Si enim concupiscas hodie, et si adulterium non perpetres: non tamen interius te desistit exagitare concupiscentia, donec ad actum pertraxerit. Si autem irascaris neque ipsum movcas adversus fratrem tuum, cum jam eo usque perveneris ut ipsi detrahas, deinde ut pares insidias: sensim tandem procedes usque ad cædem [s]. Rursum lex ait: *Oculum pro oculo, dentem pro dente* [t], et quæ sequuntur. Ipse autem nos admonet, non solum suscipere patienter plagam cædentis nos: sed etiam alteram cum humilitate maxillam porrigere. Is enim legis finis tunc erat, erudire nos: alteri non facere, quod pati ipsi ab altero nollemus. Sicque a nobis malefacta abscidit, metu talionis. Hæc nova quæstio est, abscindere ipsum odium, ipsam voluptatem, ipsam ambitionem et inanem gloriam, cæterasque omnes passiones.

376 VI. Fuit hic Domini nostri Jesu Christi scopus ut nos edoceret cur in hujuscemodi peccata lapsi essemus: cur in tam mala et iniqua tempora incidissemus. Primum igitur, ut sæpius repetitum est, per sacrum baptisma nos liberavit, dans nobis remissionem peccatorum omnium: dans potestatem qua operari bonum possemus si vellemus: ne pertrahi ad peccatum nolentes, ut ita dicam, possemus ulla vi. Aggravatur enim et trahitur qui peccato servierit, ut dicitur: *Funibus peccatorum suorum unusquisque constringitur* [u]. Docet nos exinde per sacra præcepta, quemadmodum expurgemur omnino a passionibus, nec peccatis rursum illabamur. Ultimo et causam aperit, cur quis in contemptum et inobedientiam mandatorum divinorum incidat: et hac in re quoque nobis præstat medicinam, ut parere possimus et salvi esse. Quæ igitur est hæc medicina, quæ causa contemptus? Audite ipsum Dominum eloquentem: *Discite a me quia mitis sum et humilis corde; et invenietis requiem animabus vestris* [v]. Et quomodo unico verbo ostendit nobis radicem et causam malorum omnium: medicinam item bonorum omnium. Aperuit quod nos dejecit elatio: quodque salvari aliter non possumus quam per oppositum, quod est humilitas: elatio enim contemptum parit, et perditricem omnium nostrorum inobedientiam: quemadmodum et humilitas parit obedientiam et salutem animarum. Hanc autem dico humilitatem, non quæ in sermone atque ha-

μηδὲ ἄγγελοι παρειστήκεισαν φοβεροί· μόνον δὲ καλουμένων τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν ἐπαινοῦντες καὶ ἐδοξάζοντο, οἱ δὲ παρεπέμποντο ἀτίμως, ἵνα μὴ ἴδωσι τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ· ἆρα οὐκ ἦν πικροτέρα πάσης γεέννης ἡ κόλασις τῆς αἰσχύνης, καὶ τῆς ἀτιμίας ἐκείνης, καὶ ἡ ὀδύνη τῆς ἐκπτώσεως τῶν τοιούτων ἀγαθῶν; Τότε γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ ἔλεγχος τῆς συνειδήσεως, καὶ αὐτὴ ἡ μνήμη τῶν πεπραγμένων, καθὼς ἀνωτέρω εἴπομεν, χειρόν ἐστι μυρίων καὶ ἀφάτων τιμωριῶν. Πάντα γὰρ μέμνηνται αἱ ψυχαὶ τῶν ἐνταῦθα, καθὼς λέγουσιν οἱ Πατέρες, καὶ λόγων καὶ ἔργων, καὶ ἐνθυμήσεων, καὶ οὐδενὸς τούτων δύνανται ἐπιλαθέσθαι. Ὃ δὲ λέγει ἐν τῷ ψαλμῷ· *Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀπολοῦνται οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν*, τοὺς διαλογισμοὺς λέγει τοῦ αἰῶνος τούτου. Οἷον, οἰκοδομῆς, χωρίων, γονέων, τέκνων, πάσης δουλῆς. Ταῦτα ἅμα τῷ ἐξελθεῖν τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ σώματος ἀπόλλει, καὶ οὐδενὸς τούτων μνημονεύει, ἢ φροντίζει. Ἃ δὲ ἐποίησε κατ' ἀρετήν, ἢ κατὰ πάθος, τούτων μέμνηται, καὶ οὐδὲν ἐξ αὐτῶν ἀπόλλει. Ἀλλὰ καὶ ἐάν ὠφέλησέ τίς τινα, ἢ αὐτὸς ὠφελήθη παρά τινος, ἀεὶ μέμνηται καὶ τοῦ ὠφεληθέντος παρ' αὐτοῦ, καὶ τοῦ ὠφελήσαντος αὐτόν· ὁμοίως ἐβλάβη παρά τινος, ἢ αὐτὸς ἔβλαψέ τινα, ἀεὶ μέμνηται, καὶ τοῦ βλάψαντος αὐτὸν, καὶ τοῦ βλαβέντος ὑπ' αὐτοῦ· καὶ οὐδὲν, καθὼς εἶπον, ἀπόλλει ἡ ψυχὴ ὧν ἔπραξεν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, ἀλλὰ πάντων μέμνηται μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ σώματος· ἀλλὰ καὶ ἔτι τρανοτέρως, ἔτι φανωτέρως, ὡς ἀπαλλαγεῖσα τοῦ γηΐνου τούτου σώματος.

riam Domini : hanc pœnam, hanc ignominiam, hanc confusionem, omne tormenti genus, omnem gehennam superare. » Accedit præterea casus sui dolor, conscientiæ morsus et memoria amarissima malefactorum, quæ omnia duriora sunt tormentis innumeris et inenarrabilibus. Omnium enim memoriam habent istic animæ, quæ in vita hac perpetrarunt, et sermonum, et actionum, et desideriorum, concupiscentiarum; et horum nihil possunt oblivisci unquam. Quod autem dicitur in Psalmo : *In illa die peribunt omnes cogitationes eorum* [c]; cogitationes intelligit hujus sæculi, quales sunt domorum, possessionum, filiorum, propinquorum et omnis commercii. Hæc omnia ubi exiit anima a corpore, pereunt. Nihil horum amplius reminiscitur aut curat. Quæ autem fecit vel secundum virtutem vel vitium, hæc omnia meminit, nihilque horum perire ipsi potest. Si qua etiam in re alicui prodesse curarunt, vel ipsi ab ullo beneficio affecti sunt, hoc semper meminere. **431** Item si cui injuriam intulere, aut ipsi ab alio recepere, utrumque reminiscuntur et sciunt; nihilque omnino, ut dixi, perdit anima eorum quæ in vita hac vel bene male gessit. Imo etiam clarius dilucidiusque exuta hoc terrestri corpore omnia percipit, agnoscit, intelligit.

Δ'. Ποτὲ ἐλαλοῦμεν μετά τινος μεγάλου γέροντος περὶ τούτου· καὶ ἔλεγεν αὐτὸς ὁ γέρων, ὅτι Μέμνηται ἡ ψυχὴ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ σώματος τοῦ πάθους οὗ ἐνήργησε, καὶ τῆς ἁμαρτίας, καὶ τοῦ προσώπου μεθ' οὗ ἐνήργησεν αὐτήν. Ἐγὼ δὲ ἔλεγον αὐτῷ· « Τάχα οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἴσως τὴν ἕξιν τὴν γενομένην αὐτῇ ἐκ τῆς ἐργασίας τῆς ἁμαρτίας μέλλει ἔχειν, καὶ αὐτῆς μέμνηται. » Καὶ ἐμείναμεν ἐπὶ πολὺ φιλονεικοῦντες περὶ τοῦ λόγου τούτου θέλοντες μαθεῖν. Καὶ οὐκ ἐπείθετο ὁ γέρων λέγων, ὅτι καὶ αὐτοῦ τοῦ εἴδους τῆς ἁμαρτίας μέμνηται, καὶ αὐτοῦ τοῦ τόπου καὶ αὐτοῦ τοῦ προσώπου συναμαρτήσαντος. Καὶ ὄντως ἐὰν οὕτως ἐστὶν, ἔτι πλεῖον κάκην ἐσχάτην ἔχωμεν ἑαυτοῖς. Διὰ τοῦτο ἀεὶ λέγω ὑμῖν, σπουδάσατε γεωργεῖν καλοὺς λογισμοὺς, ἵνα αὐτοὺς εὕρητε ἐκεῖ. Εἴ τι γὰρ ἔχει τις ὧδε, αὐτὸ ἐξέρχεται μετ' αὐτοῦ, καὶ αὐτὸ μέλλει ἔχειν ἐκεῖ. Φροντίσωμεν ῥυσθῆναι ἀπὸ τῆς τοιαύτης ἀνάγκης, ἀδελφοὶ, σπουδάσωμεν, καὶ ὁ Θεὸς ποιεῖ μεθ' ἡμῶν τὸ ἔλεος. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ *ἐλπὶς πάντων τῶν παρὰ τῶν τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακράν*. Οἱ εἰς τὰ πέρατα τῆς γῆς, εἰσὶν οἱ ἐν τελείᾳ κακίᾳ· οἱ δὲ ἐν θαλάσσῃ μακράν εἰσιν, οἱ ἐν ἐσχάτῃ ἀγνωσίᾳ· καὶ ὅμως ὁ Χριστός ἐστιν ἡ ἐλπὶς τῶν τοιούτων. Χρεία μικροῦ κόπου, κοπιάσωμεν, ἵνα ἐλεηθῶμεν. Ἐάν ἔχῃ τις χωρίον καὶ ἀμελήσῃ αὐτοῦ καὶ χερσωθῇ, οὐχ ὅσον ἀμελεῖ αὐτοῦ, τοσοῦτον γεμοῦται ἀκανθῶν καὶ τριβόλων; ὅταν δὲ ἔλθῃ εἰς τὸ καθαρίσαι αὐτὸ, οὐχ ὅσον γέμουσι τοσοῦτο ἔχουσιν αἱμορραγῆσαι αἱ χεῖρες αὐτοῦ, θέλοντος ἀνασπᾶσαι τὴν κακὴν βοτάνην ἐκείνην,

IV. Loquebamur quandoque de re hac cum seniore quodam maximo, aiebatque ille : Exuto corpore animam reminisci omnis virtutis et vitii quod vivens in corpore operata esset, personæ etiam quacum illa perpetrasset. Ego vero contra dicebam non ita esse omnino, sed fortasse habere eam habitum peccati, quem in se ipsa ex frequenti actu peperisset, atque hujus meminisse. Sicque de re hac diutius inter nos contendimus, cum optaret hoc ipsum uterque nostrum pro certo scire. Non poterat autem seni hoc persuaderi, persistebatque, dicens quod anima etiam ipsius peccati speciem reminisceretur, necnon personam et locum ubi peccasset. Et sane si ita est, etiam pejora erunt novissima nostra quam dicebam, nisi nobis ipsis attendamus. Hac de causa vos semper adhortor, fratres, ut optimas cogitationes quas istic postmodum inveniatis, vobis excolatis. Quidquid enim hic homo sibi paraverit, istic omne tenebit semper, et cum eo pariter egredietur ex corpore. Curemus igitur et studeamus, fratres, ab hac dura necessitate liberari, et dabit nobis Deus misericordiam suam. Ipse enim est ut in Psalmo, *spes omnium finium terræ et in mari longe* [d]. Qui, oro, sunt in finibus terræ? Hei qui in perfecta iniquitate sunt! Qui autem in mari longe? qui in extrema ignorantia sunt : et tamen horum omnium Christus spes est. Non igitur opus nobis est multo labore. Elaboremus modicum, et misericordiam multam consequemur. Si quis villam habeat, et negligens illam sinat incultam fieri, nonne

[c] Psal. CXLV, 4. [d] Psal. XXV, 7.

Digitized by Google

quanto illam negiexerit, tanto magis spinis et tribulis replebitur? Quod si postmodum ad eam expugnandam surrexerit, nonne quo plenior spinis fuerit, eo magis manus ejus sanguine fluent, dum eas et cæteras herbas infecundas et steriles quas ibi pullulare sua negligentia permisit, exstirpare curabit? Impossibile est enim aliquem aliud metere quam quod seminaverit. Oportet autem agricolam qui villam suam optime purgare voluerit, primum quidem radicitus herbas evellere. Nisi enim ita fecerit, et summitatem tantum abraserit, denuo pullulabunt. Opus est igitur, ut dixi, radices primum exstirpare : quod cum egerit et ab infecundis ac malis herbis expurgatam reddiderit, omnino tunc incipiet glebas invertere et frangere, demumque arabit illam et semen optimum in eam sparget. Nam ubi illam adeo excoluerit, si otiosam reliquerit, nonne pullulabunt in ea rursus herbæ steriles ; et mollem atque optimam ex cultura terram invenientes, nonne radices altiores et potentiores emittent.

V. Id ipsum in anima est. Opus nobis est affectionem omnem pristini hominis ac malos sæculi mores consuetudinesque a nobis amputare. Nihil enim pejus pravis moribus et mala consuetudine. Hinc divus Basilius aiebat haud parvum certamen esse, sui ipsius superare consuetudinem. Morem enim firmatum longo tempore, naturæ ut plurimum vim habere. Certamen igitur primum sit adversus malos mores et vitia causasque eorum, quæ radices **432** sunt. Quas sane radices nisi quisque exstirpaverit, necesse erit iterum spinas erumpere et excrescere. Sunt enim vitia quædam quæ nihil possunt, si causas illorum amputes : nam invidia in se ipsa nihil est, sed habet causam inanis gloriæ. Qui enim gloriari voluerit, invideat necesse est et digniori et honoratiori se. Ira quoque ex aliis causis procedit, et maxime ex voluptate. Cujus sane meminit Evagrius narrans de viro quodam sanctissimo, quod scilicet dixisset : Hac de causa tollo a me voluptates, ut iracundiæ abscindam occasiones. Et seniores quidem omnes affirmavere, vitium omne a tribus his passionibus habere originem, avaritia scilicet, inani gloria et luxuria. Amputet igitur unusquisque a se non solum vitia, sed et vitiorum causas, exornetque mores suos per pœnitentiam, per lacrymas, per gemitum : sicque sensim incipiet semen bonum, hoc est, opera bona, per agrum suum spargere. Nam ut de villa diximus, nisi ea expurgata et exculta ab agricola, statim jacta fuerint semina optima, resurgunt illico mala gramina, et invenientia mollem et cultam terram magis magisque in ea irradicantur. Quod ipsum in homine est. Nam ubi mores suos excoluerit, et per pœnitentiam destiterit a prioribus actibus suis, si neglexerit opera bona facere, et virtutes acquirere, fit in eo quod dicitur in Evangelio : *Quia cum spiritus immundus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa quærens requiem, et non inveniens, tunc*

ἦν ἀφῆκεν ἀνελθεῖν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀμελείας αὐτοῦ ; Ἀδύνατον γάρ ἐστι τινὰ μὴ θερίσαι ὃ ἔσπειρε· χρῄζει δὲ ὁ θέλων καθαρίσαι τὸ χωρίον αὐτοῦ, πρῶτον μὲν ἵνα καλῶς ἐκριζώσῃ πάσας τὰς βοτάνας. Ἐὰν γὰρ μὴ καλῶς ἀνασπάσῃ τὰς ῥίζας αὐτῶν πάσας, ἀλλὰ μόνον ἄνωθεν κόψῃ αὐτάς, πάλιν φύονται. Θέλει οὖν τις ἵνα αὐτὰς ῥίζας, ὡς εἶπον, ἀνασπάσῃ, καὶ μετὰ τὸ καλῶς καθαρίσαι αὐτὸ ἀπὸ τῶν βοτανῶν, καὶ ἀκανθῶν καὶ τῶν τοιούτων, θέλει καλοστροφῆσαι αὐτὸ καὶ κοπανίσαι, καὶ οὕτως ἀροτριάσαι αὐτό· τότε λοιπὸν θέλει σπεῖραι αὐτὸ καλὸν σπέρμα. Ἐὰν γὰρ μετὰ τὸ ποιῆσαι αὐτὸν τοσαύτην φιλοκαλίαν, ἐάσει αὐτὸ ἀργόν, ἀνέρχονται αἱ βοτάναι, καὶ εὑρίσκουσι τὴν γῆν ἀπαλὴν καὶ καλὴν ἐκ τῆς φιλοκαλίας, καὶ βάλλουσι κάτω εἰς βάθος τὰς ῥίζας, καὶ πλεῖον ἰσχυροποιοῦνται καὶ πληθύνονται ἐν αὐτῇ.

Ε'. Οὕτως ἐστὶ καὶ τὸ τῆς ψυχῆς. Πρῶτον θέλει ἐκκόψαι πᾶσαν παλαιὰν προσπάθειαν, καὶ τὰς κακὰς συνηθείας. Καὶ ὁ ἅγιος Βασίλειος λέγει· « Οὐ μικρὸς δὲ οὗτος ὁ ἀγὼν, ἑαυτοὺς περιγενέσθαι τῆς συνηθείας. Ἔθος γὰρ διὰ μακροῦ χρόνου βεβαιωθὲν, φύσεως ἰσχὺν, ὡς τὰ πολλὰ, λαμβάνει. » Λέγει οὖν τις ἀγωνίσασθαι, ὡς εἶπον, πρὸς τὰς κακὰς συνηθείας, καὶ πρὸς τὰ πάθη, καὶ οὐ μόνον πρὸς τὰς αἰτίας αὐτῶν, αἵτινές εἰσι ῥίζαι. Καὶ ἐὰν μὴ αἱ ῥίζαι ἐκβληθῶσιν, ἀνάγκη τὰς ἀκάνθας πάλιν φύεσθαι. Εἰσὶ γάρ τινα πάθη μηδὲν ἰσχύοντα, ἐὰν ἐκκόψῃ τις τὰς αἰτίας αὐτῶν· οἷον, ὁ φθόνος καθ' ἑαυτὸν οὐδέν ἐστιν, ἀλλὰ ἔχει τινὰ αἴτια ἐξ ὧν ἐστι καὶ ἡ φιλοδοξία. Θέλων γάρ τις δοξασθῆναι, φθονεῖ τῷ δοξαζομένῳ, ἢ τῷ προτιμωμένῳ. Ὁμοίως καὶ ἡ ὀργὴ γίνεται ἐξ ἄλλων αἰτιῶν, καὶ μάλιστα ἐκ τῆς φιληδονίας. Καὶ μέμνηται τούτου καὶ Εὐάγριος λέγων περί τινος ἁγίου, ὅτι ἔλεγε, διὰ τοῦτο [22] ἐπέρω τὰς ἡδονάς, ἵνα τὰς τοῦ θυμοῦ περικόψω προφάσεις. Καὶ πάντες δὲ οἱ Πάτερες λέγουσιν ὅτι ἕκαστον πάθος ἐκ τούτων τῶν τριῶν γεννᾶται, τῆς φιλοδοξίας, τῆς φιλαργυρίας, καὶ τῆς φιληδονίας, καθὼς διαφόρως εἶπον ὑμῖν. Θέλει οὖν τις οὐ μόνον ἐκκόψαι τὰ πάθη, ἀλλὰ καὶ τὰς αἰτίας αὐτῶν, καὶ οὕτως φιλοκαλῆσαι καλῶς τὰ ἤθη αὐτοῦ, διὰ μετανοίας, καὶ κλαυθμῶν, καὶ τότε ἄρξασθαι σπείρειν τὸ καλὸν σπέρμα, ἅτινά εἰσι, τὰ καλὰ ἔργα. Ἐπεὶ ὥσπερ εἴπομεν περὶ τοῦ χωρίου, ὅτι, ἐὰν μὴ βάλλῃ τις καλὸν σπέρμα, ἀνέρχονται αἱ βοτάναι καὶ εὑρίσκουσι τὴν γῆν καλὴν καὶ ἀπαλὴν ἐκ τῆς φιλοκαλίας, καὶ πλεῖον ῥιζοβολοῦσιν εἰς αὐτήν· οὕτως εἰσὶ καὶ τὰ τοῦ ἀνθρώπου· ἐὰν μετὰ τὸ φιλοκαλῆσαι αὐτὸν τὰ ἤθη αὐτοῦ, καὶ μετανοῆσαι ἀπὸ τῶν προτέρων αὐτοῦ πράξεων, ἀμελήσει τοῦ ποιῆσαι καλὰ ἔργα καὶ κτήσασθαι τὰς ἀρετὰς, γίνεται ἐπ' αὐτῷ, ὡς λέγει τὸ Εὐαγγέλιον· *Ὅταν τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων ζητοῦν ἀνάπαυσιν, καὶ μὴ εὑρίσκον, τότε λέγει· Ὑποστρέψω εἰς τὸν*

VARIÆ LECTIONES.

[22] ἀπαίρω.

Digitized by Google

οἶκόν μου ὅθεν ἐξῆλθον. Καὶ ἐλθὸν εὑρίσκει αὐτὸν σχολάζοντα, ὅλον ἀπὸ πάσης ἀρετῆς, καὶ σεσαρωμένον καὶ κεκοσμημένον. Τότε πορεύεται καὶ παραλαμβάνει μεθ' ἑαυτοῦ ἑπτὰ ἕτερα πνεύματα πονηρότερα αὐτοῦ, καὶ εἰσελθόντα κατοικεῖ ἐκεῖ, καὶ γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου χείρονα τῶν πρώτων. Ἀδύνατον γάρ ἐστι τὴν ψυχὴν μεῖναι ἐν τῇ αὐτῇ καταστάσει· ἀλλὰ εἰς προκοπὴν ἔρχεται· εἴτε ἐπὶ τὸ κρεῖττον, εἴτε ἐπὶ τὸ χεῖρον. Διὰ τοῦτο ἕκαστος θέλων σωθῆναι, χρείαν ἔχει οὐ μόνον μὴ ποιεῖν τὸ κακόν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀγαθὸν ἐργάσασθαι, ὡς λέγει ἐν τῷ ψαλμῷ· *Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν.* Οὐκ εἶπεν. *Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ* μόνον, ἀλλὰ καὶ, *Ποίησον ἀγαθόν.* Οἷόν τι λέγω· Εἴωθέ τις ἀδικεῖν, θέλει οὐ μόνον μὴ ἀδικεῖν, ἀλλὰ καὶ δικαιοπραγεῖν. Εἰ ἦν ἄσωτος, θέλει οὐ μόνον μὴ ἀσωτεύεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐγκρατεύεσθαι. Εἰ ἦν ὀργίλος, θέλει οὐ μόνον μὴ ὀργίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ πραΰτητα κτήσασθαι. Εἰ ἐθρασύνετό τις, θέλει οὐ μόνον μὴ θρασύνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ταπεινοῦσθαι. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἐκκλῖναι ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποιῆσαι ἀγαθόν. Ἕκαστον γὰρ πάθος ἔχει τὴν ἐναντίαν αὐτοῦ ἀρετήν. Ἡ ὑπερηφανία ἔχει τὴν ταπεινοφροσύνην, ἡ φιλαργυρία ἔχει τὴν ἐλεημοσύνην, ἡ ἀσωτία τὴν ἐγκράτειαν, ἡ ὀλιγωρία ἔχει τὴν ὑπομονήν, ἡ ὀργὴ τὴν πραΰτητα, τὸ μῖσος τὴν ἀγάπην. Ἕκαστον ἁπλῶς πάθος, ὡς εἶπον, ἔχει τὴν ἐναντίαν αὐτοῦ ἀρετήν.

ζ'. Ταῦτα πολλάκις εἶπον ὑμῖν. Ὥσπερ οὖν ἐξεβάλομεν τὰς ἀρετὰς καὶ εἰσηνέγκαμεν τὰ πάθη αὐτῶν, οὕτως θέλομεν κοπιάσαι οὐ μόνον ἐκβαλεῖν τὰ πάθη, ἀλλὰ καὶ εἰσενέγκαι τὰς ἀρετὰς καὶ κατασῆσαι αὐτὰς εἰς τὸν ἴδιον τόπον. Φυσικῶς γὰρ ἔχομεν τὰς ἀρετὰς παρὰ τοῦ Θεοῦ ὁδοθείσας ἡμῖν. Ἅμα γὰρ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἐνέσπειρεν αὐτῷ τὰς ἀρετάς, ὡς λέγει· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν.* Κατ' εἰκόνα εἶπεν, ἐπειδὴ ἄφθαρτον καὶ αὐτεξούσιον ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὴν ψυχήν· καθ' ὁμοίωσιν λέγει, τὸ κατ' ἀρετήν. Λέγει γάρ· *Γίνεσθε οἰκτίρμονες, καθὼς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος οἰκτίρμων ἐστί. Γίνεσθε ἅγιοι, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι.* Καὶ πάλιν ὁ Ἀπόστολος λέγει· *Γίνεσθε εἰς ἀλλήλους χρηστοί.* Καὶ λέγει ὁ ψαλμός· *Χρηστὸς Κύριος τοῖς ὑπομένουσι·* καὶ ὅτα τοιαῦτα. Τοῦτό ἐστι τὸ καθ' ὁμοίωσιν. Ὥστε φυσικῶς ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς τὰς ἀρετάς· πάθη δὲ οὐκ ἔχομεν φυσικῶς· οὐδὲ γὰρ ἔχουσιν οὐσίαν τινά, ἢ ὑπόστασιν, ἀλλ' ὥσπερ τὸ σκότος οὐχ ὑφέστηκε κατ' οὐσίαν, ἀλλὰ πάθος ἐστὶ περὶ τὸν ἀέρα, ὡς λέγει ὁ μέγας Βασίλειος, τῇ στερήσει τοῦ φωτὸς παρυφιστάμενον· οὕτως ἐστὶ καὶ τὸ τῶν παθῶν. Κλίνασα ἡ ψυχὴ διὰ φιληδονίας ἐκ τῶν ἀρετῶν κατεσκεύασε τὰ πάθη, καὶ ἐστερέωσεν αὐτὰ καθ' ἑαυτῆς. Ὥστε χρείαν ἔχομεν, ὡς εἶπον ὥσπερ ἐπὶ τοῦ χωρίου μετὰ τὸ ποιῆσαι πᾶσαν φιλοκαλίαν, εὐθὺς σπεῖραι τὸ καλὸν σπέρμα, ἵνα πρὸς αὐτὸ καὶ τὸν καρπὸν καλὸν ποιήσῃ· θέλει πάλιν ὁ σπείρων τὸ χωρίον αὐτοῦ ἅμα τῷ βαλεῖν τὸ σπέρμα, κρύψαι καὶ βυθίσαι αὐτὸ εἰς τὴν γῆν· ἐπεὶ ἔρχονται τὰ πετεινὰ, καὶ ἁρπάζουσιν αὐτὸ, καὶ

A *ait: Revertar in domum meam unde exivi. Et veniens invenit eam mundatam scopis et ornatam*, vacuamque omni virtute. *Tunc abit et assumit secum septem spiritus nequiores se, qui irruentes ibi inhabitant. Et fiunt ultima hominis illius pejora prioribus* [e]. Impossibile enim est hominem in eodem statu semper permanere, sed aut melior aut pejor sit semper. Quare qui salvari cupit, abstineat non solum a malo, sed et quod bonum est, faciat necesse est. Quod dicitur in Psalmo: *Declina a malo*, neque hoc tantum, sed addit, *et fac bonum* [f]. Quod ita fit; exempli gratia: Consueverat quis injustus esse: non solum desinat esse injustus, sed etiam justa facere pergat; intemperans quis erat et luxuriosus: debet non solum ab intemperantia abstinere, sed B etiam continenter vivere. Erat quis iracundus: debet non solum non irasci, sed etiam mansuetudinem amplecti. Insolens et contumax quis erat: debet non solum contumaciam tollere, sed etiam humilitatem induere; et hoc est declinare a malo et facere bonum. Omne enim vitium oppositam habet virtutem: ut superbia humilitatem, avaritia misericordiam, luxuria continentiam, acedia patientiam, ira mansuetudinem, odium charitatem, et alia plurima hujusmodi.

VI. Hinc sæpe vos moneo ne virtutes a nobis ejiciamus, et vitia introducamus, sed ut procul a nobis vitia omnia pellamus ut aliena, virtutesque ut proprias admittamus. Natura enim nobis virtutes C ingenita sunt a Deo. Et cum fecit Deus hominem, virtutes ei cum anima infudit, ut ait ipse: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [g]. Ad imaginem dixit, quia animam immortalem, incorruptibilem et sui juris fecerat. Ad similitudinem autem, secundum virtutem. Ait enim: *Estote misericordes, sicut et Pater vester cœlestis* 433 *misericors est* [h]? Et alio loco: *Estote sancti, quoniam et ego sanctus sum* [i]. Et rursum Apostolus dixit: *Estote invicem benigni* [j]. Et Psalmus: *Bonus Dominus exspectantibus* [k]: atque alia plurima in hunc sensum. Est igitur hoc quod ait, *ad similitudinem*. Quia scilicet naturæ nostræ virtutes Deus ingeneravit. Vitia autem nequaquam a natura nobis sunt. Neque D enim ullam habent substantiam vel hypostasin: sed quemadmodum tenebræ non subsistunt per ullam substantiam; sed passio quædam sunt circa aerem, ut ait Basilius, privationi luminis subjecta: ita nec vitia. At vero declinans anima per voluptatem a virtutibus, se ipsam natura sua privat et vitiis aditum parat. Quare opus est, ut de villa dixi, cum eam excoluerimus, illico semen optimum infundamus, ut fructum bonum afferat. Necesse quoque est seminanti agricolæ, ubi semen jecerit, illud occultare atque immittere in profundam terram, ne venientia volatilia illud auferant, et pereat. Cumque illud obtexerit terra, exspectat misericordiam Dei, ut

[e] Luc. xi, 24-27. [f] Psal. xxxvi, 27. [g] Gen. i, 26. [h] Matth. vi, 36. [i] Ibid. Levit. xi, 44; I Petr. i, 16. [j] Ephes. iv, 32. [k] Thren. iii, 25.

Digitized by Google

scilicet e cœlo pluviam mittat, et crescat semen. Agricola enim quantumcunque elaboraverit purgans villam, excolens et seminans, nisi tamen Deus desuper pluviam dederit, otiosum semper semen erit et sterile, et quidquid egerit, vanum. Ita nos facere debemus; ut scilicet cum boni quidpiam egerimus, illud terra occultemus per humilitatem: jaciamus inde coram Deo infirmitatem nostram, orantes eum ut faveat et respiciat in opus nostrum, ne otiosum sit et vacuum. Plerumque etiam cum semen ex pluvia cœperit erumpere, nisi denuo pro tempore imber adveniat, exsiccatur germen et perit. Egent enim pari modo et semen et germen pluvia, dum scilicet excreverit, magis magisque firmatum fuerit. Sed neque etiam post hæc securus esse quis potest. Sæpe enim etiam cum excreverit et aristam fecerit, supervenit vel bruchus, vel grando, vel aliud quidpiam hujuscemodi quod fructum perdat et perimat. Idem fit nonnunquam in anima. Quare cum illam expurgaverit aliquis a multis quæ prædixi vitiis, et erexerit studiosissime ad virtutes omnes; tunc prospectum atque oculos suos dirigat omnino in misericordiam Dei et patrocinium ejus, ne illam derelinquat et pereat. Nam, ut diximus de semine, quod etiam cum germinaverit et excreverit ac fructum fecerit, nisi rursum per excrescentiam pluvia advenerit, exsiccatur, et perit; ita et de homine dici potest: a quo si Deus per momentum protectionem et patrocinium suum abstulerit, ac reliquerit eum, perit omnino et evanescit. Quod homini tunc sane contingit, cum rem facit præter statum suum: ut si quis verecundus exsistens et gravis, contemptor fiat, aut humilis in superbiam cadat. Neque adeo deserit Deus contemptorem ubi contemnit, aut superbum cum superbia utitur, quantum verecundum cum contemnit, aut humilem cum insolescit. Atque hoc est peccare præter statum suum: unde fit derelictio Dei ab homine.

VII. Hinc divus Basilius peccatum viri sancti aliter discernit, aliter peccatoris. Ubi etiam ab his omnibus sese quis custodierit, id ipsum etiam diligenter advertat, ne bonum quamvis minimum faciat cum jactantia, aut ad humanam complacentiam et intentionem. Id enim modicum jactantiæ totum perdit quidquid egit, ut superius de brucho et grandine diximus atque aliis hujuscemodi. Et rursum nihil licet adversi seges ipsa patiatur in 434 terra, sed illæsa ad messem usque perveniat, non tamen securus adhuc agricola esse omnino potest. Post messem enim agri, et cæteros omnes qui in eo fiunt labores, interdum venit malus homo, et cum odio et inimicitia ignem mittit in segetem, ita ut et fructum omnem et laborem agricolæ pariter perimat. Quo fit ut intelligat securum esse nunquam se posse, nisi cum triticum expurgaverit, atque in horrea congesserit. Ita et homo tum ex his omnibus quæ dixi, evaserit, non tamen securus esse debet aut negligere. Contingit enim plerumque

A ἀπόλυται· καὶ μεθ' ὃ κρύψει αὐτὸ, ἀναμένει τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ, ἕως ὅτε πέμψῃ τὴν βροχὴν, καὶ αὐξηθῇ ὁ σπόρος. Μυρία γὰρ ἐὰν κοπιάσῃ ὁ γεωργὸς καθαρίζων καὶ φιλοκαλῶν, καὶ τότε σπείρων, ἐὰν μὴ βρέξῃ ὁ Θεὸς εἰς τὸν σπόρον αὐτοῦ, εἰς μάτην γίνεται ὅλος ὁ κόπος αὐτοῦ. Οὕτως καὶ ἡμεῖς θέλομεν· κἂν ποιήσωμέν τι ἀγαθὸν, ἵνα καλύπτωμεν αὐτὸ διὰ τῆς ταπεινοφροσύνης, καὶ ἐπιρίπτωμεν ἐπὶ τὸν Θεὸν τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν· δεόμενοι αὐτοῦ ἵνα ἐπινεύσῃ εἰς τὸν κόπον ἡμῶν, ἐπεὶ εἰς μάτην γίνεται. Ἔστι πάλιν ὅτε καὶ μετὰ τὸ βρέξαι καὶ βλαστῆσαι τὸν σπόρον, οὐ κατέρχεται πάλιν ἡ βροχὴ κατὰ τὸν καιρὸν, καὶ ξηραίνεται τὸ βλάστημα καὶ ἀπόλλυται. Χρῄζει γὰρ καὶ ὁ σπόρος τῆς βροχῆς, καὶ τὸ βλάστημα ὁμοίως κατὰ πρόσβασιν, ἕως οὗ στερεωθῇ, καὶ οὐδὲ οὕτως

B δύναταί τις ἀμεριμνῆσαι. Ἐνίοτε γὰρ καὶ μετὰ τὸ αὐξηθῆναι καὶ ποιῆσαι στάχυν, γίνεται βροῦχος, ἢ χάλαζα καὶ εἴ τι τῶν τοιούτων, καὶ ἀπόλλυσι τὸν καρπόν. Οὕτως ἐστὶ καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς. Ὅταν γὰρ καθαρίσῃ καὶ καθαρίσῃ αὐτὴν ἀπὸ ὅλων τῶν παθῶν, ὧν εἴπομεν, καὶ σπουδάσῃ εἰς ὅλας τὰς ἀρετὰς, θέλει πάντοτε προσέχειν εἰς ἔλεος τοῦ Θεοῦ καὶ εἰς τὴν σκέπην αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἐγκαταλίπωσιν αὐτὴν καὶ ἀπόληται. Ὥσπερ γὰρ εἴπομεν καὶ ἐπὶ τοῦ σπόρου, ὅτι καὶ μετὰ τὸ βλαστῆσαι καὶ αὐξηθῆναι καὶ ποιῆσαι καρπὸν, ἐὰν μὴ πάλιν κατὰ πρόσβασιν κατέλθῃ ἡ βροχὴ, ξηραίνεται καὶ ἀπόλλυται· οὕτως ἐστὶ καὶ τὸ τοῦ ἀνθρώπου. Ἐὰν μετὰ τὸ ποιῆσαι τοσαῦτα, ἐπάρῃ ὁ Θεὸς μικρὸν τὴν σκέπην αὐτοῦ, καὶ ἐγκατα-

C λίπῃ αὐτὸν, ἀπόλλυται. Ἡ ἐγκατάλειψις δὲ γίνεται τῷ ἀνθρώπῳ, ὅταν ποιεῖ πρᾶγμα παρὰ τὴν κατάστασιν αὐτοῦ. Οἷόν τι λέγω· Ἐάν τις ᾖ εὐλαβὴς καὶ ἔλθῃ εἰς ἀδιαφορίαν, ἢ ταπεινὸς καὶ ἔλθῃ εἰς θρασύτητα. Καὶ οὐ τοσοῦτον ἐγκαταλιμπάνει ὁ Θεὸς τὸν ἀδιάφορον, ἐὰν ἀδιαφορήσῃ, οὐδὲ τὸν θρασὺν ἐὰν θρασυνθῇ, ὅσον ἐγκαταλιμπάνει τὸν εὐλαβῆ ἐὰν ἀδιαφορήσῃ, καὶ τὸν ταπεινὸν ἐὰν θρασυνθῇ. Τοῦτό ἐστι τὸ ἁμαρτεῖν τινα παρὰ τὴν κατάστασιν αὐτοῦ· ἐκ τούτου γίνεται ἐγκατάλειψις.

D Ζ'. Διὰ τοῦτο ὁ ἅγιος Βασίλειος ἄλλως κρίνει τὴν ἁμαρτίαν τοῦ εὐλαβοῦς, καὶ ἄλλως τὴν τοῦ διαφόρου. Ὅταν δὲ φυλάξῃ τις ἑαυτὸν καὶ ἀπὸ τούτου, θέλει προσέχειν, ἵνα μὴ ἐὰν ἐποίει μικρὸν, ποιῇ αὐτὸ μετὰ κενοδοξίας, ἢ ἀνθρωπαρεσκείας, ἢ κατά τινα λογισμὸν ἀνθρώπινον, καὶ ἀπόλλῃ αὐτὸ τὸ μικρὸν ὀλίγον ὃ ἐποίει, ὡς εἴπομεν περὶ τοῦ βρούχου, καὶ τῆς χαλάζης, καὶ τῶν τοιούτων. Πάλιν καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ὅταν καὶ μηδὲν πάθῃ κακὸν ὁ καρπὸς, ἀλλὰ καὶ φυλαχθῇ ἕως τοῦ θερισμοῦ· οὐδὲ οὕτως δύναται ὁ γεωργὸς ἀμεριμνῆσαι· ἔστι γὰρ ὅτε καὶ μετὰ τὸ θερίσαι τινὰ τὸ χωρίον, καὶ ποιῆσαι ὅλον τὸν κόπον αὐτοῦ, ἔρχεται πονηρὸς ἄνθρωπος μετὰ μίσους, καὶ βάλλει πῦρ εἰς τὸν καρπὸν ἐκεῖνον, καὶ ἀπόλλει ὅλον τὸν καρπὸν, καὶ τὸν κόπον ἐκεῖνον τοῦ ἀνθρώπου. Ἕως οὗ ἴδῃ ὅτι ἐκαθάρισεν αὐτὸ καλῶς καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν ἀποθήκην, οὐ δύναται ἀμεριμνῆσαι· ὁμοίως καὶ ὁ ἄνθρωπος ὅταν συνηθῇ ἐκ τούτων πάντων ὧν εἴπομεν ἐξειλῆται, οὐ θέλει οὐδ' οὕτως ἀμεριμνῆσαι. Συμβαίνει

Digitized by Google

γὰρ ὅτι μετὰ ὅλα ταῦτα, εὑρίσκει ὁ διάβολος πλανῆσαι αὐτὸν, ἢ διὰ δικαιωμάτων, ἢ διὰ ὑπερηφανίας, ἢ διὰ τὸ ἐμβαλεῖν λογισμοὺς ἀπιστίας, ἢ κακῆς αἱρέσεως· καὶ οὐ μόνον ὅτι ἀπόλλει ὅλους τοὺς κόπους αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ χωρίζει αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Καὶ εἴ τι οὐκ ἠδυνήθη αὐτῷ διὰ τῆς πράξεως, δι' ἐνὸς λογισμοῦ ποιεῖ αὐτῷ. Ἔστι γὰρ ὅτε καὶ λογισμὸς δύναται χωρίσαι τινὰ τοῦ Θεοῦ, ἐὰν καταδέξηται, καὶ συγκατάθηται αὐτῷ. Ὥστε ὁ θέλων μετὰ ἀληθείας, οὐκ ὀφείλει ἀμεριμνῆσαι, ἕως ἐσχάτης ἀναπνοῆς. Χρεία οὖν κόπου καὶ φροντίδος πολλῆς, καὶ τοῦ δέεσθαι τοῦ Θεοῦ διὰ παντὸς, ἵνα αὐτὸς σκεπάσῃ καὶ διασώσῃ ἡμᾶς τῇ ἀγαθότητι αὐτοῦ, εἰς δόξαν τοῦ ἁγίου ὀνόματος αὐτοῦ.

A post hæc omnia diabolum seducere eum, vel ex justificationibus et arrogantiis, vel per infidelitatis cogitationes, aut pravæ hæresis, quas menti immiserit; ita ut non solum labores omnes suos amittat, sed plerumque etiam a Deo recedat. Et quod non potuit diabolus per actionem, egerit per cogitationem. Potest enim unica cogitatio hominem a Deo separare, cum scilicet eam susceperit eique consenserit. Quare qui vere salvari optat, nullo tempore usque ad ultimum spiritum, de se debet esse securus. Opus igitur labore, cura et studio multo, continuoque orationi vacandum, ut Deus nos custodiat et salvet sua bonitate et clementia in gloriam sanctissimi nominis sui.

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ Ιγ'.

Περὶ τοῦ ἀταράχως καὶ εὐχαρίστως ὑποφέρειν τοὺς πειρασμούς.

Α'. Καλῶς εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν, ὅτι τὸ σημεῖον τοῦ μοναχοῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς φαίνεται. Ὀφείλει γὰρ ὁ μοναχὸς ὁ μετὰ ἀληθείας προσερχόμενος τῷ Κυρίῳ δουλεῦσαι, ἑτοιμάσαι κατὰ τὴν σοφίαν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ εἰς πειρασμούς, ἵνα μὴ ξενίζηταί ποτε μηδὲ ταράσσηται ἐν τοῖς συμβαίνουσι· πιστεύων ὅτι οὐδὲν ἄνευ τῆς προνοίας τοῦ Θεοῦ γίνεται. Ὅπου δὲ Θεοῦ πρόνοια, πάντως καλόν ἐστι, καὶ εἰς ὠφέλειαν ψυχῆς τὸ γινόμενον· πάντα γὰρ ὅσα ποιεῖ ὁ Θεὸς μεθ' ἡμῶν, ὑπὲρ τοῦ συμφέροντος ποιεῖ, καὶ ἀγαπῶν ἡμᾶς καὶ φειδόμενος ἡμῶν. Καὶ ὀφείλομεν, ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖν τῇ ἀγαθότητι αὐτοῦ, καὶ μηδέποτε ἀθυμεῖν, ἢ μικροψυχεῖν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσιν ἡμῖν, ἀλλὰ δέχεσθαι ἀταράχως τὰ ἐπερχόμενα μετὰ ταπεινοφροσύνης καὶ τῆς μετὰ Θεὸν ἐλπίδος· πεπεισμένοι, καθὼς εἶπον, ὅτι πάντα ὅσα ἂν ποιῇ μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, ἀγαθότητι ποιεῖ, καὶ ἀγαπῶν ἡμᾶς ποιεῖ, καὶ καλῶς ποιεῖ. Καὶ οὐκ ἐνδέχεται αὐτὰ ἄλλως καλῶς γενέσθαι, εἰ μὴ οὕτως ἐλέησεν ὁ Θεός. Φίλον ἐὰν ἔχῃ τις καὶ πληροφορεῖται ὅτι ἀγαπᾷ αὐτόν· εἴ τι δ' ἂν πάθῃ παρ' αὐτοῦ, κἂν ἀλιθερὸν εἶ, ἔχει ὅτι ἀγαθῶν ἐποίησε, καὶ οὐδέποτε πιστεύει περὶ τοῦ φίλου αὐτοῦ, ὅτι βλάψαι αὐτὸν θέλει· πόσῳ μᾶλλον ἡμεῖς ὀφείλομεν ἔχειν περὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ πλάσαντος ἡμᾶς, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγόντος, καὶ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντος, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντος, ὅτι πάντα ἀγαθότητι ποιεῖ μεθ' ἡμῶν, καὶ ἀγαπῶν ἡμᾶς ποιεῖ;

Β'. Καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ φίλου ἔστι λογίσασθαί τινα, ὅτι ἀγαπῶν με ποιεῖ, καὶ φειδόμενος δι' ἐμοῦ· ἀλλ' οὐ πάντως καὶ ταύτην ἔχει σύνεσιν, ὥστε διοικῆσαι τὰ κατ' ἐμὲ, καὶ διὰ τοῦτο, ὡς εἰκὸς, καὶ μὴ θέλων βλάπτει με· ἐπὶ δὲ Θεῷ οὐ δυνάμεθα τοῦτο εἰπεῖν. Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ πηγὴ τῆς σοφίας, καὶ οἶδε πάντα τὰ συμφέροντα ἡμῖν, καὶ πρὸς αὐτὸ διοικεῖ τὰ καθ' ἡμᾶς μέχρι καὶ τῶν εὐτελεστέρων. Ἔστι δὲ πάλιν εἰπεῖν περὶ τοῦ φίλου ὅτι ἀγαπᾷ, καὶ φείδεται καὶ συνετός ἐστιν εἰς τὸ διοικῆσαι τὰ κατ'

B *Ut viriliter et cum gratiarum actione tentationes feramus.*

I. Quam præclare locutus est abbas Pastor, monachi scilicet veri signum inter tentationes maxime apparere. Debet enim monachus qui non ficte, non simulate ad Dei servitium venerit juxta Sapientiam [1], præparare cor suum ad tentationes; ita ut in his quæ sibi contigerint, non obstupescat aliquando, non conturbetur, hoc secum reputans, et certum habens sine divina Providentia fieri nihil. Quæcunque enim nobiscum agit et dispensat Deus, omnia in utilitatem nostram agit, omnia ex benevolentia et charitate sua erga nos dispensat, ut scilicet curet et salvet. Quare in cunctis, ut ait Apostolus [m], ejus bonitati gratias agere debemus, atque C in nullo contristari, aut deficere vel minimum quæcunque nobis acciderint, sed omnia intrepide advenientia suscipere cum humilitate et spe in Deum; certo persuasi, ut dixi, quod quidquid nobiscum agit Deus, id sua bonitate et benevolentia erga nos agat. Neque enim decet ea aliter bene fieri, quam ut sic misereatur Deus. Nam si quis amicum habeat, et certissimus sit ab eo se diligi, quanquam aliquid ab eo patiatur interdum molesti, id tamen putat amanter factum, neque persuaderi potest ullo modo nocendi animum amicum habuisse. At quanto magis de Deo debemus hoc credere, qui nos plasmavit, qui cum non essemus, fecit ut essemus, qui pro nobis incarnatus, pro nobis mortuus est? D

II. Et in amico quidem cogitari quædam possunt, quod scilicet amanter et curam mei gerens hoc fecerit: cum tamen non esset in eo omnis providentia et sapientia mearum rerum administrandarum, ut decebat, fortasse nolens obfuit mihi. Hoc quidem de amico possumus et dicere et cogitare: at de Deo autem nequaquam. Ipse enim fons est sapientiæ, et quidquid nobis advenit, prænovit optime usque etiam ad minima quæque et vilissima. De amico etiam fortasse dicetur quod nos diligat, quod

[1] Eccli II. 1. [m] Ephes. v. 20; I Thess. v, 18.

Digitized by Google

435 nostrarum rerum curam gerat, quod sapiens et prudens sit in earumdem administratione: sed quod minime possit in omnibus prodesse, in quibus et vellet et optaret. At de Deo nefas hoc dicere. Omnia illi possibilia sunt, et nihil impossibile in conspectu ejus. Quod si igitur hæc omnia de Deo novimus, quod nos diligat et amet, quod curam habeat sui plasmatis, quod sapientiæ fons sit, quod novit optime quomodo nostra administret, quod nihil sit ei impossibile, quod omnia subjiciantur ejus voluntati; debemus utique et certissime tenere, quod quidquid agit, in nostram utilitatem et commodum agat, atque omnia ita suscipere cum gratiarum actione ut a benefactore et Domino nostro optimo, etiamsi illa molestiæ aliquid et tribulationis attulerint. Nam si in his quæ adversa obvenerint, præ dolore quis peccat et angustia, quomodo existimandus est credere fieri hæc a Deo pro sua utilitate et commodo?

III. Non peccamus in his quæ nobis a Deo inferuntur, nisi ex maxima impatientia nostra, qui nolumus tribulationem ullam et angustiam vel minimam pati, non quidquid nobis insperato et præter opinionem acciderit. Nam Deus nihil nobis permittit evenire supra vires nostras, ut ait Apostolus: *Fidelis est Deus, qui non permittet vos tentari supra id quod potestis* [a]. Nos vero adeo debiles et imbecilles sumus, ut pati nolumus quidquam, qui laborem etiam parvum subterfugiamus, qui nihil cum humilitate velimus suscipere; hincque conterimur, hinc angimur: quantoque magis studuerimus tentationes devitare, tanto magis illas incurrimus, his prægravamur, in his deficimus, nec ab eis possumus eripi et liberari. Sunt plerique in mari natantes ex aliqua necessitate, qui cum peritiam et artem natandi optime teneant, ubi undas in se proruentes aspexerint, incurvati illis sese subjiciunt, dum pertransierint, atque ita ab eis nusquam læduntur. Quod si vellent venienti undæ se ipsos opponere, illos absque dubio longius unda repelleret, et quasi jacularetur in mare, atque ita fatigarentur et frangerentur vi undarum, nihil omnino perficientes. Idem in tentationibus contingit. Cum quis advenientem tentationem tulerit cum humilitate et patientia, illam sine molestia, sine læsione ulla pertransit. Qui si angatur, crucietur, turbetur, causas in quemcunque referens, seipsum lædit et tentationem ipsam graviorem reddit, ita ut non solum non prosit ipsa tentatio, sed maxime obsit. Illi enim utiles sunt tentationes qui eas intrepide susceperit ac sustinuerit.

IV. Non igitur passio nos conturbet, non affligat: affligi enim a passione ignorantiæ est et superbiæ, quod scilicet non noverimus statum no-

A ἐμὲ, οὐ μὴν καὶ δύναμιν ἔχει εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι ἐν οἷς νομίζει με ὠφελεῖσθαι. Οὐδὲ τοῦτο δυνάμεθα περὶ τοῦ Θεοῦ εἰπεῖν. Πάντα γὰρ δυνατὰ αὐτῷ ἐστι, καὶ οὐδὲν ἀδυνατεῖ ἐνώπιον αὐτοῦ. Ὥστε οὖν οἴδαμεν περὶ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἀγαπᾷ καὶ φείδεται τοῦ ἰδίου πλάσματος, καὶ αὐτός ἐστιν ἡ πηγὴ τῆς σοφίας, καὶ οἶδε πῶς διοικῆσαι τὰ καθ' ἡμᾶς, καὶ ὅτι οὐδὲν ἀδύνατον αὐτῷ, ἀλλὰ πάντα ὑπουργεῖ τῷ θελήματι αὐτοῦ, καὶ ὀφείλομεν εἰδέναι ὅτι πάντα ὅσα ποιεῖ, ὑπὲρ τοῦ συμφέροντος ποιεῖ, καὶ δέχεσθαι αὐτὰ μετὰ εὐχαριστίας, καθὼς προείπομεν, ὡς παρὰ εὐεργέτου καὶ ἀγαθοῦ Δεσπότου, κἂν θλιβερὰ ὦσι· πάντα γὰρ δικαίᾳ κρίσει γίνονται, καὶ οὐ παραβλέπει ὁ Θεὸς, ὁ οὕτως ἐλεήμων, οὐδὲ τὴν ψυχοῦσαν [13] ἡμῶν θλίψιν. Πολλάκις δὲ ἀμφιβάλλει B τις ἐν ἑαυτῷ λέγων, καὶ ἐὰν ἐν ταῖς ἐπιφοραῖς ἁμαρτάνει τις ἀπὸ θλίψεως πῶς δύναται ἔχειν ὅτι ὑπὲρ τοῦ συμφέροντός εἰσιν;

Γ'. Οὐχ ἁμαρτάνομεν ἐν ταῖς ἐπιφοραῖς, εἰ μὴ ἐκ τοῦ εἶναι ἡμᾶς ἀφερεπόνους, καὶ μὴ θέλειν βαστάσαι μικρὰν θλίψιν, ἢ παθεῖν τι παρὰ σκοπὸν, ἐπεὶ οὐ συγχωρεῖ ὁ Θεὸς ἐπενεχθῆναι ἡμῖν πρᾶγμα παρὰ τὴν δύναμιν ἡμῶν, ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος· *Πιστὸς ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἐάσει ἡμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δυνάμεθα*. Ἀλλ' ἡμεῖς ἐσμεν οἱ μὴ ἔχοντες ὑπομονὴν, μηδὲν θέλοντες πονῆσαι μικρὸν, μηδὲ ἀνεχόμενοι δέξασθαί τι μετὰ ταπεινώσεως· διὰ τοῦτο συντριβόμεθα, καὶ ὅσον σπουδάζωμεν ἐκφυγεῖν τοὺς πειρασμοὺς, τοσοῦτον βαρούμεθα ἑαυτοῖς, καὶ C ὀλιγωροῦμεν, καὶ οὐδὲ ἐξηλῆσαι δυνάμεθα. Εἰσί τινες κολυμβῶντες διὰ χρείαν εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐὰν οἴδασι τὴν τέχνην τοῦ κολυμβῆσαι, ὅτε ἔρχεται τὸ κῦμα κατ' αὐτῶν, ὑποκάτω αὐτοῦ ἕως οὗ παρέλθῃ, καὶ λοιπὸν μένουσιν ἀβλαβῶς κολυμβῶντες. Ἐὰν δὲ θελήσωσιν ἐναντιωθῆναι τῷ κύματι, ὠθεῖ αὐτοὺς ἔξω, καὶ ἀκοντίζει πολὺ διάστημα. Πάλιν ὡς ἄρχονται κολυμβᾷν, ἔρχεται ἄλλο κῦμα ἐπάνω αὐτῶν· ἐὰν πάλιν ἐναντιωθῶσι, πάλιν ὠθεῖ αὐτοὺς ἔξω· καὶ μόνον συντρίβονται μηδὲν ἀνύοντες. Ἐὰν δὲ, ὡς εἶπον, ὑποκύψωσι τῷ κύματι καὶ ταπεινωθῶσιν ὑποκάτω αὐτοῦ, παρέρχεται μηδὲν βλάπτων αὐτοὺς καὶ μένουσι κολυμβῶντες ὅσον θέλουσι, καὶ ποιοῦντες τὸ ἔργον αὐτῶν· οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν πειρα- D σμῶν, ἐάν τις βαστάσῃ τὸν πειρασμὸν μεθ' ὑπομονῆς καὶ ταπεινώσεως, παρέρχεται ἀβλαβῶς· ἐὰν δὲ μένῃ θλιβόμενος, ταρασσόμενος, αἰτιώμενος ἕκαστον, ἑαυτὸν κολάζει, βαρύνων καθ' ἑαυτοῦ τὸν πειρασμὸν ἀνθ' οὗ οὐκ ὠφελεῖται, ἀλλὰ βλάπτεται. Πάνυ γὰρ ὠφελοῦσιν οἱ πειρασμοὶ τὸν ἀταράχως ὑπομένοντα αὐτούς.

Δ'. Καὶ πάθος δὲ ἐὰν ὀχλήσῃ ἡμῖν, οὐκ ὀφείλομεν οὐδὲ ἐν τούτῳ ταράσσεσθαι· τὸ γὰρ ταραχθῆναί τινα ὀχλούμενον ὑπὸ πάθους, ἀγνωσίας ἐστὶ

[a] I Cor. x, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[13] Ψυχοῦσαν. Inepte pro τυχοῦσαν. Locus itaque, ab interprete omissus, ita vertendus: *Non despicit Deus, qui ita misericors est, neque mediocrem afflictionem nostram.* Emendationem acceptam referimus Cotelerio *Eccl. Gr. Monum.* tom. II, pag. 667 b.

Digitized by Google

καὶ ὑπερηφανίας, καὶ ἐκ τοῦ μὴ εἰδέναι τὴν ἰδίαν κατάστασιν, καὶ ἐκ τοῦ φεύγειν τὸν κόπον, καθὼς εἶπον οἱ Πατέρες. Διὰ τοῦτο οὐ προκόπτομεν, ὅτι οὐκ ἐπιστάμεθα τὰ μέτρα ἑαυτῶν, οὐδὲ ἔχομεν ὑπομονὴν ἐν ᾧ ἀρχόμεθα ἔργῳ, ἀλλὰ ἀπόνως θέλομεν ἀρχὴν [a] κτήσασθαι. Διὰ τί γὰρ ξενίζεται ὁ ἐμπαθὴς ὀχλούμενος ὑπὸ πάθους; Διὰ τί γὰρ ταράσσεται ἐνεργήσας αὐτό; Ἔχεις αὐτὸ καὶ ταράσσῃ; Τοὺς ἀῤῥαβῶνας αὐτοῦ ἔχεις, καὶ λέγεις, Διὰ τί ὀχλεῖ μοι; Μᾶλλον ὑπόμενον, ἀγώνισαι, παρακάλεσον τὸν Θεόν. Ἀδύνατον γάρ ἐστι μὴ ἔχειν τὴν θλῖψιν τῶν παθῶν, τὸν ἐμπεσόντα εἰς τὴν ἐνέργειαν αὐτῶν. Τὰ σκεύη αὐτῶν, ὡς εἶπεν ὁ ἀββᾶς Σισώης ἔνδοθέν σού εἰσι· δὸς αὐτοῖς τὸν ἀῤῥαβῶνα αὐτῶν, καὶ ὑπάγουσι. Τὰ σκεύη εἶπε τὰ αἴτια. Ἐφ' ὅσον οὖν ταῦτα ἠγαπήσαμεν καὶ ἐνηργήσαμεν, οὐ δυνατὸν μὴ αἰχμαλωτίζεσθαι ἡμᾶς ὑπὸ τῶν ἐμπαθῶν λογισμῶν, ἐκβιαζομένων ἡμῶν καὶ μὴ θέλοντας ἐνεργῆσαι τὰ πάθη· ἐπειδὴ ἑκόντες ἑαυτοὺς προεδώκαμεν εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν. Τοῦτό ἐστιν ὃ λέγει ὁ προφήτης τὴν τοῦ Ἐφραὶμ τοῦ καταδυναστεύσαντος τὸν ἀντίδικον αὐτοῦ· τοῦτό ἐστι τὴν ἰδίαν συνείδησιν, καὶ καταπατήσαντος κρίσιν, ὅτι ἐζήτησεν Αἴγυπτον, καὶ βίᾳ ἐλήφθη ἐν Ἀσσυρίοις. Αἴγυπτον λέγουσιν οἱ Πάτρες τὸ θέλημα τὸ σαρκικὸν τὸ κλίνον ἡμᾶς εἰς τὴν σωματικὴν ἀνάπαυσιν, καὶ διδάσκον εἶναι ἡδυπαθέστερον τὸν νοῦν· Ἀσσυρίους δὲ, τοὺς ἐμπαθεῖς λογισμούς, τοὺς θολοῦντας καὶ συγχέοντας τὸν νοῦν καὶ πληροῦντας αὐτὸν εἰδώλων ἀκαθάρτων, καὶ φέροντας αὐτὸν βίᾳ καὶ μὴ βουλόμενον, εἰς τὴν κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίαν.

strum, et laborem omnem subterfugiamus, atque hinc fit (ut Patres nostri senserunt) ut nunquam proficiamus, quia metas nostras ignoramus, quia in cœptis operibus non perseveramus, quia sine labore parare virtutem credimus. Quare enim vitiosus miretur conturbatus a suo vitio? Quare affligatur, dum illud operatur? id in te habes, et turbaris? Pignora ejus tenes, et dicis: Quare mihi turbas facit? Patere, sustine, certa, Deum ora. Impossibile enim est non habere eum afflictionem passionis et vitii, qui illud ad actum perduxerit. Vasa ipsius (ut aiebat abbas Sisoes) intra te sunt, da illis pignus suum, **436** et abibunt. Vasa dicit causas, quas cum diligimus atque operamur, impossibile est non captivari nos a vitiosis cogitationibus, quæ postmodum nos cogunt etiam nolentes operari vitia, ex quo volentes illis dedimus manus. Et hoc est quod ait propheta de Ephraim prævalente in adversarium suum [o], hoc est in propriam conscientiam, et conculcante judicium; quoniam quæsivit Ægyptum, et vi deprehensus est in Assyriis. Ægyptum interpretantur Patres carnalem quietem et otium, ac sensum libidinosum. Assyrios autem vocant vitiosas et impuras cogitationes, quæ mentem nostram confundunt et turbant, et replent eam idolis immundis, trahentes vi etiam nolentem ad actionem peccati (1).

Ε'. Ἐὰν οὖν ἑκὼν ἐκδῷ τις ἑαυτὸν τῇ ἡδυπαθείᾳ τοῦ σώματος, ἀναγκάζεται καὶ μὴ θέλων ἀχθῆναι εἰς Ἀσσυρίους βίᾳ, καὶ δουλεῦσαι τῷ Ναβουχοδονόσορ. Τοῦτο εἰδὼς ὁ προφήτης διεπονεῖτο καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· *Μὴ κατέλθητε εἰς Αἴγυπτον*· τί ποιεῖτε, ἄθλιοι, ταπεινώθητε μικρόν· κλίνατε τὸν ὦμον ὑμῶν καὶ ἐργάσασθε τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος, καὶ καθίσατε ἐπὶ τῆς γῆς τῶν πατέρων ὑμῶν. Πάλιν διεγείρει αὐτοὺς λέγων· *Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, ὅτι μεθ' ἡμῶν ἐστιν ὁ Θεὸς τοῦ ἐξελέσθαι ἡμᾶς ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ*. Εἶτα προλέγει καὶ τὴν ἐπερχομένην αὐτοῖς θλῖψιν, ἐὰν ἀπειθήσωσι τῷ Θεῷ. Ἐὰν γάρ, φησὶν, εἰσέλθητε εἰς Αἴγυπτον, ἔσεσθε εἰς ἄβατον, καὶ ὑποχείριοι, καὶ εἰς ἀρὰν, καὶ εἰς ὀνειδισμόν. Καὶ λέγουσιν αὐτῷ κἀκεῖνοι· *Οὐ μὴ καθίσωμεν ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, ὅτι εἰς Αἴγυπτον εἰσελευσόμεθα, καὶ οὐ μὴ ἴδωμεν πόλεμον, καὶ φωνῆς σάλπιγγος οὐκ ἀκούσωμεν, καὶ ἐν ἄρτοις οὐ μὴ πειράσωμεν*. Κατῆλθον οὖν καὶ ἐδούλευον ἑκόντες τῷ Φαραώ. Εἶτα ἦχθησαν βίᾳ εἰς Ἀσσυρίους, καὶ ἐδούλευσαν αὐτοῖς καὶ μὴ θέλοντες.

V. Cum igitur quis sese dediderit libidini corporis, cogitur nolens etiam trahi in Assyrios ad serviendum Nabuchodonosor. Quod propheta cognoscens, affligebatur admodum et dicebat eis: *Ne pergatis in Ægyptum* [p]. Quid enim facitis, miseri, humiliamini parumper, inclinate humeros vestros et opera vestra præstate regi Babylonis, sedete in terra patrum vestrorum. Iterum excitabat eos dicens: *Nolite timere a facie ejus, quoniam nobiscum est Deus, potens liberare nos de manu ejus* [q]. Deinde prædicit eis futuram afflictionem, nisi Deo paruerint. Si enim, inquit, perrexeritis in Ægyptum, eritis cum eo ceu invium quoddam, et eritis servi, et in maledictionem et confusionem et opprobrium [r]. Responderuntque infelices et miseri: *Non sedebimus in terra hac, sed ingrediemur Ægyptum: et non videbimus bellum, neque sonitum tubæ audiemus: et in panibus non esuriemus* [s]. Profecti igitur sunt, et sponte Pharaoni servierunt. Haud vero multo post nolentes tracti sunt in Assyrios: et ipsis pariter servierunt.

[o] Osee v, 13. [p] Jerem. XLII, 19. [q] ibid. 11. [r] ibid. 15, 16 [s] ibid. 13, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[a] ἀρετήν.

(1) Caute lege ut etiam aliis locis, ubi ita loqui solet, forsan hyperbolice de vehementia impuræ cogitationis aut vitiosi habitus: alioquin in omni actu letalis peccati adest actio voluntatis plene libera et sui juris.

Digitized by Google

VI. Advertite, obsecro, animum ad ea quæ dicta sunt. Antequam quis peccatum ad actum perduxerit, etsi contra ipsum pugnaverint cogitationes, tamen in sua civitate adhuc liber est, et Deum habet opitulantem sibi. Si igitur Deo cervicem humiliet, feratque tentationis et tribulationis jugum cum gratiarum actione, concertetque paululum, nec bello statim cedat, auxilio Domini liberatur. Quod si pugnam subterfugerit et laborem, reclinaveritque seipsum in corporeas voluptates, tunc vi trahitur invitus ad terram Assyriorum, et servituti eorum nolens subjicitur. Qua de causa inclamat illis propheta : *Orate ut vivat Nabuchodonosor, quod in vita ejus est salus vestra* [1]. Nabuchodonosor est non deficere ad ullam tribulationem, neque statim superveniente ad ullam tentationem recalcitrare, sed cum humilitate ferre et pati illam ut debitores, existimareque nos ipsos indignos liberari hujuscemodi tentatione, orareque Deum potius, ut prorogetur, vigeat, firmeturque in nobis tentatio, sive noverimus, sive ignoraverimus ipsius tentationis causam, hoc ipsum certe tenentes, nihil esse apud Deum iniquum, nihil injustum. Quod dixit frater ille mœstus et flens, cum ab eo Dominus tentationem abstulisset : « Domine, num ego non sum dignus modica aliqua tribulatione ? » Scriptum est etiam de discipulo magni Patris, qui a fornicationis spiritu maxime vexabatur, quod interrogatus a Patre an orari pro se 437 Deum vellet ut auferretur ab eo hujuscemodi tentatio, responderit : « Etsi laborem, ut vides, pater abba : affligarque non modicum ; non ignoro tamen quantum fructus et utilitatis hinc mihi proveniat. Quare Deum potius ora ut mihi constantiam et patientiam largiatur. »

A Ϛ'. Θέτε τὸν νοῦν ὑμῶν εἰς τὸ λεγόμενον· Πρὸ τοῦ ἐνεργῆσαί τινα τὸ πάθος, κἂν ἐπιστρατεύσωσιν οἱ λογισμοὶ κατ' αὐτοῦ, ἀλλὰ τέως ἐν τῇ ἰδίᾳ πόλει ἐστίν· ἔχει δὲ καὶ τὸν Θεὸν βοηθοῦντα αὐτῷ. Ἐὰν οὖν ταπεινωθῇ τῷ Θεῷ, καὶ βαστάξῃ τὸ ζυγὸν τὸ τῆς θλίψεως καὶ τοῦ πειρασμοῦ μετὰ εὐχαριστίας, καὶ ἀγωνίζηται μικρὸν, ἡ βοήθεια τοῦ Θεοῦ ἐξαιρεῖται αὐτόν. Ἐὰν δὲ φύγῃ τὸν κόπον, καὶ κατέλθῃ εἰς τὴν ἡδυπάθειαν τοῦ σώματος, τότε ἄγεται βίᾳ καὶ ἀνάγκῃ εἰς τὴν γῆν τῶν Ἀσσυρίων, καὶ δουλεύει αὐτοῖς κἂν μὴ θέλων. Τότε λοιπὸν λέγει αὐτοῖς ὁ προφήτης· *Εὔξασθε ὑπὲρ τῆς ζωῆς Ναβουχοδονόσορ· ὅτι ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν ἡ σωτηρία ὑμῶν*. Ναβουχοδονόσορ ἐστὶ, τὸ μὴ ὀλιγωρεῖν τινα πρὸς τὴν θλῖψιν τοῦ συμβαίνοντος αὐτῷ πειB ρασμοῦ, μηδὲ ἀπολακτίζειν ἀπ' αὐτοῦ, ἀλλὰ μετὰ ταπεινώσεως βαστάζειν, ὡς χρεωστῶν παθεῖν, καὶ ἔχει ὅτι οὐκ ἔστιν ἄξιος οὐδὲ ἀπαλλαγῆναι τοῦ βάρους, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τοῦ χρονίσαι, καὶ στερεωθῆναι κατ' αὐτοῦ τὸν πειρασμὸν, κἂν συνεῖδεν ἑαυτῷ τὴν αἰτίαν, κἂν πρὸς τὸ παρὸν, κἂν μὴ συνεῖδε, πιστεύων ὅτι οὐδὲν ἄκριτον παρὰ τῷ Θεῷ οὐδὲ ἄδικον. Ὅσπερ ἔλεγεν ἐκεῖνος ὁ ἀδελφὸς λυπούμενος καὶ κλέων [2], ἐπειδὴ ἐπῆρεν ὁ Θεὸς τὸν πειρασμόν· « Κύριε, οὐκ εἰμὶ ἄξιος θλιβῆναι μικρόν ; Πάλιν γέγραπται ὅτι μαθητὴς μεγάλου γέροντος ἐπολεμήθη εἰς πορνείαν. Καὶ βλέπων αὐτὸν ὁ γέρων κοπιῶντα, λέγει αὐτῷ· « Θέλεις παρακαλέσω τὸν Θεὸν, καὶ κουφίζει ἀπὸ σοῦ τὸν πόλεμον ; Ὁ δὲ εἶπεν· « Εἰ καὶ κοπιῶ ἐβάδε, ἀλλὰ βλέπω ἐκ τοῦ πόνου καρπὸν εἰς ἐμέ. Τοῦτο δὲ μᾶλλον C παρακάλεσον τὸν Θεὸν, ἵνα δώσῃ μοι ὑπομονήν. »

VII. Ecce eos qui diligentes et anxii sunt circa salutem suam : hoc est enim ferre jugum cum humilitate. Hinc propheta ait : *Orate pro vita Nabuchodonosor, quoniam in ipsius vita est salus vestra*. Idem fere est dicere : Video fructum qui mihi ex labore et tentatione provenit : et dicere, *quoniam in ipsius vita est salus vestra*. Quod ita esse ostendit et senior prædictus cum discipulo responderet, dicens : « Cognovi hodie, fili, quia et proficis, et jam me superas. » Cum enim quis oppugnatur ut ad peccati actum proveniat ; ille autem virili animo repugnat et resistit pravis cogitationibus, humiliatur, affligitur, certat, et per labores afflictionesque certaminis paulatim purgatur, et quasi redit ad id quod est sibi a natura ingenitum. Ut quoque diximus, ab D ignorantia et superbia sua affligitur qui sub passione turbatur, cum magis deberet mensuram suam cognoscere cum humilitate, et sustinere supplicans, donec cum eo misericordiam faceret Deus. Nisi enim tentatus quis fuerit, videritque afflictionem passionum, haud certabit aliquando ut purgetur.

Z'. Εἰδὲν [3] οὗτοί εἰσιν ἀκριβῶς οἱ σωθῆναι θέλοντες, τοῦτό ἐστι τὸ βαστάσαι μετὰ ταπεινοφροσύνης τὸν ζυγὸν, καὶ εὔξασθαι ὑπὲρ τῆς ζωῆς Ναβουχοδονόσορ. Διὰ τοῦτο λέγει ὁ προφήτης, *Ὅτι Ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ ἐστιν ἡ σωτηρία ὑμῶν*. Ὁμοιόν ἐστι τὸ εἰπεῖν τὸν ἀδελφόν· *Βλέπω καρπὸν ἐκ τοῦ κόπου εἰς ἐμὲ*, τῷ εἰπεῖν· *Ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ ἐστιν ἡ σωτηρία μου*. Ὡς δηλοῖ καὶ ὁ γέρων αὐτῷ· « Σήμερον ἔγνων ὅτι ἐν προκοπῇ εἶ, καὶ ὑπερβαίνεις με. » Ἐπὰν γὰρ ἀγωνίσηταί τις πρὸς τὴν κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίαν, καὶ ἄρξηται πολεμεῖν, καὶ πρὸς τοὺς κατὰ διάνοιαν λογισμοὺς ἐμπαθεῖς ταπεινοῦται, συντρίβεται, ἀγωνίζεται, καὶ διὰ τῆς θλίψεως τῶν ἀγώνων κατὰ μικρὸν καθαίρεται καὶ ἐπανέρχεται εἰς τὸ κατὰ φύσιν. Ὥστε, καθὼς εἴπομεν, ἀπὸ ἀγνωσίας καὶ ὑπερηφανίας ταράσσεταί τις ὅταν ὀχλεῖται ὑπὸ πάθους, ἀλλὰ μᾶλλον μετὰ ταπεινώσεως ὀφείλει εἰδέναι τὰ ἴδια μέτρα· καὶ ὑπομεῖναι εὐχόμενος, ἕως ποιήσει ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ τὸ ἔλεος. Ἐὰν γὰρ μὴ πειρασθῇ τις, καὶ ἴδῃ τὴν θλῖψιν τῶν παθῶν, οὔτε ἀγωνίζεταί ποτε καθαρθῆναι. Καὶ λέγει ὁ ψαλμὸς, περὶ

[1] Baruch. I, 11, 12.

VARIÆ LECTIONES.

[2] κλαίων. [3] ἰδού.

Digitized by Google

τούτου· *Ἐν τῷ ἀνατεῖλαι ἁμαρτωλοὺς ὡσεὶ χόρτον, καὶ διέκυψαν πάντες οἱ ἐργαζόμενοι, ὅπως ἂν ἐξολοθρευθῶσιν εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.* Ἁμαρτωλοὶ ἀνατέλλοντες ὡσεὶ χόρτος εἰσὶν οἱ ἐμπαθεῖς λογισμοί. Ἀσθενὴς γάρ ἐστιν ὁ χόρτος, καὶ μὴ ἔχων δύναμιν. Ὅτε οὖν ἀνατείλωσιν οἱ ἐμπαθεῖς λογισμοὶ ἐν τῇ ψυχῇ, τότε διακύπτουσι, τοῦτ' ἔστιν ἀναφαίνονται πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν· οἵτινές εἰσι τὰ πάθη, ὅπως ἂν ἐξολοθρευθῶσιν εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ὅταν γὰρ ἀναφανῶσι τὰ πάθη τοῖς λεγομένοις, τότε ἐξολοθρεύονται ὑπ' αὐτοῦ.

Η'. Νοήσατε τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λόγου. Πρῶτον ἀνατέλλουσιν οἱ ἐμπαθεῖς λογισμοὶ, ἔπειτα ἀνακύπτουσι τὰ πάθη, εἶθ' οὕτως ἐξολοθρεύονται. Ταῦτα πάντα ἀγωνιζομένων εἰσίν. Ἡμεῖς δὲ ποιοῦντες τὴν κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίαν, καὶ ἀεὶ ἐπεκδικοῦντες τὰ πάθη· οὔτε οἴδαμεν πότε ἀνατέλλουσιν οἱ ἐμπαθεῖς λογισμοὶ, οὐδὲ πότε ἀνακύπτουσι τὰ πάθη, ἵνα ἀγωνισώμεθα πρὸς αὐτά· ἀλλὰ κάτω ἐσμὲν ἀκμὴν, εἰς Αἴγυπτον, εἰς τὴν ἐλεεινὴν πλινθοποιΐαν τοῦ Φαραώ. Καὶ τίς δώσει ἡμῖν κἂν εἰς αἴσθησιν ἐλθεῖν τῆς πικρᾶς δουλείας ἡμῶν, ἵνα ταπεινωθῶμεν, καὶ σπουδάσωμεν ἐλεηθῆναι; Ὅτε ἦσαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐδούλευον τῷ Φαραὼ, ἐποίουν τὴν πλινθείαν οἱ δὲ πλινθάριοι ἐργαζόμενοι πάντοτε κάτω εἰσὶ κεκαυμένοι εἰς τὴν γῆν προσέχοντες· οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ ἐὰν κυριευθῇ ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ ποιεῖ τὴν κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίαν, καταπατεῖ τὸ φρόνημα αὐτῆς, καὶ ποιεῖ αὐτὴν μηδὲν φρονεῖν πνευματικὸν, ἀλλὰ πάντοτε τὰ γήϊνα καὶ φρονεῖν καὶ ποιεῖν. Εἶτα ᾠκοδόμησαν αὐτῷ ἐκ τῶν πλινθαρίων ὧν εἰργάσαντο, τρεῖς πόλεις ὀχυρὰς, τὴν Πιθὼ καὶ τὴν Ῥαμεσὶ, καὶ τὴν Ὢν· ἥ ἐστιν, Ἡλιόπολις. Αὗται δέ εἰσι, φιληδονία, φιλοδοξία καὶ φιλαργυρία, ἐξ ὧν συνίσταται πᾶσα ἁμαρτία. Ὅτε δὲ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Μωϋσῆν ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐξ Αἰγύπτου καὶ ἐκ τῆς δουλείας τοῦ Φαραὼ, καταβαρύνει κατ' αὐτῶν τὰ ἔργα, καὶ λέγει αὐτοῖς· *Σχολασταί ἐστε, σχολάζετε, διὰ τοῦτο λέγετε, Ἀπελθόντες λατρεύσωμεν Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν.* Ὁμοίως καὶ ὁ διάβολος ὅταν ἴδῃ ἐπένευσεν ὁ Θεὸς τοῦ ἐλεῆσαι ψυχὴν καὶ κουφίσαι αὐτὴν ἀπὸ τῶν παθῶν διὰ τοῦ Λόγου αὐτοῦ, ἢ διά τινος τῶν δούλων αὐτοῦ, τότε καὶ αὐτὸς πλέον βαρεῖ κατ' αὐτῆς τὰ πάθη, καὶ σφοδρότερος πολεμεῖ αὐτήν.

Θ'. Οἱ δὲ Πατέρες τοῦτο εἰδότες, ἐνδυναμοῦσι τὸν ἄνθρωπον διὰ τῆς διδασκαλίας αὐτῶν, καὶ οὐκ ἀφιοῦσιν αὐτὸν φοβηθῆναι· ὁ μὲν λέγων· Ἔπεσας; ἀνάστα· καὶ εἰ πάλιν ἔπεσας, ἀνάστα· καὶ πάλιν, καὶ εἰ ἐξῆς. Ἄλλος δὲ πάλιν λέγει· Ἡ ἰσχὺς τῶν θελόντων κτήσασθαι τὰς ἀρετὰς, τοῦτό ἐστιν, ἵνα ἐὰν πέσωσι, μὴ μικροψυχήσωσιν· ἀλλὰ πάλιν φροντίσωσι, καὶ ἕκαστος αὐτῶν ἁπλῶς διαφόρως. Ὁ μὲν τοιόσδε παρέχει χεῖρα τοῖς ἀγωνιζομένοις καὶ θλιβομένοις ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ. Καὶ αὐτοὶ γὰρ οὕτως παρέλαβον ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς λεγούσης·

A Ac de similibus loquitur Psalmus: *Cum exorti fuerint peccatores sicut fenum, et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem, ut intereant in sæculum sæculi* [u]. Peccatores qui ut fenum oriuntur, sunt impuræ cogitationes. Est enim debile quid et infirmum fenum nullam habens potentiam. Cum igitur oriuntur in anima vitiosæ cogitationes, tunc apparent omnes qui operantur iniquitatem, quæ sunt ipsa vitia, ut intereant in sæculum sæculi. Cum enim apparuerint vitia ante concertatores et athletas, statim ab eis perimuntur.

VIII. Contemplamini consequentiam orationis. Oriuntur primo cogitationes malæ, post apparent vitia, inde omnia intereunt. Hæc omnia ad athletas B pertinent. Nos vero peccatum ad actum perducentes, et semper vitia ipsa consummantes, neque nosse quimus quando oriantur malæ cogitationes, neque quando appareant vitia, ut pugnemus adversus ea, sed adhuc in Ægypto inferiore subsistimus lateritiam sub Pharaone exercentes. Et quis dabit nobis ut perveniamus ad sensum et cogitationem miseræ servitutis nostræ, ut humiliemur et misericordiam consequi studeamus? Cum essent filii Israel in Ægypto sub Pharaonis servitute et lateritiam exercerent, semper in laboribus erant, et solo fixos oculos semper tenebant: sic et anima cum imperio diaboli subjecta fuerit, et ex peccati actione infirma sapientiam suam conculcaverit, cogitur a diabolo ipso terrena semper et sapere et facere, et C spiritualia quæque negligere. Ædificarunt deinde sibi filii Israel ex lateribus quos fecerant, urbes tres munitissimas, scilicet, Pitho, Ramesin et On, quæ est urbs solis. Hæ autem sunt luxuria, avaritia et inanis gloria, ex quibus peccatum omne conficitur. Ubi vero misit Dominus Moysen qui educeret eos ex Ægypto et servitute Pharaonis, aggravati sunt magis operibus a rege, qui ait eis: *Otiosi estis et desides, atque ideo dicitis: Eamus, sacrificemus Domino Deo nostro* [t]. Sic diabolus cum viderit Deum decrevisse infelici animæ misereri, et curam illius habere ut eripiat a vitiis et peccatis, vel per Verbum suum, vel per aliquem servorum suorum; tunc et ipse aggravat magis in D ea vitia, et vehementius illam impugnat.

438 IX. Quod cum a Patribus nostris cognitum esset, corroborare hominem doctrina sua studuerunt, et ne timeret adhortati sunt. Et alius quidem ait: Cecidisti? surge. Et si denuo ceciderit, denuo surge. Alius autem item dicit: Robur eorum qui ad parandas virtutes student, est ut, cum ceciderint, non deficiant animo, sed rursum respirent, et resurgentes curam sui habeant, et eorum quilibet, ut animus tulit simpliciter et differenter. Porrigit alius manus concertanti et pugnanti viriliter cum hoste. Quod sane ut facerent,

[u] Psal. cxi, 8. [t] Exod. v. 17.

Digitized by Google

ita sunt a sacra Scriptura edocti ; quæ ait : *Nunquid qui cecidit, non resurget? Nunquid aversus non convertetur* [g] ? *Convertimini ad me, filii, et sanabo contritiones vestras, ait Dominus* [h] ; et alia plurima hujuscemodi. Ut autem aggravata est manus Domini super Pharaonem et super servos ejus, et voluit dimittere filios Israel, ait Moysi : *Ite, sacrificate Domino Deo vestro ; verumtamen relinquite oves et boves vestros* [i] : qui significant cogitationes mentis nostræ, quibus dominari voluit Pharao, sperans per eas rursus filios Israel ad se pertrahi posse. Et respondit illi Moyses : *Nequaquam hoc fiet, sed dubis etiam nobis sacrificia et holocausta quæ Domino Deo nostro offeramus ; et jumenta quoque nostra nobiscum pariter proficiscentur, neque tibi unicam illorum ungulam relinquemus* [j]. Ut vero eduxit Moyses filios Israel ex Ægypto, et transvexit illos mare Rubrum : volens illos Domino adducere ad septuaginta truncos palmarum et ad duodecim fontes aquarum, primum eos traxit in Meram, ubi affligitur et cruciatur populus; non inveniens quid biberet, cum amara esset aqua : et ex Mera duxit eos in locum septuaginta palmarum et duodecim fontium. Hæc animæ similitudo est, quæ ubi quiescit absque peccato ullo, et spirituale mare pertransit, primum vult concertare cum angustiis atque afflictionibus, et ex his pervenire in sanctam requiem. *Per multas enim tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum* [k]. Tribulationes enim nostræ movent misericordiam Dei in animam, ut venti pluviam. Et quemadmodum superflua pluvia adveniens cum germen floridum est, illud facit putrescere et perire una cum fructu ; venti autem si interspiraverint, desiccant et firmant illud : sic est et in anima. Remissio, incuria, desidia, otium, illum fatigant et dissipant. Tentationes autem astringunt eam et Deo conjungunt, ut ait propheta : *Domine, in tribulatione recordati sumus tui* [l]. Itaque, ut diximus, haud affligi nos decet et angi inter tribulationes : sed patienter ferendum, et agendæ Deo sunt gratiæ cum tentamur, supplicandumque illi semper, ut misericordiam suam infirmitati nostræ addat, et protegat nos ab omni tentatione in gloriam suam. Amen.

A *Μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται ; ἢ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέψει ; ἐπιστράφητε πρός με, τέκνα, καὶ ἰάσομαι τὰ συντρίμματα ὑμῶν, λέγει Κύριος*, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ὡς δὲ ἐβαρύνθη ἡ χεὶρ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ Φαραὼ, καὶ ἐπὶ τοὺς θεράποντας αὐτοῦ, καὶ ἠθέλησεν ἀποστεῖλαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, λέγει τῷ Μωϋσῇ· *Βαδίζετε, λατρεύετε Κυρίῳ τῷ Θεῷ ὑμῶν πλὴν τῶν προβάτων ὑμῶν καὶ τῶν βοῶν ὑμῶν ὑποληψεσθε*· ἅτινα σημαίνει τοὺς κατὰ διάνοιαν λογισμούς, ὧν ἤθελεν ὁ Φαραὼ κυριεῦσαι, ἐλπίζων δι' αὐτῶν ἕλκειν πάλιν τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ πρὸς ἑαυτόν. Καὶ λέγει αὐτῷ Μωϋσῆς ἐκεῖ· *Οὐχί, ἀλλὰ καὶ σὺ δώσεις ἡμῖν θυσίας καὶ ὁλοκαυτώματα, ἃ προσοίσομεν Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν, καὶ τὰ κτήνη ἡμῶν πορεύσονται μεθ' ἡμῶν, καὶ οὐχ ὑπολειψόμεθα* B *οὐδὲ ὁπλήν*. Ὡς δὲ ἐξήγαγεν ὁ Μωϋσῆς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐκ γῆς Αἰγύπτου, διεπέρασεν αὐτοὺς τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν· θέλων αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἀγαγεῖν εἰς τὰ Ἑβδομήκοντα στελέχη φοινίκων, καὶ εἰς τὰς ΙΒ' πηγὰς τῶν ὑδάτων, πρῶτον αὐτοὺς εἰς Μερὰν, καὶ θλίβεται ὁ λαὸς μὴ εὑρίσκων ποιεῖν [27] διὰ τὸ εἶναι τὸ ὕδωρ πικρόν· καὶ διὰ τῆς Μερᾶς ἤνεγκεν αὐτοὺς εἰς τὸν τόπον τῶν Ἑβδομήκοντα φοινίκων, καὶ τῶν Δώδεκα πηγῶν τῶν ὑδάτων. Οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ ὅταν παύσηται τῆς κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίας, καὶ παρέλθῃ τὴν νοητὴν θάλασσαν, πρῶτον θέλει κοπιάσαι ἀγωνιζομένη καὶ πολλὰ θλιβομένη, καὶ οὕτως διὰ τῶν θλίψεων εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἁγίαν ἀνάπαυσιν. *Διὰ πολλῶν γὰρ θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*. Αἱ θλίψεις γὰρ κινοῦσι C τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν ψυχὴν, ὥσπερ οἱ ἄνεμοι κινοῦσι τὴν βροχήν. Καὶ ὥσπερ ἡ βροχὴ ἐπὶ πολὺ κατερχομένη, ἐάν ἐστιν ἔτι τὸ βλάστημα ἁπαλὸν, σήπει αὐτὸ, καὶ ἀπόλλυται ὁ καρπὸς αὐτοῦ· οἱ δὲ ἄνεμοι κατὰ μέρος ἀναξηραίνουσι καὶ στερεοῦσιν αὐτό· οὕτως ἐστὶ καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς. Ἡ ἄνευσις [28] καὶ ἡ ἀμεριμνία, καὶ ἡ ἀνάπαυσις χαυνοῦσι καὶ διαχέουσιν αὐτήν· οἱ δὲ πειρασμοὶ συσφίγγουσι καὶ ἑνοῦσιν αὐτὴν τῷ Θεῷ, ὡς λέγει προφήτης· *Κύριε, ἐν θλίψει ἐμνήσθημέν σου*. Ὥστε, καθὼς εἴπομεν, οὐ χρὴ ταράσσεσθαι ἡμᾶς, οὐδὲ ἀκηδιᾷν ἐν τοῖς πειρασμοῖς· ἀλλ' ὑπομένειν καὶ εὐχαριστεῖν ἐν ταῖς θλίψεσι, καὶ δέεσθαι τοῦ Θεοῦ ἐν ταπεινώσει διὰ παντὸς, ἵνα ποιήσῃ μετὰ τῆς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλεος, καὶ σκεπάσῃ ἡμᾶς D ἀπὸ παντὸς πειρασμοῦ εἰς δόξαν αὐτοῦ. Ἀμήν.

DOCTRINA XIV.

De ædificio et harmonia virtutum animæ.

1. Narrat Scriptura [m] de obstetricibus illis, quæ Israelitarum masculos educabant, quia, cum Deum timuissent, ædificarunt sibi domos. Hocne de materialibus domibus intelligendum? Qua igitur ratione dictum : Cum timuissent Deum, sibi domos ædificaverunt? Et nos, inquam, contrarium facere

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ ΙΔ'.

Περὶ οἰκοδομῆς καὶ ἁρμολογίας τῶν τῆς ψυχῆς ἀρετῶν.

Α'. Ἡ Γραφὴ λέγει περὶ ἐκείνων τῶν μαιῶν, αἵτινες ἐζωογόνουν τὰ ἄρσενα τῶν Ἰσραηλιτῶν, ὅτι διὰ τὸ φοβεῖσθαι τὰς μαίας τὸν Θεὸν, ἐποίησαν ἑαυταῖς οἰκίας. Ἆρα περὶ αἰσθητῶν οἰκιῶν λέγει; Καὶ ποῖον λόγον ἔχει τοῦ κτίζεσθαι ταύτας οἰκίας διὰ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ; Καίτοι γε ἡμεῖς τὸ ἐναντίον, καὶ

[g] Jerem. VIII, 4. [h] Jerem. III, 22. [i] Exod. X, 24. [j] Ibid. 25, 26. [k] Act. XIV, 21. [l] Isa. XXVI, 16. [m] Exod. I, 21.

VARIÆ LECTIONES.

[27] πιεῖν [28] ἄνεσις.

Digitized by Google

οὺς ἔχομεν οἴκους διδασκόμεθα ἐν καιρῷ καταλιμπάνειν διὰ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ· ὥστε οὐ λέγει περὶ αἰσθητοῦ οἴκου, ἀλλὰ περὶ τοῦ οἴκου τῆς ψυχῆς, ὃν οἰκοδομεῖ τις ἑαυτῷ, διὰ τῆς φυλακῆς τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ. Διδάσκει ἡμᾶς διὰ τοῦτο ἡ Γραφή, ὅτι ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ παρασκευάζει τὴν ψυχὴν φυλάττειν τὰς ἐντολάς, καὶ διὰ τῶν ἐντολῶν οἰκοδομεῖται ὁ τῆς ψυχῆς οἶκος. Πρόσχωμεν καὶ ἡμεῖς, ἀδελφοί, ἑαυτοῖς, φοβηθῶμεν τὸν Θεὸν καὶ ἡμεῖς· οἰκοδομήσωμεν ἑαυτοῖς οἰκίας, ἵνα εὕρωμεν ἑαυτοῖς σκέπην ἐν καιρῷ χειμῶνος, ἐν καιρῷ ὄμβρων καὶ ἀστραπῶν, καὶ βροντῶν, ὅτι ἀνάγκη ἐστὶ μεγάλη τοῦ χειμῶνος τῷ μὴ ἔχοντι οἶκον. Πῶς δὲ οἰκοδομεῖται ὁ οἶκος τῆς ψυχῆς, ἀπὸ τοῦ αἰσθητοῦ οἴκου δυνάμεθα μαθεῖν τὴν ἀκρίβειαν τοῦ πράγματος. Χρῄζει γὰρ ὁ θέλων οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον τοῦτον, πανταχόθεν ἀσφαλίσασθαι αὐτόν, καὶ ἐκ τετραπλεύρου ἀνενέγκαι τὴν οἰκοδομήν, καὶ μὴ ἑνὸς μὲν μέρους φροντίζειν, τῶν δὲ ἄλλων καταφρονεῖν, ἐπεὶ οὐδὲν ὠφελεῖ, ἀλλὰ καὶ τὸν σκοπὸν καὶ τὰ δαπανήματα, καὶ τὸν κόπον, ὅλα εἰς μάτην ποιεῖ. Οὕτως ἐστὶ καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς. Χρῄζει γὰρ ὁ ἄνθρωπος μηδενὸς μέρους τῆς οἰκοδομίας αὐτοῦ ἀμελεῖν· ἀλλ' ἴσην καὶ ἁρμοδίως ἀναφέρειν αὐτήν. Τοῦτο δέ ἐστιν ὃ λέγει ὁ ἀββᾶς Ἰωάννης· « Ἐγὼ θέλω τὸν ἄνθρωπον λαμβάνειν μικρὸν ἀπὸ ἑκάστης ἀρετῆς, καὶ μὴ καθώς τινες ποιοῦσι, κρατοῦντες μίαν ἀρετήν, καὶ μένοντες εἰς αὐτὴν καὶ αὐτὸν ἐργαζόμενοι μόνον, τῶν δὲ λοιπῶν ἀμελοῦντες. » Ἴσως δὲ καὶ προτέρημά τι ἔχουσιν εἰς αὐτὴν τὴν ἀρετήν, καὶ ἐκ τούτου, οὔτε βαροῦνται ὑπὸ τοῦ ἐναντιουμένου πάθους αὐτῆς· λοιπὸν κλέπτονται ὑπὸ τῶν ἄλλων παθῶν, καὶ βαροῦνται ὑπ' αὐτῶν, καὶ οὐ μέλει αὐτοῖς, ἀλλὰ νομίζουσιν ἔχειν τι μέγα. Οὗτοι δὲ ἐοίκασι τῷ οἰκοδομοῦντι ἕνα τοῖχον, καὶ ὑψοῦντι αὐτὸν ἄνω ὅσον δύναται, καὶ προσέχοντι εἰς τὸ ὕψος τοῦ τοίχου ἐκείνου, καὶ νομίζοντι οἷόν τι μέγα ἐποίησε, καὶ οὐκ εἶδεν ὅτι εἷς ἄνεμος, ἐὰν ἔλθῃ, βάλλει αὐτὸν κάτω· μόνος γὰρ ἵσταται, μὴ ἔχων τὸν σύνδεσμον τῶν ἄλλων τοίχων. Καὶ οὔτε σκέπην δύναταί τις ποιῆσαι ἑαυτῷ ἀπὸ ἑνὸς τοίχου· γεγύμνωται γὰρ ἐξ ὅλων τῶν ἄλλων μερῶν· οὐ χρὴ δὲ οὕτως ποιεῖν· ἀλλὰ μᾶλλον ὁ θέλων οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ποιῆσαι αὐτῷ σκέπην, ὀφείλει ἐκ παντὸς μέρους οἰκοδομεῖν αὐτόν, καὶ πανταχόθεν αὐτὸν ἀσφαλίζεσθαι.

Β'. Καὶ λέγω πῶς· Πρῶτον ὀφείλει βαλεῖν τὸ θεμέλιον, ἥτις ἐστὶν ἡ πίστις· *Ἄνευ γὰρ πίστεως*, ὡς λέγει ὁ Ἀπόστολος, *ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι τῷ Θεῷ*, καὶ οὕτως κτίζειν ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον τὴν οἰκοδομὴν κατὰ ἀναλογίαν. Ὑπήντησεν ὑπακοή; ὀφείλει βαλεῖν ἕνα λίθον ὑπακοῆς. Συμβαίνει παροξυσμὸς ἀδελφοῦ; ὀφείλει βαλεῖν ἕνα λίθον μακροθυμίας. Ὑπήντησεν ἐγκράτεια; ὀφείλει βαλεῖν ἕνα λίθον ἐγκρατείας. Οὕτως ἀπὸ ἑκάστης ἀρετῆς ἀπαντώσης, δεῖ βαλεῖν ἕνα λίθον εἰς τὴν οἰκοδομήν, καὶ οὕτως κύκλῳ ἀναφέρειν αὐτήν· ἀπὸ ἑνὸς λίθου συμπαθείας, ἑνὸς λίθου κοπῆς θελήματος, ἑνὸς λίθου πραότητος, καὶ τῶν ὁμοίων. Ἐπιμελεῖσθαι δὲ ὀφείλει ἐν πᾶσι τοῦ-

A docemur, ut scilicet quas habemus domos, ad tempus relinquamus ob timorem Dei; ita ut clarum sit, non de sensibilibus domibus, sed de domicilio **439** animæ habere sermonem, quod quisque sibi exstruit, cum divina mandata custodit. Nos igitur docet per hoc sacra Scriptura, quod Dei timor animam præparat ad ipsius præcepta custodienda, et per Dei præcepta animæ domus exstruitur. Quare nobis ipsis, fratres, intendamus, timeamus et nos Deum, ædificemus nobis domos quibus hiberno tempore protegamur, et tonitrua, fulgura et pluviam declinemus: grave enim est hiems his qui domo caruerint. At quo pacto ædificatur animæ domus, possumus a materiali rei hujus diligentiam perdiscere. Opus primum est qui voluerit domum condere, undique illam præmu-
B nire, et a quatuor partibus attollere ædificium; nec unius tantum partis habere curam, cæteras vero negligere, quandoquidem nihil proficit: sed et laborem et sumptum atque omnia denique perdit. Id ipsum est in anima, cujus nullam partem debet homo neglectui habere: sed æqualiter et apte eam erigere. Et hoc est quod aiebat senior ille venerabilis Joannes abbas: « Libet mihi hominem ab unaquaque virtute pauxillum quid decerpere, et non (ut plurimi faciunt) uni semper virtuti insistere, cæteras negligere. » Hi enim cum in ea ipsa virtute cui insistunt, principatum fortasse teneant, nec ab opposito et contrario ullo ipsius virtutis oppugnentur; a reliquis tamen passionibus subducuntur
C et oppugnantur, nullaque illis cura deinceps est, sed existimant sese magnum quidpiam tenere. Hi similes mihi videntur ei qui cum parietem ædificare voluerit, et attollere quantum quiverit, ad ipsius altitudinem tantum prospectum habet, et magnum aliquid exstruxisse se credit; non prospicit autem quod quivis ventus etiam modicus spiraverit, illum potest ad terram dejicere. Non enim catenam habet et conjunctionem aliorum parietum. Neque potest quis sibi tectum facere ex uno pariete: privatus enim est cæteris partibus. At vero minime sic agendum est, sed potius qui ædificare sibi voluerit domicilium, et tectum facere, ex omni parte illud ædificet, et undique munitissimum reddat.

D II. Atque hoc quo pacto faciat, docebo: Primum igitur jacienda sunt fundamenta, quæ fides est: *Sine fide* enim, ut ait Apostolus, *impossibile est placere Deo* [n]. Construat deinde supra fundamentum ædificium excellentissimum. Occurrit obedientia? Adjiciat lapidem primum obedientiæ. Contingit ira vel commotio ulla fratris in se? Apponat alterum patientiæ lapidem. Intercurrit incontinentia? Tertium addat continentiæ lapidem. Et sic a quacunque virtute quæ occurrerit, sumendus est lapis, atque ædificio apponendus: et sic per circuitum attollendum hinc quidem lapide misericordiæ, inde mortificatæ voluntatis, alia ex parte lapide mansuetu-

[n] Hebr. xi, 6.

Digitized by Google

dinis atque aliarum hujusmodi virtutum. Ante omnia autem procuranda est patientia et longanimitas; hæc enim anguli domus sunt: quibus ædificium ipsum constringitur, et parieti paries annectitur et copulatur; ita ut rescindi aut decidere, divellique alter ab altero nunquam queat. Absque his etiam nemo potest ne unam quidem in se virtutem perficere. Nisi enim quis in anima fortitudinem habuerit, nihil patietur; et, si non fuerit patientia, nihil unquam poterit erigere. Hinc ait Dominus: *In patientia vestra possidebitis animas vestras* [n]. Debet etiam qui exstruit aut ædificat, lapidem cum cæmento adjicere. Si enim lapidem lapidi quis absque cæmento et calce superimponat, excutiuntur lapides et ruit domus. Cæmentum humilitas est: est enim terra quæ pedibus omnium atteritur. Omnis igitur virtus absque humilitate, non reputatur virtus, ut est in libro seniorum. Omnium enim fuit una sententia, ita et impossibile esse salvari animam absque humilitate, ut navim sine clavis ædificari. Quidquid igitur boni quisque egerit, id agat cum humilitate: ut per humilitatem conservetur quod factum fuerit. Debet autem et domus laquearia quædam habere ad discriminandam firmandamque ipsam, et lapidem lapidi copulandum, et astringendum ædificium, et postremo ad domum universam decorandam. Tectum autem charitas est, quæ est perfectio virtutum omnium, uti tectum domus. Post tectum quoque corona circomponenda est. Est enim in lege præceptum: Si ædificaveritis vobis domum, coronam illi circumponite, ne cadant parvuli vestri ab alto [o]. Corona hæc humilitas est: ea enim, ut dixi, coronat et servat virtutes omnes: et omnis virtutis perfectio eget humilitate, quemadmodum lapides in structura, luto. Sanctorum namque omnium profectus, accessus est ad humilitatem. Et, ut sæpe dixi, quo quisque magis Deo adhæserit, eo se magis peccatorem agnoscet et intelliget. Qui sunt autem parvuli de quibus lex ait, ne cadant parvuli a domo? Parvuli cogitationes sunt in anima nostra conceptæ, quæ sunt per humilitatem custodiendæ, ne ab ipsa domo corruant: et hanc dicimus perfectionem esse virtutum omnium. En jam consummata domus et perfecta est: habet lora, habet tectum, habet coronam, et cætera quæ illi opus sunt.

III. Nunquid ei deest aliud? aliud profecto deest quod nondum diximus. Fabricator scilicet doctus et artifex: nisi enim adfuerit artifex, ædificium omne vitiabit, et fortasse ruet domus. Artifex est qui ex arte et scientia agit. Evenit enim plerumque, cum aliquis virtutem agit absque scientia, ut illam facile dissolvat, neque rectam omnino agat, nec inveniat quo pacto virtutem ipsam perficiat; sed ejus similis sit, qui lapidem unum domui apponit, alterum tollit. Alii quoque sunt, qui cum lapidem

[n] Luc. xxi, 19. [o] Deut. xxii, 8.

A τοις τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς ἀνδρείας· αὗται γάρ εἰσιν αἱ γωνίαι, καὶ δι' αὐτῶν συσφίγγεται ἡ οἰκοδομὴ καὶ ἐνοῦται τοῖχος πρὸς τοῖχον, καὶ οὐ κλίνουσιν οὐδὲ ῥήγνυνται ἀπ' ἀλλήλων οἱ τοῖχοι. Χωρὶς γὰρ τούτων, οὐκ εὐτονεῖ τις τελειῶσαι οὐδεμίαν ἀρετήν. Ἐὰν γὰρ μὴ ἔχῃ τις ἀνδρείαν ἐν τῇ ψυχῇ, οὐδὲ ὑπομένει· καὶ ἐὰν μὴ ᾖ ὑπομονή, οὐδεὶς δύναται παντελῶς κατορθῶσαι. Διὰ τοῦτο λέγει· *Ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσεσθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν*. Θέλει ὁμοίως ὁ κτίζων, ἕκαστον λίθον κατὰ πηλοῦ βαλεῖν· ἐὰν γὰρ βάλῃ λίθον ἐπάνω λίθου ἄνευ πηλοῦ, κλῶνται οἱ λίθοι καὶ πίπτει ὁ οἶκος. Ὁ πηλός ἐστιν ἡ ταπείνωσις· ἐπειδὴ ἀπὸ τῆς γῆς ἐστι, καὶ ὑπὸ τοὺς πόδας ἐστὶ πάντων. Πᾶσα γὰρ ἀρετὴ ἄνευ ταπεινώσεως γιγνομένη, οὐκ ἔστιν ἀρετή, ὡς λέγει καὶ εἰς τὸ *Γεροντικόν*. Ὥσπερ B ἀδύνατον ναῦν χωρὶς ἥλων κατασκευασθῆναι, οὕτως ἀμήχανον χωρὶς ταπεινοφροσύνης σωθῆναι. Ὀφείλει οὖν τις ὃ ἐὰν ποιῇ ἀγαθὸν, μετὰ ταπεινώσεως ποιεῖν, ἵνα διὰ τῆς ταπεινώσεως συντηρηθῇ τὸ γενόμενον. Θέλει δὲ ἔχειν ὁ οἶκος καὶ ταῦτα τὰ λεγόμενα ἱμαντώματα, ἅτινά ἐστιν ἡ διάκρισις ἡ στερεοῦσα τὸν οἶκον, καὶ ἑνοῦσα λίθον πρὸς λίθον, καὶ συσφίγγουσα τὴν οἰκοδομήν· μετὰ τοῦ καὶ εὐπρέπειαν πολλὴν παρέχειν τῷ οἴκῳ. Ἡ δὲ στέγη ἐστὶν ἡ ἀγάπη, ἥτις ἐστὶν ἡ τελείωσις τῶν ἀρετῶν, καθάπερ ἦν ἡ στέγη τοῦ οἴκου. Εἶτα μετὰ τὴν στέγην, ἡ περιστεφάνωσις τοῦ δώματος. Τί ἐστιν ἡ περιστεφάνωσις τοῦ δώματος; καὶ ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται· *Ἐὰν οἰκοδομήσητε ἑαυτοῖς οἶκον, καὶ ποιήσητε αὐτῷ δῶμα, ποιήσατε στεφάνωμα τῷ δώματι, ἵνα μὴ πέσωσι τὰ παιδία* C *ὑμῶν ἀπὸ τοῦ δώματος*. Ἡ στεφάνη ἐστὶν ἡ ταπείνωσις. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ στεφανοῦσα καὶ φυλάττουσα πάσας τὰς ἀρετάς. Καὶ ὥσπερ ἑκάστη ἀρετὴ μετὰ ταπεινώσεως θέλει γίνεσθαι, καθ' ὃν τρόπον εἴπομεν ὅτι ἕκαστος λίθος κατὰ πηλοῦ βάλλεται· οὕτως καὶ ἡ τελείωσις τῆς ἀρετῆς χρῄζει τῆς ταπεινώσεως, ᾗ καὶ ὅτι φυσικῶς προκόπτοντες οἱ ἅγιοι, εἰς ταπείνωσιν ἔρχονται· ὥσπερ ἀεὶ λέγω ὑμῖν ὅτε ἐγγίζει τις τῷ Θεῷ, τοσοῦτον βλέπειν ἑαυτὸν ἁμαρτωλόν. Τί δέ ἐστι τὰ παιδία περὶ ὧν εἶπεν ὁ νόμος, ἵνα μὴ πέσωσιν ἀπὸ τοῦ δώματος; Τὰ παιδία εἰσὶν οἱ λογισμοὶ οἱ γινόμενοι ἐν τῇ ψυχῇ· οὓς δεῖ φυλάττειν διὰ τῆς ταπεινώσεως, ἵνα μὴ καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ δώματος ἐκπέσωσιν. Ἐτελεκώθη, ἔχει τὰ ἱμαντώματα, ἔχει D τὴν στέγην τῶν ἀρετῶν· ἰδοὺ ὁ οἶκος ὅπερ εἴπομεν εἶναι τὴν τελείωσιν· ἰδοὺ καὶ ἡ περιστεφάνωσις, καὶ ἅπαξ ἁπλῶς τετελείωται ὁ οἶκος.

Γ'. Ἆρα μὴ λείπει αὐτῷ τι; Καὶ ἄλλο ἐν παραλείψαμεν. Τί δέ ἐστι τοῦτο; ἵνα ἐστὶν καὶ ὁ οἰκοδόμος τεχνίτης. Ἐὰν γὰρ μὴ ἐστι τεχνίτης, στρεβλοῖ λοιπὸν τὴν οἰκοδομὴν, καὶ ὀτεδήποτε πίπτει ὁ οἶκος. Ὁ τεχνίτης ἐστὶν ὁ ἐν γνώσει ποιῶν. Συμβαίνει γὰρ ὅτι καὶ ποιεῖ τις κόπον τῆς ἀρετῆς, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ποιεῖν ἐν γνώσει, ἀναλύει αὐτὸν, ἢ μένει ἀσυστροφῶν, καὶ μὴ εὑρίσκων πληρῶσαι τὸ ἔργον· ἀλλὰ βάλλων ἵνα λίθον, καὶ ἐπαίρων αὐτόν. Ἔστιν δὲ ἄλλος βάλλων ἕνα, καὶ ἐπαίρων δύο· οἷόν τι λέγω· Ἰδοὺ ἔρχεται ὁ

Digitized by Google

ἀδελφός σου, καὶ λέγει σοι ῥῆμα, θλίβων σε, ἢ πλήσων, καὶ σιωπᾷς, καὶ βάλλεις μετάνοιαν· ἰδοὺ ἔβαλες ἕνα λίθον. Εἶτα ὑπάγεις καὶ λέγεις ἄλλῳ ἀδελφῷ· Ὤθρισέ με ὁ δεῖνα· τόδε καὶ τόδε εἶπέ μοι· καὶ οὐ μόνον ἐσιώπησα, ἀλλὰ καὶ μετάνοιαν αὐτῷ ἔβαλον. Ἰδοὺ ἔβαλες· ἕνα λίθον, καὶ δύο ἐπῆρες. Πάλιν βάλλει τις μετάνοιαν θέλων δοξασθῆναι, καὶ εὑρίσκεται ταπείνωσις μετὰ κενοδοξίας. Τοῦτό ἐστι τὸ βαλεῖν ἕνα λίθον καὶ ἐπᾶραι αὐτόν. Ὁ δὲ ἐν γνώσει ποιῶν μετάνοιαν, πείθει αὐτὸν ἀκριβῶς, ὅτι αὐτὸς ἐσφάλη, καὶ πληροφορεῖ ἑαυτὸν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ αἴτιος. Τοῦτό ἐστι τὸ ἐν γνώσει ποιεῖν μετάνοιαν· ἄλλος ἀσκεῖ σιωπήν· ἀλλ' οὐκ ἐν γνώσει· ἔχει γὰρ ὅτι ἀρετὴν ποιεῖ ὁ τοιοῦτος, οὐδὲν δὲ ποιεῖ. Ὁ δὲ ἐν γνώσει σιωπῶν, τοιοῦτος ἔχει, ὅτι ἀνάξιός ἐστι τοῦ λαλῆσαι, ὡς εἶπον οἱ Πάτρες, καὶ αὕτη ἐστὶ σιωπὴ ἐν γνώσει. Πάλιν οὐ μετρεῖ τις ἑαυτὸν, καὶ νομίζει ὅτι τι μέγα ποιεῖ, καὶ ὅτι ἑαυτὸν ταπεινοῖ, καὶ οὐκ οἶδεν ὅτι οὐδὲν ἔχει, ἐπειδὴ οὐκ ἐν γνώσει ποιεῖ. Τὸ δὲ [μὴ] μετρεῖν ἑαυτὸν ἐν γνώσει, τοῦτό ἐστι, τὸ ἔχειν ἑαυτὸν, ὅτι οὐδέν ἐστιν· οὐδὲ ἄξιός ἐστι τοῦ ψηφισθῆναι μετὰ ἀνθρώπων, ὥσπερ εἶπεν ἑαυτῷ ὁ ἁββᾶς Μωϋσῆς· « Σποδόδερμα μελανὸν, μὴ ὢν ἄνθρωπος, τί ἔρχῃ ἐν μέσῳ ἀνθρώπων; » Πάλιν ὑπηρετεῖ τις ἀῤῥώστῳ· ἀλλὰ διὰ τὸ ἔχειν μισθὸν ὑπηρετεῖ, καὶ οὐκ ἔστιν οὐδὲ τοῦτο ἐν γνώσει. Καὶ λοιπὸν εἴ τι δ' ἂν συμβῇ αὐτῷ λυπηρὸν, εὐχερῶς ἐκκόπτει αὐτὸν ἀπὸ τοῦ καλοῦ ἔργου αὐτοῦ, καὶ οὐ φθάνει πληρῶσαι. Ἐπειδὴ οὐκ ἐν γνώσει ποιεῖ· ὁ δὲ ἐν γνώσει ὑπηρετῶν, διὰ τὸ κτήσασθαι συμπάθειαν ὑπηρετεῖ· διὰ τὸ κτήσασθαι σκλάγχνα οἰκτιρμῶν· ὁ γὰρ ἔχων σκοπὸν, εἴ τι δ' ἂν συμβῇ αὐτῷ, κἂν θλῖψις ἐξωθεν, κἂν αὐτὸς ὁ ἀῤῥωστος ὀλιγωρήσῃ πρὸς αὐτὸν, αὐτὸς ἀταράχως βαστάζει, προσέχων τῷ ἰδίῳ σκοπῷ, καὶ εἰδὼς, ὅτι ὁ ἀῤῥωστος μᾶλλον αὐτὸν εὐεργετεῖ, ἢπερ αὐτὸς τὸν ἀῤῥωστον. Πιστεύσατε γὰρ ὅτι καὶ ἀπὸ παθῶν καὶ πολέμων κουφίζεται ὁ ἐν γνώσει ὑπηρετῶν ἀῤῥώστῳ. Ἐγὼ γὰρ οἶδα ἀδελφὸν πολεμούμενον ὑπὸ αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας, καὶ διὰ τὸ ὑπηρετεῖν ἀῤῥώστῳ δυσεντεριῶντι, μετὰ γνώσεως, ἀπαλλαγέντα τοῦ πολέμου. Καὶ Εὐάγριος λέγει περί τινος μεγάλου γέροντος, ὅτι τινὰ τῶν ἀδελφῶν ταρασσόμενον ἐν ταῖς νυξὶ, τῶν τοιούτων ἀπήλλαξεν, ἀσθενέσι μετὰ νηστείας ὑπηρετῆσαι προστάξας. Καὶ ἔλεγεν ἐρωτηθεὶς τὸν ποιεῖν [39] τούτου λόγον, ὅτι οὐδὲν οὕτως ὡς ἔλεος τὰ τοιαῦτα κατασβέννυται πάθη. Πάλιν ἐὰν ἀσκῇ τις, ἢ διὰ κενοδοξίαν, ἢ ἔχων ὅτι ἀρετὴν ποιεῖ, οὐκ ἀσκεῖ ὁ τοιοῦτος ἐν γνώσει· λοιπὸν ἐκ τούτου ἄρχεται ἐξουδενεῖν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἔχων ἑαυτόν τι· καὶ εὑρίσκεται οὐ μόνον βάλλων ἕνα λίθον καὶ ἐπαίρων δύο, ἀλλὰ καὶ ὅλον τὸν τοῖχον κινδυνεύων ῥῖψαι διὰ τοῦ κρῖναι τὸν πλησίον. Ὁ δὲ ἐν γνώσει ἐγκρατευόμενος, οὐκ ἔχει ὅτι ἀρετὴν ποιεῖ· οὐδὲ θέλει ἐπαινεῖσθαι, ὡς ἀτιμητής· ἀλλὰ ἔχει ὅτι διὰ τῆς ἐγκρατείας κτᾶται σωφροσύνην, καὶ ὅτι διὰ ταύτης ἔρχεται εἰς ταπεί-

A unum apposuerint, duos tollant: ut exempli gratia: Venit aliquis e fratribus, et insolenti verbo vel impatienti te affligit et percutit. Tu vero taces et inclinatione corporis honorem defers. En lapidem unum apposuisti: post abis, et altero fratrum reperto illi narras, et murmuras, quod sis ab eo fratre injuria affectus, et auges injuriam, et tacuisse te dictitas, et inclinato corpore honorem detulisse. Ecce cum lapidem unum apposuisses, duos abstulisti. Alius item honorem defert inanis gloriæ gratia, et humilitatem pariter cum vana gloria invenit; hoc est apponere et auferre pariter lapidem. Qui vero cum scientia honorem exhibet, ipse sibi persuadet sine dubio quod peccator sit, quod in multis delinquat et erret, quod causa fuerit injuriæ fraternæ, atque id certissimum habet. Et hoc est cum scientia et cognitione honorem exhibere. Alius silentium sibi ipsi indicit, sed non cum cognitione: habet enim tantum quod silentium virtus est. Hic autem cum scientia tacet, quia se indignum putat loqui; et hoc est cum scientia et cognitione silere, ut definiunt Patres. Magnificat item se alius et magnum quid facere se putat, quia humilis est. Infelix qui ignorat se nihil esse omnino, cum sine cognitione hoc agat. Nam metiri se ipsum cognitione, est certo credere nihil se esse, et omnino indignum existimare hominum consuetudine. Ut se ipsum accusabat abbas Moyses dicens: « Sterquilinium cum sis et cinis, non homo; cur ad homines ingrederis? » Ministrat quis infirmo, et eo animo

C **441** ut mercedem laboris acquirat; et hoc utique haud est cum cognitione servire et ministrare. Quare cum adversi quidpiam illi contigerit, facile a bono desistit; nec cœptum opus sustinet perficere, quia non operatur, ut dixi, cum cognitione. Qui autem cum scientia et cognitione ministrat, ideo ministrat quia ægroto compatitur, quia misericordiæ visceribus movetur. Et quicunque hunc scopum sibi statuerit, nulla in re adversa vel afflictione externa movebitur, non si ægrotus eum spreverit, aut maledictis lacessiverit, sed in scopum suum intentus feret omnia patientissime, et certo credet majori beneficio se affici ab ægroto, quam ægrotum a se ipso. Hoc autem ignorare vos nolo, eum qui

D libenter ægro deserviat cum cognitione, relevari mirabiliter ab animi passionibus, et diaboli impugnationibus. Novi enim fratrem acriter oppugnatum a fornicationis dæmone, et cum ægro ex dysenteriis deserviret, ab hoc bello esse liberatum. Et Evagrius narrat de seniore quodam magno, quod discipulum suum hujusmodi phantasmatibus nocte oppugnatum hac via liberavit, indicto scilicet illi et jejunio et ægrorum cura. Et de re hac interrogatus respondit, nihil esse quod adeo passiones hujusmodi exstinguerent ut misericordiam. Si quis item sese exerceat vel

VARIÆ LECTIONES.

[39] Forte περί.

Digitized by Google

ex inani gloria, vel ut virtutem agere videatur; neque hic cum cognitione se exercet. Cum enim aliquid esse se existimat, incipit fratrem contemnere. Et hic non solum lapidem unum adjicit, atque adimit duos, sed universum parietem minari ruinam facit et periclitari, cum proximum contemnat et judicet. Qui autem continens est cum cognitione, non quia virtus est continentia, hanc exercet, non ut tanquam fortis et industrius laudem consequatur humanam, sed quia confidit per eam sese ad modestiam perventurum, et ex ea postmodum in humilitatem. Senserunt etenim Patres et majores nostri per labores corporis, dum fierent cum cognitione, viam esse ad humilitatem. Et ita demum opus est unumquemque virtutem facere, ut et illam possideat, et in habitum ipsius perveniat : et tunc sese optimum artificem intelligat, optimum ædificatorem qui securus propriam domum possit ædificare.

A νωσιν· ὡς λέγουσιν οἱ Πατέρες, ὅτι ἡ ὁδὸς τῆς ταπεινώσεώς ἐστιν οἱ κόποι οἱ σωματικοὶ ἐν γνώσει· καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἁπλῶς ἑκάστην ἀρετὴν οὕτως δεῖ τινα ποιεῖν, ὥστε κτήσασθαι αὐτὴν καὶ γενέσθαι ἐν ἕξει αὐτῆς. Καὶ εὑρίσκεται, ὡς εἴπομεν, ὁ καλὸς τεχνίτης οἰκοδόμος, δυνάμενος μετὰ ἀσφαλείας οἰκοδομῆσαι τὸν ἴδιον οἶκον.

IV. Caveat igitur qui auxiliante Deo ad hunc perfectionis statum pervenire voluerit, vel dicere, vel cogitare, magnas esse virtutes, nec posse adiri eas a nobis. Hoc est enim vel nihil sperare in divina ope, vel animo ad opus bonum torpescere et dormitare. Dicite mihi, si quam virtutem cupitis, exercenda ea est a nobis, quæcunque sit : sunt enim in nobis virtutes, et bene operari cum volumus, possumus. Ecce in lege scribitur : *Diliges proximum tuum sicut te ipsum* [p]. Ne advertas quam longe absis a virtute, ne timere incipias et dicere : « Quomodo possum proximum meum diligere ut me ipsum? Quomodo illius afflictiones et angustias scrutari possum, et eas maxime quas corde tegit : cum eas nec videam nec agnoscam ut meas? » Noli ista meditari : ita enim putabis arduum quid et difficile admodum esse virtutem. At fundamenta jacias quæcunque potes, in Domino confisus. Ostende studium et desiderium tuum illi, statimque tibi auxilium cœlitus adesse ad bene agendum senties. Exempli autem gratia finge geminas scalas, unam quæ in cœlum erecta sit, alteram quæ ad inferos usque tendat, et te inter ambas medium puta : annon tecum cogitares et diceres : Qua possum via ex terra hac in apicem scalarum harum quæ ad cœlos diriguntur, evolare? At neque id possibile **442** esset, neque talia Deus abs te requirit. Requirit autem tibi ut caveas ne inferius labaris et corruas, ne injuria proximum afficias, ne percutias, ne obloquaris, ne convicieris, ne despicias; et sic sensim benefacere incipis, dum fratrem tuum curas dulci sermone, dum compateris illi; et cum re ulla ei opus fuerit, tradis. Et sic per gradus conscendens, tandem auxiliante Domino ad scalarum summitatem pervenies. Ex hoc enim modico auxilio proximi, ad id conscendis ut optes commodum et utilitatem ejus sicut tuam; et hoc est, *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*. Inveniemus absque dubio, si quæramus; et si Deum ad opem ferendam invocemus, statim aderit nos illuminans. Dicit enim Evangelium : *Petite et accipietis : quærite et invenietis; pulsate et aperietur vobis* [q]. *Petite*, ut scilicet orando

Δ'. Ὁ θέλων οὖν σὺν Θεῷ ἐλθεῖν εἰς τοσαύτην καλὴν κατάστασιν, οὐκ ὀφείλει λέγειν, ὅτι Μεγάλαι εἰσὶν αἱ ἀρεταὶ, καὶ οὐ δύναμαι φθάσαι αὐτάς. Τοῦτο γὰρ, ἢ μὴ ἐλπίζοντός ἐστιν εἰς τὴν βοήθειαν τοῦ Θεοῦ, ἢ ὀκνοῦντος ἐπιβαλέσθαι τι ἀγαθοῦ· ἐπεὶ ποίαν θέλετε ἀρετὴν καὶ γυμνάζωμεν· καὶ βλέπετε ὅτι ἐν ἡμῖν ἐστι καὶ τὸ κατορθῶσαι· ἰδοὺ λέγει. *Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, ὡς ἑαυτόν*. Μὴ πρόσχῃς; πόσον ἀπέχῃς ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, καὶ ἄρξηται[10] δειλιᾷν καὶ λέγειν· « Πῶς δύναμαι ἀγαπῆσαι τὸν πλήσιον, ὡς ἑαυτόν; πῶς δύναμαι τὰς θλίψεις αὐτοῦ μεριμνᾷν, ὥσπερ τὰς ἐμὰς, καὶ μάλιστα τὰς κεκρυμμένας ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἃς οὔτε βλέπω οὔτε γινώσκω, ὥσπερ τὰς ἐμαυτοῦ; » Μὴ ἀποσχολήσῃς ἑαυτὸν εἰς τὸ λογίσασθαι ταῦτα, καὶ μὴ νομίσῃς ὑπέρογκον εἶναι καὶ δυσκατόρθωτον τὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ βάλλε τέως ἀρχὴν, πιστεύων τῷ Θεῷ. Δεῖξον αὐτῷ τὴν προαίρεσίν σου, καὶ τὴν σπουδὴν, καὶ βλέπεις τὴν βοήθειαν ἣν παρέχει σοι εἰς τὸ κατορθῶσαι. Οἷον λέγω, Ὑπόθου μοι δύο κλίμακας εἶναι· τὴν μὲν ἀναφέρουσαν ἄνω εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν ἄλλην καταφέρουσαν κάτω εἰς τὸν ᾅδην, καὶ σὺ ἵστασαι εἰς τὴν γῆν μέσον τῶν δύο κλιμάκων. Μὴ θελήσῃς λογίσασθαι καὶ εἰπεῖν· Πῶς δύναμαι πετασθῆναι ἐκ τῆς γῆς, καὶ εὑρεθῆναι ἅπαξ ἄνω εἰς τὸ ἄκρον τῆς κλίμακος; Οὔτε γὰρ δυνατόν ἐστιν, οὔτε ἀπαιτήσαι ὁ Θεὸς τοῦτο· ἀλλὰ φύλαξαι τέως, μὴ κατελθεῖν κάτω· μὴ κακοποιήσῃς τὸν πλησίον, μὴ πλήξῃς, μὴ καταλαλήσῃς, μὴ λοιδορήσῃς, μὴ ἐξουδενώσῃς· καὶ οὕτως λοιπὸν ἄρχε καὶ εὐεργετεῖν μικρὸν διὰ τοῦ θεραπεύειν λόγῳ τὸν ἀδελφόν σου· διὰ τοῦτο συμπάσχειν αὐτῷ· καὶ ἐὰν χρήσῃ πράγματος, ἐπιδιδόναι αὐτῷ· καὶ οὕτως μίαν βαθμίδα ἀνερχόμενος, φθάνει σὺν Θεῷ καὶ εἰς τὸ ἄκρον τῆς κλίμακος. Διὰ γὰρ τοῦ κατὰ μικρὸν βοηθεῖν τῷ πλησίον, ἔρχῃ καὶ εἰς τὸ θέλειν τὸ συμφέρον αὐτῷ, ὡς τὸ σοὶ, συμφέρον σοι, καὶ τὴν ὠφέλειαν αὐτῷ, ὡς τὴν σήν. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ, *Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, ὡς ἑαυτόν*. Ἐὰν ζητήσωμεν, εὑρίσκομεν, καὶ ἐὰν αἰτῶμεν τὸν Θεὸν, φωτίζει ἡμᾶς. Λέγει γὰρ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· *Αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν, ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε, κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. Αἰτεῖτε*, λέγει, ἵνα παρακα-

[p] Levit. xix, 18; Matth. v, 43; Marc. xii, 31; Jac. ii, 8. [q] Matth. vii, 7; Luc. ii, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[10] Forte ἀρξῇ.

Digitized by Google

λῶμεν διὰ τῆς εὐχῆς. Τὸ δὲ, *Ζητεῖτε* ἐστὶν, ἵνα ἐρευνῶμεν πῶς ἔρχεται αὕτη ἡ ἀρετή· τί ἐστιν τὸ φέρον αὐτὴν, τί ὀφείλομεν ποιῆσαι, ἵνα κτησώμεθα αὐτήν. Τὸ οὕτως καθ' ἑκάστην ἐρευνᾶν ἐστι τὸ, *Ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε*. Τὸ δὲ *κροῦσαί* ἐστι, τὸ ἐνεργῆσαι τὰς ἐντολάς. Ἕκαστος γὰρ κρούων, διὰ τῶν χειρῶν κρούει· αἱ δὲ χεῖρες εἰς τὴν πρακτικὴν λαμβάνονται. Θέλομεν οὖν μὴ μόνον αἰτεῖν, ἀλλὰ καὶ ζητεῖν σπουδάζοντες καὶ ποιεῖν εἶναι, ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος· *Κατηρτισμένοι εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν*. Τί ἐστι *κατηρτισμένοι*; Ὅταν τις θέλῃ κατασκευάσαι πλοῖον, πρῶτον ἑτοιμάζει πᾶσαν τὴν χρείαν τοῦ πλοίου ἕως καὶ μικρῶν ἡλαρίων, καὶ μικρᾶς πίσσης, καὶ μικροῦ στυππίου· ὁμοίως καὶ ἱστάριον ἐὰν θέλῃ γυνὴ στῆσαι, ἑτοιμάζει ἕως καὶ μικροῦ ῥάμματος· τοῦτο λέγεται κατάρτιον τὸ ἔχειν πᾶσαν τὴν χρείαν ἡτοιμασμένην τοῦ πράγματος.

Ε'. Οὕτως οὖν ἵνα ἐσμὲν καὶ ἡμεῖς κατηρτισμένοι εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, ἔχοντες πᾶσαν τὴν ἑτοιμασίαν ἡμῶν, εἰς τὸ ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ μετὰ γνώσεως, ὡς θέλει καὶ ὡς ἀρέσκει αὐτῷ. Τί ἐστιν ὃ λέγει ὁ Ἀπόστολος· *Τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον*; Πάντα τὰ γενόμενα, ἢ κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ γίνεται, ἢ κατ' εὐδοκίαν, ὡς λέγει ἐν τῷ προφήτῃ· *Ἐγὼ Κύριος ποιῶν φῶς, καὶ κτίζων σκότος*· καὶ πάλιν, *Οὐκ ἔστι κακία ἐν πόλει, ἣν ὁ Κύριος οὐκ ἐποίησεν*. Κακίαν λέγει πάντα τὰ κακωτικά· οἱονεὶ τὰ θλιβερὰ τὰ γινόμενα πρὸς παίδευσιν ἡμῶν διὰ τὴν κακίαν ἡμῶν· ἅτινά ἐστι, λιμὸς, σεισμὸς, ἀβροχία, νόσοι, πόλεμοι. Ταῦτα οὐ γίνονται κατ' εὐδοκίαν Θεοῦ, ἀλλὰ κατὰ συγχώρησιν, συγχωροῦντος τοῦ Θεοῦ ἐπενεχθῆναι ἡμῖν πρὸς τὸ συμφέρον. Ταῦτα οὖν οὐ θέλει ἡμᾶς θέλειν ὁ Θεὸς, οὐδὲ συντρέχειν αὐτῷ· οἷόν τι λέγω. Ἔστι θέλημα Θεοῦ, ὡς εἴπομεν κατὰ συγχώρησιν, τὸ στραφῆναι πόλιν. Οὐ θέλει οὖν ἡμᾶς, ἐπειδὴ θέλημα Θεοῦ ἐστι στραφῆναι αὐτὴν, ἵνα βάλωμεν καὶ ἡμεῖς πῦρ, καὶ καύσωμεν, ἢ ἵνα λάβωμεν ἀξίνας καὶ καταστρέψωμεν; Πάλιν εὑρίσκεται συγχώρησις Θεοῦ, ἵνα θλιβῇ τις, ἢ ἵνα ἀῤῥωστήσῃ, οὐκ ἐπειδὴ θέλημα αὐτοῦ ἐστιν, ἵνα θλιβῇ· θέλει ἡμᾶς ἵνα θλίβωμεν αὐτὸν, ἢ ἵνα εἴπωμεν, ὅτι ἐπειδὴ θέλημα Θεοῦ ἐστιν ἵνα ἀσθενήσῃ, μὴ ἐλεήσωμεν αὐτόν; Τοῦτο οὐ θέλει ὁ Θεὸς, οὐ θέλει ἡμᾶς ὑπουργῆσαι τῷ τοιούτῳ αὐτοῦ θελήματι. Τοιούτους θέλει ἡμᾶς εἶναι ἀγαθοὺς, ὅτι αὐτὸς ὃ ποιεῖ, οὐ θέλει ἵνα θελήσωμεν αὐτό· ἀλλὰ τί θέλει; Θέλει ἡμᾶς τὸ θέλημα αὐτοῦ θέλειν τὸ ἀγαθὸν, τὸ κατ' εὐδοκίαν, ὡς εἶπον, γινόμενον. Τοῦτο δέ ἐστι, πάντα τὰ κατ' ἐντολὴν γινόμενα, τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾷν, τὸ συμπάσχειν, τὸ ποιεῖν ἐλεημοσύνην, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ἰδοὺ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθόν· τί δέ ἐστι καὶ εὐάρεστον; Οὐδὲν γὰρ, καὶ ποιῶν τις ἀγαθὸν, πάντως ὅτι εὐάρεστον αὐτὸ ποιεῖ. Καὶ λέγω πῶς· Συμβαίνει ὅτι εὑρίσκει

precemur. *Quærite* autem, hoc est, scrutamini diligenter quo adveniat virtus in vos, quid potissimum sit quod eam afferat, quid agendum nobis, ut illam consequamur et possideamus: et hoc est, quod ait, *quærite*, quotidie videlicet ista pervestigare. *Pulsare* autem est præcepta Domini observare et facere: qui enim pulsat, manibus pulsat: manus igitur ad actiones designandas accipiuntur. Innuit igitur nobis non solum petendum esse, sed et quærendum et pulsandum, ita ut, juxta Apostolum: *Parati simus et perfecti in omne opus bonum* [r]. Quid est autem perfecti? Ædificaturus quis navem, primum præparat quæcunque necessaria ad eam sunt, et picem et stupam et clavos. Et mulier cum textrinum erigere voluerit vel telam texere, disponit primum quæcunque necessaria, etiam fila minutissima: et hoc est perfecti, habere omnem rei necessitatem præparatam.

V. Ut igitur simus et nos perfecti in omne opus bonum, habeamus omnem curam et diligentiam et promptitudinem nostram, ad perficiendam divinam voluntatem cum cognitione, quacunque in re illi placitum fuerit. Nam, ut ait Apostolus: *Voluntas Dei bona, beneplacens et perfecta est* [s]. Omnia autem quæcunque fiunt, permittente Deo vel disponente fiunt, ut dicit ipse in propheta: *Ego Dominus faciens lucem et creans tenebras* [t]. Et iterum: *Non est malum in civitate, quod non fecerit Dominus* [u]. Malum dicit afflictiones et angustias quæ ad disciplinam nostram fiunt et mala nostra corrigenda: ut fames, pestilentiæ, siccitas, ægritudines, bella (1). Hæc non fiunt ex divina voluntate aut dispositione, sed permissione ipsius, permittente Deo ea nobis ingruere ad utilitatem nostram. Hæc tamen velle nos aut optare prohibet Deus, neque his vult nos concurrere: ut verbi gratia, voluntas Dei est per permissionem ut urbs diruatur: nunquid etiam vult Deus, cum ipsius voluntas sit, ut urbs ruat, ut nos pariter faces immittamus et comburamus eam, vel ut secures suscipiamus et una diruamus illam? Permittit item Deus aliquem affligi vel ægrotare; nunquid quia voluntas Dei est, ut is affligatur, debemus pariter et nos eum affligere? an quia dicimus voluntate divina alterum ægrotare, non misereri ejus in aliquo? Hoc non vult Deus, ut scilicet voluntati suæ subserviamus aut concurramus in istis. Vult nos Deus esse bonos, non quæ ipse voluerit hoc modo ut velimus. Quid igitur velle nos vult? Voluntatem ipsius bonam, et quidquid per **443** bonam voluntatem ejus fit. Hoc est, quæcunque nutu et præcepto ejus eveniunt et fiunt, ut amare sese mutuo, compati, eleemosynas facere, atque alia hujusmodi. En bona voluntas Dei. Quid autem est et beneplacens? Omne bonum quod ab ullo fit, etsi semper bonum sit, non semper tamen benepla-

[r] II Cor. IX, 8; II Tim. III, 17. [s] Rom. XII, 2. [t] Isa. XLV, 7. [u] Amos III, 6.

(1) Caute lege: nam malum pœnæ certum est ex theologia, nedum permittente Deo, sed etiam efficiente, ordinante et disponente fieri: nec satis explicite ad regulas theologiæ hic loquitur auctor.

Digitized by Google

cens et gratum. Subjiciam exemplum: Occurrit quis orphanæ puellæ et inopi: cujus pulchritudine captus et delectatus, illam suscipit in domum ut nutriat: exterius autem in animo ut ejus pulchritudine delectetur. En hic voluntas Dei est et bona, non autem beneplacens. Beneplacens enim est, cum quis eleemosynam fecerit, non respectu aliquo humano, sed ob ipsum bonum, ob ipsam misericordiam et compassionem. Perfecta autem est, cum quis petenti tribuit non parce, non desidiose, non negligenter, sed prompte, totis viribus, tota intentione; sicque præbet, ut accipere; sic beneficio afficit, ut beneficio affici videatur. En perfectam voluntatem Dei. Ita factitando divinam voluntatem, qualem ait Apostolus, bonam, beneplacentem et perfectam complere quis poterit: hoc nimirum est, quod cum scientia et cognitione geritur.

VI. Optat vero aliquis vestrum agnoscere quantum sit bonum, quanta gratia eleemosynæ? magna profecto est, quæ potest peccata dimittere, ut ait propheta: *Redemptio viri, sunt propriæ divitiæ* [v]. Et alio loco: *In eleemosynis redime peccata tua* [x]. Et ipse Dominus dicit: *Estote misericordes, sicut Pater vester cœlestis misericors est* [z]. Non dixit, jejunate, ut Pater vester cœlestis jejunat. Neque dixit, pauperes estote, ut Pater vester cœlestis inops est. Sed quid ait? *Estote misericordes, sicut Pater vester cœlestis misericors est* [y]. Proprie enim virtus ipsa imitatur Deum, ipsum exprimit et significat. Hoc igitur scopo et consideratione, ut dixi, semper nobis opus est; ut semper intenti simus cum scientia et cognitione operari. Varie enim et differenter considerari solet eleemosyna. Alius enim facit eleemosynam ut benedicantur rura sua; et Deus utique hujus rura et agros benedicit. Alius eleemosynam facit, ne periclitetur navis sua in mari; et Deus utique istius navem deducit in portum incolumem et salvat. Alius ut custodiat Deus filios suos; et hos quoque custodit Deus. Alius ut gloriam consequatur; et huic Deus gloriam largitur, et neminem fraudat Deus. Sed quod quisque voluerit, hoc illi dat, dummodo id tale non sit quod animæ suæ noceat. Sed hi omnes mercedem suam amittunt: nullum enim depositum servant apud Deum, cum illorum intentio quam præmiserunt, non fuerit ob utilitatem animæ. Ut benediceret Deus rura et agros tuos, fecisti; benedixit illa Deus; ob filios tuos fecisti; custodivit filios tuos Deus: ut gloriam consequereris, fecisti; gloriam tibi largitus est Deus. Qua igitur in re debitor tuus est Deus? Reddidit tibi eorum quæ fecisti, quam voluisti gratiam. Est autem et alius faciens eleemosynam ut liberetur a ventura pœna. Ecce hic facit ob utilitatem animæ suæ, hic facit propter Deum. Non tamen et hic omnino ut vult Deus, facit. Adhuc enim in servili statu est hic. Servus enim non facit voluntatem domini sui sponte et volens, sed timens ne vapulet. Similiter et hic

A τις μίαν ὀρφανὴν καὶ πτωχὴν εὔμορφον, καὶ ἀρέσκεται διὰ τὴν εὐμορφίαν, καὶ λαμβάνει καὶ ἀνατρέφει αὐτήν· δόξαντος αὐτοῦ, ὡς ὀρφανὴν πτωχὴν εὔμορφον. Ἰδοὺ καὶ θέλημα Θεοῦ ἐστι καὶ ἀγαθόν ἐστιν, οὐ μέντοι καὶ εὐάρεστον. Τὸ δὲ εὐάρεστον, ὅταν ποιῇ τις ἐλεημοσύνην οὐ διά τινα λογισμὸν ἀνθρώπινον, ἀλλὰ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν, διὰ τὴν συμπάθειαν, τοῦτό ἐστιν εὐάρεστον τῷ Θεῷ. Τὸ δὲ τέλειόν ἐστιν ὅταν ποιῇ τις ἐλεημοσύνην, μὴ κατὰ κνῆσιν, μηδὲ κατὰ ὄκνον, μηδὲ κατὰ ὀλιγωρίαν, ἀλλὰ πάσῃ δυνάμει, καὶ πάσῃ προαιρέσει, οὕτως παρέχων, ὡς αὐτὸς λαμβάνων, οὕτως εὐεργετῶν, ὡς αὐτὸς εὐεργετούμενος· καὶ τότε γίνεται τέλειον. Καὶ οὕτως εὑρίσκεταί τις ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ὡς λέγει ὁ Ἀπόστολος, τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον, καὶ τέλειον. B Ἰδοὺ τοῦτό ἐστι τὸ ἐν γνώσει ποιεῖν.

Γ'. Θέλει γάρ τις γινώσκειν αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν τῆς ἐλεημοσύνης, αὐτὴν τὴν χάριν αὐτῆς ὅτι μεγάλη ἐστὶν, ὅτι δύναται καὶ ἁμαρτίας ἀφεῖναι, καθὼς λέγει ὁ προφήτης· *Λύτρον ἀνδρὸς, ὁ ἴδιος πλοῦτος.* Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ λέγει· *Ἐλεημοσύναις λύτρωσαι τὰς ἁμαρτίας σου.* Καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος εἶπε· *Γίνεσθε οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος οἰκτίρμων ἐστίν.* Οὐκ εἶπε· Νηστεύσατε, ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος νηστεύει. Οὐδὲ εἶπε· Γίνεσθε ἀκτήμονες, ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ἀκτήμων ἐστίν. Ἀλλὰ τί λέγει; *Γίνεσθε οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος οἰκτίρμων ἐστίν.* C Ἰδικῶς γὰρ ἡ ἀρετὴ αὕτη μιμεῖται Θεόν· χαρακτηρίζει αὐτόν. Χρεία οὖν ἐστιν, ὡς εἴπομεν, τούτῳ τῷ σκοπῷ προσέχειν ἀεὶ, καὶ ἐν γνώσει ποιεῖν. Πολλὴ γάρ ἐστιν ἡ διαφορὰ, καὶ ἐπὶ τοῦ σκοποῦ τῆς ἐλεημοσύνης. Ἔστι γάρ τις ποιῶν ἐλεημοσύνην, διὰ τὸ εὐλογηθῆναι τὸ χωρίον αὐτοῦ, καὶ ὁ Θεὸς εὐλογεῖ τὸ χωρίον αὐτοῦ· ἄλλος ποιεῖ ἐλεημοσύνην, διὰ τὸ πλοῖον αὐτοῦ, καὶ ὁ Θεὸς σώζει τὸ πλοῖον αὐτοῦ· ἄλλος ποιεῖ διὰ τὰ τέκνα αὐτοῦ, καὶ ὁ Θεὸς σώζει καὶ φυλάττει τὰ τέκνα αὐτοῦ· ἄλλος ποιεῖ διὰ τὸ δοξασθῆναι, καὶ ὁ Θεὸς δοξάζει αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀθετεῖ ὁ Θεός τινα. Ἀλλὰ ὃ θέλει ἕκαστος παρέχει αὐτῷ, ὅταν μὴ βλάπτεται ἐκ τούτου ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. Ἀλλ' οὗτοι πάντες ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν· οὐδὲν γὰρ ἀπέθεντο ἑαυτοῖς παρὰ τῷ Θεῷ, ἐπειδὴ καὶ ὁ σκοπὸς D ὃν προέθεντο, οὐκ ἦν διὰ τὴν ὠφέλειαν τῆς ψυχῆς αὐτῶν. Διὰ τὸ εὐλογηθῆναι τὸ χωρίον σου, ἐποίησας, εὐλόγησεν ὁ Θεὸς τὸ χωρίον σου· διὰ τὰ τέκνα σου ἐποίησας, ἐφύλαξε τὰ τέκνα σου ὁ Θεός. Διὰ τὸ δοξασθῆναι ἐποίησας, ἐδόξασέ σε ὁ Θεός. Τί οὖν χρεωστεῖ σοι ὁ Θεός; Ἀπέδωκέ σοι τὸν μισθὸν ὧν ἐποίησας. Ἔστι δὲ ἄλλος ποιῶν ἐλεημοσύνην, ἵνα ῥυσθῇ ἀπὸ τῆς μελλούσης κολάσεως· ἰδοὺ οὗτος ποιεῖ διὰ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ· οὗτος κατὰ Θεὸν ποιεῖ· πλὴν οὐκ ἔστι καὶ καθὼς θέλει ὁ Θεός. Ἀκμὴν γὰρ ἐν τῇ δουλικῇ καταστάσει ἐστίν. Ὁ δοῦλος οὐ ποιεῖ τὸ θέλημα τοῦ κυρίου αὐτοῦ θέλων, ἀλλὰ φοβούμενος μὴ δαρῇ. Ὁμοίως οὗτος ποιεῖ, ἵνα ῥυσθῇ τῆς κολάσεως, καὶ ὁ

[v] Tob. xii, 9. [x] Prov. xiii, 8. [y] Dan. iv, 24. [z] Luc. vi, 36.

Digitized by Google

Θεὸς ῥύσεται αὐτὸν ἀπ' αὐτῆς. Ἄλλος ποιεῖ τὴν ἐλεημοσύνην, ἵνα λάβῃ μισθόν. Τοῦτο ὑψηλότερον μέν ἐστι τοῦ πρώτου· ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸ ἀκμήν, ὡς θέλει ὁ Θεός. Οὔπω γάρ ἐστιν ἐν τῇ τοῦ υἱοῦ διαθέσει· ἀλλ' ὥσπερ ὁ μισθωτὸς ποιεῖ τὸ θέλημα τοῦ δεσπότου, διὰ τὸ λαβεῖν τὸν μισθὸν τοῦ δεσπότου καὶ κερδᾶναι· ὁμοίως καὶ οὗτος ποιεῖ διὰ τὸ κερδᾶναι καὶ ἔχειν μισθόν.

Τρεῖς γάρ εἰσι διαθέσεις δι' ὧν ὀφείλομεν ποιεῖν τὸ ἀγαθόν, ὡς λέγει ὁ ἅγιος Γρηγόριος· ταῦτα καὶ ἄλλοτε εἶπον ὑμῖν. Ἢ γὰρ φοβούμενοι τὴν κόλασιν ποιοῦμεν τὸ ἀγαθόν, καὶ ἐσμὲν ἐν τῇ δουλικῇ καταστάσει· ἢ διὰ τὸ λαβεῖν τὸν μισθόν, καὶ ἐσμὲν ἐν τῇ διαθέσει τοῦ μισθωτοῦ· ἢ δι' αὐτὸ τὸ καλόν, καὶ ἐσμὲν ἐν τῇ διαθέσει τοῦ υἱοῦ. Ὁ υἱὸς γὰρ οὐ ποιεῖ τὸ θέλημα τοῦ πατέρος ἀπὸ φόβου, οὐδὲ ὡς θέλων παρ' αὐτοῦ λαβεῖν μισθόν, ἀλλὰ θέλων θεραπεῦσαι αὐτὸν, θέλων τιμῆσαι καὶ ἀναπαῦσαι αὐτόν. Καὶ ἡμεῖς οὖν οὕτως ὀφείλομεν ποιεῖν τὴν ἐλεημοσύνην διὰ τὸ καλόν, συμπάσχοντες ἀλλήλοις, ὡς ἰδίοις μέλεσιν· οὕτως δὲ θεραπεύοντές τινα, ὡς ὅτι ἡμεῖς δι' ἐκείνου θεραπευόμεθα· οὕτως διδόντες, ὡς αὐτοὶ λαμβάνοντες. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν γνώσει ἐλεημοσύνη· οὕτως εὑρισκόμεθα καὶ ἐν τῇ τοῦ υἱοῦ διαθέσει, καθὼς εἴπομεν. Οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν· Πτωχός εἰμι, καὶ οὐκ ἔχω πόθεν ἐλεῆσαι. Κἂν γὰρ οὐ δύνασαι δοῦναι, ὡς ἐκεῖνοι οἱ πλούσιοι οἱ διδόντες τὰ δῶρα αὐτῶν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον, δὸς δύο λεπτὰ, ὡς ἡ χήρα ἡ πενιχρά· καὶ προσδέχεται αὐτὰ ὁ Θεὸς παρὰ σοῦ ὑπὲρ τὰ δῶρα ἐκεῖνα. Οὐδὲ οὕτως ἔχεις; ἀλλ' ἔχεις δύναμιν καὶ δύνασαι δι' ὑπηρεσίας ἐλεῆσαι τὸν ἀσθενοῦντα. Οὐ δύνασαι οὐδὲ τούτῳ[21]; δύνασαι λόγῳ παρακαλέσαι τὸν ἀδελφόν σου. Ἔλοῦ οὖν αὐτὸν διὰ τοῦ λόγου, καὶ ἄκουσον τοῦ λέγοντος· *Ἀγαθὸς λόγος ὑπὲρ δῶρα.* Ὑπόθου, οὐδὲ λόγῳ δύνασαι ὠφελῆσαι, δύνασαι ἐὰν παροξυνθῇ κατὰ σοῦ ὁ ἀδελφός σου, ποιῆσαι ἔλεος εἰς αὐτὸν, καὶ βαστάσαι αὐτὸν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ταραχῆς αὐτοῦ, βλέπων αὐτὸν ἐπηρεαζόμενον ἐκ τοῦ κοινοῦ ἐχθροῦ· καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν αὐτὸν ἓν ῥῆμα καὶ πλέον ταράξαι αὐτὸν, σιωπῆσαι, καὶ ἐλεεῖν αὐτὸν, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀποσπῶν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἐχθροῦ. Δύνασαι πάλιν, ἐὰν ἁμάρτῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ἐλεῆσαι αὐτὸν, καὶ ἀφιέναι αὐτῷ τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ, ἵνα καὶ σὺ ἄφεσιν λάβῃς παρὰ Θεοῦ. Λέγει γάρ· *Ἄφετε καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν*· καὶ εὑρίσκῃ ποιῶν ἔλεος ἐς τὴν ψυχὴν τοῦ ἀδελφοῦ σου, συγχωρῶν αὐτῷ ἃ ἥμαρτεν εἰς σέ. Ἔδωκε γὰρ ἡμῖν ὁ Θεὸς ἐξουσίαν, ἐὰν θέλωμεν, συγχωρεῖν ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα καὶ εἰς ἡμᾶς γινόμενα· καὶ οὐκ ἔχεις πῶς ἐλεῆσαι τὸ σῶμα, ἐλεεῖς δὲ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ· καὶ ποῖον ἔλεος μέγα, ὡς τὸ ἔλεος τῆς ψυχῆς; Ὥσπερ γὰρ ἡ ψυχὴ τιμιωτέρα ἐστὶ τοῦ σώματος, οὕτως καὶ ἔλεος τὸ γινόμενον εἰς τὴν ψυχὴν, μεῖζόν ἐστι τοῦ

A facit, ut a pœna scilicet liberetur, et ipsum Deus a pœna liberabit. Facit alius eleemosynam ut mercedem recipiat; hoc quidem primo altius est. Sed et hic non facit omnino adhuc, ut vult Deus. Neque enim adhuc est in filii statu: quemadmodum enim mercenarius facit voluntatem domini sui; scilicet, ut mercedem recipiat et lucretur: ita hic facit præmii gratia.

444 VII. Tres autem status et dispositiones sunt, juxta quas ex [1] Basilii sententia benefacere et virtutem exercere debemus, de quibus omnibus alias sermonem me vobis fecisse commemini. Si enim timore gehennæ benefaciamus, in servili statu sumus: si ut mercedem recipiamus, in mercenarii: si boni ipsius gratia, ad filiorum statum transimus. B Filius enim non facit patris voluntatem ob timorem, neque ut recipiat mercedem ab illo, sed volens illi deservire, volens ipsum honorare, volens ipsi in omnibus obsequi et morem gerere. Sic igitur et nos eleemosynam faciamus ob ipsius eleemosynæ bonum: compatientes mutuo ut propriis membris, sic curam gerentes uniuscujusque ut ab eo curari nos optaremus; sic dantes, tanquam acciperemus; et hæc est eleemosyna quæ cum cognitione fit: ita, ut dixi, in filiorum statu reperimur. Nemo autem potest dicere: Pauper sum, et unde misericordiam faciam, non habeo. Si enim non potes divitibus et potentibus æqua distribuere, da in gazophylacium duo minuta, ut vidua illa paupercula [a]; et illa accipit a te Deus super divitum dona. Quod C si nec etiam hoc habueris; at certe potes per ministerium ægrotantis misereri. Non potes et hoc? potes verbo fratrem tuum consolari et adhortari. Miserere igitur illius per verbum, et audi dicentem: *Verbum bonum super datum optimum* [b]. Sed esto quod neque verbo possis misericordiam facere: at certe potes si in te excanduerit frater, fragilitatis illius misereri, et eam ferre in tempore turbationis suæ, cum non ignores tentatum illum a communi hoste. Cumque possis illi respondere, et turbatum magis incendere; si taceas, misericordiam facis in animam ejus, et de hostili eum manu rapis. Potes rursum, si in te peccaverit frater tuus, illi dimittere et ignoscere peccatum ejus, ut et tu a Domino misericordiam et veniam consequaris: ait enim: D *Dimittite et dimittetur vobis* [c]: et sic misericordiam facis in animam fratris tui, dimittens illi peccatum quod in te commisit. Videtur enim Deus nobis potestatem dedisse dimittendi peccata inter nos commissa: ita ut si non habeas, quomodo corporis ejus misereris, misereri possis animæ. Et quod, obsecro, misericordiæ majus genus est, quam misericordia animæ? Ut enim illustrior est anima quam

[a] Marc. XII, 42; Luc. XXI, 1. [b] Eccli. XVIII, 17. [c] Luc. VI, 37.

VARIÆ LECTIONES.

[21] *Basilii.* Gregorii. [22] τοῦτο.

Digitized by Google

corpus, ita misericordia animæ major est quam corporis. Ita jam potest nemo dicere, non posse se misericordiam facere. Potest unusquisque juxta vires et statum suum misereri, dummodo studeat quidquid erit boni, illud agere cum cognitione, ut superius de qualibet virtute diximus. Diximus enim eum qui cum scientia et cognitione operatur, esse probatissimum architectum, qui domum suam securus ædificat. De talibus etiam dicit Evangelium : Quia scilicet *vir prudens ædificat domum suam super petram* [d], ita ut nullus incursus hostium illam possit concutere aut movere. Deus benignus et clemens præstet nobis audire et facere quæ diximus, ne in judicii die sermones hujuscemodi nobis ad judicium fiant. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A γενομένου εἰς τὸ σῶμα· ὥστε οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν, ὅτι Οὐ δύναμαι ἐλεῆσαι. Ἕκαστος δύναται πρὸς τὴν δύναμιν αὐτοῦ καὶ πρὸς τὴν κατάστασιν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ποιεῖν ἔλεος, μόνον σπουδάσει ἕκαστος ἐκεῖνο ὃ ποιεῖ ἀγαθὸν, μετὰ γνώσεως ποιεῖν· καθὼς περὶ ἑκάστης ἀρετῆς εἴπομεν. Εἴπομεν γὰρ ὅτι ὁ ἐν γνώσει ποιῶν, οὗτός ἐστιν ὁ δόκιμος καὶ τεχνίτης, ὁ οἰκοδομῶν μετὰ ἀσφαλείας τὸν ἴδιον οἶκον. Περὶ τούτου λέγει καὶ τὸ Εὐαγγέλιον, ὅτι *Ὁ φρόνιμος οἰκοδομεῖ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πέτραν*, καὶ οὐδὲν τῶν ὑπεναντίων δύναται παρασαλεῦσαι αὐτήν. Ὁ Θεὸς ὁ φιλάνθρωπος δῴη ἡμῖν ἀκούειν καὶ ποιεῖν ἃ ἀκούομεν, ἵνα μὴ γένωνται ἡμῖν εἰς κρῖμα οἱ λόγοι οὗτοι ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς B αἰῶνας. Ἀμήν.

445 DOCTRINA XV.

De jejunio sancto.

I. In lege scriptum est imperasse Deum filiis Israel, ut singulis annis decimas darent omnium quæ possiderent : et id facientes in cunctis operibus suis benedicebantur [e]. Hoc agnoscentes apostoli sancti consuluere commodis et utilitatibus animarum nostrarum, quo decimationem hanc excellentius et magnificentius redderemus : dum scilicet dierum vitæ nostræ decimas daremus, et sic Deo nostro sacrificaremus, sic ab eo benediceremur in operibus nostris, sic quoquo anno peccata purgaremus, quæ per integrum annum essent a nobis perpetrata. Atque hoc inter se tractantes consecrarunt nobis ex trecentis sexaginta diebus, septem has hebdomadas jejuniorum. Quibus Patres nostri aliam addere cogitaverunt, quo ad labores venturi jejunii præpararemur, et ipsum jejunium numero sanctæ quadragesimæ quam Dominus noster integram jejunavit, honoratius redderent. Octo enim hebdomadas, subtractis Sabbatis et Dominicis, quadraginta dies perficiunt, præhonorato quoque in se ipso jejunio Sabbati sancti quod inter cætera jejunia totius anni sanctissimum et verissimum est. Septem autem hebdomadæ absque Sabbatis et Dominicis, triginta quinque dies complent, quibus adjecto Sabbato sancto et media parte illustrius illius et splendidissimæ noctis triginta sex cum dimidio computantur dies ; quæ decima pars est, si recte numeres, trecentorum sexaginta quinque dierum anni. Trecentorum enim dierum decima pars est triginta; sexagenarii vero numeri, sex ; quinquenarii autem dimidius dies. Hæc est decimatio, quam nobis in pœnitentiam et purgationem peccatorum nostrorum apostoli sancti consecrarunt. Quicunque igitur se ipsum sacris his diebus, ut decet, omni diligentia servaverit, beatus erit, fratres, etiamsi ei ut homini peccare in-

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ ΙΕ'.

Περὶ τῶν ἁγίων νηστειῶν.

Α'. Ἐν τῷ νόμῳ προσέταξεν ὁ Θεὸς υἱοὺς Ἰσραὴλ, ἵνα καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἀποδεκατῶσι πάντα ὅσα ἂν κτήσωνται· καὶ οὕτως ποιοῦντες, εὐλογοῦντο ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτῶν. Τοῦτο εἰδότες οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι ἐβουλεύσαντο πρὸς βοήθειαν καὶ εὐεργεσίαν τῶν ψυχῶν ἡμῶν, καὶ τοῦτο μειζόνως καὶ ὑψηλοτέρως ἡμῖν παραδοῦναι αὐτὰς τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀποδεκατῶσαι, καὶ οἱονεὶ ἀφιερῶσαι τῷ Θεῷ, ἵνα οὕτως καὶ εὐλογούμεθα ἐν τοῖς ἔργοις ἡμῶν, καὶ ἐξιλεούμεθα καθ' ἕκαστον ἔτος τὰς ἁμαρτίας ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ. Καὶ ψηφίσαντες, ἡγίασαν ἡμῖν ἀπὸ τῶν C τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ, ταύτας ἑπτὰ ἑβδομάδας τῶν νηστειῶν· οὕτω γὰρ ἀφώρισαν ἑπτὰ ἑβδομάδας. Ἀλλὰ οἱ Πατέρες τῷ χρόνῳ συνεῖδον προστεθεῖναι αὐταῖς καὶ ἄλλην μίαν ἑβδομάδα, ἅμα μὲν διὰ τὸ προγυμνάζεσθαι, καὶ οἷον προομαλίζεσθαι τοὺς μέλλοντας εἰσελθεῖν εἰς τὸν κόπον τῶν νηστειῶν, ἅμα δὲ καὶ τιμῶντες τὰς νηστείας τῷ ἀριθμῷ τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς· ἣν ἐνήστευσεν ὁ Κύριος ἡμῶν. Αἱ γὰρ ἑπτὰ[aa] ἑβδομάδες ὑφαιρουμένων τῶν Σαββάτων καὶ τῶν Κυριακῶν, τεσσαράκοντα ἡμέραι γίνονται, τιμωμένης καθ' ἑαυτὴν τῆς νηστείας τοῦ ἁγίου Σαββάτου, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν ἱερωτάτην καὶ μόνην νηστείαν, ἀπὸ πάντων τῶν Σαββάτων τοῦ ἐνιαυτοῦ. Αἱ δὲ ἑπτὰ ἑβδομάδες χωρὶς τῶν Σαββάτων καὶ τῶν Κυριακῶν γίνονται D τριάκοντα πέντε ἡμέραι· λοιπὸν, προστιθεμένου τοῦ Σαββάτου τοῦ μεγάλου, καὶ τοῦ ἡμίστους τῆς λαμπρᾶς καὶ φωτοποιοῦ νυκτὸς, τριάκοντα ἓξ ἡμισυ ἡμέραι εἰσίν· ὅπερ ἐστὶ τὸ δέκατον τῶν τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ, μετὰ πολλῆς ἀκριβείας. Τῶν γὰρ τριακοσίων τὸ δέκατόν ἐστι τριάκοντα, καὶ τῶν ἑξήκοντα τὸ δέκατον, ἤτοι ς', καὶ τῶν πέντε, τὸ ἥμισυ. Ἰδοὺ τριάκοντα ἓξ ἥμισυ ἡμέραι, καθὼς εἴπομεν· αὕτη ἐστὶν ἡ δεκατία, ὡς ἂν

[d] Matth. VII, 24. [e] Num. XVIII, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[aa] ὀκτώ.

Digitized by Google

εἴπῃ τις, παντὸς τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἣν ὑγείασαν[35] ἡμῖν εἰς μετάνοιαν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, καθάρσιον οὖσαν τῶν ἁμαρτιῶν, ὡς εἶπον, παντὸς τοῦ ἐνιαυτοῦ. Ὅστις οὖν φυλάττει ἑαυτὸν καλῶς καὶ ὡς δεῖ ἐν ταῖς ἁγίαις ἡμέραις ταύταις, μακάριός ἐστιν, ἀδελφοί· κἂν γὰρ ἔτυχεν, αὐτὸν, ὡς ἄνθρωπον, ἁμαρτῆσαι, εἴτε ἐξ ἀσθενείας, ἢ ἀμελείας. Ἰδοὺ ἔδωκεν ὁ Θεὸς τὰς ἁγίας ἡμέρας ταύτας, ἵνα ἐὰν σπουδάσει τις μετὰ νήψεως καὶ ταπεινοφροσύνης φροντίσαι ἑαυτοῦ, καὶ μετανοῆσαι ἐν ἑαυταῖς[36], καθαρθῇ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ λοιπὸν ἀναπαύεται ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ βάρους, καὶ οὕτως καθαρῶς προσέρχεται τῇ ἁγίᾳ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως, καὶ μεταλαμβάνει ἀκατακρίτως τῶν ἁγίων μυστηρίων νέος ἄνθρωπος γενόμενος, διὰ τῆς μετανοίας τῶν ἁγίων νηστειῶν τούτων, καὶ μένει μετὰ χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης πνευματικῆς, ἑορτάζων σὺν Θεῷ πᾶσαν τὴν ἁγίαν Πεντηκοστήν. Πεντηκοστὴ γάρ ἐστιν ἀνάστασις ψυχῆς, ὡς λέγει· τοῦτο γὰρ καὶ σύμβολόν ἐστι τὸ μὴ κλίνειν ἡμᾶς γόνυ ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ πᾶσαν τὴν Πεντηκοστήν.

A terdum contigerit, vel ex fragilitate, vel infirmitate. Ad hoc enim nobis dedit Deus sanctissimos hos dies; ut in eis scilicet studeat unusquisque pœnitentiam agere, et purgari a peccatis toto anno commissis; ut ita purgata et relevata ab onere anima sacratissimo die resurrectionis occurrat, et sanctissima mysteria in gratia accipiat novus homo factus per pœnitentiam sanctorum horum jejuniorum, sicque cum gaudio et lætitia spirituali cum Deo celebret sanctam omnem Pentecosten. Pentecoste enim animæ resurrectio est, ut e senioribus unus aiebat. Cujus sane in signum est quod genua in ecclesia non flectimus per sanctam omnem Pentecosten.

Β'. Ἕκαστος οὖν θέλων καθαρθῆναι ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ, διὰ τῶν ἡμερῶν τούτων, θέλει πρῶτον μὲν φυλάττειν ἑαυτὸν ἀπὸ ἀδιαφορίας βρωμάτων. Ἡ γὰρ ἀδιαφορία τῶν βρωμάτων, καθὼς λέγουσιν οἱ Πατέρες, γεννᾷ τῷ ἀνθρώπῳ πᾶν κακόν. Εἶτα θέλει ὁμοίως φυλάττειν τὸ μὴ καταλύειν τὴν νηστείαν χωρὶς μεγάλης ἀνάγκης, τὸ μὴ ἐπιζητεῖν τὰ ἡδέα βρώματα, τὸ μὴ καταβαρεῖν ἑαυτὸν τῇ πλησμονῇ τῶν βρωμάτων, ἢ πομάτων. Δύο γάρ εἰσι διαφοραὶ τῆς γαστριμαργίας. Ἔστιν ὅτε πολεμεῖταί τις εἰς τὴν ἡδύτητα, καὶ οὐκ ἀεὶ θέλει πολλὰ φαγεῖν· ἀλλὰ θέλει ἂν ἡδέα. Καὶ συμβαίνει ὅτι ἐσθίει ὁ τοιοῦτος βρῶμα ἀρέσκον αὐτῷ, καὶ τοσοῦτον ἡττᾶται τῇ ἡδονῇ αὐτοῦ, ὅτι μένει κρατῶν τὸ βρῶμα ἐκεῖνο εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ μασσώμενος αὐτὸ ἐπὶ ἱκανὸν, καὶ μὴ εὐψυχῶν καταπιεῖν αὐτὸ διὰ τὴν ἡδονήν. Αὕτη λέγεται λαιμαργία[37]. Ἄλλος πολεμεῖται εἰς πλησμονήν, καὶ οὐ θέλει καλὰ βρώματα, οὐδὲ μέλει αὐτῷ περὶ ἡδύτητος· ἀλλὰ κἂν καλά εἰσι, κἂν κακὰ, οὐ θέλει εἰ μὴ μόνον φαγεῖν, εἴτι δήποτε ἐὰν ὦσιν, οὐ μέλει αὐτῷ εἰ μὴ μόνον τοῦ γεμίσαι τὴν γαστέρα αὐτοῦ. Αὕτη λέγεται γαστριμαργία. Καὶ λέγω ὑμῖν καὶ τὴν αἰτίαν τῶν ὀνομάτων τούτων· *Μαργαίνειν* λέγεται παρὰ τοῖς ἔξω τὸ μαίνεσθαι, καὶ μάργος λέγεται ὁ μαινόμενος. Ὅταν μὲν οὖν γίνεται ἡ νόσος ἐκείνη καὶ ἡ μανία τινὶ περὶ τὸ πληροῦσθαι τὴν γαστέρα, τότε λέγεται *γαστριμαργία*, παρὰ τὸ μαργαίνειν· ὅ ἐστι μαίνεσθαι τὴν γαστέρα. Ὅταν γένηται περὶ τὸν λαιμὸν καὶ μόνον ἡ ἡδονὴ, καλεῖται *λαιμαργία*, παρὰ τὸ μαργαίνειν τὸν λαιμόν. Ταῦτα οὖν χρὴ φυλάττειν, καὶ φεύγειν μετὰ πάσης νήψεως τὸν θέλοντα καθαρθῆναι ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ. Οὐκ εἰσὶ γὰρ κατὰ χρείαν τοῦ σώματος, ἀλλὰ κατὰ πάθος· καὶ ἐὰν ἀνάσχηται αὐτῶν, γίνονται αὐτῷ εἰς ἁμαρτίαν. Ὥσπερ ἐστὶ τὸ νομίμως βιῶσαι καὶ τὸ πορνεῦσαι· ὅτι ἡ μὲν πρᾶξις ἡ αὐτὴ, ὁ δὲ σκοπός ἐστιν ὁ ποιῶν τὴν διαφορὰν τοῦ πρά-

Β II. Quisquis igitur purgari voluerit a peccatis totius anni, caveat primum ne se nimio cibo aut potu ingurgitet. Ciborum enim nimia ingurgitatio, ut Patres nostri sensere, plurima mala homini affert. Caveat quoque ne jejunium absque magna necessitate dissolvat, non quærat opiparas dapes, nec se ad vomitum expleat: non sollicitus sit de generibus vini, non de varietate ciborum. Duæ enim differentiæ gulæ sunt. Prima est cum homo ad dulcia et gustu suavia trahitur, nec edere multum optat; **446** sed id pauxillum et modicum quod edendum est, ut quam apparatissimum sit et suavissimum vult. Et huic ut plurimum evenit, cum quidpiam sibi gratum comederit, ut a voluptate tandem superetur, quod cibum per os sæpe sæpiusque volutat, et contritum dentibus satis superque vix patitur deglutire ob nimiam quam in eo capit dulcedinem et voluptatem. Hæc læmargia dicitur, id est gutturis seu palati voluptas. Altera est quæ ad saturitatem explere se cupit, neque optat apparatas mensas, aut ipsi curæ est varietas ciborum, sed qualescunque sint, non discernit, non curat; explere tantummodo se et ingurgitare cupit. Hæc dicitur gastrimargia, id est, ventris ingluvies. Quorum nominum libet vobis rationem afferre et aperire. Μαργαίνειν exponunt profani μαίνεσθαι, id est, furere, insanire; et μάργος, id est, μαινόμενος, hoc est furens, insanus. Cum igitur in homine fit is furor et insania ut ventrem immodestius impleat, γαστριμαργία, id est, ventris ingluvies vel insania: παρὰ τὸ μαργαίνειν, ὅ ἐστιν μαίνεσθαι τὴν γαστέρα, id est, quod vente insaniat. Cum vero sit circa solam gutturis voluptatem, vocatur λαιμαργία παρὰ τὸ μαργαίνειν τὸν λαιμὸν, id est, quod guttur insaniat. Has igitur gulæ species declinare opus est ei qui a peccatis suis purgari voluerit. Non enim sunt ad necessitatem corporis, sed ad vitium ipsius, fientque in pecca-

C

D

VARIÆ LECTIONES.

[35] ἡγίασαν. [36] αὐταῖς. [37] λαιμαργία.

Digitized by Google

ex inani gloria, vel ut virtutem agere videatur; neque hic cum cognitione se exercet. Cum enim aliquid esse se existimat, incipit fratrem contemnere. Et hic non solum lapidem unum adjicit, atque adimit duos, sed universum parietem minari ruinam facit et periclitari, cum proximum contemnat et judicet. Qui autem continens est cum cognitione, non quia virtus est continentia, hanc exercet, non ut tanquam fortis et industrius laudem consequatur humanam, sed quia confidit per eam sese ad modestiam perventurum, et ex ea postmodum in humilitatem. Senserunt etenim Patres et majores nostri per labores corporis, dum fierent cum cognitione, viam esse ad humilitatem. Et ita demum opus est unumquemque virtutem facere, ut et illam possideat, et in habitum ipsius perveniat : et tunc sese optimum artificem intelligat, optimum ædificatorem qui securus propriam domum possit ædificare.

A νωσιν· ὡς λέγουσιν οἱ Πατέρες, ὅτι ἡ ὁδὸς τῆς ταπεινώσεώς ἐστιν οἱ κόποι οἱ σωματικοὶ ἐν γνώσει· καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἁπλῶς ἑκάστην ἀρετὴν οὕτως δεῖ τινα ποιεῖν, ὥστε κτήσασθαι αὐτὴν καὶ γενέσθαι ἐν ἕξει αὐτῆς. Καὶ εὑρίσκεται, ὡς εἴπομεν, ὁ καλὸς τεχνίτης οἰκοδόμος, δυνάμενος μετὰ ἀσφαλείας οἰκοδομῆσαι τὸν ἴδιον οἶκον.

IV. Caveat igitur qui auxiliante Deo ad hunc perfectionis statum pervenire voluerit, vel dicere, vel cogitare, magnas esse virtutes, nec posse adiri eas a nobis. Hoc est enim vel nihil sperare in divina ope, vel animo ad opus bonum torpescere et dormitare. Dicite mihi, si quam virtutem cupitis, exercenda ea est a nobis, quæcunque sit : sunt enim in nobis virtutes, et bene operari cum volumus, possumus. Ecce in lege scribitur : *Diliges proximum tuum sicut te ipsum* [p]. Ne advertas quam longe absis a virtute, ne timere incipias et dicere : « Quomodo possum proximum meum diligere ut me ipsum? Quomodo illius afflictiones et angustias scrutari possum, et eas maxime quas corde tegit : cum eas nec videam nec agnoscam ut meas? » Noli ista meditari : ita enim putabis arduum quid et difficile admodum esse virtutem. At fundamenta jacias quæcunque potes, in Domino confisus. Ostende studium et desiderium tuum illi, statimque tibi auxilium cœlitus adesse ad bene agendum senties. Exempli autem gratia finge geminas scalas, unam quæ in cœlum erecta sit, alteram quæ ad inferos usque tendat, et te inter ambas medium puta : annon tecum cogitares et diceres : Qua possum via ex terra hac in apicem scalarum harum quæ ad cœlos diriguntur, evolare? At neque id possibile **442** esset, neque talia Deus abs te requirit. Requirit autem tibi ut caveas ne inferius labaris et corruas, ne injuria proximum afficias, ne percutias, ne obloquaris, ne convicieris, ne despicias ; et sic sensim benefacere incipis, dum fratrem tuum curas dulci sermone, dum compateris illi ; et cum re ulla ei opus fuerit, tradis. Et sic per gradus conscendens, tandem auxiliante Domino ad scalarum summitatem pervenies. Ex hoc enim modico auxilio proximi, ad id conscendis ut optes commodum et utilitatem ejus sicut tuam ; et hoc est, *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*. Inveniemus absque dubio, si quæramus ; et si Deum ad opem ferendam invocemus, statim aderit nos illuminans. Dicit enim Evangelium : *Petite et accipietis : quærite et invenietis ; pulsate et aperietur vobis* [q]. *Petite*, ut scilicet orando

B Δ'. Ὁ θέλων οὖν σὺν Θεῷ ἐλθεῖν εἰς τοσαύτην καλὴν κατάστασιν, οὐκ ὀφείλει λέγειν, ὅτι Μεγάλαι εἰσὶν αἱ ἀρεταὶ, καὶ οὐ δύναμαι φθάσαι αὐτάς. Τοῦτο γὰρ, ἢ μὴ ἐλπίζοντός ἐστιν εἰς τὴν βοήθειαν τοῦ Θεοῦ, ἢ ὀκνοῦντος ἐπιβαλέσθαι τι ἀγαθοῦ· ἐπεὶ ποίαν θέλετε ἀρετὴν καὶ γυμνάζωμεν· καὶ βλέπετε ὅτι ἐν ἡμῖν ἐστι καὶ τὸ κατορθῶσαι· ἰδοὺ λέγει. *Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, ὡς ἑαυτόν*. Μὴ πρόσχῃς; πόσον ἀπέχῃς ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, καὶ ἄρξηται [10] δειλιᾷν καὶ λέγειν· « Πῶς δύναμαι ἀγαπῆσαι τὸν πλήσιον, ὡς ἑαυτόν; πῶς δύναμαι τὰς θλίψεις αὐτοῦ μεριμνᾷν, ὥσπερ τὰς ἐμὰς, καὶ μάλιστα τὰς κεκρυμμένας ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἃς οὔτε βλέπω οὔτε γινώσκω, ὥσπερ τὰς ἐμαυτοῦ; » Μὴ ἀποσχολήσῃς ἑαυτὸν εἰς τὸ λογίσασθαι ταῦτα, καὶ μὴ νομίσῃς ὑπέρογκον εἶναι C καὶ δυσκατόρθωτον τὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ βάλλε τέως ἀρχὴν, πιστεύων τῷ Θεῷ. Δεῖξον αὐτῷ τὴν προαίρεσίν σου, καὶ τὴν σπουδὴν, καὶ βλέπεις τὴν βοήθειαν ἣν παρέχει σοι εἰς τὸ κατορθῶσαι. Οἷον λέγω, Ὑπόθου μοι δύο κλίμακας εἶναι· τὴν μὲν ἀναφέρουσαν ἄνω εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν ἄλλην καταφέρουσαν κάτω εἰς τὸν ᾅδην, καὶ σὺ ἱστασαι εἰς τὴν γῆν μέσον τῶν δύο κλιμάκων. Μὴ θελήσῃς λογίσασθαι καὶ εἰπεῖν· Πῶς δύναμαι πετασθῆναι ἐκ τῆς γῆς, καὶ εὑρεθῆναι ἅπαξ ἄνω εἰς τὸ ἄκρον τῆς κλίμακος; Οὔτε γὰρ δυνατόν ἐστιν, οὔτε ἀπαιτήσαι ὁ Θεὸς τοῦτο· ἀλλὰ φύλαξαι τέως, μὴ κατελθεῖν κάτω· μὴ κακοποιήσῃς τὸν πλησίον, μὴ πλήξῃς, μὴ καταλαλήσῃς, μὴ λοιδορήσῃς, μὴ ἐξουδενώσῃς· καὶ οὕτως λοιπὸν ἄρχε καὶ εὐεργετεῖν μικρὸν διὰ τοῦ θεραπεύειν λόγῳ D τὸν ἀδελφόν σου· διὰ τοῦτο συμπάσχειν αὐτῷ· καὶ ἐὰν χρήσῃ πράγματος, ἐπιδιδόναι αὐτῷ· καὶ οὕτως μίαν βαθμίδα ἀνερχόμενος, φθάνει σὺν Θεῷ καὶ εἰς τὸ ἄκρον τῆς κλίμακος. Διὰ γὰρ τοῦ κατὰ μικρὸν βοηθεῖν τῷ πλησίον, ἔρχῃ καὶ εἰς τὸ θέλειν τὸ συμφέρον αὐτῷ, ὡς τὸ σοὶ, συμφέρον σοι, καὶ τὴν ὠφέλειαν αὐτῷ, ὡς τὴν σήν. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ, *Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, ὡς ἑαυτόν*. Ἐὰν ζητήσωμεν, εὑρίσκομεν, καὶ ἐὰν αἰτῶμεν τὸν Θεὸν, φωτίζει ἡμᾶς. Λέγει γὰρ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· *Αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν, ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε, κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν*. Αἰτεῖτε, λέγει, ἵνα παρακα-

[p] Levit. xix, 18; Matth. v, 43; Marc. xii, 31 ; Jac. ii, 8. [q] Matth. vii, 7; Luc. ii, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[10] Forte ἀρξῃ.

Digitized by Google

λῶμεν διὰ τῆς εὐχῆς. Τὸ δὲ, *Ζητεῖτε* ἐστὶν, ἵνα ἐρευνῶμεν πῶς ἔρχεται αὕτη ἡ ἀρετή· τί ἐστιν τὸ φέρον αὐτὴν, τί ὀφείλομεν ποιῆσαι, ἵνα κτησώμεθα αὐτήν. Τὸ οὕτως καθ' ἑκάστην ἐρευνᾷν ἐστι τὸ, *Ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε*. Τὸ δὲ *κροῦσαι* ἐστι, τὸ ἐνεργῆσαι τὰς ἐντολάς. Ἕκαστος γὰρ κρούων, διὰ τῶν χειρῶν κρούει· αἱ δὲ χεῖρες εἰς τὴν πρακτικὴν λαμβάνονται. Θέλομεν οὖν μὴ μόνον αἰτεῖν, ἀλλὰ καὶ ζητεῖν σπουδάζοντες καὶ ποιεῖν εἶναι, ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος· *Κατηρτισμένοι εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν*. Τί ἐστι *κατηρτισμένοι*; Ὅταν τις θέλῃ κατασκευάσαι πλοῖον, πρῶτον ἑτοιμάζει πᾶσαν τὴν χρείαν τοῦ πλοίου ἕως καὶ μικρῶν ἡλαρίων, καὶ μικρᾶς πίσσης, καὶ μικροῦ στυππίου· ὁμοίως καὶ ἱστάριον ἐὰν θέλῃ γυνὴ στῆσαι, ἑτοιμάζει ἕως καὶ μικροῦ ῥάμματος· τοῦτο λέγεται κατάρτιον τὸ ἔχειν πᾶσαν τὴν χρείαν ἡτοιμασμένην τοῦ πράγματος.

Ε'. Οὕτως οὖν ἵνα ἐσμὲν καὶ ἡμεῖς κατηρτισμένοι εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, ἔχοντες πᾶσαν τὴν ἑτοιμασίαν ἡμῶν, εἰς τὸ ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ μετὰ γνώσεως, ὡς θέλει καὶ ὡς ἀρέσκει αὐτῷ. Τί ἐστιν ὃ λέγει ὁ Ἀπόστολος· *Τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον*; Πάντα τὰ γενόμενα, ἢ κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ γίνεται, ἢ κατ' εὐδοκίαν, ὡς λέγει ἐν τῷ προφήτῃ· *Ἐγὼ Κύριος ποιῶν φῶς, καὶ κτίζων σκότος*· καὶ πάλιν, *Οὐκ ἔστι κακία ἐν πόλει, ἣν ὁ Κύριος οὐκ ἐποίησεν*. Κακίαν λέγει πάντα τὰ κακωτικά· οἱονεὶ τὰ θλιβερὰ τὰ γινόμενα πρὸς παίδευσιν ἡμῶν διὰ τὴν κακίαν ἡμῶν· ἅτινά ἐστι, λιμὸς, σεισμὸς, ἀβροχία, νόσοι, πόλεμοι. Ταῦτα οὐ γίνονται κατ' εὐδοκίαν Θεοῦ, ἀλλὰ κατὰ συγχώρησιν. συγχωροῦντος τοῦ Θεοῦ ἐπενεχθῆναι ἡμῖν πρὸς τὸ συμφέρον. Ταῦτα οὖν οὐ θέλει ἡμᾶς θέλειν ὁ Θεὸς, οὐδὲ συντρέχειν αὐτῷ· οἷόν τι λέγω. Ἔστι θέλημα Θεοῦ, ὡς εἴπομεν κατὰ συγχώρησιν, τὸ στραφῆναι πόλιν. Οὐ θέλει οὖν ἡμᾶς, ἐπειδὴ θέλημα Θεοῦ ἐστι στραφῆναι αὐτὴν, ἵνα βάλωμεν καὶ ἡμεῖς πῦρ, καὶ καύσωμεν, ἢ ἵνα λάβωμεν ἀξίνας καὶ καταστρέψωμεν; Πάλιν εὑρίσκεται συγχώρησις Θεοῦ, ἵνα θλιβῇ τις, ἢ ἵνα ἀῤῥωστήσῃ, οὐκ ἐπειδὴ θέλημα αὐτοῦ ἐστιν, ἵνα θλιβῇ· θέλει ἡμᾶς ἵνα θλίβωμεν αὐτὸν, ἢ ἵνα εἴπωμεν, ὅτι ἐπειδὴ θέλημα Θεοῦ ἐστιν ἵνα ἀσθενήσῃ, μὴ ἐλεήσωμεν αὐτόν; Τοῦτο οὐ θέλει ὁ Θεὸς, οὐ θέλει ἡμᾶς ὑπουργῆσαι τῷ τοιούτῳ αὐτοῦ θελήματι. Τοιούτους θέλει ἡμᾶς εἶναι ἀγαθοὺς, ὅτι αὐτὸς ὃ ποιεῖ, οὐ θέλει ἵνα θελήσωμεν αὐτό· ἀλλὰ τί θέλει; Θέλει ἡμᾶς τὸ θέλημα αὐτοῦ θέλειν τὸ ἀγαθὸν, τὸ κατ' εὐδοκίαν, ὡς εἶπον, γινόμενον. Τοῦτο δέ ἐστι, πάντα τὰ κατ' ἐντολὴν γινόμενα, τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾷν, τὸ συμπάσχειν, τὸ ποιεῖν ἐλεημοσύνην, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ἰδοὺ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθόν· τί δέ ἐστι καὶ εὐάρεστον; Οὐδὲν γὰρ, καὶ ποιῶν τις ἀγαθὸν, πάντως ὅτι εὐάρεστον αὐτὸ ποιεῖ. Καὶ λέγω πῶς· Συμβαίνει ὅτι εὑρίσκει

precemur. *Quærite* autem, hoc est, scrutamini diligenter quo adveniat virtus in vos, quid potissimum sit quod eam afferat, quid agendum nobis, ut illam consequamur et possideamus: et hoc est, quod ait, *quærite*, quotidie videlicet ista pervestigare. *Pulsare* autem est præcepta Domini observare et facere: qui enim pulsat, manibus pulsat: manus igitur ad actiones designandas accipiuntur. Innuit igitur nobis non solum petendum esse, sed et quærendum et pulsandum, ita ut, juxta Apostolum: *Parati simus et perfecti in omne opus bonum* [r]. Quid est autem perfecti? Ædificaturus quis navem, primum præparat quæcunque necessaria ad eam sunt, et picem et stupam et clavos. Et mulier cum textrinum erigere voluerit vel telam texere, disponit primum quæcunque necessaria, etiam fila minutissima: et hoc est perfecti, habere omnem rei necessitatem præparatam.

V. Ut igitur simus et nos perfecti in omne opus bonum, habeamus omnem curam et diligentiam et promptitudinem nostram, ad perficiendam divinam voluntatem cum cognitione, quacunque in re illi placitum fuerit. Nam, ut ait Apostolus: *Voluntas Dei bona, beneplacens et perfecta est* [s]. Omnia autem quæcunque fiunt, permittente Deo vel disponente fiunt, ut dicit ipse in propheta: *Ego Dominus faciens lucem et creans tenebras* [t]. Et iterum: *Non est malum in civitate, quod non fecerit Dominus* [u]. Malum dicit afflictiones et angustias quæ ad disciplinam nostram fiunt et mala nostra corrigenda: ut fames, pestilentiæ, siccitas, ægritudines, bella (1). Hæc non fiunt ex divina voluntate aut dispositione, sed permissione ipsius, permittente Deo ea nobis ingruere ad utilitatem nostram. Hæc tamen velle nos aut optare prohibet Deus, neque his vult nos concurrere: ut verbi gratia, voluntas Dei est per permissionem ut urbs diruatur: nunquid etiam vult Deus, cum ipsius voluntas sit, ut urbs ruat, ut nos pariter faces immittamus et comburamus eam, vel ut secures suscipiamus et una diruamus illam? Permittit item Deus aliquem affligi vel ægrotare; nunquid quia voluntas Dei est, ut is affligatur, debemus pariter et nos eum affligere? an quia dicimus voluntate divina alterum ægrotare, non misereri ejus in aliquo? Hoc non vult Deus, ut scilicet voluntati suæ subserviamus aut concurramus in istis. Vult nos Deus esse bonos, non quæ ipse voluerit hoc modo ut velimus. Quid igitur velle nos vult? Voluntatem ipsius bonam, et quidquid per bonam voluntatem ejus fit. Hoc est, quæcunque nutu et præcepto ejus eveniunt et fiunt, ut amare sese mutuo, compati, eleemosynas facere, atque alia hujuscemodi. En bona voluntas Dei. Quid autem est et beneplacens? Omne bonum quod ab ullo fit, etsi semper bonum sit, non semper tamen benepla-

[r] II Cor. IX, 8; II Tim. III, 17. [s] Rom. XII, 2. [t] Isa. XLV, 7. [u] Amos III, 6.

(1) Caute lege: nam malum pœnæ certum est ex theologia, nedum permittente Deo, sed etiam efficiente, ordinante et disponente fieri: nec satis explicite ad regulas theologiæ hic loquitur auctor.

Digitized by Google

cens et gratum. Subjiciam exemplum : Occurrit quis orphanæ puellæ et inopi : cujus pulchritudine captus et delectatus, illam suscipit in domum ut nutriat : exterius autem in animo ut ejus pulchritudine delectetur. En hic voluntas Dei est et bona, non autem beneplacens. Beneplacens enim est, cum quis eleemosynam fecerit, non respectu aliquo humano, sed ob ipsum bonum, ob ipsam misericordiam et compassionem. Perfecta autem est, cum quis petenti tribuit non parce, non desidiose, non negligenter, sed prompte, totis viribus, tota intentione ; sicque præbet, ut accipere ; sic beneficio afficit, ut beneficio affici videatur. En perfectam voluntatem Dei. Ita factitando divinam voluntatem, qualem ait Apostolus, bonam, beneplacentem et perfectam complere quis poterit : hoc nimirum est, quod cum scientia et cognitione geritur.

VI. Optat vero aliquis vestrum agnoscere quantum sit bonum, quanta gratia eleemosynæ ? magna profecto est, quæ potest peccata dimittere, ut ait propheta : *Redemptio viri, sunt propriæ divitiæ* [y]. Et alio loco : *In eleemosynis redime peccata tua* [z]. Et ipse Dominus dicit : *Estote misericordes, sicut Pater vester cœlestis misericors est* [a]. Non dixit, jejunate, ut Pater vester cœlestis jejunat. Neque dixit, pauperes estote, ut Pater vester cœlestis inops est. Sed quid ait? *Estote misericordes, sicut Pater vester cœlestis misericors est*. Proprie enim virtus ipsa imitatur Deum, ipsum exprimit et significat. Hoc igitur scopo et consideratione, ut dixi, semper nobis opus est ; ut semper intenti simus cum scientia et cognitione operari. Varie enim et differenter considerari solet eleemosyna. Alius enim facit eleemosynam ut benedicantur rura sua ; et Deus utique hujus rura et agros benedicit. Alius eleemosynam facit, ne periclitetur navis sua in mari ; et Deus utique istius navem deducit in portum incolumem et salvat. Alius ut custodiat Deus filios suos ; et hos quoque custodit Deus. Alius ut gloriam consequatur ; et huic Deus gloriam largitur, et nominem fraudat Deus. Sed quod quisque voluerit, hoc illi dat, dummodo id tale non sit quod animæ suæ noceat. Sed hi omnes mercedem suam amittunt : nullum enim depositum servant apud Deum, cum illorum intentio quam præmiserunt, non fuerit ob utilitatem animæ. Ut benediceret Deus rura et agros tuos, fecisti ; benedixit illa Deus ; ob filios tuos fecisti ; custodivit filios tuos Deus : ut gloriam consequereris, fecisti ; gloriam tibi largitus est Deus. Qua igitur in re debitor tuus est Deus ? Reddidit tibi eorum quæ fecisti, quam voluisti gratiam. Est autem et alius faciens eleemosynam ut liberetur a ventura pœna. Ecce hic facit ob utilitatem animæ suæ, hic facit propter Deum. Non tamen et hic omnino ut vult Deus, facit. Adhuc enim in servili statu est hic. Servus enim non facit voluntatem domini sui sponte et volens, sed timens ne vapulet. Similiter et hic

τις μίαν ὀρφανὴν καὶ πτωχὴν εὔμορφον, καὶ ἀρέσκεται διὰ τὴν εὐμορφίαν, καὶ λαμβάνει καὶ ἀνατρέφει αὐτήν· δόξαντος αὐτοῦ, ὡς ὀρφανὴν πτωχὴν εὔμορφον. Ἰδοὺ καὶ θέλημα Θεοῦ ἐστι καὶ ἀγαθόν ἐστιν, οὐ μέντοι καὶ εὐάρεστον. Τὸ δὲ εὐάρεστον, ὅταν ποιῇ τις ἐλεημοσύνην οὐ διά τινα λογισμὸν ἀνθρώπινον, ἀλλὰ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν, διὰ τὴν συμπάθειαν, τοῦτό ἐστιν εὐάρεστον τῷ Θεῷ. Τὸ δὲ τέλειόν ἐστιν ὅταν ποιῇ τις ἐλεημοσύνην, μὴ κατὰ κνιπείαν, μηδὲ κατὰ ὄκνον, μηδὲ κατὰ ὀλιγωρίαν, ἀλλὰ πάσῃ δυνάμει, καὶ πάσῃ προαιρέσει, οὕτως παρέχων, ὡς αὐτὸς λαμβάνων, οὕτως εὐεργετῶν, ὡς αὐτὸς εὐεργετούμενος· καὶ τότε γίνεται τέλειον. Καὶ οὕτως εὑρίσκεταί τις ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ὡς λέγει ὁ Ἀπόστολος, τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον, καὶ τέλειον. Ἰδοὺ τοῦτό ἐστι τὸ ἐν γνώσει ποιεῖν.

Ϛ'. Θέλει γάρ τις γινώσκειν αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν τῆς ἐλεημοσύνης, αὐτὴν τὴν χάριν αὐτῆς ὅτι μεγάλη ἐστὶν, ὅτι δύναται καὶ ἁμαρτίας ἀφιέναι, καθὼς λέγει ὁ προφήτης· *Λύτρον ἀνδρὸς, ὁ ἴδιος πλοῦτος*. Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ λέγει· *Ἐλεημοσύναις λύτρωσαι τὰς ἁμαρτίας σου*. Καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος εἶπε· *Γίνεσθε οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος οἰκτίρμων ἐστίν*. Οὐκ εἶπε· Νηστεύσατε, ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος νηστεύει. Οὐδὲ εἶπε· Γίνεσθε ἀκτήμονες, ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ἀκτήμων ἐστίν. Ἀλλὰ τί λέγει; *Γίνεσθε οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος οἰκτίρμων ἐστίν*. Ἰδικῶς γὰρ ἡ ἀρετὴ αὕτη μιμεῖται Θεόν· χαρακτηρίζει αὐτόν. Χρεία οὖν ἐστιν, ὡς εἴπομεν, τούτῳ τῷ σκοπῷ προσέχειν ἀεὶ, καὶ ἐν γνώσει ποιεῖν. Πολλὴ γάρ ἐστιν ἡ διαφορὰ, καὶ ἐπὶ τοῦ σκοποῦ τῆς ἐλεημοσύνης. Ἔστι γάρ τις ποιῶν ἐλεημοσύνην, διὰ τὸ εὐλογηθῆναι τὸ χωρίον αὐτοῦ, καὶ ὁ Θεὸς εὐλογεῖ τὸ χωρίον αὐτοῦ· ἄλλος ποιεῖ ἐλεημοσύνην, διὰ τὸ πλοῖον αὐτοῦ, καὶ ὁ Θεὸς σώζει τὸ πλοῖον αὐτοῦ· ἄλλος ποιεῖ διὰ τὰ τέκνα αὐτοῦ, καὶ ὁ Θεὸς σώζει καὶ φυλάττει τὰ τέκνα αὐτοῦ· ἄλλος ποιεῖ διὰ τὸ δοξασθῆναι, καὶ ὁ Θεὸς δοξάζει αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀθετεῖ ὁ Θεός τινα. Ἀλλὰ ὃ θέλει ἕκαστος παρέχει αὐτῷ, ὅταν μὴ βλάπτεται ἐκ τούτου ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. Ἀλλ' οὗτοι πάντες ἀπέχωσι τὸν μισθὸν αὐτῶν· οὐδὲν γὰρ ἀπέθεντο ἑαυτοῖς παρὰ τῷ Θεῷ, ἐπειδὴ καὶ ὁ σκοπὸς ὃν προέθεντο, οὐκ ἦν διὰ τὴν ὠφέλειαν τῆς ψυχῆς αὐτῶν. Διὰ τὸ εὐλογηθῆναι τὸ χωρίον σου, ἐποίησας, εὐλόγησεν ὁ Θεὸς τὸ χωρίον σου· διὰ τὰ τέκνα σου ἐποίησας, ἐφύλαξε τὰ τέκνα σου ὁ Θεός. Διὰ τὸ δοξασθῆναι ἐποίησας, ἐδόξασέ σε ὁ Θεός. Τί οὖν χρεωστεῖ σοι ὁ Θεός ; Ἀπέδωκέ σοι τὸν μισθὸν ὧν ἐποίησας. Ἔστι δὲ ἄλλος ποιῶν ἐλεημοσύνην, ἵνα ῥυσθῇ ἀπὸ τῆς μελλούσης κολάσεως· ἰδοὺ οὗτος ποιεῖ διὰ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ· οὗτος κατὰ Θεὸν ποιεῖ· πλὴν οὐκ ἔστι καὶ καθὼς θέλει ὁ Θεός. Ἀκμὴν γὰρ ἐν τῇ δουλικῇ καταστάσει ἐστίν. Ὁ δοῦλος οὐ ποιεῖ τὸ θέλημα τοῦ κυρίου αὐτοῦ θέλων, ἀλλὰ φοβούμενος μὴ δαρῇ. Ὁμοίως οὗτος ποιεῖ, ἵνα ῥυσθῇ τῆς κολάσεως, καὶ ὁ

[y] Tob. xii, 9. [z] Prov. xiii, 8. [a] Dan. iv, 24. [a] Luc. vi, 36.

Digitized by Google

Θεὸς ῥύσται αὐτὸν ἀπ' αὐτῆς. Ἄλλος ποιεῖ τὴν ἐλεημοσύνην, ἵνα λάβῃ μισθόν. Τοῦτο ὑψηλότερον μέν ἐστι τοῦ πρώτου· ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸ ἀκμήν, ὡς θέλει ὁ Θεός. Οὔπω γάρ ἐστιν ἐν τῇ τοῦ υἱοῦ διαθέσει· ἀλλ' ὥσπερ ὁ μισθωτὸς ποιεῖ τὸ θέλημα τοῦ δεσπότου, διὰ τὸ λαβεῖν τὸν μισθὸν τοῦ δεσπότου καὶ κερδᾶναι· ὁμοίως καὶ οὗτος ποιεῖ διὰ τὸ κερδᾶναι καὶ ἔχειν μισθόν.

Τρεῖς γάρ εἰσι διαθέσεις δι' ὧν ὀφείλομεν ποιεῖν τὸ ἀγαθόν, ὡς λέγει ὁ ἅγιος Γρηγόριος· ταῦτα καὶ ἄλλοτε εἶπον ὑμῖν. Ἢ γὰρ φοβούμενοι τὴν κόλασιν ποιοῦμεν τὸ ἀγαθόν, καὶ ἐσμὲν ἐν τῇ δουλικῇ καταστάσει· ἢ διὰ τὸ λαβεῖν τὸν μισθόν, καὶ ἐσμὲν ἐν τῇ διαθέσει τοῦ μισθωτοῦ· ἢ δι' αὐτὸ τὸ καλόν, καὶ ἐσμὲν ἐν τῇ διαθέσει τοῦ υἱοῦ. Ὁ υἱὸς γὰρ οὐ ποιεῖ τὸ θέλημα τοῦ πατέρος ἀπὸ φόβου, οὐδὲ ὡς θέλων παρ' αὐτοῦ λαβεῖν μισθόν, ἀλλὰ θέλων θεραπεῦσαι αὐτόν, θέλων τιμῆσαι καὶ ἀναπαῦσαι αὐτόν. Καὶ ἡμεῖς οὖν οὕτως ὀφείλομεν ποιεῖν τὴν ἐλεημοσύνην διὰ τὸ καλόν, συμπάσχοντες ἀλλήλοις, ὡς ἰδίοις μέλεσιν· οὕτως δὲ θεραπεύοντές τινα, ὡς ὅτι ἡμεῖς δι' ἐκείνου θεραπευόμεθα· οὕτως διδόντες, ὡς αὐτοὶ λαμβάνοντες. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν γνώσει ἐλεημοσύνη· οὕτως εὑρισκόμεθα καὶ ἐν τῇ τοῦ υἱοῦ διαθέσει, καθὼς εἴπομεν. Οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν· Πτωχός εἰμι, καὶ οὐκ ἔχω πόθεν ἐλεῆσαι. Κἂν γὰρ οὐ δύνασαι δοῦναι, ὡς ἐκεῖνοι οἱ πλούσιοι οἱ διδόντες τὰ δῶρα αὐτῶν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον, δὸς δύο λεπτὰ, ὡς ἡ χήρα ἡ πενιχρά· καὶ προσδέχεται αὐτὰ ὁ Θεὸς παρὰ σοῦ ὑπὲρ τὰ δῶρα ἐκεῖνα. Οὐδὲ οὕτως ἔχεις; ἀλλ' ἔχεις δύναμιν καὶ δύνασαι δι' ὑπηρεσίας ἐλεῆσαι τὸν ἀσθενοῦντα. Οὐ δύνασαι οὐδὲ τούτῳ[21]; δύνασαι λόγῳ παρακαλέσαι τὸν ἀδελφόν σου. Ἔλου οὖν αὐτὸν διὰ τοῦ λόγου, καὶ ἄκουσον τοῦ λέγοντος· *Ἀγαθὸς λόγος ὑπὲρ δῶρα.* Ὑπόθου, οὐδὲ λόγῳ δύνασαι ὠφελῆσαι, δύνασαι ἐὰν παροξυνθῇ κατὰ σοῦ ὁ ἀδελφός σου, ποιῆσαι ἔλεος εἰς αὐτὸν, καὶ βαστάσαι αὐτὸν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ταραχῆς αὐτοῦ, βλέπων αὐτὸν ἐπηρεαζόμενον ἐκ τοῦ κοινοῦ ἐχθροῦ· καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν αὐτὸν ἓν ῥῆμα καὶ πλέον ταράξαι αὐτὸν, σιωπῆσαι, καὶ ἐλεεῖν αὐτὸν, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀποσπῶν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἐχθροῦ. Δύνασαι πάλιν, ἐὰν ἁμάρτῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ἐλεῆσαι αὐτὸν, καὶ ἀφιέναι αὐτῷ τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ, ἵνα καὶ σὺ ἄφεσιν λάβῃς παρὰ Θεοῦ. Λέγει γάρ· *Ἄφετε καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν·* καὶ εὑρίσκῃ ποιῶν ἔλεος ἐς τὴν ψυχὴν τοῦ ἀδελφοῦ σου, συγχωρῶν αὐτῷ ἃ ἥμαρτεν εἰς σέ. Ἔδωκε γὰρ ἡμῖν ὁ Θεὸς ἐξουσίαν, ἐὰν θέλωμεν, συγχωρεῖν ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα καὶ εἰς ἡμᾶς γινόμενα· καὶ οὐκ ἔχεις πῶς ἐλεῆσαι τὸ σῶμα, ἐλεεῖς δὲ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ· καὶ ποῖον ἔλεος μέγα, ὡς τὸ ἔλεος τῆς ψυχῆς; Ὥσπερ γὰρ ἡ ψυχὴ τιμιωτέρα ἐστὶ τοῦ σώματος, οὕτως καὶ ἔλεος τὸ γινόμενον εἰς τὴν ψυχὴν, μεῖζόν ἐστι τοῦ

A facit, ut a pœna scilicet liberetur, et ipsum Deus a pœna liberabit. Facit alius eleemosynam ut mercedem recipiat; hoc quidem primo altius est. Sed et hic non facit omnino adhuc, ut vult Deus. Neque enim adhuc est in filii statu: quemadmodum enim mercenarius facit voluntatem domini sui; scilicet, ut mercedem recipiat et lucretur: ita hic facit præmii gratia.

444 VII. Tres autem status et dispositiones sunt, juxta quas ex [1] Basilii sententia benefacere et virtutem exercere debemus, de quibus omnibus alias sermonem me vobis fecisse commemini. Si enim timore gehennæ benefaciamus, in servili statu sumus: si ut mercedem recipiamus, in mercenarii: si boni ipsius gratia, ad filiorum statum transimus. B Filius enim non facit patris voluntatem ob timorem, neque ut recipiat mercedem ab illo, sed volens illi deservire, volens ipsum honorare, volens ipsi in omnibus obsequi et morem gerere. Sic igitur et nos eleemosynam faciamus ob ipsius eleemosynæ bonum: compatientes mutuo ut propriis membris, sic curam gerentes uniuscujusque ut ab eo curari nos optaremus; sic dantes, tanquam acciperemus; et hæc est eleemosyna quæ cum cognitione fit: ita, ut dixi, in filiorum statu reperimur. Nemo autem potest dicere: Pauper sum, et unde misericordiam faciam, non habeo. Si enim non potes divitibus et potentibus æqua distribuere, da in gazophylacium duo minuta, ut vidua illa paupercula [a]; et illa accipit a te Deus super divitum dona. Quod C si nec etiam hoc habueris; at certe potes per ministerium ægrotantis misereri. Non potes et hoc? potes verbo fratrem tuum consolari et adhortari. Miserere igitur illius per verbum, et audi dicentem: *Verbum bonum super datum optimum* [b]. Sed esto quod neque verbo possis misericordiam facere: at certe potes si in te excanduerit frater, fragilitatis illius misereri, et eam ferre in tempore turbationis suæ, cum non ignores tentatum illum a communi hoste. Cumque possis illi respondere, et turbatum magis incendere; si taceas, misericordiam facis in animam ejus, et de hostili eum manu rapis. Potes rursum, si in te peccaverit frater tuus, illi dimittere et ignoscere peccatum ejus, ut et tu a Domino misericordiam et veniam consequaris: ait enim: D *Dimittite et dimittetur vobis* [c]: et sic misericordiam facis in animam fratris tui, dimittens illi peccatum quod in te commisit. Videtur enim Deus nobis potestatem dedisse dimittendi peccata inter nos commissa: ita ut si non habeas, quomodo corporis ejus misereris, misereri possis animæ. Et quod, obsecro, misericordiæ majus genus est, quam misericordia animæ? Ut enim illustrior est anima quam

[a] Marc. XII, 42; Luc. XXI, 1. [b] Eccli. XVIII, 17. [c] Luc. VI, 37.

VARIÆ LECTIONES.

[1] *Basilii.* Gregorii. [21] τοῦτο.

Digitized by Google

corpus, ita misericordia animæ major est quam corporis. Ita jam potest nemo dicere, non posse se misericordiam facere. Potest unusquisque juxta vires et statum suum misereri, dummodo studeat quidquid erit boni, illud agere cum cognitione, ut superius de qualibet virtute diximus. Diximus enim eum qui cum scientia et cognitione operatur, esse probatissimum architectum, qui domum suam securus ædificat. De talibus etiam dicit Evangelium : Quia scilicet *vir prudens ædificat domum suam super petram* [d], ita ut nullus incursus hostium illam possit concutere aut movere. Deus benignus et clemens præstet nobis audire et facere quæ diximus, ne in judicii die sermones hujuscemodi nobis ad judicium fiant. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A γινομένου εἰς τὸ σῶμα· ὥστε οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν, ὅτι Οὐ δύναμαι ἐλεῆσαι. Ἕκαστος δύναται πρὸς τὴν δύναμιν αὐτοῦ καὶ πρὸς τὴν κατάστασιν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ποιεῖν ἔλεος, μόνον σπουδάσει ἕκαστος ἐκεῖνο ὃ ποιεῖ ἀγαθὸν, μετὰ γνώσεως ποιεῖν· καθὼς περὶ ἑκάστης ἀρετῆς εἴπομεν. Εἴπομεν γὰρ ὅτι ὁ ἐν γνώσει ποιῶν, οὗτός ἐστιν ὁ δόκιμος καὶ τεχνίτης, ὁ οἰκοδομῶν μετὰ ἀσφαλείας τὸν ἴδιον οἶκον. Περὶ τούτου λέγει καὶ τὸ Εὐαγγέλιον, ὅτι *Ὁ φρόνιμος οἰκοδομεῖ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πέτραν*, καὶ οὐδὲν τῶν ὑπεναντίων δύναται παρασαλεῦσαι αὐτήν. Ὁ Θεὸς ὁ φιλάνθρωπος δῴη ἡμῖν ἀκούειν καὶ ποιεῖν ἃ ἀκούομεν, ἵνα μὴ γένωνται ἡμῖν εἰς κρῖμα οἱ λόγοι οὗτοι ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς B αἰῶνας. Ἀμήν.

445 DOCTRINA XV.

De jejunio sancto.

I. In lege scriptum est imperasse Deum filiis Israel, ut singulis annis decimas darent omnium quæ possiderent : et id facientes in cunctis operibus suis benedicebantur [e]. Hoc agnoscentes apostoli sancti consuluere commodis et utilitatibus animarum nostrarum, quo decimationem hanc excellentius et magnificentius redderemus : dum scilicet dierum vitæ nostræ decimas daremus, et sic Deo nostro sacrificaremus, sic ab eo benediceremur in operibus nostris, sic quoquo anno peccata purgaremus, quæ per integrum annum essent a nobis perpetrata. Atque hoc inter se tractantes consecrarunt nobis ex trecentis sexaginta diebus, septem has hebdomadas jejuniorum. Quibus Patres nostri aliam addere cogitaverunt, quo ad labores venturi jejunii præpararemur, et ipsum jejunium numero sanctæ quadragesimæ quam Dominus noster integram jejunavit, honoratius redderent. Octo enim hebdomadas, subtractis Sabbatis et Dominicis, quadraginta dies perficiunt, præhonorato quoque in se ipso jejunio Sabbati sancti quod inter cætera jejunia totius anni sanctissimum et verissimum est. Septem autem hebdomadæ absque Sabbatis et Dominicis, triginta quinque dies complent, quibus adjecto Sabbato sancto et media parte illustrius illius et splendidissimæ noctis triginta sex cum dimidio computantur dies ; quæ decima pars est, si recte numeres, trecentorum sexaginta quinque dierum anni. Trecentorum enim dierum decima pars est triginta; sexagenarii vero numeri, sex ; quinquenarii autem dimidius dies. Hæc est decimatio, quam nobis in pœnitentiam et purgationem peccatorum nostrorum apostoli sancti consecrarunt. Quicunque igitur se ipsum sacris his diebus, ut decet, omni diligentia servaverit, beatus erit, fratres, etiamsi ei ut homini peccare in-

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ ΙΕ'.

Περὶ τῶν ἁγίων νηστειῶν.

Α'. Ἐν τῷ νόμῳ προσέταξεν ὁ Θεὸς υἱοὺς Ἰσραὴλ, ἵνα καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἀποδεκατῶσι πάντα ὅσα ἂν κτήσωνται· καὶ οὕτως ποιοῦντες, εὐλογοῦντο ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτῶν. Τοῦτο εἰδότες οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι ἐβουλεύσαντο πρὸς βοήθειαν καὶ εὐεργεσίαν τῶν ψυχῶν ἡμῶν, καὶ τοῦτο μειζόνως καὶ ὑψηλοτέρως ἡμῖν παραδοῦναι αὐτὰς τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀποδεκατῶσαι, καὶ οἱονεὶ ἀφιερῶσαι τῷ Θεῷ, ἵνα οὕτως καὶ εὐλογούμεθα ἐν τοῖς ἔργοις ἡμῶν, καὶ ἐξιλεούμεθα καθ' ἕκαστον ἔτος τὰς ἁμαρτίας ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ. Καὶ ψηφίσαντες, ἡγίασαν ἡμῖν ἀπὸ τῶν C τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ, ταύτας ἑπτὰ ἑβδομάδας τῶν νηστειῶν· οὕτω γὰρ ἀφώρισαν ἑπτὰ ἑβδομάδας. Ἀλλὰ οἱ Πατέρες τῷ χρόνῳ συνεῖδον προστεθεῖναι αὐταῖς καὶ ἄλλην μίαν ἑβδομάδα, ἅμα μὲν διὰ τὸ προγυμνάζεσθαι, καὶ οἷον προομαλίζεσθαι τοὺς μέλλοντας εἰσελθεῖν εἰς τὸν κόπον τῶν νηστειῶν, ἅμα δὲ καὶ τιμῶντες τὰς νηστείας τῷ ἀριθμῷ τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς· ἣν ἐνήστευσεν ὁ Κύριος ἡμῶν. Αἱ γὰρ ἑπτὰ[aa] ἑβδομάδες ὑφαιρουμένων τῶν Σαββάτων καὶ τῶν Κυριακῶν, τεσσαράκοντα ἡμέραι γίνονται, τιμωμένης καθ' ἑαυτὴν τῆς νηστείας τοῦ ἁγίου Σαββάτου, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν ἱερωτάτην καὶ μόνην νηστείαν, ἀπὸ πάντων τῶν Σαββάτων τοῦ ἐνιαυτοῦ. Αἱ δὲ ἑπτὰ ἑβδομάδες χωρὶς τῶν Σαββάτων καὶ τῶν Κυριακῶν γίνονται D τριάκοντα πέντε ἡμέραι· λοιπὸν, προστιθεμένου τοῦ Σαββάτου τοῦ μεγάλου, καὶ τοῦ ἡμίστους τῆς λαμπρᾶς καὶ φωτοποιοῦ νυκτὸς, τριάκοντα ἓξ ἥμισυ ἡμέραι εἰσίν· ὅπερ ἐστὶ τὸ δέκατον τῶν τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε ἡμερῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ, μετὰ πολλῆς ἀκριβείας. Τῶν γὰρ τριακοσίων τὸ δέκατόν ἐστι τριάκοντα, καὶ τῶν ἑξήκοντα τὸ δέκατον, ἤτοι ς', καὶ τῶν πέντε, τὸ ἥμισυ. Ἰδοὺ τριάκοντα ἓξ ἥμισυ ἡμέραι, καθὼς εἴπομεν· αὕτη ἐστὶν ἡ δεκατία, ὡς ἂν

[d] Matth. VII, 24. [e] Num. XVIII, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[aa] ὀκτώ.

Digitized by Google

εἴπῃ τις, παντὸς τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἢν ὑγίασαν[34] ἡμῖν εἰς μετάνοιαν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, καθάρσιον οὖσαν τῶν ἁμαρτιῶν, ὡς εἶπον, παντὸς τοῦ ἐνιαυτοῦ. Ὅστις οὖν φυλάττει ἑαυτὸν καλῶς καὶ ὡς δεῖ ἐν ταῖς ἁγίαις ἡμέραις ταύταις, μακάριός ἐστιν, ἀδελφοί· κἂν γὰρ ἔτυχεν, αὐτὸν, ὡς ἄνθρωπον, ἁμαρτῆσαι, εἴτε ἐξ ἀσθενείας, ἢ ἀμελείας. Ἰδοὺ ἔδωκεν ὁ Θεὸς τὰς ἁγίας ἡμέρας ταύτας, ἵνα ἐὰν σπουδάσει τις μετὰ νήψεως καὶ ταπεινοφροσύνης φροντίσαι ἑαυτοῦ, καὶ μετανοῆσαι ἐν ἑαυταῖς[35], καθαρθῇ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ λοιπὸν ἀναπαύεται ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ βάρους, καὶ οὕτως καθαρῶς προσέρχεται τῇ ἁγίᾳ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως, καὶ μεταλαμβάνει ἀκατακρίτως τῶν ἁγίων μυστηρίων νέος ἄνθρωπος γενόμενος, διὰ τῆς μετανοίας τῶν ἁγίων νηστειῶν τούτων, καὶ μένει μετὰ χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης πνευματικῆς, ἑορτάζων σὺν Θεῷ πᾶσαν τὴν ἁγίαν Πεντηκοστήν. Πεντηκοστὴ γάρ ἐστιν ἀνάστασις ψυχῆς, ὡς λέγει· τοῦτο γὰρ καὶ σύμβολόν ἐστι τὸ μὴ κλίνειν ἡμᾶς γόνυ ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ πᾶσαν τὴν Πεντηκοστήν.

A terdum contigerit, vel ex fragilitate, vel infirmitate. Ad hoc enim nobis dedit Deus sanctissimos hos dies; ut in eis scilicet studeat unusquisque pœnitentiam agere, et purgari a peccatis toto anno commissis; ut ita purgata et relevata ab onere anima sacratissimo die resurrectionis occurrat, et sanctissima mysteria in gratia accipiat novus homo factus per pœnitentiam sanctorum horum jejuniorum, sicque cum gaudio et lætitia spirituali cum Deo celebret sanctam omnem Pentecosten. Pentecoste enim animæ resurrectio est, ut e senioribus unus aiebat. Cujus sane in signum est quod genua in ecclesia non flectimus per sanctam omnem Pentecosten.

Β'. Ἕκαστος οὖν θέλων καθαρθῆναι ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ, διὰ τῶν ἡμερῶν τούτων, θέλει πρῶτον μὲν φυλάττειν ἑαυτὸν ἀπὸ ἀδιαφορίας βρωμάτων. Ἡ γὰρ ἀδιαφορία τῶν βρωμάτων, καθὼς λέγουσιν οἱ Πατέρες, γεννᾷ τῷ ἀνθρώπῳ πᾶν κακόν. Εἶτα θέλει ὁμοίως φυλάττειν τὸ μὴ καταλύειν τὴν νηστείαν χωρὶς μεγάλης ἀνάγκης, τὸ μὴ ἐπιζητεῖν τὰ ἡδέα βρώματα, τὸ μὴ καταβαρεῖν ἑαυτὸν τῇ πλησμονῇ τῶν βρωμάτων, ἢ πομάτων. Δύο γάρ εἰσι διαφοραὶ τῆς γαστριμαργίας. Ἔστιν ὅτε πολεμεῖταί τις εἰς τὴν ἡδύτητα, καὶ οὐκ ἀεὶ θέλει πολλὰ φαγεῖν· ἀλλὰ θέλει ἂν ἡδέα. Καὶ συμβαίνει ὅτι ἐτύχει ὁ τοιοῦτος βρῶμα ἀρέσκον αὐτῷ, καὶ τοσοῦτον ἡττᾶται τῇ ἡδονῇ αὐτοῦ, ὅτι μένει κρατῶν τὸ βρῶμα ἐκεῖνο εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ μασσώμενος αὐτὸ ἐπὶ ἱκανὸν, καὶ μὴ εὐψυχῶν καταπιεῖν αὐτὸ διὰ τὴν ἡδονήν. Αὕτη λέγεται λαιμαργία[36]. Ἄλλος πολεμεῖται εἰς πλησμονὴν, καὶ οὐ θέλει καλὰ βρώματα, οὐδὲ μέλει αὐτῷ περὶ ἡδύτητος· ἀλλὰ κἂν καλά εἰσι, κἂν κακὰ, οὐ θέλει εἰ μὴ μόνον φαγεῖν, εἴτι δήποτε ἐὰν ὦσιν, οὐ μέλει αὐτῷ εἰ μὴ μόνον τοῦ γεμίσαι τὴν γαστέρα αὐτοῦ. Αὕτη λέγεται γαστριμαργία. Καὶ λέγω ὑμῖν καὶ τὴν αἰτίαν τῶν ὀνομάτων τούτων· *Μαργαίνειν* λέγεται παρὰ τοῖς ἔξω τὸ μαίνεσθαι, καὶ μάργος λέγεται ὁ μαινόμενος. Ὅταν μὲν οὖν γίνεται ἡ νόσος ἐκείνη καὶ ἡ μανία τινὶ περὶ τὸ πληροῦσθαι τὴν γαστέρα, τότε λέγεται *γαστριμαργία*, παρὰ τὸ μαργαίνειν· ὅ ἐστι μαίνεσθαι τὴν γαστέρα. Ὅταν γένηται περὶ τὸν λαιμὸν καὶ μόνον ἡ ἡδονὴ, καλεῖται *λαιμαργία*, παρὰ τὸ μαργαίνειν τὸν λαιμόν. Ταῦτα οὖν χρὴ φυλάττειν, καὶ φεύγειν μετὰ πάσης νήψεως τὸν θέλοντα καθαρθῆναι ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ. Οὐκ εἰσὶ γὰρ κατὰ χρείαν τοῦ σώματος, ἀλλὰ κατὰ πάθος· καὶ ἐὰν ἀνάσχηται αὐτῶν, γίνονται αὐτῷ εἰς ἁμαρτίαν. Ὥσπερ ἐστὶ τὸ νομίμως βιῶσαι καὶ τὸ πορνεῦσαι· ὅτι ἡ μὲν πρᾶξις ἡ αὐτὴ, ὁ δὲ σκοπός ἐστιν ὁ ποιῶν τὴν διαφορὰν τοῦ πρά-

B II. Quisquis igitur purgari voluerit a peccatis totius anni, caveat primum ne se nimio cibo aut potu ingurgitet. Ciborum enim nimia ingurgitatio, ut Patres nostri sensere, plurima mala homini affert. Caveat quoque ne jejunium absque magna necessitate dissolvat, non quærat opiparas dapes, nec se ad vomitum expleat: non sollicitus sit de generibus vini, non de varietate ciborum. Duæ enim differentiæ gulæ sunt. Prima est cum homo ad dulcia et gustu suavia trahitur, nec edere multum optat; **446** sed id pauxillum et modicum quod edendum est, ut quam apparatissimum sit et suavissimum vult. Et huic ut plurimum evenit, cum quidpiam sibi gratum comederit, ut a voluptate tandem superetur, quod cibum per os sæpe sæpiusque volutat, et contritum dentibus satis superque vix patitur deglutire ob nimiam quam in eo capit dulcedinem et voluptatem. Hæc læmargia dicitur, id est gutturis seu palati voluptas. Altera est quæ ad saturitatem explere se cupit, neque optat apparatas mensas, aut ipsi curæ est varietas ciborum, sed qualescunque sint, non discernit, non curat; explere tantummodo se et ingurgitare cupit. Hæc dicitur gastrimargia, id est, ventris ingluvies. Quorum nominum libet vobis rationem afferre et aperire. Μαργαίνειν exponunt profani μαίνεσθαι, id est, furere, insanire; et μάργος, id est, μαινόμενος, hoc est furens, insanus. Cum igitur in homine fit is furor et insania ut ventrem immodestius impleat, γαστριμαργία, id est, ventris ingluvies vel insania: παρὰ τὸ μαργαίνειν, ὅ ἐστιν μαίνεσθαι τὴν γαστέρα, id est, quod venter insaniat. Cum vero sit circa solam gutturis voluptatem, vocatur λαιμαργία παρὰ τὸ μαργαίνειν τὸν λαιμὸν, id est, quod guttur insaniat. Has igitur gulæ species declinare opus est ei qui a peccatis suis purgari voluerit. Non enim sunt ad necessitatem corporis, sed ad vitium ipsius, fientque in pecca-

C

D

VARIÆ LECTIONES.

[34] ἠγίασαν. [35] αὐταῖς. [36] λαιμαργία.

Digitized by Google

tum unicuique qui eas in se regnare patietur. Nam ut differt legitimo matrimonio uti, et fornicari, cum eadem ipsa actio sit, intentio vero ipsius rei differentiam et distinctionem faciat, hic enim ut filios generet, commiscetur et coit, ille autem ut libidinem expleat : id ipsum in cibo dicere et invenire est, quoniam id est edere ob necessitatem, et edere ob voluptatem. Intentio autem peccatum facit. Comedere autem ob necessitatem, est quando quis sibi ipsi statuit quavis die tantum cibi, quantum expedit et satis est, vesci. Qui si postea ea mensura sese aggravatum senserit, aliquantulum ex ea demit, aut si modica fuerit ad corpoream necessitatem, adjicit quantum satis esse judicat : hic sane non injuria commendatur, quod corpori suo necessaria tribuat et procuret, non voluptatem inducat. Intentio enim ejus semper est ad corpoream necessitatem, non ad voluptatem aut gulam. Debet et is præterea qui comedit, cibum cum gratiarum actione recipere, et sese quasi indignum existimare refectione hujuscemodi, neque imitari quosdam, qui vel ex consuetudine ob eorum dignitatem, vel ex necessitate servitia ministrorum adhibent sibi frequentia, et in mensa diutius recumbunt. Nam hujuscemodi cæremoniæ animæ inutiles admodum sunt.

A γματος. Ὁ μὲν γὰρ διὰ παιδοποιΐαν συμμίγνυται· ὁ δὲ διὰ τὸ πληρῶσαι ἰδίαν φιληδονίαν· οὕτως ἔστιν εὑρεῖν καὶ ἐπὶ τῆς βρώσεως, ὅτι ἓν πρᾶγμά ἐστι τὸ φαγεῖν κατὰ χρείαν καὶ τὸ φαγεῖν διὰ τὴν ἡδονήν· ὁ δὲ σκοπός ἐστιν ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν. Τὸ δὲ κατὰ χρείαν φαγεῖν ἐστιν, ὅταν ὁρίζει τις ἑαυτῷ πόσον λαβεῖν τῆς ἡμέρας, καὶ βλέπει, εἰ ἐβάρησεν αὐτὸν ἐκεῖνο ὃ ὥρισε, καὶ χρῄζει ἐπᾶραι μικρὸν ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἐπάρῃ, ἢ οὐκ ἐβάρησεν αὐτὸν, οὐκ ἐστάθη δὲ ἐπ' αὐτοῦ τὸ σῶμα, καὶ χρῄζει προσθεῖναι ἄλλο μικρὸν, καὶ προστίθησι μικρὸν, καὶ οὕτως δοκιμάζει καλῶς τὴν χρείαν αὐτοῦ, καὶ στοιχεῖ λοιπὸν τῷ ὡρισμένῳ, καὶ οὐ διὰ τὴν ἡδονήν, ἀλλὰ σκοπῷ τοῦ στῆσαι τὴν δύναμιν τοῦ σώματος αὐτοῦ. Καὶ αὐτὸ δὲ ὁ λαμβάνει τις, μετὰ εὐχῆς λαμβάνειν, καὶ κατακρίνειν ἑαυτὸν B ἐν τῷ λογισμῷ, καὶ ὡς ἀνάξιον ὄντα οἵας δήποτε παρακλήσεως, καὶ μὴ προσέχειν ἐάν τινες κατά τινος χρείας, ὡς εἰκὸς, ἢ ἀνάγκης θεραπεύωνται, ἵνα μὴ καὶ αὐτὸς ζητῇ ἀνάπαυσιν, ἢ νομίζειν ὅτι ἐλαφρόν ἐστι τῇ ψυχῇ τὸ ἀναπαύεσθαι.

III. Dum essem aliquando in cœnobio, unum e senioribus visendi gratia adii (tunc enim ibi aderant plures viri graves et senes), invenique adolescentem cum eo comedentem, atque illi pariter deservientem. Seorsum igitur evocato adolescente, dixi ei, « Intelligisne, frater, seniores hos convivantes quam parcissime et modestissime, similes eorum esse qui loculos tenent et tandiu operantur quandiu illos repleant, et congregare in eo student varii generis pecunias, et nummos in necessitatis tempore proferant? Operati sane sunt hi et laboraverunt diligenter, et thesauros innumeros sibi paraverunt, quorum partem obsignaverunt et concluserunt, partem ad necessitatem eorum servaverunt : quos in tempore infirmitatis et senectutis proferunt, reliquos autem clausos et obsignatos servant. Nos vero cum loculos nullos habeamus, unde absumimus? » 447 Ut igitur dixi, etiam in his quæ ad necessitatem nostram pertinent, indignum est curam et diligentiam expetere, cum etiam ipsa vita solitaria vix digni simus : et ita omnia cum timore Domini accipere decet : sicque nihil nobis fiet in judicium. Et jam satis dictum est de ventris continentia.

Γ'. Ποτὲ ὄντος μου ἐν τῷ κοινοβίῳ, ἀπῆλθον ἐπισκέψασθαι ἕνα τῶν γερόντων (ἦσαν γὰρ ἐκεῖ πολλοὶ μεγάλοι γέροντες), καὶ εὑρίσκω τὸν ὑπηρετοῦντα αὐτῷ ἀδελφὸν τρώγοντα μετ' αὐτοῦ, καὶ λέγω αὐτῷ κατ' ἰδίαν· « Οἶδας, ἀδελφὲ, οὗτοι οἱ γέροντες οὓς βλέπεις τρώγοντας καὶ ἔχοντας μικρὰν θεραπείαν, ὅμοιοί εἰσιν ἀνθρώποις οἵτινες κτησάμενοι βαλάντιον, ἔμειναν ἐργαζόμενοι καὶ βάλλοντες εἰς τὸ βαλάντιον ἐκεῖνο, ἕως οὗ ἐγέμισαν αὐτὸ, καὶ μετὰ τὸ C σφραγῖσαι αὐτὸ, πάλιν εἰργάσαντο καὶ συνῆξαν ἑαυτοῖς πρὸς ἄλλα χίλια νομίσματα, ἵνα ἐν καιρῷ ἀνάγκης εὕρωσι πόθεν ἐκβαλεῖν, καὶ φυλάξωσι τὰ ἐν τῷ βαλαντίῳ. Οὕτως καὶ οὗτοι ἔμειναν ἐργαζόμενοι, καὶ θησαυρίζοντες ἑαυτοῖς, καὶ μετὰ τὸ σφραγῖσαι τοὺς θησαυροὺς αὐτῶν, εἰργάσαντο ἄλλα ὀλίγα, καὶ ἔχουσιν αὐτὰ ἐν καιρῷ ἀσθενείας, ἢ γήρως, ἵνα ἀπ' αὐτῶν ἐκβάλλωσιν· ἐκεῖνα δὲ ἔχωσι τεθησαυρισμένα. Ἡμεῖς δὲ, οὐδὲ αὐτὸ τὸ βαλάντιον ἐκτησάμεθα, πόθεν ἀναλίσκομεν; » Διὰ τοῦτο, ὡς εἶπον, ὀφείλομεν, κἂν εἰς χρείαν λαμβάνωμεν, κατακρίνειν ἑαυτοὺς, καὶ ἀναξίους λογίζεσθαι παντοίας θεραπείας, καὶ αὐτῆς D δὲ τῆς μοναδικῆς ζωῆς, καὶ μὴ μετὰ ἀδείας λαμβάνειν. Καὶ οὕτως οὐ γίνεται ἡμῖν εἰς κατάκριμα. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς ἐγκρατείας τῆς γαστρός.

IV. At non solum diætæ nostræ a nobis ratio habenda est, sed etiam ab omni alio peccati genere abstinendum, ut quemadmodum corpore jejunamus, ita quoque linguam a murmuratione coerceamus, a mendacio, ab ira, a conviciis, otioso sermone, et a quovis denique peccati genere, quod a lingua procedit. Debemus etiam oculis jejunare, ne scilicet vana inspicianus, ne discurramus vagi et curiosi, ne oculos aliquando ad inhonesta aliqua et pudenda inflectamus. Similiter manus et pedes ab omni ne-

Δ'. Χρῄζομεν δὲ μὴ μόνον τὴν δίαιταν ἑαυτῶν φυλάττειν, ἀλλὰ καὶ πάσης ἄλλης ἁμαρτίας ἀπέχεσθαι, ἵνα ὥσπερ νηστεύομεν τῇ κοιλίᾳ, οὕτως νηστεύσωμεν καὶ τῇ γλώττῃ, ἀπεχόμενοι ἀπὸ καταλαλιᾶς, ἀπὸ ψεύδους, ἀπὸ ἀργολογίας, ἀπὸ λοιδορίας, ἀπὸ ὀργῆς, ἀπὸ πάσης ἁπλῶς ἁμαρτίας γινομένης διὰ τῆς γλώσσης· ὁμοίως νηστεύειν τοῖς ὀφθαλμοῖς, τὸ μὴ βλέπειν μάταια, τὸ μὴ παρρησιάζεσθαι διὰ τῶν ὀφθαλμῶν, μὴ προσέχειν τινὶ ἀναιδῶς. Ὁμοίως καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας κωλύειν ἀπὸ παντὸς πονηροῦ

Digitized by Google

πράγματος· καὶ οὕτως νηστεύοντες, ὡς λέγει ὁ ἅγιος βασίλειος, νηστείαν δεκτὴν, ἀπεχόμενοι ἀπὸ πάσης κακίας διὰ ὅλων τῶν αἰσθήσεων ἡμῶν ἐνεργουμένης, προσερχώμεθα τῇ ἁγίᾳ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως, ὡς εἴπομεν ἤδη, νέοι καὶ καθαροὶ, καὶ ἄξιοι τῆς μεταλήψεως τῶν ἁγίων μυστηρίων, πρότερον ἐξελθόντες εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ δεξάμενοι αὐτὸν μετὰ βαΐων καὶ κλάδων ἐλαιῶν, καθήμενον ἐπὶ πώλῳ, καὶ εἰσερχόμενον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν. Τί θέλει εἶναι τὸ καθίσαι αὐτὸν ἐπὶ πώλῳ; Ἐπὶ πώλῳ ἐκάθισεν, ἵνα τὴν ἀλογωθεῖσαν, φησὶν ὁ προφήτης, ψυχὴν καὶ ὁμοιωθεῖσαν τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις ἐπιστρέψῃ, ὡς λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ ὑποτάξῃ αὐτὴν τῇ ἑαυτοῦ θεότητι. Τί δέ ἐστι τὸ ἀπαντῆσαι αὐτῷ μετὰ βαΐων καὶ κλάδων ἐλαιῶν; Ὅταν ἐξέρχεταί τις εἰς πόλεμον κατὰ τοῦ ἀντιδίκου, καὶ ὑποστρέφει νικήσας, ἕκαστος τῶν ἰδίων ἀπαντᾷ αὐτῷ μετὰ βαΐων, ὡς νικητῇ. Νίκης γὰρ σύμβολόν ἐστι τὸ βαΐον. Πάλιν ὅταν τις ἀδικεῖται ὑπό τινος, θέλει προσελθεῖν τῷ δυναμένῳ ποιῆσαι τὴν ἐκδίκησιν αὐτοῦ, κλάδους ἐλαιῶν βαστάζει, βοῶν καὶ αἰτῶν ἐλεηθῆναι καὶ τυχεῖν βοηθείας· αἱ ἐλαῖαι γὰρ σύμβολόν εἰσι τοῦ ἐλέους. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἀπαντῶμεν τῷ Δεσπότῃ ἡμῶν Χριστῷ μετὰ βαΐων μὲν, ὡς νικητῇ· αὐτὸς γὰρ ἐνίκησε τὸν ἐχθρὸν ὑπὲρ ἡμῶν· μετὰ κλάδων δὲ ἐλαιῶν, αἰτοῦντες παρ' αὐτοῦ ἔλεος, οὕτως καὶ ἡμεῖς νικήσωμεν δι' αὐτοῦ αἰτοῦντες, καὶ εὑρεθῶμεν βαστάζοντες αὐτοῦ τὰ νικητήρια, οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς νίκης ἧς αὐτὸς ἐνίκησεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ ἧς ἐνικήσαμεν καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ εὐχαῖς πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν.

A tario opere perpetuo cohibere congruum est. Et hujuscemodi jejunium acceptabile jejunantes, ut ait divus Basilius, hoc est abstinentes ab omni malo in quod sensus nostri inclinantur, diei illi sacratissimæ resurrectionis mundi renovati, et digni divinorum mysteriorum participatione occurremus. Egrediemur quoque obviam Domino nostro, recipientes eum cum palmis et ramis olivarum, in pullo asinæ sedentem et in sanctam civitatem ingredientem. Quid est autem Dominum in pullo asinæ sedere? In pullo asinæ sedit, ut animam nostram irrationalem factam, ut ait Propheta [f], et jumentis insipientibus comparatam converteret ad rationem Dei, et eam divinitati suæ subjiceret. Quid vero est illi occurrere cum palmis et ramis olivarum? Moris est cum quis a bello redierit, profligatis hostibus et in fugam versis, ut suorum quisque ei cum palmis et ramis olivarum uti victori occurrat. Victoriæ namque signum palma est. Item cum aliquis injuria affectus exire voluerit ad eum qui possit illum ab injuria vindicare et ulcisci, olivarum ramos præmittit, clamitans ut sui omnes misereantur, et opem ferant: oliva enim misericordiæ signum est. Sic et nos Domino nostro Christo occurramus cum palmis ut victori; vicit enim ipse hostem nostrum: cum ramis autem olivarum, ut ab eo misericordiam impetremus: ut quemadmodum ille pro nobis pugnavit et vicit, ita et nos per ipsum victores esse possimus; portemusque signa victoriæ non solum ob victoriam qua ille pro nobis vicit, sed etiam ob eam qua et nos per ipsum vicimus, precibus sanctorum omnium. Amen.

B

C

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ ΙϚ'.

Πρός τινας κελλιώτας ἐρωτήσαντας αὐτὸν τοῦ παραβαλεῖν.

Α'. Λέγουσιν οἱ Πατέρες, ὅτι καθίσαι εἰς τὸ κελλίον ἡμισύ ἐστι, καὶ τὸ παραβαλεῖν γέρουσιν ἡμισύ ἐστι. Τοῦτο σημαίνει ὁ λόγος, ὅτι καὶ ἐν τῷ κελλίῳ καὶ ἔξωθεν τοῦ κελλίου, ὁμοίως νήψεως χρεία, καὶ τοῦ εἰδέναι τινὰ καὶ διὰ τί ὀφείλει ἡσυχάζειν καθ' ἑαυτὸν, καὶ διὰ τί ὀφείλει παραβάλλειν Πατράσι καὶ ἀδελφοῖς. Ἐὰν γὰρ νήψῃ τις περὶ τὸν σκοπὸν τοῦτον, σπουδάζει ποιεῖν, ὡς εἶπον οἱ Πάτρες· καὶ ὅτε μὲν κάθηται ἐν τῷ κελλίῳ, εὔχεται, μελετᾷ, ποιεῖ μικρὸν ἐργόχειρον, φροντίζει κατὰ δύναμιν τῶν λογισμῶν· ὅτε δὲ πάλιν παραβάλλει πώποτε, κατανοεῖ καὶ βλέπει τὴν κατάστασιν αὐτοῦ, εἰ ὠφελεῖται ἐκ τῆς ἀπαντήσεως τῶν ἀδελφῶν, ἢ οὔ. Καὶ εἰ δύναται ἀβλαβῶς, ἀνακάμψει εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ, καὶ ἐὰν ἴδῃ αὐτὸν εἴς τι βλαβέντα, μανθάνειν τὴν ἀσθένειαν ἑαυτοῦ· μανθάνει ὅτι ἀκμὴν οὐδὲν ἐκτήσατο ἐκ τῆς ἡσυχίας, καὶ ἀποστρέφει τεταπεινωμένος εἰς τὸ ἴδιον κελλίον, καὶ κλαίων, μετανοῶν, παρακαλῶν τὸν Θεὸν ὑπὲρ τῆς ἀσθενείας αὐτοῦ, καὶ οὕτως λοιπὸν καθέζεται προσέχων ἑαυτῷ. Εἶτα πάλιν ἔρχεται πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ βλέπει ἑαυτὸν εἰ ἔμεινεν ἠττω-

D

DOCTRINA XVI.

Ad quosdam celliotas interrogantes ipsum de congressibus et colloquiis.

I. Dicunt Patres nostri quod in cella sedere dimidium quoddam, et cum senioribus congredi, dimidium est. Videtur hic sermo nobis innuere, et in cella et extra cellam custodia nobis opus esse et diligentia: ut scilicet noverimus quare in cella quiescendum, et quare seniores et fratres adeundi sint. Si enim quisque in hac consideratione frequens et diligens fuerit, ea studebit facere quæ jam pridem sint a Patribus factitata; cumque in cella fuerit, orabit, meditabitur; non erit otiosus manibus, cogitationes suas quascunque, quales fuerint, scrutabitur. Cum vero animadverterit ubi sit, considerabit pariter et cognoscet statum suum, intelligetque lucrumne an jacturam fecerit, quo tempore a cella abiuit; et an idem redeat qui ab 448 ea exivit, sine damno scilicet et jactura. Qui si in aliquo se viderit jacturam fecisse, discet infirmitatem suam, discet se nihil adhuc lucri consecutum ex quiete atque otio cellæ, reverteturque cum humilitate ad eam, pœnitentiam agens cum lacrymis, et rogans Deum pro sua imbecillitate et fragilitate; et sic demum sedebit sibi ipsi

[f] Psal. xlvi i, 21.

Digitized by Google

tantum intentus. Rursum cum exierit ad homines intuetur seipsum, sitne superatus et victus in quibus primum, an in aliis et diversis, rursumque in cellam rediens faciat quæ primo. Pœnitentiam agat, defleat, rogetque Deum suo pro statu. Cella enim attollit, homines autem probant. Quare probe dictum est a Patribus, et sedere in cella dimidium quid esse, et ad seniores advertere alterum dimidium.

μένος εἰς τὰ πρῶτα, ἢ εἰς ἄλλα, καὶ οὕτως πάλιν ὑποστρέφει εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ, ὁμοίως τὰ αὐτὰ ποιῶν, κλαίων, μετανοῶν· δεόμενος περὶ τῆς καταστάσεως αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ. Τὸ κελλίον γὰρ ὑψοῖ, οἱ δὲ ἄνθρωποι δοκιμάζουσιν. Ὥστε καλῶς εἶπον οἱ Πατέρες, ὅτι τὸ καθῆσαι εἰς τὸ κελλίον, ἥμισύ ἐστι, καὶ τὸ παραβάλλειν γέρουσιν, ἥμισύ ἐστι.

III. Cum ergo offerebatur vel bos vel ovis, vel aliud quidpiam simile in sacrificium, accipiebant illud filii Israel ex manibus offerentis, et imponebant super altare in conspectu Domini, idque sacrificium dicebatur. Holocaustum autem cum totum ex toto offerebant et illud omnino comburebant; et ita, ut diximus, salvum, integrum et perfectum erat, ad perfectorum hominum signum, qui dixerunt: *Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te* [f]. Ad quam perfectionem hortabatur illum Dominus, qui præcepta Decalogi servasse se ab adolescentia sua respondit, cum dixit ei: « Unum tibi deest, ut scilicet tollas crucem tuam, et sequaris me [g]. » Sic igitur sancti martyres totos sese Deo obtulere: neque solum se ipsos, sed et quæ ipsorum fuerant et quæ circa ipsos. Aliud enim nos sumus (ut ait Basilius), aliud nostra, aliud quæ circa nos. Nos, ut alias vobis dixi, sumus mens et anima; nostrum est corpus; circa nos sunt possessiones, et alia hujuscemodi. Obtulerunt ergo sese primum sancti Deo, toto corde, tota anima, tota virtute, ut scriptum est: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, tota mente tua, tota anima tua* [h]. Non solum enim filios, uxores, gloriam, pecunias, et cæteram omnem substantiam contempserunt, sed et sua propria corpora tradiderunt. Quare recte dicuntur holocautomata. Rationabilia autem, quia rationale animal est homo, sacrificium perfectum Deo. Sequitur: Deum cognoscentes, et a Deo cognitas oves. Quo pacto Deum cognoscentes? Ostendit hoc Dominus, docuitque dicens: *Oves meæ vocem meam audiunt et cognosco meas, et cognoscunt me meæ* [i]; hoc est, sermonibus meis parent, præcepta mea custodiunt, et ex his cognoscunt me. Per observantiam enim præceptorum appropinquant Deo sancti; et quanto magis illi appropinquant, tanto magis cognoscunt, et ab eo cognoscuntur. Dominus enim omnia novit, et profunda et occulta, et etiam quæ nondum sunt. Cognosci autem dicuntur ab eo **465** per observantiam præceptorum, ut diximus, ea similitudine qua quis ignorare et ignorari ab aliquo dicitur per elongationem, et per appropinquationem sciri et cognosci. Juxta quod dicitur, Deum ignorare peccatores, quoniam longe fiant ab eo per peccatum. De quibus ait Dominus in Evangelio: *Amen, amen dico vobis, nescio vos* [j]. Sancti igitur, ut dico sæpius, quo magis præceptorum observatione parant virtutes, eo magis appropinquant Deo, quoque magis accedunt ad Deum, eo magis cognoscunt eum, et ab eo cognoscuntur. Sequitur: Quarum mandra lupis est invia. Mandra dicitur locus circumseptus: huc congregat pastor oves, et custodiam illarum agit, ne rapiantur a lupis, vel abigantur a furibus. Quod si aliqua ex parte mandra fragilis fuerit et debilis, facile pervia fit insidiis tam luporum, quam furum. Mandra

[f] Matth. xix, 27. [g] Ibid. 20, 21. [h] Matth. xxii, 37; Marc. xii, 33; Luc. x, 27. [i] Joan. x, 27. [j] Matth. xxv, 12.

Digitized by Google

igitur sanctorum munita est undique, tuta et observata, et, ut ait Dominus, *ubi fures non effodiunt* [k], neque quidquam nocens afferre possunt. Oremus, fratres, Dominum, ut et nos illis pariter corregnemus, pariter congaudeamus in loco deliciarum et sanctæ quietis. Nisi enim in eorum statum et perfectionem pervenerimus, haud unquam digni erimus eorum gloria. At utinam a paradiso non cadamus! quod sane minime continget, si vigilaverimus, si studiosi fuerimus, si nos ipsos coegerimus. Ut enim ait sanctus Clemens (*): « Quisquis coronam optat consequi, studeat atque operam det, ut sit apud coronatos. » Ut enim in palatio magni sunt ac splendidi magistratus, finge senatum, patricios, magistros equitum, præfectos, silentiarios; qui omnes magistratus venerabiles sunt. Et alii quoque in eodem palatio sunt militiam agentes parvo ære et modico stipendio; et tamen ipsi quoque militare dicuntur regi, et quamvis summorum illorum gloriam non habeant, et ipsi tamen in palatio sunt. Contingit autem plerumque ut et ipsi sensim proficientes consequantur magistratus illos magnos et splendidos, et eamdem gloriam adipiscantur. Ita et nos operam demus, ut a peccato immunes omnino simus, quo, gehenna repulsa, liberum aditum in paradisum Christi clementia et misericordia, et sanctorum precibus habeamus.

A μάνδρα λύκοις ἀνεπίβατος. Μάνδρα λέγεται τόπος περιπεφραγμένος, ἔνθα συνάγει ὁ ποιμὴν τὰ πρόβατα καὶ φυλάσσει, ἵνα μὴ διαρπασθῶσιν ὑπὸ λύκων ἢ ἀπὸ λῃστῶν συληθῶσιν. Ἐὰν δὲ ὑπάρχῃ ἡ μάνδρα ἀπὸ οἱουδήποτε μέρους σαθροτέρα, εὑρίσκεται εὐεπίβατος, καὶ εὐχερῶς ἐπιβουλεύεται καὶ ὑπὸ τῶν λύκων καὶ τῶν λῃστῶν. Ἡ οὖν μάνδρα τῶν ἁγίων πανταχόθεν ἠσφάλισται καὶ πεφύλακται, ὥσπερ εἶπεν ὁ Κύριος, *ἔνθα κλέπται οὐ διορύσσουσιν*, οὔτε ἄλλο τι τῶν βλαβερῶν ἐπιβουλεῦσαι δύνανται. Εὐξώμεθα οὖν, ἀδελφοί, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἀξιωθῶμεν συμποιμανθῆναι αὐτοῖς, καὶ εὑρεθῆναι καὶ ἐν τῷ τόπῳ τῆς μακαρίας τρυφῆς ἐκείνης, καὶ τῆς ἀναπαύσεως αὐτῶν· κἂν γὰρ οὐκ ἐφθάσαμεν τὴν κατάστασιν τῶν ἁγίων, κἂν οὐκ ἄξιοί ἐσμεν τοῦ εἶναι ἐν

B τῇ δόξῃ αὐτῶν. Ἀλλὰ δυνάμεθα μὴ ἐκπεσεῖν τοῦ παραδείσου, ἐὰν νήψωμεν καὶ βιάζωμεν ἑαυτοὺς μικρόν, ὡς λέγει καὶ ὁ ἅγιος Κλήμης, κἂν μὴ στεφανῶταί τις, ἀλλὰ σπουδάσῃ μὴ μακρὰν εὑρεθῆναι τῶν στεφανουμένων. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ παλατίῳ εἰσὶ μεγάλαι καὶ λαμπραὶ στρατιαί, ὑπόθου τὴν σύγκλητον, τοὺς πατρικίους, τοὺς στρατηλάτας, τοὺς ὑπάρχους, τοὺς σελεντιαρίους· εἰσὶ γὰρ αὗται πολύτιμοι στρατιαί. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι τινὲς ἐν τῷ αὐτῷ παλατίῳ στρατευόμενοι ὀλίγων νομισμάτων· ὅμως λέγονται καὶ αὐτοὶ στρατεύεσθαι τῷ βασιλεῖ, καὶ εἰσὶν ἔσω ἐν τῷ παλατίῳ, κἂν τὴν δόξαν τῶν μεγά-

λων οὐκ ἔχωσιν· ἀλλὰ τέως εἰσί. Συμβαίνει δὲ ὅτι καὶ κατὰ μικρὸν προκόπτοντες, τυγχάνουσι καὶ αὐτοὶ μεγάλων στρατιῶν καὶ λαμπρῶν ἀξιωμάτων. Οὕτως καὶ ἡμεῖς σπουδάσωμεν ἐκφυγεῖν τὴν κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίαν, ἵνα τέως ἐξειλήσωμεν τοῦ ᾅδου· καὶ οὕτως δυνάμεθα διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, καὶ αὐτῆς τῆς εἰσόδου τοῦ παραδείσου τυχεῖν, εὐχαῖς πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν.

DOCTRINA XXIV.

De compositione monachi.

Hæc est modesta et grata Deo compositio: Primum non circumferre huc et illuc oculos, sed quæ ante te sunt solum intueri: neque vana et otiosa loqui, sed tantum necessaria. Vestibus ita modicis uti, quæ ad corporis necessitatem sint, et cibis qui corpus consolident, nec gulam provocent. Nihil discernere, de omnibus indifferenter degustare. Non cibos hos ut viles rejicere, illos ut delicatos eligere, seque his ad vomitum ingurgitare. Major quacunque virtute discretio est. Vino ne utere extra symbolum, vel infirmitatis aut imbecillitatis gratia. Ne interrumpas sermonem altero loquente, neque ut rudis et indoctus respondeas, sed ut sapiens. Stabilis et firmus sis; et ubicunque locorum fueris, ministrum et servum te puta fratrum tuorum. Ne denudaveris, præsente aliquo, ullum membrorum tuorum, neque appropinques corpori alicujus absque manifesta et summa necessitate, aut permittas alium tibi appropinquare absque rationabili causa. Fuge præsumptionem tanquam mortem. Sobrius et modestus esto. In somno ne longe fiat a te virtus quæ tibi circumvigilat. Ubi au-

C tem cubes, nemo (si fieri potest) vel sciat vel videat. Ne exspuas vel exerees ante aliquem. Quod si te tussis invaserit sedentem ad mensam, verte faciem tuam retrorsum, et cum omni modestia exspue. Comede et bibe, ut decet servos Dei. Ne extendas manum impudenter, ut capias quod ante fratrem tuum est. Si sederit tecum hospes, invita illum semel et iterum ad comedendum. Compositæ mensæ assideas modeste et contracte, non confuse. Nullum membrorum tuorum enuda, cum æstuas et cales. Cum oscitas, cave os tuum quispiam **466** videat; comprimente autem te spiritum tuum illico pertransiet. Cum ingrederis cellam præpositi vel amici vel discipuli tui, cave quidpiam curiosius inspicias earum rerum quæ in illa fuerint. Qui enim in his impu-

D denter se habet, mentitur monasticum habitum, et Christum qui habitum hujuscemodi nobis gratificatus est. Cum modestia et sine strepitu aperi et claude ostia vel tua vel amici tui. Ne tumultuarie ingrediaris ad quemquam, sed prius exterius pulsans, cum vocatus fueris ingredere. Ne studeas in incessu tuo absque necessaria causa. Cunctis pare

[k] Matth. VI, 20.

(*) Clem. Epist. II ad Corinth. cap. VII.

Digitized by Google

in omni opere bono : non tamen divitibus, locupletibus et sæcularibus multum adhæseris, ne fiat opus diabolicum. Cum mansuetudine omnibus loquere, et cum modestia homines intuere et contemplare, ne videaris faciem alicujus non cernere, sed haurire oculis tuis. Cum ambulas in via, ne præoccupes aut præcedas majores tuos : quod si tuum erit præcedere, præstolare socium tuum, neque multum velis eum anteire. Qui enim hoc non egerit, insipiens judicabitur, et similis porco exlegi. Si locutus fuerit socius tuus cum occursantibus amicis in via, exspecta eum libenter, neque compelle. Sanus ægro dicat ante tempus, comedamus. Ne reprehenderis ullum aliquando peccantem vel labentem in aliquo, sed te semper suspectum habeto, et lapsus illius te causam puta. Omne opus vile B adeas libenter et cum humilitate. Si coactus fueris ridere, risus tuus careat dentibus. Si compulsus fueris mulieribus congredi, averte faciem tuam a conspectu earum, et sic loquere. Ab impudicis fuge tanquam ab igne et laqueo diaboli, et cave illas nusquam obvias habeas, alloquaris, aut aspicias ; ne cor tuum luto passionum deturpetur : etiamsi sorores tibi fuerint, eas ut ignotas declina. Cognatis et affinibus tuis ne admodum commiscearis, ne refrigescat cor tuum a charitate Dei. Adolescentulorum colloquia et consuetudinem fuge, ut amicitiam diaboli. Unicum habeto socium, unicum amicum Deum timentem, qui cum loquaris, et consuescas, quique in domo inops sit et tenuis, in mysteriis autem Dei dives et plenus. Secreta tua, bella animi, et quoscunque actus tuos, apud omnes cela. Ante nullum sedeas, nisi compulsus. Cum modestia egredere ad necessarios usus necessarie. Venerare custodem tui angelum in omnibus actibus tuis. Cum timore Dei omnia perfice, teque ad orationem, meditationem et contemplationem sæpe compelle. Me- A lius tibi est mortiferam æruginem manducare, quam cum muliere comedere, etiamsi mater, etiamsi soror tua sit. Melius tibi est cohabitare serpenti, quam cum scorto consedere, etiamsi tibi soror fuerit secundum carnem. Si a superioribus tuis cum in itinere es, invitatus fueris ad psallendum, ne recusa parere : quod si nihil dixerint, lingua tace, corde tamen Dominum glorifica. Ne contendas cum ullo de re aliqua, ne facias turbationes. Ne mentiaris, ne jures in Dei nomine. Contemne teipsum, non alium ; teipsum injuria afflice, non alium. Melius est omnia corporea perire cum corpore, quam in re quavis minima lædi animam. Ne contende in judicio cum aliquo, sed adjudicatus patientiam habe, etiamsi non meritus sis judicium. Nihil in te diligas, quod pristinum hominem redoleat. Subjicere superioribus et ducibus tuis, et illorum nimiam consuetudinem vita : est enim laqueus, negligentes et desides in perditionem inducens. O gulose, qui ventrem tuum ingurgitare studes, melius tibi esset carbones ignis devorare, vel patellas et frixorias deglutire, quam ita ventrem enutrire. In omnes misericors esto, abstractus autem ab omnibus. A multiloquio abstine : hoc enim exstinguit cordi advenientes cogitationes rationabiles et cœlestes. Cave dogmatizare cum alumnis prælatis Ecclesiæ, et cum alienigenis, et præsertim in publico. Si quos videris inter se verbis altercantes et ira percitos, transeas, ne cor tuum quoque ira impleatur, et dominentur cordi tuo erroris tenebræ. Cum superbo ne eas, ne Spiritus sancti actio tollatur ab anima tua, et ilas habitaculum omnis pravæ et immundæ passionis. Hæc præcepta, si custodieris, o homo, teque semper exercueris in Dei meditatione sincere et absque fictione, apparebit in anima tua lumen Christi, quod in æternum non exstinguetur. Ipsi gloria et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

SANCTI DOROTHEI ABBATIS

EPISTOLÆ AD DIVERSOS.

Α'. — *Πρὸς ἀδελφὸν στενοχωρούμενον ὑπὸ πειρασμοῦ.*

Πρῶτον μὲν, τέκνον, οὐκ οἴδαμεν τὰς οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ, καὶ ὀφείλομεν παραχωρεῖν αὐτῷ τὴν διοίκησιν ἡμῶν, ὅπερ καὶ νῦν μάλιστα ὀφείλομεν ποιεῖν. Ἐὰν γὰρ θελήσῃς ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς κρίνειν τὰ D ἀπαντῶντα, καὶ μὴ μᾶλλον ἐπὶ τὸν Θεὸν ἐπιῤῥίπτειν τὴν μέριμνάν σου, κοπιᾶσαι. Δεῖ οὖν, ὅτε ἔρχονται στενοῦντές σε ἐναντίοι λογισμοί, κράζειν πρὸς τὸν Θεόν· Κύριε ὡς θέλεις καὶ ὡς οἶδας, οἰκονόμει σὺ τὸ πρᾶγμα. Πολλὰ γὰρ παρ' ὃ νομίζομεν ἢ παρ' ἐλπίδας ποιεῖ ἡ πρόνοια τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλως ἐλπι-

I. — Ad fratrem tentationibus oppressum.

Primo quidem, fili, nescimus Dei dispensationem, et debemus ei permittere gubernationem nostri : quod nunc præcipue facere debemus. Si enim velis humanis rationibus ea quæ contingunt, judicare, et non potius in Deum rejicere curam laborabis valde. Oportet igitur, cum contrarii impetus tibi subeunt opprimentes te, ad Deum clamare : Domine, sicut vis et sicut nosti, guberna negotium. Multa enim providentia Dei præter quam putamus aut speramus facit, et res aliter speratæ, experientia aliter inveniun-

Digitized by Google

tur, et omnino non humanis consiliis solent, ut dixi, superari diaboli insidiæ. Abbas Pastor hæc sciens, dixit homini in tentationibus exsistenti dictum esse : *Ne de crastino sollicitus sis* [l]. Crede igitur vera esse hæc, fili : dimitte proprias cogitationes, etiamsi prudentes sint, et tene spem in Deum, *qui abundanter facit quæ petimus aut cogitamus* [m]. Potuissem omnibus quæ dixisti, respondere : sed nolo tecum pugnare, imo nec mecum : sed tantum viam ad spem in Deum demonstrare. » Illa **467** enim sine sollicitudine et tranquilla est. Dominus sit tecum.

II. — *Ad eumdem.*

Recordare, fili, ejus qui dixit, quod *per multas afflictiones oporteat nos intrare in regnum cœlorum* [n] ; non adiiciens per has aut illas, sed dicens indefinite, *per multas*. Et tu igitur sufferas quæ incidunt, cum gratiarum actione in scientia, tanquam jucunda, si habes peccatum : sin minus, tanquam purgantia te ab affectibus, aut præparantia regnum cœlorum. Deus *amans hominum* et *animarum* [o], qui imperavit vento et mari, et fecit tranquillitatem magnam [p], imperabit etiam tuis tentationibus, fili : et det tibi magnitudinem animi, ut videre possis malitiam hostis. Amen.

III. — *Ejusdem ad fratrem qui in diuturnum morbum et varia accidentia inciderat.*

Hortor, fili, ut toleres et gratias agas ob ea quæ in morbo accidunt tibi, secundum eum qui dixit : Omnia quæ accidunt tibi, tanquam bona suscipe, ut scopus Providentiæ ad beneplacitum ipsius consummetur in te, fili mi. Virili igitur animo sis et corroborare in Domino, et in dispensatione ejus erga te. Dominus sit tecum.

IV. — *Ejusdem ad fratrem in tentatione exsistentem.*

Pax in Christo, frater. Vince animum tuum, quia tu omnino occasionem dedisti tentationi tuæ, etsi nunc quidem causam non intelligis : et accusa te ipsum et sustine et ora. Et credo in misericordiam boni Domini Christi, quod tollat tentationem. Dixit enim Apostolus : *Pax Christi quæ excedit omnem intellectum, custodiet corda vestra* [q].

V. — *Ad eumdem.*

Quemadmodum corpora umbra, sic præcepta tentationes sequuntur. « Nemo enim, ut magnus Antonius inquit, sine tentationibus intrabit in regnum cœlorum. » Noli igitur mirari, fili, si cum tibi de salute tua consulimus, tentationes habes et afflictiones : sed sustine forti animo et precare, gratias agens quod dignus reputaris ad exercitia et probationem, tentari in anima tua propter præceptum.

A ζόμενα πράγματα, ἐπὶ τῆς πείρας εὑρέθησαν ἐτέρως· καὶ ἁπλῶς μὴ ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς θέλειν, ὡς εἶπον, ἢ νομίζειν περιγενέσθαι λογισμῶν δαιμονικῶν. Ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν εἰδὼς ταῦτα, τὸ, *Μὴ μεριμνῆσαι περὶ τῆς αὔριον*, φησὶ, ἀνθρώπῳ εἴρηται ἐν πειρασμῷ ὄντι. Πιστεύων οὖν ἀληθῆ ταῦτα εἶναι, τέκνον, ἄφες πάντα λογισμὸν ἴδιον, κἂν συνετὸς ᾖ, καὶ κράτει τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα, *τὸν ἐκ περισσεῦ ποιοῦντα ὧν αἰτούμεθα, ἢ νοοῦμεν*. Ἠδυνάμην πᾶσιν οἷς εἶπας ἀντιθῆναι· ἀλλ' οὐ θέλω ἀντιστῆναί σοι, ἀλλ' οὐδὲ ἐμαυτῷ· εἰ μὴ μᾶλλον τὴν ἐπὶ τὴν ἐλπίδα τοῦ Θεοῦ ὁδὸν ὑποδεῖξαι· αὕτη γὰρ ἀμεριμνοτέρα καὶ ἀσφαλεστέρα ἐστίν. Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ.

B

Β'. — *Πρὸς τὸν αὐτόν.*

Μνήσθητι, τέκνον, τοῦ εἰπόντος, ὅτι *Διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*, καὶ μὴ διορίσαντος, τοιῶνδε, ἀλλ' εἰπόντος ἀδιορίστως, ὅτι *διὰ πολλῶν θλίψεων*. Καὶ οὕτως ὑπόμεινον τὰ ἐπερχόμενα μετ' εὐχαριστίας, ἐν γνώσει, ὡς ἡδία, ἐὰν ἔχεις ἁμαρτίας· εἰ δὲ μὴ ἔχεις, ὡς καθαίροντά σε ἀπὸ παθῶν, ἢ προξενοῦντα τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ὁ Θεὸς *ὁ φιλάνθρωπος καὶ φιλόψυχος*, ὁ ἐπιτιμήσας τῷ ἀνέμῳ καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ποιήσας γαλήνην μεγάλην, ἐπιτιμήσει καὶ τῷ σῷ πειρασμῷ, τέκνον, καὶ δώῃ σοι πλάτος καρδίας, εἰς τὸ εἰδέναι τὴν κακουργίαν τοῦ ἐχθροῦ. Ἀμήν.

Γ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς ἀδελφὸν ἐμπεσόντα εἰς μακρὰν ἀσθένειαν, καὶ συμπτώματα διάφορα.*

C Παρακαλῶ σε, τέκνον, ὑπόμεινον καὶ εὐχαρίστει ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσιν ἐν τῇ ἀσθενείᾳ συμπτώμασι, κατὰ τὸν λέγοντα· Πάντα τὰ ἐπερχόμενά σοι ὡς ἀγαθὰ προσδέχου, ἵνα ὁ σκοπὸς τῆς Προνοίας εἰς εὐάρεστον αὐτῇ πληρωθῇ ἐπὶ σοὶ, τέκνον μου. Ἀνδρίζου τοίνυν καὶ κραταιοῦ ἐν Κυρίῳ, καὶ τῇ περὶ σὲ οἰκονομίᾳ. Ὁ Θεὸς μετὰ σοῦ.

Δ'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς ἀδελφὸν ἐν πειρασμῷ ὄντα.*

Εἰρήνη σοι ἐν Χριστῷ, ἀδελφέ. Πεῖσον τὴν καρδίαν σου, ὅτι σὺ πάντως τὴν ἀφορμὴν παρέσχες τῷ πειρασμῷ, κἂν νῦν πρὸς τὸ παρὸν τὴν αἰτίαν οὐχ εὑρίσκῃς· καὶ μέμψαι σεαυτὸν καὶ ὑπόμεινον καὶ εὔξαι. Καὶ πιστεύω εἰς τὴν εὐσπλαγχνίαν τοῦ ἀγαθοῦ D Δεσπότου Χριστοῦ, ὅτι παράγει τὸν πειρασμόν. Εἶπεν ὁ Ἀπόστολος· *Ἡ δὲ εἰρήνη τοῦ Χριστοῦ, ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσει τὴν καρδίαν ὑμῶν*.

Ε'. — *Πρὸς τὸν αὐτόν.*

Ὥσπερ τοῖς σώμασιν αἱ σκιαὶ, οὕτω καὶ ταῖς ἐντολαῖς οἱ πειρασμοὶ παρακολουθοῦσιν. « Οὐδεὶς γὰρ, φησὶν ὁ μέγας Ἀντώνιος, ἀπείραστος εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. » Μὴ οὖν θαυμάσῃς, τέκνον, ἐὰν συμβουλευόμενος περὶ τῆς σωτηρίας σου, πειρασμοὺς εὑρίσκῃς καὶ θλίψεις, ἀλλ' ὑπόμεινον ἀταράχως καὶ εὔχου εὐχαριστῶν, ὅτι ὅλως ἀξιοῦσαι πρὸς γυμνασίαν καὶ δοκιμὴν τῆς ψυχῆς σου πει-

[l] Matth. vi, 34. [m] Ephes. iii, 20. [n] Act. xiv, 21. [o] Sap. xi, 27. [p] Matth. viii, 26. [q] Philipp. iv, 7.

Digitized by Google

ρασθῆναι ὑπὲρ τῆς ἐντολῆς. Ὁ ἀγαθὸς Θεὸς χαρίσεταί σοι νῆψιν ἐν καιρῷ πειρασμοῦ καὶ ὑπομονήν.

A Bonus Dominus dabit tibi resipiscentiam tempore tentationis et tolerantiam.

Ϛ'. — *Πρὸς τὸν αὐτόν.*

Ἀγαθοῦ καὶ φιλανθρώπου Θεοῦ ἐσμεν πλάσμα καὶ ἔργον, τοῦ εἰπόντος· *Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος, οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν.* Πάλιν· *Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.* Εἰ οὖν οὕτως ἐστὶ καὶ οὕτως πιστεύομεν, ἐπιῤῥίψωμεν ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμναν ἡμῶν· καὶ αὐτὸς ἡμᾶς διαθρέψει, ἤτοι σώσει. Αὐτῷ γὰρ μέλει περὶ ἡμῶν· αὐτὸς καὶ τὴν καρδίαν σου παρακαλέσει, τέκνον, εὐχαῖς ἁγίων. Ἀμήν.

VI. — *Ad eumdem.*

Boni et amantissimi Dei figmentum et opus sumus, qui dixit: *Vivo ego: nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat* [r]. Et iterum: *Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam* [s]. Si igitur ita se habet: ita et credamus, jaciamus in Dominum curam nostram, et ipse enutriet nos et salvabit [t]. Ipsi enim curæ sumus nos; qui cor tuum, fili, consolabitur precibus sanctorum. Amen.

Ζ'. — *Πρὸς τὸν αὐτόν.*

Καλῶς ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν ἐνόησε, τὸ μὴ μεριμνῆσαί τινας περὶ τῆς αὔριον, πρὸς ἄνθρωπον εἰρῆσθαι ἐν πειρασμῷ ὄντα. Καὶ τὸ, *Ἐπίῤῥιψον ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμνάν σου*, εἰς τὸ αὐτὸ φέρει. Ἀπόστα οὖν, τέκνον, ἀνθρωπίνων λογισμῶν, καὶ κράτει τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα, πολλὰ ποιοῦντα ὑπὲρ ἃ διανοούμεθα, καὶ ἀναπαύσει σε ἡ εἰς Θεὸν ἐλπίς. Ὁ Κύριος βοηθήσαι σοι, τέκνον, διὰ τῆς εὐχῆς τῶν ἁγίων. Δεῖ οὖν ἡμᾶς ἀφιστᾶν ἑαυτοὺς τῶν τοιούτων λογισμῶν, μὴ ἔχοντας θάρσος περὶ τῆς αὔριον ζωῆς.

468 VII. — *Ad eumdem.*

B Bene abbas Pastor intellexit illud: Ne quis curet de crastino [u], de homine dictum esse qui tentetur. Ejusdem generis est illud: *Jacta curam tuam in Dominum* [v]. Relinque igitur cogitationes humanas, et prehende in Deum spem, facientem multa præterquam cogitamus, et tranquillum te reddet spes in Deum. Deus adjuvet te, fili, precibus sanctorum. Oportet igitur nos relinquere ejuscemodi cogitationes, ne habeamus curam vitæ crastinæ.

Η'. — *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς ἀσθενέστερόν τινα ἀδελφὸν, λαμβάνοντα διαφόρους λογισμοὺς περὶ τὸν οἰκονομοῦντα τὰ πρὸς τὴν χρείαν αὐτοῦ.*

VIII. — *Ejusdem ad imbecilliorem quemdam fratrem, varia cogitantem de administrante quæ ad ipsius usum pertinebant.*

Ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀδελφέ μου, οὐδὲν ἔχομεν δίκαιον πρὸς τὸν πλησίον. Χρεωστοῦμεν γὰρ C τοῦτον διὰ τῆς ἀγάπης ὑπερβῆναι καὶ καταπιεῖν. Οὐδεὶς λέγει τῷ πλησίον· Διὰ τί οὐκ ἀγαπᾷς με; ἀλλ' αὐτὸς ποιῶν τὰ ἄξια τῆς ἀγάπης ἐφέλκεται καὶ τὸν πλησίον εἰς ἀγάπην. Περὶ δὲ τῆς χρείας τοῦ σώματος ἐάν τις ᾖ ἄξιος τοῦ ἀναπαυσθῆναι, καὶ Σαρακηνῶν καρδίαν πληροφορεῖ ὁ Θεὸς ποιῆσαι μετ' αὐτοῦ ἔλεος κατὰ τὴν χρείαν αὐτοῦ. Ἐὰν δὲ οὐκ ἔστιν ἄξιος, ἢ οὐ συμφέρει αὐτῷ ἐν τῇ παιδίᾳ αὐτοῦ παρακληθῆναι· καινὸν οὐρανὸν, καὶ καινὴν γῆν ἐὰν ποιήσῃ, εὑρίσκει ἀνάπαυσιν. Περὶ δὲ τοῦ εἰπεῖν σε ὅτι βαρεῖς τοὺς ἀδελφούς, ὁμολογούμενον δικαίωμά ἐστιν. Οὐδεὶς γὰρ προξενῶν ἐντολὴν Θεοῦ ἐργάσασθαι τῷ πλησίον βουλομένῳ σωθῆναι, λέγει ὅτι Βαρῶ αὐτόν. Ὁ μισῶν ἐρεθίζοντας μισεῖ πραΰτητα. Ὁ φεύγων θλίβοντας, φεύγει τὴν ἐν Χριστῷ ἀνάπτυσιν. Ὁ Θεὸς ὁ φιλάνθρωπος, τέκνον, σκεπάσει ἡμᾶς τῇ αὐτοῦ χάριτι, εὐχαῖς πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν.

In nomine Jesu Christi. Frater mi, nihil juris habemus in proximum. Opus habemus eum charitate vincere et devorare. Nemo enim dicit proximo: Cur non amas me? sed ipse faciens amore digna, allicit etiam proximum in amorem. Quod ad necessitatem corporis attinet, si quis dignus sit requie, etiam Saracenorum corda flectet Dominus, ut faciant cum eo misericordiam juxta necessitatem ipsius. Si vero non est dignus, nec conducit ipsi ut in castigatione sua consolationem accipiat, novum cœlum et novam terram si faciet, inveniet requiem. Quod autem dicis quod graves fratres tuos, aperte justificari vis. Nullus enim cupiens præcepta Dei custodire proximo cupienti salvari dicit, quod eum gravet. Odio habens irritantes, odit lenitatem: fugiens afflictos, fugit requiem in Christo. Deus amator hominum, fili, custodiat nos sua gratia propter D preces omnium sanctorum. Amen.

[r] Ezech. xxxiii, 11. [s] Matth. ix, 13. [t] Psal. liv, 23. [u] Matth. vi, 34. [v] Psal. liv, 23.

INDEX CAPITUM.

Περὶ ἀποταγῆς, διδασκαλία Α'. — De renuntiatione, doctrina I.
Περὶ ταπεινοφροσύνης, διδασκ. Β'. — De humilitate, doct. II.
Περὶ συνειδότος, διδασκ. Γ'. — De conscientia, doct. III.
Περὶ φόβου Θεοῦ, διδασκ. Δ'. — De divino timore, doct. IV.
Περὶ τοῦ μὴ στοιχεῖν τῇ ἰδίᾳ γνώσει, διδασκ. Ε'. — Ne nos ipsos informemus, doct. V.
Περὶ τοῦ μὴ κρῖναι τὸν πλησίον, διδασκ. Ϛ'. — Ne proximum judicemus, doct. VI.

Digitized by Google

De accusatione sui ipsius doct, VII.

De ira, doct. VIII.

De mendacio, doct. IX.

Ne desides et negligentes curramus viam Dei, doct. X.

Ut studeamus a nobis præcidere hujuscemodi passiones, doct. XI.

De timore et pœnis inferni, doct. XII.

Ut viriliter cum gratiarum actione adversa quæque feramus, doct. XIII.

De ædificio et harmonia virtutum, doct. XIV.

De sancto jejunio, doct. XV.

De frequentia cellæ, doct. XVI.

De institutione fratrum, doct. XVII.

Dialogus ejusdem ad eum qui penum administrat, doct. XVIII.

Expositiones breves ejusdem et compendiosæ sententiæ, doct. XIX.

De insensibilitate animæ et fragilitate charitatis, doct. XX.

Alter dialogus : et primo de planctu, doct. XXI.

Expositio in quædam verba divi Gregorii Nazianzeni, doct. XXII.

Item alia super ejusdem verba, doct. XXIII.

Sermo novissimus de compositione ecclesiastici ordinis, doct. XXIV.

A Περὶ τοῦ ἑαυτὸν μέμφεσθαι, διδασκ. Ζ'.

Περὶ μνησικακίας, διδασκ. Η'.

Περὶ ψεύδους, διδασκ. Θ'.

Περὶ τοῦ μετὰ σκοποῦ νήψεως ὁδεύειν τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ, διδασκ. Ι'.

Περὶ τοῦ σπουδάζειν ταχέως ἐκκόπτειν τὰ πάθη ἀπὸ τῆς ψυχῆς, πρὸ τοῦ ἐν ἕξει κακῇ γενέσθαι, διδασκ. ΙΑ'.

Περὶ φόβου τῆς μελλούσης κολάσεως καὶ τοῦ μὴ ποτὲ ἀμελεῖν τῆς ἰδίας σωτηρίας, διδασκ. ΙΒ'.

Περὶ τοῦ ἀταράχως καὶ εὐχαρίστως φέρειν τοὺς πειρασμούς, διδασκ. ΙΓ'.

Περὶ οἰκοδομῆς τῶν τῆς ψυχῆς ἀρετῶν, διδασκ. ΙΔ'.

Περὶ τῶν ἁγίων νηστειῶν, διδασκ. ΙΕ'.

Πρός τινας κελλιώτας περὶ τοῦ παραβαλεῖν ἐρωτήσαντας, διδασκ. ΙΖ'. B

Περὶ τοὺς ἐν μοναστηρίοις ἐπιστάτας καὶ καθηγητάς, πῶς δεῖ ἐπιστατεῖν τῶν ἀδελφῶν, καὶ πῶς τοῖς ἐπιστατοῦσιν ὑποτάσσεσθαι, διδασκ. ΙΖ'.

Περὶ τοῦ ἔχοντος τὴν διακονίαν τοῦ κελλαρίου, διδασκ. ΙΗ'.

Περὶ διαφόρων ῥημάτων ὡς ἐν συντόμῳ, διδασκ. ΙΘ'.

Πρὸς ἀδελφὸν ἐρωτήσαντα περὶ ἀναισθησίας ψυχῆς καὶ περὶ ψύξεως ἀγάπης, διδασκ. Κ'.

Περὶ πένθους, διδασκ. ΚΑ'.

Ἑρμηνεία τινῶν ῥητῶν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου, διδασκ. ΚΒ'.

Ἑρμηνεία ἑτέρα τῶν ῥητῶν τοῦ Γρηγορίου, διδασκ. ΚΓ'.

Digitized by Google

GREGORIUS

ANTIOCHENUS EPISCOPUS

NOTITIA

(Galland, *Veterum Patrum Biblioth.* tom. XII, Proleg., p. xx.)

I. Gregorius, monasticam vitam primum professus, in ea excolenda ita laudabiliter se gessit, ut ad summos gradus pervenerit. Nam ex Joanne Moscho (*a*) intelligimus, lauræ Pharon præpositum fuisse; eumdemque præterea cœnobium Byzantiorum et asceterium montis Sina rexisse; atque illinc ad pontificatum Antiochensem Justini II imperatoris jussu, qui Anastasium seniorem dejecerat, evocatum fuisse nos docet Evagrius (*b*). Præclara ejus facinora idem Evagrius, qui eum probe noverat, posteritati commendavit. *Fuit*, inquit, *et consilio et virtute et reliquis in rebus, omnium mortalium præstantissimus . . . Et honor qui summis hujus sæculi potestatibus defertur, inferior erat honore illo qui huic viro exhibebatur; cum homines plerumque sua sponte eum videre, aut loquentem de proximo audire desiderarent . . . . Admirationi autem fuit non Romanorum modo, verum etiam Persarum imperatoribus*, etc. Vir sane fuit magnarum virtutum, quarum præcipuas enarrat laudatus Moschus (*c*).

II. Patriarchatum ab abbate Sergio anachoreta ei fuisse prænuntiatum refert idem Moschus (*d*). Quam quidem dignitatem consecutus est anno 570, eamque retinuit usque ad annum 593, quo e vivis excessit. Sed hic observandum cum Valesio (*e*) Ecclesiæ nimirum Antiochenæ regimen dimisisse Gregorium, paulo ante quam moreretur, Anastasio Magno in cujus locum imperatoris mandato suffectus fuerat. « Quod si mirum (*f*) cuiquam videatur, inquit eruditus Boschius, abjudicatam superstiti Gregorio, qui eam tam præclare gubernabat, Ecclesiam illam fuisse, meminerit satis causæ id esse, quod illa indignissime injustissimeque pulsus olim fuisset sanctus Anastasius, ut non solum ipsius Gregorii summa voluntate, sed etiam commendatione atque opera revocaretur; maxime si non ignorabat, id Gregorio pontifici Romano in votis esse, ut hic ad Sebastianum Rhisiniensem episcopum a biennio scribens significaverat. » Hactenus vir ille doctus.

III. Exstat Gregorii oratio *in mulieres unguentiferas*, quæ legitur Græce inserta in Menæis Græcorum, ut testatur Fabricius (*g*). Hinc porro eam descripsisse videtur Combefisius : neque enim ullum codicem laudat, ut assolet, ex quo illam deprompserit; licet pluribus in bibliothecis eam exstare ms. ex Montfauconio intelligimus (*h*). Hanc autem orationem Latine redditam Parisiis idem vulgavit anno 1648 (*i*), de qua in notis subjectis hæc habet (*k*) : « Pia est, inquit, ac erudita oratio, *Antiochiæ* extra urbem ac in cœmeterio habita; ubi sanctus Joannes Chrysostomus, adhuc Antiochenus presbyter, duas et ipse habuit, quæ exstant tomo V Ducæi; alteram *in cœmeterii appellationem et crucem*, alteram *in Ascensionem* : ubi etiam duas ille rationes assignat sacræ illius cæremoniæ; quibus tertia nostri Gregorii accedit, nihil illis cedens, nisi etiam videatur illustrior : ut nimirum tali loco et tempore dicta statio, muta quædam esset resurrectionis nostræ, Christi instar, prædicatio. » Hæc ille. . . .

Huic præsulis nostri orationi aliam subdidimus, quam idem κλινοπετὴς ὑπάρχων, *in lecto decumbens*, ad seditiosos milites habuit. Eam nobis servavit Evagrius (*l*), ex quo aliis verbis eamdem Nicephorus hausit (*m*).

IV. In prioris orationis inscriptione sanctum prædicavimus Gregorium Antiochenum episcopum, Combefisium secuti, qui ad ejusdem orationis initium hæc margini adlevit (*n*) : « Index librorum palatii τοῦ ἁγίου Γρηγορίου. Sic quoque celebrant Menæa. » Et infra (*o*) : « San-

(*a*) *Prat. spir.* cap. 159, et apud Cotel. *Eccl. Gr. Monum.* tom. II, pag. 411.
(*b*) *Hist. Eccl.* lib. V, cap. 6, et lib. VI. cap. 22.
(*c*) L. c cap. 140 apud *Cotel*; l. c. pag. 422.
(*d*) Id. .. c. cap. 159 apud Cotel. ibid. ç
(*e*) Ad Evagr. lib. VI, cap. 24.
(*f*) *Hist. chron. patriarch. Antioch.* ad Act. SS. Jul. tom. VI, pag. 98, num. 456.
(*g*) Greg. lib. I. epist. 28, Opp. tom. II pag. 518, edit. PB.
(*h*) *Bibl. Gr.* tom. X, pag. 160.
(*i*) *Biblioth. bibliothecar.* tom. I, in indice, et *Biblioth. Coislin.*, pag. 18.
(*j*) Combef. *Auctar. nov. Bibl. PP. G. L.*, t. I, pagg. 727-746.
(*k*) Id. ibid. pag. 847.
(*l*) *Hist. Eccl.* lib. VI, cap. 12.
(*m*) *Hist. Eccl.* lib. XVII, cap. 1 ».
(*n*) Combef. l. c., pag. 827.
(*o*) Id. ibid. pag. 847.

Digitized by Google

cti titulum post indicem librorum Palatii et Menæa, tuto me putavi ascripturum : sic enim ascriptus est Andreæ Cretensi et aliis, qui nec ipsi ascripti sunt Romanæ Ecclesiæ tabulis. Nec modo Græci exstant titulo sanctitatis clari, præter iscriptos vulgatis Latinorum martyrologiis, sed et Latini quoque ; indicatque ipsa clausula quotidie ad lectionem Romani ac Baroniani Martyrologii adjecta, *Et alibi aliorum*, etc, ut et appendix sanctorum a Baronio omissorum, quæ postea prodiit. » Hactenus ille : Combefisium sic loquentem exscripsit Pagius (*p*) ; qui tamen aliud agebat, dum ait ipsum tradidisse *ab Andrea Cretensi et aliis* sanctum appellari Gregorium nostrum, ut recte advertit Boschius (*q*). Eumdem errorem erravit quoque Castellanus, ipsum forte Pagium præ oculis habens (*r*). Cæterum sanctus Gregorius Magnus, ut cum laudato Boschio loquar, non solum præsulem nostrum jam biennio defunctum *fratrem quondam et coepiscopum suum* appellat (*s*), sed etiam anno Christi 599 *venerandæ memoriæ Gregorium episcopum Antiochenum* nominat (*t*).

(*p*) Ad ann. 594, § VI.
(*q*) L. c. pag. 99, num. 458.
(*r*) Chastelain, *Martyrol. universel*, pag. 1126.
(*s*) Greg. lib. V, epist. 18. Opp. tom. II, pag. 741 C edit. BB.
(*t*) Id. lib. IX, epist. 68, ibid. pag. 934 A.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ (1) ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ,

ΛΟΓΟΣ

Εἰς τὰς μυροφόρους, καὶ εἰς τὴν θεόσωμον ταφὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν ἀπ' Ἀριμαθαίας, καὶ εἰς τὴν τριήμερον ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

—

GREGORII EPISCOPI ANTIOCHENI

ORATIO IN MULIERES UNGUENTIFERAS, INQUE SEPULTURAM DIVINI CORPORIS DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, ET IN JOSEPH AB ARIMATHIA, NECNON IN DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI RESURRECTIONEM DIE TERTIA.

I. Hæc quoque Ecclesiæ lex, laude digna est, qua triduanæ mortis Salvatoris nostri memoriam solemni in mortuorum thesauro conventu celebramus. Quis enim secum reputans vivificam Salvatoris mortem, non putet mortuos, velut tabernaculis, ita loculis repositos cœlestem exspectare tubam [1], cujus clangore omnes e monumentis ad judicii tremendum diem sumus evocandi ? Quis vero salutare illud sepulcrum respiciens, non jam sepulcra velut vitæ thalamos adeat ? Quis autem credens, Dominum a mortuis suscitatum, non ita afficiatur, ut qui se ipsum ipse excitavit utque per eum resurrectionem consecuturus ? Quoniam igitur pulchræ obsecuti Ecclesiæ legi, vigilantes vos, ad eos qui in sepulcris dormiunt, accessistis ; quando pressi loci angustia, desiderio dilatamini ; quando plebs Christi amans, velut botrus speciosus exsistit, sic mutuo astricti estis atque conjuncti ; audite desideratum vobis mortis mysterium, quod nemo, postquam etiam didicit, comprehenderit.

II. Christus Dominus, Dei Filius unigenitus, sua

A Α'. Ἐπαινετὸς καὶ οὗτος τῆς Ἐκκλησίας ὁ νόμος, παρασκευάζων ἡμᾶς τοῦ τριημέρου θανάτου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὴν μνήμην πανηγυρίζειν ἐν τῷ θησαυρῷ τῶν νεκρῶν (2). Τίς γὰρ λογιζόμενος τὴν ζωηφόρον τοῦ Σωτῆρος τελευτὴν οὐ νομίσει, τοὺς νεκροὺς ὡς ἐν σκηναῖς ἀνακεῖσθαι ταῖς θήκαις, περιμένοντας τὴν οὐράνιον σάλπιγγα, τὴν πάντας ἡμᾶς καλοῦσαν ἐκ τῶν μνημάτων πρὸς τὴν φοβερὰν τῆς κρίσεως ἡμέραν ; Τίς δὲ ἀποβλέπων πρὸς ἐκεῖνον τὸν σωτήριον τάφον, οὐ προσέρχεται τοῖς τάφοις ὡς θαλάμοις ζωῆς ; Τίς δὲ πιστεύων ἐκ νεκρῶν ἐγηγέρθαι τὸν Κύριον, οὐχ οὕτως διάκειται ὡς ἀναστήσων ἑαυτὸν (3), καὶ τῆς ἀναστάσεως τευξόμενος δι' αὐτοῦ ; Ἐπεὶ οὖν τῷ καλῷ νόμῳ τῆς Ἐκκλησίας πειθόμενοι, πρὸς τοὺς καθεύδοντας ἐν τάφοις οἱ γρηγοροῦντες ἐδράμετε · ἐπειδὴ τῷ τόπῳ στενοχωρούμενοι, τῷ πόθῳ πλατύνεσθε · ἐπειδὴ καθάπερ βότρυς φιλόχριστος ὄχλος ὑπάρχει · οὕτω συνεσφιγμένοι τυγχάνετε · ἀκούσατε τὸ ποθούμενον ἡμῖν τοῦ θανάτου μυστήριον, ὃ καὶ μετὰ τὸ μαθεῖν οὐδεὶς δύναται καταλαβεῖν.

B Β'. Ὁ δεσπότης Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ μονο-

[1] 1 Thess. IV, 16

(1) Index librorum Palatii, τοῦ ἁγίου Γρηγορίου. Sic quoque celebrant Menæa. COMBEF.

(2) *Mortuorum thesauro.* In martyrio, uti ex diabus orat. Chrysostomi quæ exstant tom. V Ducæi, haberi potest. At neque aliorum fidelium videntur illic defuisse sepulcra. COMBEF.

(3) *Ut se ipsum excitaturus*, ὡς ἀναστήσων ἑαυτόν. De animi sola resurrectione accipi possit, ut quis se ipsum exsuscitet : tametsi in ea quoque Deus auctor est. Sic forte littera minus integra ac sana. ID.

Digitized by Google

γενῆς, ἀπὸ γνώμης οἰκείας, ἐξ ἀνάγκης (4) εἰς τὸν σταυρὸν ἀνελθών, καὶ τῇ τῶν χειρῶν ἐκτάσει πᾶσαν ἐκδικήσας τὴν κτίσιν, καὶ πάσας τὰς ἀοράτους καὶ πονηρὰς δυνάμεις στηλιτεύσας τῷ οἰκείῳ πάθει τοῦ σώματος, ἠθέλησε τὴν ἁγίαν αὐτοῦ σάρκα γεύσασθαι τῆς τριημέρου νεκρώσεως ὑπὲρ πάσης τῆς φύσεως, ἵνα δι' αὐτῆς τῷ νενεκρωμένῳ γένῃ τὴν ἀθανασίαν χαρίσηται· καὶ δὴ κλίνας τὴν ἁγίαν αὐτοῦ κεφαλὴν, ἐκέλευσεν ὡς θεραπαινίδι τῇ τελευτῇ προσελθεῖν τῇ σαρκί· καὶ παραχρῆμα παρεγένετο καθάπερ δοῦλος ὁ θάνατος, διακονῶν τῷ δεσποτικῷ διατάγματι· καὶ λαβὼν, κατεῖχεν, ὅπερ ἐπετράπη σῶμα λαβεῖν. Τοῦ δὲ σώματος ἐκείνου τοῦ φοβεροῦ τοῖς χερουβὶμ, καὶ φρικτοῦ τοῖς σεραφὶμ, ὑπὸ τοῦ θανάτου κρατηθέντος, οὕτως, ὡς ἠθέλησεν ὁ τοῦ σώματος Κύριος, καὶ τῆς ψυχῆς τοῦ Σωτῆρος δραμούσης εὐαγγελίσασθαι ταῖς ψυχαῖς τὴν ἀπολύτρωσιν αὐτῶν· καὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ, καὶ μετὰ τοῦ σώματος οὔσης καὶ μετὰ τῆς ψυχῆς· οὐ γὰρ ἐχωρίσθη μετὰ τὴν ἕνωσιν ἡ θεότης τῆς ἀνθρωπότητος οὐδαμῶς οὐδαμοῦ· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἦν· καὶ ἐν τάφῳ παρῆν ἀπαθῶς, ἄφθαρτον φυλάττουσα τὸ ἑαυτῆς περιβόλαιον· τούτων οὕτως οἰκονομηθέντων, Ἰωσήφ τις ἀνὴρ εὐγενὴς τε καὶ πλούσιος, ἀπὸ Ἀριμαθαίας ὁρμώμενος, τοῦ ἐσταυρωμένου μαθητὴς γεγονὼς, τελευταίαν τῷ διδασκάλῳ μετὰ τὴν τελευτὴν ἀποδιδοὺς ἀμοιβὴν, προσῆλθε τῷ Πιλάτῳ, παρακαλῶν αὐτὸν καὶ λέγων· « Ὑπὲρ νεκροῦ ταύτην (5) ποιοῦμαι τὴν δέησιν, παρὰ μὲν τῶν ἐχθρῶν συκοφαντηθέντος, παρὰ δὲ τῶν φίλων καταλειφθέντος, τῷ τοῦ πάθους καιρῷ. Ὑπὲρ νεκροῦ ἱκετεύω, μὴ κεκτημένου μήτε χρυσὸν, μήτε ἄργυρον, μήτε στρατιώτας, μήτε συμμάχους, μήτε δορυφόρους, εἰ μὴ μόνον μητέρα πενιχρὰν, τῷ αὐτοῦ τόκῳ πλουτήσασαν. Ὑπὲρ νεκροῦ πρεσβεύω ἑκουσίως ἀποθανόντος· εἰ μὴ γὰρ ἠθέλησεν, οὐκ ἂν ἐτελεύτησε. Καθαιρείσθω τοίνυν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ λοιπὸν, ὁ μηδένα μηδὲν ἠδικηκὼς, εὐεργεσίαις δὲ μυρίαις τετιμηκώς. Χάρισαί μοι χάριν, ἧς οὐκ ἔχεις ἄλλην ἀμείνω· χάριν μοι χάρισαι, μακάριον ποιοῦσάν με, τὸν ταύτην δεχόμενον. Δωρῆσαί μοι τὸν ζωοποιὸν τοῦτον νεκρὸν, ἵνα λαβὼν αὐτὸν, καλύψω τῇ γῇ. Δωρῆσαί μοι τὸ τρισμακάριον σῶμα, ὅπερ νεκρούμενον ἡ κτίσις ἐπένθησεν ἰδοῦσα. Δωρῆσαί μοι σῶμα ὅπερ ἀποπνέον ὁ ναὸς θεασάμενος, τὸ ἑαυτοῦ περιέσχισε καταπέτασμα. Δωρῆσαί μοι σῶμα, δι' οὗ αἱ πέτραι σχισθεῖσαι, τῷ ῥήγματι τὸ πένθος ἐμήνυσαν. Καταφιλήσω τὰ τραύματα τῶν ἁγίων χειρῶν, δι' ὧν τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἐθεραπεύθη τὰ τραύματα. Ψηλαφήσω τὴν ἄχραντον ἐκείνην πλευράν, ἀφ' ἧς ἐπήγασεν αἷμα μυστικὸν, καὶ ὕδωρ ἀναγεννήσεως. Ἐνταφιάσω τὰ αἱ χεῖρες αὗται τὸν μέλλοντα λύειν τοῦ θανάτου τὰ σπάργανα. Κηδεύσωσιν οὗτοι οἱ ἁμαρτωλοὶ δακτυλοι τὸν πάσης δικαιοσύνης ἐργάτην καὶ παιδευτήν. Ἀψωμαι τῆς ἀναμαρτήτου σαρκὸς, ἧς πᾶς ὁ μετὰ πίστεως ἁπτόμενος, τρισμακάριος. Προπέμψω

ipse voluntate, nulla vero necessitate, crucem conscendens, manibusque extensis universam ulciscens creaturam, ac invisibiles omnes malignasque virtutes propria corporis passione traducens [1], sanctam carnem suam mortem triduanam pro naturæ totius salute gustare voluit: atque adeo inclinans sanctum suum caput, mortem ceu ancillam ad carnem accedere jussit. Actutum vero humili famulatu mors adfuit Dominicæ obsequens jussioni; corpusque quod jussa erat accipere, accipiens tenuit. Cum sic ergo corpus illud tremendum Cherubinis ac Seraphinis horrendum a morte teneretur, quemadmodum voluit corporis Dominus, animaque Salvatoris evangelizatura animabus earum redemptionem ocius abiisset; esseteque ejus deitas utrique comes (nusquam enim aliquando deitas post unionem ab humanitate discessit): quin et erat in cœlis aderatque impatibiliter sepulcro, suum ipsius indumentum a corruptione servans innoxium: his, inquam, ita dispensatione gestis, vir quidam nobilis pariter ac dives, Joseph nomine, ab Arimathia, qui fuisset Crucifixi discipulus, supremam post mortem magistro vicem reddens, accessit ad Pilatum, obsecrans ac dicens: « Hanc pro mortuo petitionem facio; pro mortuo, inquam, calumniam passo ab hostibus, et ab amicis passionis tempore derelicto. Pro mortuo supplico, habente neque aurum neque argentum neque milites neque auxiliarios neque stipatores, præterquam tantum pauperculam matrem, ejus partu divitem effectam. Oratum venio pro mortuo, sponte sua morte defuncto: nisi enim voluisset, minime gentium mortuus esset. Cæterum ergo deponatur de cruce is qui nihil quemquam injuste læsit, sed innumerabilibus omnes beneficiis honoravit. Gratiam mihi largire, qua tibi nulla suppetit melior. Mihi gratiam largire, quam qui suscipiam ipse beatus efficiar. Dona mihi mortuum hunc vivificum, ut accipiens humi abscondam. Dona mihi ter beatum corpus, quod videns exstinctum creatura luxit. Dona mihi corpus, quod exspirans contuens templum, suum ipsum velamen conscidit. Dona mihi corpus, per quod scissæ petræ ruptura luctum prodiderunt. Deosculabor sacrarum manuum vulnera, quibus animæ meæ vulnera curata sunt. Palpabo latus illud intemeratum, a qua sanguis mysticus ac aqua regenerationis, ceu fonte manarunt. Sepeliant manus hæ eum qui mortis fascias est soluturus. Justa reddant peccatores hi digiti ei, qui justitiam omnem operatus est atque docuit. Tangam carnem innocentem quam ter beatus, quisquis cum fide tangit. Illum deducam ad monumentum, qui mortuis aperturus est monumenta. Inferam defunctis resurrectionis fontem. Iis etiam qui detinentur in inferno, lucernam resurrectionis ostendam. »

[1] Coloss. II, 16.

(4) Ἐξ ἀνάγκ. Deest οὐ.

(5) *Hanc pro mortuo.* Simili fere prosopopœia, ac similia loquentem Josephum inducit Euphanius, Orat. eodem argumento, quam edita multis vitiosam repræsentant, possitque vix non alia prodire ex Regio cod. num. 543. Ib.

Digitized by Google

ἐπὶ τῷ μνήματι τὸν μέλλοντα τοῖς νεκροῖς ἀνοίγειν τὰ μνημεῖα· ἐπαγάγω τοῖς κατοιχομένοις τὴν τῆς ἀναστάσεως πηγήν. Ἄψω καὶ τοῖς ἐν τῷ ᾅδῃ κατεχομένοις τὸν λύχνον τῆς ἀναστάσεως. »

III. Hæc quidem pie Joseph; acquievitque clementer Pilatus ac benigne: divina quippe virtus mortui quem is requirebat, qua Deum ratione decet, præsto efficax conatui adfuit, atque Pilati animum ad acquiescendum mollivit atque inflexit; actutumque qui postulaturus accesserat, pollinctor evasit. Accipiens enim corpus desideratum, exosculabatur ei circumfusus; suaque ipsius labia membris sanctis coaptans, ita apud se reputabat: Si quidem mulier fluens sanguine, ubi fide vestem ejus tetigisset, exsiccavit sanguinis fontem [3]; tangens ego divinum ipsius corpus, quæ non munera obtinebo? » Tum vero munda sindone mundam involvens margaritam, posuit eum in monumento suo novo; advolvensque lapidem ad ostium sepulcri, lugens reversus est; crebro revertens ad monumentum, ac se privatum præceptore lugens. Enimvero occupavit religiosam Josephi sollicitudinem irreligiosa Judæorum impietas. Rursus enim congregati Dei hostes in die Sabbati, accesserunt ad Pilatum, dicentes: *Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium: ne forte venientes discipuli ejus nocte, furentur eum, et dicant plebi: Surrexit a mortuis: et erit novissimus error pejor priore* [4]. Quid tu ais, seductor ac scelestc Judææ? Num seductor, qui tuæ gentis leprosos sanavit? Num seductor, qui cæcos contribules tuos a congenita eis nocte liberavit? Num seductor, qui obsessos a dæmonibus a dæmoniaco furore absolvit? Num seductor, qui in deserto mensam ultro instructam apposuit? Num seductor, qui Lazarum accersivit e sepulcro, mortuumque, velut dormiret, verbo expergefecit? Ergone fuit Christus seductor? Ecquis vero alius verax? Fuit seductor Christus? Quid ergo metuis quod pronuntiavit seductor? Fuit seductor? Quid ergo mortui vocem times? Prorsus aliquid de resurrectione dixit, dum adhuc viveret? Prorsus fidem habes iis quæ prædixit? Quid ergo frustra pro eventu affligeris? Si quidem igitur non resurrexerit mortuus hic de quo es sollicitus, utique seductor est, juxta quod ipse blaspheme ais.

IV. Quid ergo Pilatus ad eos? « *Habetis custodiam; ite, custodite sicut scitis* [5]. Si quidem Dei hostem ac scelestum, quem appellatis, usque adeo horretis; si quidem viventes ipsi, adeo mortuum timetis, habetis custodiam; habetis milites: multi aciem adversus unum instruite; custodite tremendum vobis mortuum sicut scitis. Vultis obsignare sepulcrum? obsignate. Vultis circumdare catenis ferreis? circumdate. Ne ad extremum dixeritis: Si nobis ticuisset præsidio tenere sepulcrum ac custodire, non amisissemus mortuum. *Ite, custodite, sicut scitis.*

A Ταῦτα Ἰωσὴφ μὲν ἔλεγεν εὐσεβῶς· ὁ δὲ Πιλᾶτος ὑπήκουσεν εὐμενῶς· ἡ γὰρ θεία δύναμις τοῦ παρ' αὐτοῦ ζητουμένου νεκροῦ, ἐνήργει τοῖς πράττουσι θεοπρεπῶς, καὶ τὴν τοῦ Πιλάτου ψυχὴν πρὸς ὑπακοὴν κατεμάλαττε· καὶ παραχρῆμα ὁ πρεσβευτὴς, καὶ ἐνταφιαστὴς ἐδείκνυτο. Λαβὼν γὰρ ὅπερ ἐπόθει σῶμα, κατεφίλει τοῦτο περιχυθείς, καὶ τὰ ἑαυτοῦ χείλη τοῖς ὁσίοις προσήρμοττε μέλεσι· λογιζόμενος καθ' ἑαυτὸν, ὅτι Εἰ ἡ τοῦ ἱματίου αὐτοῦ γυνὴ αἱμόῤῥους ἁψαμένη πιστῶς, κατεξήρανε τοῦ αἵματος τὴν πηγὴν, ἐγὼ αὐτοῦ τοῦ θείου σώματος ἁπτόμενος, ποίων οὐ τεύξομαι δωρεῶν; Εἶτα σινδόνι καθαρᾷ περιβαλὼν τὸν καθαρὸν μαργαρίτην, ἐν τῷ μνήματι αὐτοῦ τῷ καινῷ τοῦτον τέθεικε· καὶ λίθον ἐπιβαλὼν
B τῷ στόματι τῆς θήκης, μετὰ δακρύων ὑπέστρεψε, πυκνὰ πρὸς τὸν τάφον ὑποστρεφόμενος, καὶ τὴν στέρησιν τοῦ διδασκάλου θρηνῶν. Ἀλλ' ἔφθασε τὴν τοῦ Ἰωσὴφ εὐσέβειαν ἡ τῶν Ἰουδαίων δυσσέβεια. Πάλιν γὰρ οἱ θεομάχοι συναθροισθέντες ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Σαββάτου, προσῆλθον τῷ Πιλάτῳ λέγοντες· *Κύριε, ἐμνήσθημεν, ὅτι ὁ πλάνος ἐκεῖνος ἔτι ζῶν εἶπε· Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι. Κέλευσον οὖν ἀσφαλισθῆναι τὸν τάφον ἕως τῆς τρίτης ἡμέρας· μήποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς, κλέψωσιν αὐτὸν, καὶ εἴπωσι τῷ λαῷ, ὅτι Ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν· καὶ ἔσται ἡ ἐσχάτη πλάνη χείρων τῆς πρώτης.* Τι λέγεις σὺ, ὦ πλάνε καὶ παράνομε Ἰουδαῖε; Πλάνος ἦν ὁ τοὺς ὁμοέθνους σου λεπροὺς ἰασάμενος; Πλάνος ἦν ὁ τοὺς ὁμοφύλους
C σου τυφλοὺς ἀπαλλάξας τῆς συγγενηθείσης αὐτοῖς νυκτός; Πλάνος ἦν ὁ τοὺς δαιμονιῶντας ἐλευθερώσας τῆς τῶν δαιμόνων μανίας; Πλάνος ἦν ὁ κατὰ τὸν ἔρημον παραθεὶς σοι τράπεζαν ἀγεώργητον; Πλάνος ἦν ὁ τὸν Λάζαρον ἐκ τάφου μεταπεμψάμενος, καὶ τὸν νεκρὸν ὡς ὑπνοῦντα ἀφυπνώσας τῷ ῥήματι; Πλάνος ἦν ὁ Χριστός; Καὶ τίς ἕτερος ἀληθής; Πλάνος ἦν ὁ Χριστός; Τί οὖν δέδοικας ἅπερ ὁ πλάνος ἐφθέγξατο; Πλάνος ἦν; Τί οὖν φοβῇ τοῦ νεκροῦ τὴν φωνήν; Ὅλως εἰπέ τι περὶ τῆς ἀναστάσεως ἔτι ζῶν; Ὅλως πιστεύεις αὐτοῦ ταῖς προῤῥήσεσι; Τί οὖν εἰκῇ ταλαιπωρεῖς πρὸς τὴν ἔκβασιν; Ἐὰν οὖν μὴ ἀναστῇ οὗτος ὁ νεκρὸς ὁ παρὰ σοῦ μεριμνώμε-
D νος, πλάνος ἐστὶν, ὡς σὺ βλασφημεῖς.

Δ'. Τί οὖν πρὸς αὐτοὺς ὁ Πιλάτος; « *Ἔχετε κουστωδίαν, ὑπάγετε, ἀσφαλίσασθε ὡς οἴδατε.* Εἰ τὸν ἀντίθεον καὶ παράνομον, ὃν ὑμεῖς οὕτω ἀποκαλεῖτε, τοσοῦτον πεφρίκατε· εἰ τὸν νεκρὸν οἱ ζῶντες οὕτω δεδοίκατε, ἔχετε κουστωδίαν· ἔχετε στρατιώτας· στρατεύσατε κατὰ τοῦ ἑνὸς οἱ πολλοί· ἀσφαλίσασθε τὸν φοβερὸν ὑμῖν νεκρὸν, ὡς οἴδατε. Θέλετε σφραγίσαι τὸν τάφον; σφραγίσατε. Θέλετε σιδηραῖς ἁλύσεσι περιβαλεῖν; περιβάλετε. Μὴ εἴπητε τελευταῖον, Εἰ συνεχωρήθημεν φρουρῆσαι τὸν τάφον, οὐκ ἂν ἀπολέσαμεν τὸν νεκρόν. Ὑπάγετε, *ἀσφαλίσασθε* ὡς

[3] Matth. IX, 20, 21. [4] Matth. XXVII, 63, 64. [5] Ibid. 65.

(6) Τοῦτο. Scribe τούτῳ.

Digitized by Google

οἶδατε. Ἐὰν ὀφθῇ Πέτρος ἐκεῖ, τοῖς ὅπλοις αὐτὸν διαχειρίσασθε. Ἐὰν παραγένηταί τις τῶν τοῦ Ναζαραίου μαθητῶν, ἀναστάντες εὐθὺς ἀποκτείνατε. Ἐπιμείνατε γρηγοροῦντες καὶ φυλάττοντες ἀκριβῶς, ἵνα μηδεὶς τῶν ὑπόπτων ὑποκλέψαι τὸν ὑμέτερον ἐχθρὸν δυνηθῇ. » Τοιούτοις οὖν λόγοις τε καὶ ὅπλοις καὶ στρατιώταις ἐφοδιασθέντες οἱ τοῦ Σωτῆρος ἐχθροὶ, μετὰ πολλῆς προθυμίας τε καὶ μανίας τὸν τάφον κατέλαβον· καὶ σιδηρᾶς σφραγίδας ἐπιθέντες τῷ μνήματι, παρεκάθηντο φυλάττοντες, ἕως ὁ παρ' αὐτοῖς φυλαττόμενος ἠβουλήθη.

Ε'. Ἐν τούτῳ δὲ τῷ καιρῷ, δευτέρας ἐπιγενομένης ἡμέρας, ὁ θάνατος κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν, ἐν ἑαυτῷ τὸ θήραμα περιέστρεφε· καὶ τοῦτο μασήσασθαι τοῖς ὀδοῦσι τῆς διαφθορᾶς θέλων, οὐκ ἴσχυσε. Καὶ πάλιν κατὰ τὴν δευτέραν ὁμοίως ἀπογεύσασθαι βουλόμενος, οὐκ ἠδύνατο. Ἠπόρει τοίνυν καθ' ἑαυτὸν, καὶ πρὸς ἑαυτὸν, ὡς εἰκὸς, τοιοῦτος ἦν διαλογιζόμενος· « Τίς ἐστιν οὗτος ὁ ἀκαταμάχητος καὶ ξένος νεκρός; Τίς ἐστιν ὁ κατὰ νόμον νεκρὸς, καὶ ὑπὲρ νόμον φυλαττόμενος ἄφθαρτος; Θεὸς οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ ἀπέθανεν ἀσώματος ὤν. Ἄγγελος οὐκ ἔστιν· ἀνθρωπείαν γὰρ ἔχει μορφήν. Ὡς Ἀδὰμ ὑπόκειταί μοι, καὶ ὡς Ἀδὰμ οὐχ ὑπόκειται τῇ φθορᾷ. Ὡς ἄνθρωπος ὑπέμεινε τελευτὴν, παθεῖν ὡς θνητὸν οὐκ ἀνέχεται. Ἡ σὰρξ αὐτοῦ κρείττων ὑπάρχει διαφθορᾶς. Οὐδεὶς τῶν ἐξ αἰῶνος ὑπ' ἐμοῦ βασιλευθέντων νεκρῶν, τοιοῦτον σῶμα κεκτημένος, παρεγένετο πρός με. Ἆρα μὴ τοῦτο τὸ σῶμα φόρημά ἐστι τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦτο κατὰ τοῦ ἐμοῦ στόματος οὕτως ἐστόμωται; Ἆρα μὴ αὕτη ἐστὶν ἡ τοῦ Θεοῦ Λόγου σκηνή; Ἆρα μὴ οὗτός ἐστιν ὁ ναὸς τοῦ εἰπόντος πρὸς τοὺς Ἰουδαίους· *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν*; Ἆρα μὴ πρὸς ἀνάστασιν ἀδιάφθορος οὗτος φυλάττεται; Ἆρα μὴ κατάσκοπός ἐστι τῶν νεκρῶν, ὁ παράδοξος οὗτος νεκρός; Ἆρα μὴ καὶ τοὺς πάλαι παρ' ἐμοῦ καταποθέντας νεκροὺς λαβὼν ἐντεῦθεν, ἀνάξει σὺν αὐτῷ; Ἆρα μὴ καθάπερ Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους ἀκινδύνως ἐπολιτεύσατο, οὕτω καὶ οὗτος παρ' ἐμοὶ διατρίβει, καὶ περιμένει τὴν τρίτην ἡμέραν, ἵνα τότε πρῶτος ἀναστὰς, ὑποδείξῃ καὶ τοῖς ἄλλοις νεκροῖς τὰς πύλας; » Τοῖς πράγμασιν, οὐ τοῖς ῥήμασιν [οὕτως] θάνατος ἀπεφθέγγετο.

Ϛ'. [Τούτων δὲ] οὕτως γεγενημένων, καὶ τῶν Ἰουδαίων τῶν φυλάκων παρακαθημένων τῷ μνήματι, *Ὀψὲ Σαββάτων* (7), *τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν Σαββάτων*, μελλούσης ἐπιλαμβάνεσθαι Κυριακῆς, *ἦλθε Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ ἡ ἄλλη Μαρία θεωρῆσαι τὸν τάφον*. Ὦ ξένων καὶ παραδόξων θαυμάτων! Πέτρος ὁ πρῶτος στρατηγὸς τοῦ Χριστοῦ, φοβηθεὶς γλῶτταν παιδίσκης, ἠρνήσατο ζῶντα τὸν ἑαυτοῦ Δεσπότην, καὶ γυναῖκες ἀσθενέσταται καὶ δειλαὶ, μετ' αὐτῆς (8) παρεγένοντο τιμῆσαι τὸν οἰκεῖον διδάσκαλον. *Ἦλθον θεωρῆσαι τὸν τάφον*. Οὐδέπω γὰρ ἀκριβῶς ἐπίστευον (9) τῷ λόγῳ τῆς

A Si quidem illic visus sit Petrus, manus in eum violentas injicite. Si quis accesserit e discipulis Nazaræi, statim exsurgentes eum occidite. Permanete vigiles ac diligenter custodientes, ut ne quis non fidus hostem vestrum suffurari possit. » Talibus itaque verbis pariter armisque ac militibus Christi Salvatoris hostes instructi, multa alacritate furoreque ad sepulcrum venerunt : cumque adhibuissent signacula ferrea, assederunt custodientes, quandiu is quem illi custodiebant, voluit.

V. Interea vero cum dies altera advenisset, mors in seipsa, velut prima die circumversabat prædam ; volensque corruptionis dentibus eam mandere, minime valuit : ac rursus similiter, velut altera die volens degustare, non potuit. Anceps itaque consilii B apud se hærebat, ac secum ipsa, ut videri potest, talia cogitabat. « Quis iste est inexpugnabilis ac novus mortuus? Quis, inquam, qui juxta legem mortuus sit, ac supra legem servetur incorruptus? Pla, ne, non est Deus : non enim mortuus esset qui esset incorporeus. Neque item est angelus ; quippe humanam formam est indutus. Mihi velut Adam subjectus est, neque ut Adam corruptioni subjacet. Mortem sustinuit tanquam homo, nec affici sustinet tanquam mortalis. Ejus caro, corruptione fortior est. Nullus mortuorum quos a sæculo habui subjectos, tali ad me venit corpore. Num corpus illud, Dei est gestamentum, eoque ita adversus os meum obduruit? Num Dei Verbi hoc tabernaculum est? Num hoc ejus est templum, qui dixit ad Judæos : C *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud* [6]? Nunquid hic, immunis a corruptione, ad resurrectionem servatur? Nunquid novus hic mortuus, mortuorum explorator venit? Num vero etiam, quos olim deglutivi mortuos, secum assumens reducturus est? Nunquid sicut Jonas nullo salutis discrimine in ventre ceti moratus est, ita et hic apud me moratur, ac diem tertium resurrectionis exspectat [7]; ut tunc primus ipse resurgens, aliis quoque mortuis quibus emergant portas ostendat? » Ita mors, rebus loquebatur, non verbis.

VI. His porro ita gestis, ac Judæis una cum custodibus assidentibus monumento, *Sero Sabbatorum, ea* D *die quæ lucescit in primam Sabbatorum*, cum jam Dominica dies exceptura esset, *venit Maria Magdalene, et altera Maria videre sepulcrum* [8]. O res novas ac mirabiles! Primus Christi ducum Petrus, ancillæ veritus linguam, viventem negavit Dominum ; imbecillimæque ac timidæ mulieres, prima statim luce adfuerunt, Magistrum suum honoraturæ. Venerunt videre sepulcrum. Nondum enim accurate credebant sermoni resurrectionis. Venerunt videre sepulcrum, ut, viso monumento, aliquam mœ-

ΙΒ'. Ταῦτα πρὸς τὰς γυναῖκας ὁ Κύριος ἐφθέγγετο. Αὐτὸς δὲ καὶ νῦν ἐπὶ τῆς κολυμβήθρας τοῖς πιστεύουσιν ἀοράτως ἐφίσταται· αὐτὸς περιπτύσσεται τοὺς νεοφωτίστους ὡς φίλους καὶ ἀδελφούς· καὶ λέγει πρὸς αὐτούς· *Χαίρετε.* Αὐτὸς εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς ἐμπίπλησιν αὐτῶν τὰς καρδίας καὶ τὰς ψυχάς. Αὐτὸς τοὺς ῥυπῶντας ἀποπλύνει τοῖς τῆς χάριτος νάμασιν. Αὐτὸς τοὺς ἀναγεννωμένους χρίει τῷ μύρῳ τοῦ Πνεύματος. Αὐτὸς τροφεὺς αὐτῶν γίνεται καὶ τροφή (14). Αὐτὸς παρέχει τοῖς οἰκείοις δούλοις τὸ πνευματικὸν σιτηρέσιον. Αὐτὸς λέγει πρὸς πάντας τοὺς εὐσεβεῖς· « Λάβετε, φάγετε τὸν οὐράνιον ἄρτον· λάβετε τῆς ἐμῆς πλευρᾶς τὴν πηγὴν τὴν ἀντλουμένην ἀεὶ καὶ μὴ κενουμένην ποτέ. Οἱ πεινῶντες, κορέσθητε· οἱ διψῶντες, μεθύσθητε μέθην σώφρονά τε καὶ σωτήριον. » Ἀλλ', ὦ βασιλεῦ τῶν οὐρανῶν, ὁ καθήμενος ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλοσύνης ἐν τοῖς ὑψηλοῖς, ὁ τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων Κύριος, ὁ τὴν κτίσιν ὡς θέλεις ἡνιοχῶν, ὁ τὴν ἀνθρωπότητα χρηστότητι κυβερνῶν, ὁ τὴν ἡμέραν ταύτην καὶ τὴν πανήγυριν ἡμῖν δωρησάμενος, ἐλέησον ἡμᾶς· ὡς ἠλέησας τὴν πόρνην· μὴ διώξῃς ἡμᾶς, ἐὰν θαῤῥήσαντες τῇ σῇ φιλανθρωπίᾳ,

[22] Matth. xxviii, 9.

(14) *Nutritius et cibus.* Egregie pro Eucharistia. Paucis cuncta docte perstringit, quæ circa baptizandos et in baptismo, præcipua habet antiquus Ecclesiæ ritus, a Dionysio aliisque expositus. In

τολμήσωμεν χερσὶν ἁμαρτωλαῖς κρατῆσαί σου τὸ ἅγιον σῶμα. Καὶ ὥσπερ οὐκ ἀπεδίωξας ἐκείνην τὴν ἁμαρτωλὸν, τὴν πόρνην, ἁπτομένην τῶν ἀχράντων σου ποδῶν, ἀνάσχου καὶ παρ' ἡμῶν τῶν ἀναξίων κρατούμενος, καὶ ὡς φιλάνθρωπος περιποίησον πάντας ἡμᾶς καὶ ὡς φιλάνθρωπος σαγήνευσον καὶ ἡμᾶς εἰς τὸν φόβον τὸν σόν. Ὥσπερ τὸν τρισμακάριον Παῦλον εἰς τὴν ἀποστολὴν, οὐρανόθεν ζωγρήσας, ἀπέστειλας, παρασκεύασον καὶ ἡμᾶς μετὰ καθαροῦ συνειδότος ἐπιτελεῖν τὴν ἡμέραν τῆς σῆς τριημέρου καὶ ζωοποιοῦ ἀναστάσεως. Σὺ γὰρ εἶ μόνος Δεσπότης ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν· καὶ σοὶ πρέπει ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παναχράντῳ σου Πατρὶ, καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A complexam pedes, etiam a nobis teneri sustine, universosque nos velut misericors ac clemens tuere: ut, inquam, clemens et misericors, etiam nos tui timoris sagena conclude. Quemadmodum ter beatum Paulum, cum de cœlo eum venatu cepisses, ad apostolicum destinasti munus; ita et nos, pura tibi conscientia triduanæ tuæ ac vivificæ resurrectionis diem, fac celebrare. Tu quippe solus es bonus Dominus ac clemens, Christe Deus noster; teque decet gloria et imperium cum intemeratissimo Patre tuo et vivifico Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM [a]

Dogmaticum de Christi baptismo sermonem, nomine Gregorii Antiocheni presbyteri (et deinde patriarchæ ab anno Christi 570, *usque ad* 593, *sedente Romæ Gregorio PP. Magno) verissime inscriptum vidi his annis in vetusto codice Vat. Ottob.* 85, *Græceque edidi (Cl. AA. t. X, p.* 560), *ut suo denique auctori præclarum scriptum vindicarem, quod alius codex ex Græcia in Angliam invectus Chrysostomo attribuerat, repugnante apprime cl. Montfaucon, cui fuit Chrysostomum edenti oblatus, neque tamen verum auctorem ullatenus divinante. Porro re nunc demum comperta, alius insuper mihi occurrit ejusdem Gregorii sermo, prædicti optimus et veracissimus testis, de eodem argumento, sed in Latina tantummodo vetere interpretatione. Scilicet Græci sermonis initio dicit Gregorius se præcedente die Dominico alium habuisse ad populum sermonem de Christi baptismate, quo opere peracto, illa æterni Patris verba audita cælitus fuerunt: « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. » Verumtamen dicta illa parte sermonis, quæ erat de baptismo, horam concioni definitam vetuisse narrat, quominus longius progrederetur, ideoque de ambone, imperfecto quasi argumento, descendisse; sed nunc demum nova habita concione, ad rem propositam absolvendam accedere. Hinc ergo mihi exploratum fiebat, exstitisse priorem quoque illum Gregorii sermonem, quem cum in Græcis bibliothecæ Vaticanæ codicibus non reperissem, in Latinis nuper insperato nactus sum, nempe in Vat. codice homiliarum pervetusto litteris Langobardicis scripto, sub num.* 4222, *p.* 92, *b, cum præfixo titulo* Sermo sancti Gregorii presbyteri Antiochiæ. *Latini tamen interpretis nomen non apparet, quanquam leviter suspicor Anastasium esse Bibliothecarium, tum quia oratio humilis et injucunda illius calamum redolet, tum quia scriptis Græcis hujusce generis ad Latinam linguam transferendis multum dedisse operam Anastasium scimus. Certe qui Græcum Sophronium ab Anastasio translatum legerit apud nos Spicil. Rom. t. III, is interpretem haud minus rustice Græcizantem comperiet. Libenter ego tamen Latinum hunc sermonem ex codice descripsi; Græcum autem alterum merito subjungendum judicavi, cum interpretatione mea: nam quod olim dixi, exstare ejus veterem translationem in codicibus Vatt., paulo aliter esse comperi, nempe non hujus, sed prioris sermonis Latinum ibi latere interpretem, quem nunc luce donamus. In Gregorii Antiocheni patriarchæ mortuali anno conclusit historiam suam Evagrius. Denique sermonem illius in mulieres unguentiferas ad Christi tumulum edidit Combefisius in Auctario, t. I.*

GREGORII PRESBYTERI ANTIOCHIÆ

SERMO

DE BAPTISMO DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI

Ex antiquo interprete.

1. Viri amatores Christi, dilectorum fratrum atque hospitalitatis vice (*ita cod.*), meam suscipite linguam, et bodie aures vestras, seu januas aperientes, in eas meum recondite sermonem. Unusquisque mentibus salubrem prædicationem reponite. Pro eo quod in Jordanem mersus est Salvator noster Christus, diligamus eum quantum nobis condescendit, epulemurque ei avidis animabus.

B Bona enim est in salutaribus negotiis aviditas. Et venite omnes: a Galilæa in Judæam comitemur Christum; beatus enim est qui comitatur cum via vitæ. Venite mentis vestræ pedibus, et baptizandum Dominum videamus, qui baptismo non indiget, ut baptismi nobis gratiam condonet. Venite, conspiciamus nostræ regenerationis imaginem depictam in illis laticibus: *Tunc venit Jesus a Galilæa in Jor-*

(a) Ang. Mai, *Bibl. nova Patrum*, tom. II, p. 553.

Digitized by Google

danem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo [26]. O quanta Domini humilitas! o quanta condescensio! Rex cœlorum ad Joannem suum præcursorem currebat. Non commovens angelorum exercitum, nec præcursores præmittens incorporeas virtutes, sed simplex sic militari habitu ad suum militem advenit. Et sicut unus ex multis, cum multis eum adiit: connumerat se judex cum reis: aggregat se perditis ovibus Pastor bonus, qui, propter errantem ovem e cœlis descendens, cœlos non dereliquit. Commiscuit se zizaniis cœleste triticum.

2. Videns igitur eum Joannes Baptista, et agnoscens eum quem ex utero suæ matris agnoverat, adoravit. Et diligenter (15) intelligens eum illum esse, pro quo in utero superveniente tripudiabat, cognoscens ordinem naturæ, contraxit intus diploidis (16) dexteram, et suum caput inclinans, sicut servus dilectus Domini sui, his autem utebatur vocibus: *Ego opus habeo a te baptizari, et tu venis ad me* [27]? Quid facis, o Domine? Quid servi immutas ordines? Quid cum servis a servis ea quæ servi sunt expetis? Quid vis, quod non indiges accipere? Quid per multam condescensionem gravas me tuum proprium (17)? Ego opus habeo [a] te baptizari, tu autem non indiges a me baptizari. Inferior a meliore ædificatur, non melior ab inferiore sanctificatur: lucerna a sole obumbratur, non sol ab stuppis radiatur: lutum a figulo perficitur, non figulus a luto confingitur: ædificium ab opifice renovatur, non opifex ab ædificio emendatur: ægrotus a medico sanatur, non medicus ab ægroto medetur: egenus a divite feneratur, non dives ab inope mutuatur. *Ego opus habeo a te baptizari.* Nunquid ignoro quis es, et ex qua re fulsisti, vel unde advenisti? Nunquid quoniam propter me factus es quod ego sum, magnalia abnego tuæ deitatis? Nunquid quia tantum mihi condescendisti, ut etiam propinquares corpori, ut totum me ferres in te, ut salvares totum hominem, despicio quod est in te invisibile? Nunquid, quoniam propter meam salutem induisti meam cutem, ignoro te qui amictus es luce sicut vestimento? Nunquid, quoniam mea cognita carne indutus es, ut appareres hominibus, quantum ipsi conspicere prævalent, latet me radius tuæ coruscationis? Nunquid, quoniam meam in te cerno formam, despicio tuam substantiam divinam, quæ est invisibilis atque incomprehensibilis? Scio, Domine, et scis quoniam scio te: scio te diligenter: scio te, Domine, a te edoctus; nullus enim te intelligere poterat, nisi perfruatur amore tuæ splendidissimæ charitatis. Scio te, Domine, bene; vidi enim te spiritaliter prius quam vidissem hoc lumen. Tu quidem exsistens in incorporeis similibus Patris, in illius tuæ ancillæ et matris utero includi voluisti. Ego autem in utero Elisabeth sicut in carcere natu- A rali coarctatus et compellitus exsistens insolubilibus vinculis cœni, exsultabam et lætabar, tuam præcedens prælibans nativitatem. Qui ergo ante partum, tuum adventum prædicavi, post partum tuæ præsentiæ desistam? Qui ab infantia tuæ potestatis magister exstiti, adolescens inveniar ad tuam perfectam intelligentiam? Non possum te non colere, qui adoraris ab omni creatura: non possum [non] prædicare eum, quem cœlum per stellam monstravit, et terra per magos nuntiavit, et angelorum chori lætantes cœlitus laudaverunt, et pastores vigilantes sicut ducem pastorum et rationabilium ovium glorificaverunt. Non possum te præsentem silere: vox enim sum, *vox clamantis in deserto, parate viam Domino* [28]. — *Ego opus habeo a te baptizari.* Ego natus parentis sterilitatem solvi, et infans exsistens adhuc, patri meo sine voce cum esset, medicus effectus sum, a te accipiens gratiam hujus miraculi. Tu autem de Virgine matre natus es, ut voluisti; et tu solus scis qualiter natus sis: non solvisti virginitatem ejus, sed et hanc conservasti, et matris ei vocabulum condonasti: et nec virginitas tuum partum vetavit, nec partus [virginitatem]. Contrariæ res, id est partus et virginitas, ad unam concordiam, eo quod tibi visum est fictori naturæ. Ego enim homo sum, tantum divinæ gloriæ particeps, tu autem Deus et homo idem ipse, quia misericors ipse exsistis. Tu paternæ gloriæ claritas: tu perfecta imago perfecti Patris: tu verum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in mundum [29]. Tu qui in mundo exsistens, venisti ubi eras: tu Verbum qui factus es caro, sed non in carnem mutatus: tu qui inhabitasti in nobis, et apparuisti tuis servis in servi forma: tu qui cœli terræque æquum fecisti meatum per sanctum tuum nomen: tu venisti ad me tantus ad talem, rex ad præcursorem, dominus ad servum. Sed licet tu in humilibus mensuris humanis effici non erubuisti, ego tamen mensuram naturæ meæ transgredi nequeo. Scio quanta sit differentia pulveris et factoris: scio quanta melioratio sit solis et justitiæ. Licet mundani nube corporis amictus sis, intelligo tuum dominium, confiteor meam servitutem, prædico meam exiguitatem. Non sum dignus solvere corrigiam calceamenti tui, et quomodo contingam sanctum tuum caput? quomodo extendam dexteram super te, qui extendis cœlum sicut pellem? quomodo expandam serviles meos digitos divino tuo vertici? quomodo lavem immaculatum et sine peccato Dominum? quomodo illuminem lumen? qualem faciam orationem super te, qui suscipis et ignorantium obsecrationes? Alios baptizo in nomine tuo, ut credant in te, qui post me venis; te baptizans, cujus memor ero, in cujus nomine te baptizem? In Patris? sed totum

[26] Matth. III, 13. [27] Matth. III, 14. [28] Isa. I, 35; Matth. III, 3. [29] Joan. I, 9.

(15) Puto ex Gr. ἀκριβῶς.
(16) Pro *intra diploidem.*
(17) Puto ex Gr. οἰκεῖον.

Digitized by Google

Patrem in te habes, et totus exsistis in Patre. In Filii? sed non est alius præter te naturalis Filius Dei. In Spiritus sancti? sed tecum est semper sicut consubstantialis seu omnipotens, simul et tecum suscipit omnium orationes. Baptiza jam me, si tu vis, Domine, baptiza baptistam, regenera quem nasci fecisti, eximie terribilem tuam dexteram, quam tu tibimet perfecisti, et corona palmis meum caput, ut ante tuum currens regnum, sicut præcursor solis te evangelizem peccatoribus, clamans eis et dicens: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi* [20]. Jordanis fluvius comitare mecum, et simul exsulta et commove vigilanter vertigines quemadmodum exsultationes: tuus enim opifex assistet tibi cum corpore. Vidisti Israel per te transeuntem et [di]videntem tuas aquas, et stetisti populi exspectans transitum: nunc autem effundere validius et fluere et circumsepere immaculatis membris ejus. Et tunc Hebræus transfretavit. Montes et colles, vallesque et torrentes, mare et flumina, benedicite Dominum, qui ascendit fluvium: ipse enim Herus laticis supermittit sanctitatem his aquis.

3. *Respondens Jesus dixit ad eum: Sine modo, sic enim oportet nos implere omnem justitiam* [21]. Sine modo; concede, Baptista, temporis meæ dispensationis silentium. Disce id quod ego volo, disce obtemperare ad ea quæ cogor, et non inquirere quæ ego cogito. Sine modo, nondum meam prædices Deitatem, nondum decantes labiis meum regnum, ut non sentiens tyrannus effugiat; sed mecum cupit committere bellum. Dimitte diabolum ad præsens mihi adire et bellare et accipere lenissimam plagam. Dimitte implere intentum, pro quo adveni super terram. Mysterium hoc quod hodie in Jordane finitur (18), secretum mihi et meis mysterium est: non meum opus adimplens, sed sanationem vulneratis adhibens. Mysterium magni mysterii mei lavacri præcursor et auspicium est mysterium. In his aquis perscribens hominum regenerationes cœlestis laticis. Sine modo. Quando me videris Deo decibiliter (19) in meis facturis quod mihi placet operantem, tunc in facturis hymnos compagina: quando me videris leprosos mundantem, tunc me Creatorem naturæ commemora: quando me videris claudos cursores perficientem, tunc commoventium pedum (20), et tu ad me, claude, lingua, articulose commoveto (21): quando me videris mortuos a sepulcris resuscitare, tunc me cum surgentibus glorifica sicut vitæ tributorem. Quando me videris sedentem a dextris Patris, tunc me Deum voca, sicut synthronum et coæternum Patri. *Sine modo, sic enim oportet nos adimplere omnem justitiam.*

A Legislator sum, et Legislatoris Filius, et oportet me primum omnium per constitutionem venire, et tunc præponere eis onus præcepti. Oportet me adimplere legem, et tunc donare gratiam. Oportet me umbræ imaginem repellere, et tunc offerre veritatem. Oportet me facere requiescere Vetus Testamentum, et tunc Novum dictare, et in hominum cordibus scribere etiam meo sanguine, et signare Spiritu. Oportet me in crucem ascendere, et clavis configi, et pati, et vulnera sanare, et per lignum emere eam, quæ per ligni transgressionem hominibus facta est, plagam. Oportet me descendere in ipsum profundum inferni, ubi tu debes me annuntiare propter eos qui ibidem tenentur mortui. Oportet me tertia die defunctione carnis meæ destruere B longævæ mortis potentiam. Oportet me corporis mei lucernam accendere his qui in tenebris et umbra mortis sedent [22]. Oportet me ascendere carne ubi sum Deitate. Oportet me offerre Patri (22) Adam in me regnantem. Oportet me hæc omnia perficere, pro hoc enim meis astiti facturis. Oportet me baptizari nunc hoc baptismo, et postmodum cum consubstantiale Trinitate baptismum omnibus donare hominibus. Fenera ad præsentem tuam dexteram dispensationem, sicut mihi mutuavit ad nativitatem vulvam mater. Demerge me Jordanicis fluentis his, quemadmodum quæ me genuit infantilibus involvit panis. Da mihi baptismum, sicut Virgo lac. Tene meum caput, quem colunt Seraphim: tene C digito (23) dexteræ tuæ: tene eum qui retinere permisit: tene eum qui pro hujusmodi (24) factus est, et habet Spiritum: tene meum caput, quem si quis pie tenuerit, nunquam patitur naufragium. Baptiza me, qui futurus sum (25) baptizare credentes in aqua et Spiritu et igni; aqua valente purgare peccatorum sordes, Spiritu valente terrenos efficere (26) spiritales, igni incendere iniquitatis rhamnos (27).

4. Hunc audiens Baptista sermonem, præbens mentem et cavens (28) mysterium quod accepit, ministravit divino præcepto. Erat enim religiosus simul et clemens; et suam dexteram extendens simul D contremententem, Deum baptizavit. Præsentium vero Judæorum procul positis cogitantium in se ipsis et ad invicem dicentium: Nunquid vane opinati sumus Joannem majorem esse Jesu? nunquid vane putabamus illum meliorem hoc esse? nonne ipse baptismus meliorationem baptistæ significat? nonne iste quidem baptizat sicut supereminens, ille vero baptizatur sicut deterior? talia susurrantium qui ignorabant dispensationis mysterium, solus Dominus et

[20] Joan. I, 29. [21] Matth. III, 15 [22] Luc. I, 79.

(18) Puto ex Gr. τελειοῦται.
(19) Puto ex Gr. θεοπρεπῶς.
(20) Ita cod. mendose.
(21) Cod. *commovi tu.*
(22) Cod. *patris.*
(23) Cod. mendose *cogata.* Scripsi dubitanter *digito.* Recole p. 555, col. 1.
(24) Ita cod.
(25) Puto ex Gr. μέλλοντα.
(26) Cod. *effici.*
(27) Cod. *ramos.*
(28) Cod. *cabens.*

Digitized by Google

natura Pater Unigeniti (29), quem solus scit diligenter, qui solus genuit impassive (30), emendans errantium Judæorum opinationes, patefecit portas cœli, et misit Spiritum sanctum in specie columbæ, digito ostendens novum Noe et Noe Creatorem. Et ipse cœlitus clamabat nimis (31) : *Hic est Filius meus dilectus, in quo complacui* [33]. Iste non ille : Jesus, non Joannes : qui baptizatus est, non qui baptizavit ; qui de me natus est ante omne temporis spatium, non qui de Zacharia primum effloruit ; qui de Maria natus est secundum carnem, non qui de Elisabeth apparuit sine spe ; qui de insolubili virginitate absque labore fructus, non solutæ sterilitatis ramus ; qui nobiscum nutritus est, non qui in deserto est enutritus ; qui simul mecum superne et ipsum misit Spiritum sanctum : iterum quem misit, in se (32) suscepit Spiritum. Cui honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[33] Matth. III, 17.

(29) Cod. *unigenitus*.
(30) Cod. *in passione*.
(31) Puto ex Gr. σφοδρῶς.
(32) Cod. mendose *hoc misit re suscepit*, quæ corriguntur infra in Græco sermone, unde etiam cognoscimus hoc loco fuisse Græce πάλιν, ubi interpres habet *iterum*, quod melius hic expressisset dicendo *item* aut *vicissim*.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ

Εἰς τὸ, « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα.

GREGORII PRESBYTERI ANTIOCHENI

In illa verba, « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. »

1. Hic amans filiorum Pater, propter eam quam habet erga nos charitatem, suum mihi ut verba faciam nutum significavit, et plausum quem vos ei ore meo fecistis, præsenti concione remuneratur, proprium lucrum existimans filiorum suorum utilitatem. Ego vero lætus hortamentum ejus excepi, libensque denuo inter vos vocem extollo, et anteriorum sermonum seriem, prout vultis, alacriter persequar. Nam superiore die Dominico ostendi vobis Christum in servorum suorum globo ad baptismum accedentem. Deinde Baptistam, agnito Domino, recusantem baptismi auctori baptismum impertiri, ad extremum tamen œconomiæ ministerio, prout Servator voluit, defunctum. Postea subjeci Patrem Domini nostri Jesu Christi de cœlo clamantem : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui* [34]. Cumque ad hoc usque testimonium pervenissem, de ambone descendi, hora scilicet sermonis cursum abrumpente. Hodie itaque resumere volo quod temporis angustiis tunc fui coactus omittere, atque orationis meæ catenam connectere decrevi, ut vos hanc arripientes, ad illum per eam ascendatis qui faber ejusdem fuit.

2. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Hic est qui mecum Spiritum sanctum misit supra seipsum : vicissimque quem miserat Spiritum in se recepit. Hic ille est ante omnia sæcula ex me genitus ; genitus, inquam, non creatus : genitus, non ascitus ; Filius ex me uno genitus, unigenitus unica genitura, prout ipse solus scio, et prout ipse quoque solus novit. Hic est perfectionis meæ perfecta expressio : hic est qui deitatem meam in se exprimit : hic est qui meam substantiam ma-

[34] Matth. III, 17.

(33) In Latino codice titulus *sancti* datur Gregorio ; in Græco, quantum memini, non item ; deque hoc titulo agunt Combefisius in adn. ad illius sermonem *in mul. unguent*, et Boschius *in patr. Antioch.* p. 99, col. 1.

(34) Dicit Anastasium patriarcham, cui deinde expulso successit ipse Gregorius, qui nunc adhuc presbyter, jubente episcopo suo, concionatur.

α'. Ὁ μὲν φιλόστοργος οὗτος Πατὴρ (34), διὰ τὴν περὶ ἡμᾶς στοργὴν, ἐπεμψέν μοι τοῦ λόγου τὸ σύνθεμα, καὶ τὴν γεγενημένην δι' ἐμὲ παρ' ὑμῶν εἰς αὐτὸν εὐφημίαν ἠμείψατο τῇ παρούσῃ δημηγορίᾳ, κέρδος οἰκεῖον ἡγούμενος τῶν αὐτοῦ τέκνων τὸ ὄφελος· ἐγὼ δὲ χαίρων ἐδεξάμην τὴν προτροπὴν, καὶ θαρρῶν πάλιν ἐν ὑμῖν ἀφίημι τὴν φωνὴν, καὶ πρόθυμός εἰμι τῶν προτέρων λόγων ἀποδοῦναι τὴν σύνταξιν ἣν βούλεσθε. Ὑπέδειξα γὰρ ὑμῖν τῇ προτέρᾳ Κυριακῇ τὸν Χριστὸν μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ προσερχόμενον τῷ βαπτίσματι· εἶτα τὸν Βαπτιστὴν ἐπιγνόντα τὸν προσελθόντα Δεσπότην, καὶ παραιτούμενον δοῦναι τὸ βάπτισμα τῷ δεομένῳ τὸ βάπτισμα. Ὕστερον δὲ τὴν διακονίαν τῆς οἰκονομίας πληρώσαντα διὰ τὸ τοῦ Σωτῆρος ἐπίταγμα. Ὑπέγραφε τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οὐρανόθεν ἐπιβοῶντα· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα.* Καὶ μέχρι ταύτης τῆς μαρτυρίας παραγενόμενος, κατέβην ἀπὸ τοῦ βήματος, τῆς ὥρας ἐκκοψάσης τοῦ λόγου τὸν δρόμον. Βούλομαι οὖν σήμερον ἀναλαβεῖν ὅπερ τότε διὰ τὴν στενοχωρίαν ἠναγκάσθην καταλιπεῖν, καὶ θέλω συνάψαι τῷ λόγῳ τὴν ἄλυσιν, ἵνα ταύτην κρατήσαντες, ἀνέλθητε δι' αὐτῆς πρὸς τὸν ταύτην χαλκεύσαντα.

β'. *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα.* Οὗτός ἐστιν ὁ σὺν ἐμοὶ πέμψας τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐφ' ἑαυτὸν, καὶ πάλιν ὅπερ ἔπεμψεν, ὑποδεξάμενος Πνεῦμα. Οὗτός ἐστιν ὁ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐξ ἐμοῦ γεννηθείς· γεννηθείς, οὐ κτισθείς· γεννηθείς, οὐ χειροτονηθείς. Υἱὸς γεννηθεὶς ἐξ ἐμοῦ μόνου, μονογενὴς, μονογενῶς· ὡς οἶδα μόνος ἐγὼ, καὶ ὡς αὐτὸς μόνος ἐπίσταται. Οὗτός ἐστιν ὁ τῆς ἐμῆς τελειότητος τέλειος χαρακτήρ. Οὗτός ἐστιν ὁ τὴν ἐμὴν θεότητα χαρακτηρίζων ἐν

Digitized by Google

ἑαυτῷ. Οὗτός ἐστιν ὁ τὴν ἐμὴν ὑπόστασιν ἐξεικονίζων σαφῶς· Υἱός ἐστιν ἐμός, οὐκ ἀλλότριος· Υἱός ἐστιν ἐμός, ἐκ τῆς ἐμῆς οὐσίας ἀσωμάτως, ἀρεύστως, ἀχρόνως ἐκλάμψας, οὐκ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἀνακύψας· Υἱός ἐστιν ἐμὸς φύσει, οὐ χάριτι· Υἱός ἐστιν ἐμός, συναΐδιός μοι, οὐ νεώτερος, οὐ δεύτερος, οὐχ ὕστερον προσγενόμενος· Υἱός ἐστιν ἐμός, ὁμοούσιός μοι, οὐκ ἀλλοούσιος· ὁμοούσιός μοι ὡς φῶς ἐκ φωτός, ὡς ζωὴ ἐκ ζωῆς, ὡς πηγὴ ἐκ πηγῆς, ὡς ἀλήθεια ἐξ ἀληθείας, ὡς δύναμις ἐκ δυνάμεως, ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ· ἐγὼ ἐγέννησα, οὗτος γεγέννηται· ἐμοῦ δὲ καὶ τούτου, μέσον οὐδέν. Ἐγὼ ἐγέννησα ὡς ἔπρεπέν μοι γεννῆσαι πεφυκότι Θεῷ· οὗτος γεγέννηται ὡς ἔπρεπεν αὐτῷ γεννηθῆναι Θεῷ Λόγῳ τυγχάνοντι. Ἀνθρώπινον τὸ τῆς γεννήσεως ὄνομα, ἀλλὰ μυστικὸν τὸ ὑπερχρόνιον γέννημα· χρόνος οὐκ οἶδεν τῆς ἐμῆς γεννήσεως τὸ μυστήριον· οὔπω γὰρ ἦν· ἄγγελοι ταύτην οὐκ ἴσασιν· ὕστερον γὰρ αὐτῆς γεγόνασιν.

nifeste repræsentat : Filius meus est, non alienus : Filius meus genuinus, non adoptivus : Filius meus est, qui ex substantia mea incorporaliter, absque ullo fluxu, et intemporaliter effulsit, non autem ex aliena substantia prodiit : Filius meus naturaliter est, non gratiose : Filius meus est, coæternus mihi, non recentior, non secundus, non qui postea supervenerit : Filius meus, mihi consubstantialis, non ex aliena substantia constans, consubstantialis mihi ceu lumen de lumine, vita ex vita, fons ex fonte, veritas ex veritate, vis ex vi, Deus de Deo. Ego genui, hic genitus est : inter me atque hunc, nihil est medium. Ego genui ea ratione qua me decet generare qui Deus sum : hic genitus ea ratione fuit, quæ Deum Verbum decet. Humanum est generationis vocabulum, sed arcana est intemporalis generatio. Ignotum tempori est generationis meæ mysterium; neque enim adhuc tempus exsistebat. Angeli quoque hanc ignorant, quia post illam creati fuerunt.

γ'. Τὰ Χερουβὶμ καὶ τὰ Σεραφὶμ τὰ πολυόμματα καὶ πολυπρόσωπα ταῖς πτέρυξιν ὡς χερσὶν τὰ ἑαυτῶν πρόσωπα καλύπτοντα, ἀπαύστως βοᾷ· Ἅγιος, Ἅγιος, Ἅγιος, Κύριος Σαβαώθ· οὐ λέγουσιν, Ἅγιος, ἁγιώτερος, ἁγιώτατος· οὐ κατασκευάζουσιν ὑποδεδηκυῖαν, καὶ μικρὸν ἀναβεβηκυῖαν, καὶ πάλιν ὑπερτέραν βαθμίδα θεότητος (35)· οὐ τέμνουσιν τὴν μίαν οὐσίαν εἰς ἀνίσους ἀρχάς· οὐ δογματίζουσιν ἃ μὴ βλέπουσιν· ὑμνοῦσιν, οὐ πολυπραγμονοῦσιν, ὃν σέβουσιν· προσκυνοῦσιν, οὐ λογοθετοῦσιν τὴν τῆς Τριάδος ταυτότητα· ἴσην ἐμοὶ καὶ τῷ Υἱῷ μου τὴν ὑμνῳδίαν προσφέρουσιν, καὶ βίον ἔχουσι τὸν ἀπερίεργον ὕμνον· καὶ ζωὴν κέκτηνται τὴν ἀπράγμονα μελῳδίαν. Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ τοῦ πεποιηκότος αὐτούς, οὐκ ἐρευνῶσιν τὴν οὐσίαν τοῦ ποιητοῦ· οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται τὴν δόξαν αὐτοῦ, φαινόμενοι, οὐ φθεγγόμενοι. Οἱ προφῆται τὸν ἀκατάληπτον καταλαβεῖν οὐ δεδύνηνται· καὶ γὰρ πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις ἀτονεῖ πρὸς τὴν τούτου κατάληψιν· νοῦς οὐκ ἰσχύει χωρῆσαι τὸν ἀχώρητον· λόγος οὐ δύναται τὸν ἐνανθρωπήσαντα Θεὸν περιλαβεῖν· πίστις μόνη κατανοεῖ τὸν ἀθέατον· πίστις μόνη πλησιάζει τῷ ἀπροσπελάστῳ, ὅσον ἐγχωρεῖ, καὶ ὅσον ἐνδέχεται.

3. Cherubini ac Seraphini multis oculis multisque vultibus præditi, aliis suis quasi manibus facies suas velantes, incessanter clamant : Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth [33]. Non dicunt sanctus, sanctior, sanctissimus : non ponunt infimum, et mox paulo elatiorem, postremo superiorem Deitatis gradum : non secant unicam substantiam in imparia principia : non dogmatizant, quæ non vident : hymnis celebrant, non curiose scrutantur quem colunt : venerantur, non rationem exposcunt, cur ejusdem substantiæ Trinitas sit : parem mihi ac Filio meo hymnodiam attollunt : omne tempus incuriosis hymnis consumunt; vitæ loco illis est quieta melodia. Cœli enarrant gloriam Dei qui ipsos fecit, factoris substantiam non scrutantur : cœli enarrant gloriam ejus spectaculo suo, non loquela. Prophetæ incomprehensibilem comprehendere non potuerunt; etenim universa hominum natura ei comprehendendo impos est : mens capere immensum nequit : ratio haud potest humanatum Deum imaginari : sola fides eum tenet, qui teneri nequit : sola fides invisibilem videt : sola fides inaccessum accedit, quantum quidem ille patitur ac possibile est.

δ'. *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα.* Οὗτός ἐστιν συνεργὸς ἐμός, ἀλλ' οὐχ ὑπουργός· οὗτος ἐδημιούργησεν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· οὗτος τοῦ στερεώματος τὸν κύκλον ἐπὶ τὰ ἄνω κυρτώσας, ἐπὶ τὰ κάτω λεάνας ἐξήπλωσεν· οὗτος τὴν ὁρωμένην ὄψιν τοῖς ἄστροις ὡς ὀφθαλμοῖς κατεποίκιλεν· οὗτος ἐποίησεν τὸν ἥλιον τῆς ἡμέρας ἡγεμόνα καὶ στρατηγόν· οὗτος παρέζευξεν τῷ νυκτερινῷ ζόφῳ τῆς σελήνης τὴν αἴγλην ἀποδιώκουσαν τῆς νυκτὸς τὴν κατήφειαν· οὗτος ἐξέχεεν τοῦ ἀέρος τὴν ἀπαλὴν φύσιν εἰσπνεομένην εὐκόλως παρὰ τῶν ἐμπολιτευομένων αὐτῷ, καὶ περιτιχιζομένην εὐμαρῶς τοῖς προσώποις τῶν βαδιζόντων, καὶ πάλιν κατὰ νῶ-

4. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Hic est cooperator Filius, non ministrator : hic cœlum terramque creavit : hic firmamenti circulum, desursum curvans, supra inferiora nitide explicuit : hic cœli aspectum sideribus ceu totidem oculis variegavit : hic solem fecit diei ducem atque imperatorem : hic nocturnis tenebris inseruit lunæ splendorem, qui noctis torvitatem depelleret : hic mollem aeris naturam expandit, facile iis respirandam qui in illo versantur, et ambulantium faciebus nullo labore findendam, moxque a tergo sine ulla molestia rursus in se redeuntem : hic terræ visceribus fructuum germina inseruit, mandatum suum

[33] Isa. VI, 3.

(35) Ita S. Augustinus serm. 261, 7 : « Pater et Filius et Spiritus sanctus, non gradibus sibi adjecti, sed majestate adunati, et unus Deus. »

Digitized by Google

loco seminis injicius, atque innumeris plantis ac floribus telluris faciem coronavit : hic terræ ac mari subtilis arenæ terminum interposuit ; quem mare videns, intra fines suos manet, progredi non audens, neque conterminam terram invadere : hic horarum conversiones, temporum mutationes, et annorum incessabiles successiones constituit : hic visibilem invisibilemque creaturam fecit exsistere, neque temporis auxilio indigens, neque labori aut conatui ulli obnoxius, sed sola sua voluntate cuncta facile produxit : innuit enim, ejusque nutus substantiæ instar rebus fuit : cogitavit tantummodo, eaque cogitatio in rem collata fuit : vocavit quæ non erant, tanquam si essent, statimque omnia ceu præexsistentia ac serva ad Dominicam vocationem trepide concurrerunt. Hic est, quicum ego communi consilio dixi : *Faciamus hominem ad imaginem nostram ac similitudinem* [36]. Hic est qui mecum hominem formavit, et qui propter hominem factus est homo, non tamen in hominem immutatus : factus homo, non conversus in illud quod ipse factus est : factus homo, sumendo videlicet humanitatis primitias, non divinitatis splendorem abjiciendo : factus homo, Deusque permanens.

A τον συναπτομένην ἀλύπως· οὗτος ἐνέθηκεν τοῖς λαγόσιν τῆς γῆς τῶν καρπῶν τὰς γονάς, πρόσταγμα καθάπερ σπέρμα καταβαλών, καὶ τοῖς μυρίοις φυτοῖς καὶ τοῖς ἄνθεσιν ἐστεφάνωσεν ταύτης τὸ πρόσωπον οὗτος μεταξὺ τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάσσης τὴν λεπτὴν ψάμμον μεθόριον ἔπηξεν, ἥνπερ ἡ θάλασσα βλέπουσα, μένει τῶν ἑαυτῆς ὅρων ἐντὸς, οὐ τολμῶσα παρελθεῖν, οὔτε πλεονεκτῆσαι τὴν ὅμορον γῆν· οὗτος ἐτεκτήνατο τῶν ὡρῶν τὰς τροπὰς, καὶ τῶν καιρῶν τὰς ἐναλλαγὰς, καὶ τῶν χρόνων τὰς ἀλείπτους διαδοχάς· οὗτος συνεστήσατο τὴν ὁρωμένην καὶ τὴν ἀόρατον κτίσιν, οὐ χρόνου συνεργοῦ δεηθείς, οὐ πόνῳ καὶ καμάτῳ δουλωθείς, ἀλλὰ θελήσας μόνον, καὶ πάντα ῥᾳδίως παραγαγών· ἐνένευσε γὰρ, καὶ τὸ νεῦμα τοῖς οὖσιν οὐσία γεγένηται· ἐνεθυμήθη μόνον, καὶ τὸ ἐνB θύμημα πρᾶγμα γενόμενον ἵστατο· ἐκάλεσε τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, καὶ πάντα καθάπερ προῦφεστῶτα καὶ δοῦλα πρὸς τὴν Δεσποτικὴν κλῆσιν μετὰ δρόμου συνέδραμεν· οὗτός ἐστιν πρὸς ὃν κοινολογούμενος εἶπον· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν*· οὗτός ἐστιν ὁ σὺν ἐμοὶ πλάσας τὸν ἄνθρωπον, καὶ διὰ τὸν ἄνθρωπον γενόμενος ἄνθρωπος, οὐ τραπεὶς εἰς ἄνθρωπον· γενόμενος ἄνθρωπος, οὐ μεταβληθεὶς εἰς ὃ γέγονεν· γενόμενος ἄνθρωπος, τῷ λαβεῖν τὴν τῆς ἀνθρωπότητος ἀπαρχὴν, οὐ τῷ ἀποβαλεῖν τὴν τῆς θεότητος ἀστραπήν· γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ μείνας Θεός.

5. Hic est qui a meo sinu non separatus, Mariæ sinum occupavit : qui et in me mansit inseparabiliter, et in illa exstitit incircumscriptus : qui et in cœlis est indivisibiliter, et in Virginis utero habitavit intemerate : quam enim creando non fuerat ipse pollutus, eamdem incolendo non est contaminatus. Hic est qui de beato ventre processit, tanquam ex thalamo virginali sponsus hilaris : qui C generatione sua generationem terrigenarum honoravit, partuque virginitatem parentis suæ obsignavit : qui per virginitatis januam in mundum ingressus, a quo nunquam abfuerat, integritatis claustra non fregit : qui a matre sua gestatus, omnia simul portabat : qui lacte ceu puer indigebat, et universam creaturam ceu nutritor alebat : qui infantilibus fasciis ceu puerulus involutus, peccatorum vincula tanquam Deus resolvebat : qui in præsepi jacens, a stella ceu stellarum conditor demonstrabatur : ab Herode quæsitus ad necem, a Simeone propheta ac sacerdote Dominus appellatus : qui in Ægyptum descendit, sed manufacta Ægypti idola proterruit, meamque prophetiam implevit, D qua dixeram : *Ex Ægypto vocavi Filium meum* [37]. Qui crevit corporis statura, non tamen divina substantia : quomodo enim cresceret, qui ubique est? Qui a Baptista baptizatus, creaturam illuminavit.

ε'. Οὗτός ἐστιν ὁ τῶν ἐμῶν κόλπων μὴ χωρισθεὶς, καὶ τῆς Μαρίας τοὺς κόλπους καταλαβών· ὁ καὶ ἐν ἐμοὶ μένων ἀχωρίστως, καὶ ἐν ἐκείνῃ γενόμενος ἀπεριγράπτως· ὁ καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὑπάρχων ἀδιαιρέτως, καὶ ἐν τῇ παρθενικῇ μήτρᾳ διαιτώμενος ἀμολύντως· ἦν γὰρ κτίσας οὐκ ἐμολύνθη, ταύτην οὐδὲ κατοικήσας ἐχράνθη· οὗτός ἐστιν ὁ προελθὼν ἐκ μακαρίας γαστρὸς, ὡς ἐκ παστάδος ἀνυμφεύτου νυμφίος φαιδρός· ὁ τιμήσας τῇ γεννήσει τὴν γέννησιν τῶν γηγενῶν, καὶ σφραγίσας τῷ τόκῳ τὴν παρθενίαν τῆς τεκούσης αὐτόν· ὁ διὰ τῶν τῆς παρθενίας πυλῶν εἰσελθὼν εἰς τὸν κόσμον, ὅθεν οὐκ ἀπέστη ποτὲ, καὶ τῶν τῆς ἁγνείας πυλῶν οὐ συντρίψας τὰ κλεῖθρα· ὁ παρὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ βασταχθεὶς, καὶ φέρων τὰ σύμπαντα· ὁ δεηθεὶς γάλακτος ὡς βρέφος, καὶ τρέφων πᾶσαν τὴν κτίσιν, ὥστε αὐτῆς τροφεύς· ὁ σπαργάνοις παιδικοῖς περιβληθεὶς ὡς παιδίον, καὶ λύων ὡς Θεὸς τῶν ἁμαρτημάτων τὰ σπάργανα· ὁ ἐπὶ φάτνης ἀναπεσὼν, καὶ παρὰ τοῦ ἀστέρος ὑποδειχθεὶς ὡς τῶν ἀστέρων δημιουργός· ὁ παρὰ τοῦ Ἡρῴδου πολεμηθεὶς, καὶ παρὰ Συμεῶνος τοῦ προφήτου καὶ ἱερέως Κύριος προσαγορευθείς· ὁ κατελθὼν εἰς Αἴγυπτον καὶ σείσας τὰ χειροποίητα τῆς Αἰγύπτου, καὶ πληρώσας τὴν ἐμὴν προφητείαν τὴν λέγουσαν· *Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν Υἱόν μου*· ὁ προκόψας τῇ τοῦ σώματος ἡλικίᾳ, ἀλλ' οὐ τῇ θείᾳ οὐσίᾳ· ποῦ γὰρ εἶχεν προκόψαι ὁ πανταχοῦ παρών; ὁ παρὰ τοῦ Βαπτιστοῦ βαπτισθεὶς, καὶ φωτίσας τὴν κτίσιν;

6. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Non alius Filius meus, et alius Mariæ Filius : non est alius qui in spelunca jacuit, et alius a magis adoratus : non est alius baptizatus, et alius

ς'. *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα.* Οὐκ ἔστιν ἄλλος ὁ ἐμὸς Υἱὸς, καὶ ἄλλος ὁ τῆς Μαρίας Υἱός· οὐκ ἔστιν ἄλλος ὁ ἐν τῷ σπηλαίῳ καταβληθεὶς, καὶ ἄλλος ὁ παρὰ τῶν Μάγων προσκυ-

[36] Gen. I, 26. [37] Osee XI, 1.

Digitized by Google

νηθείς· οὐκ ἔστιν ἄλλος ὁ βαπτισθείς, καὶ ἄλλος ὁ μὴ βαπτισθείς· ἀλλ' οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου, οὗτος ὁ εἷς ὁ νοούμενος καὶ βλεπόμενος· εἷς ὁ ἀόρατος καὶ ὁρώμενος παρ' ὑμῶν· ὁ ἀΐδιος καὶ πρόσκαιρος· ὁ αὐτὸς ὁμοούσιος ἐμοὶ τῇ θεότητι, καὶ ὁμοούσιος ὑμῖν τῇ ἀνθρωπότητι κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας. Μὴ ζητήσητε τῆς σαρκὸς αὐτοῦ πατέρα ἐπὶ τῆς γῆς, ἀπάτωρ γὰρ κάτω· μὴ ζητήσητε τῆς θεότητος αὐτοῦ μητέρα ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἀμήτωρ γὰρ ἄνω· μὴ μερίσητε τὴν θεότητα αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ· μὴ γένησθε τῶν ἀμερίστων κακοὶ μερισταί· μὴ διέλητε τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ ἀπὸ τῆς θεότητος αὐτοῦ· ἀδιαίρετος γὰρ αὕτη καὶ ἀσύγχυτος μετὰ τὴν ἕνωσιν· μὴ χωρίσητε τὰ ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ γνωρίσατε τὰ ἐν αὐτῷ· μὴ ποιήσητε δύο πρόσωπα τὸ ἓν πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ· μὴ χειροτονήσητε δύο μονογενεῖς τὸν ἕνα Μονογενῆ· μὴ στήσητε ἀνὰ μέρος τὸν ἐμὸν Υἱόν, καὶ ἀνὰ μέρος τὸ ληφθὲν παρ' αὐτοῦ· μὴ τολμήσητε διελεῖν τὴν ἀσύγχυτον ἕνωσιν, ἣν διαιρεθῆναι ἀδύνατον· μήτε Θεὸν γυμνὸν, οὔτε ἄνθρωπον ψιλὸν ὑποπτεύσητε τὸν ἐνανθρωπήσαντα Κύριον. Ἀλλὰ Θεὸν ἅμα καὶ ἄνθρωπον πιστεύσατε τὸν αὐτόν· ἀεὶ μὲν ὄντα καὶ προόντα Θεὸν, οὐκ ἀεὶ δὲ καὶ ἄνθρωπον· ἐξ ἐκείνου δὲ γενόμενον καὶ ἄνθρωπον καὶ ὄντα, ἐξ οὗπερ θελήσας ἐπελάβετο τοῦ σπέρματος Ἀβραάμ.

ζ'. Κἂν ἴδητε τοῦτον τὸν ἐμὸν Υἱὸν πεινῶντα, ἢ διψῶντα, ἢ καθεύδοντα, ἢ βαδίζοντα, ἢ κοπιῶντα, ἢ μαστιζόμενον, ἢ σταυρούμενον ἑκουσίως, ἢ τοῖς ἥλοις κατεχόμενον ἀπὸ γνώμης, ἢ νεκρούμενον ἰδίῳ θελήματι, ἢ φρουρούμενον ὡς νεκρὸν ἐν μνήματι, τῇ σαρκὶ αὐτοῦ ταῦτα προσνείματε· καὶ πάλιν, ἐὰν ἴδητε τοῦτον τὸν ἐμὸν Υἱὸν, λέπραν ἀποξέοντα ῥήματι, πήρωσιν ὀμμάτων πηλῷ θεραπεύοντα, τὴν φύσιν πλάττοντα νεύματι, ἐκ πέντε ἄρτων πεντακισχιλίους κορεννύντα, καὶ ταῖς παλάμαις τῶν μαθητῶν ὡς ἀρούραις ἐγγεωργοῦντα κόρον αὐτοσχέδιον ἀγεώργητον, τὴν θάλασσαν μαινομένην καὶ μιμουμένην τὰς τῶν ὀρέων κορυφὰς ἐξομαλίζοντα τῇ φωνῇ, τὸ πέλαγος ὡς ἔδαφος πεζεύοντα, τοῖς δαίμοσιν ὡς ἀνδραπόδοις δεσποτικῶς ἐπιτάττοντα, τῇ θεότητι αὐτοῦ ταῦτα προσάψατε. Μὴ ἄλλου τινὸς τὰ ὑψηλὰ τῶν πραγμάτων, ἄλλου δέ τινος τὰ ταπεινὰ τῶν γινομένων νομίσητε, ἀλλὰ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ, κἀκεῖνα καὶ ταῦτα λογίσασθε· αὐτοῦ γὰρ τὰ θεῖα πάντα, αὐτοῦ τὰ ἀνθρώπινα πάντα, αὐτοῦ τὰ δημιουργήματα, αὐτοῦ τὰ παθήματα· εἷς γὰρ καὶ ὁ αὐτός ἐστιν Υἱὸς ἐμὸς, τὰ τῆς ἑαυτοῦ θεότητος ἐργαζόμενος ἔργα, καὶ τὰ τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς οἰκειούμενος ἅπαντα. *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα.* Οὗτός ἐστιν ἄμπελος, καὶ θύρα τῶν τέως πλανωμένων προβάτων· ἄμπελος ἡ ἐν οὐρανοῖς ἔχουσα τὴν ῥίζαν, ἐπὶ γῆς δὲ τὰ κλήματα· ἄμπελος κλαδευομένη τὸ σῶμα, ἀλλ' οὐ ξηραινομένη τὴν ῥίζαν· ἄμπελος μετὰ τρίτην ἡμέραν τοῦ κλαδευθῆναι, βλαστάνουσα τὸν βότρυν τῆς ἀναστάσεως. Οὗτός ἐστιν ἡ θύρα· δι' αὐτοῦ γὰρ ὁ πιστεύων εἰσέρχεται πρός με. Οὗτός ἐστιν μεσίτης ἐμὸς καὶ τῶν δούλων αὐτοῦ· συνάπτει γάρ μοι τοὺς προσκεκρουκότας ἐν αὐτῷ.

[34] Hebr. IV, 15.

baptismi expers : sed hic est Filius meus : hic unus qui et mente cogitatur, et visu cernitur : unus idemque invisibilis, et a vobis visus : sempiternus, et temporalis : idem consubstantialis mihi divinitate, et consubstantialis vobis humanitate per omnia absque peccato [34]. Ne quæratis patrem ejus in terra ; est enim deorsum patris expers. Ne quæratis divinitatis ejus matrem in cœlis ; est enim desuper absque matre. Ne separetis ipsius divinitatem ab ejusdem humanitate : ne indivisibilium mali divisores fiatis. Ne abstrahatis humanitatem ejus ab ejusdem divinitate ; est enim hæc inseparabilis simulque inconfusa post unionem. Ne duas ex una Christi personas faciatis. Ne duos unigenitos constituatis, cum sit unus Unigenitus. Ne seorsum ponatis Filium meum, itemque seorsum hominem ab eo assumptum. Ne inconfusam unionem velitis secernere, quam sejungere impossibile est. Neque nudum Deum, neque simplicem hominem esse suspicemini humanatum Dominum ; sed eumdem Deum simul et hominem creditote : semper quidem exsistentem et præexsistentem Deum, haud tamen semper hominem ; sed ex eo tempore factum hominem atque ita exsistentem, ex quo Abrahami semen apprehendere voluit.

7. Etiamsi vero videritis Filium meum esurientem, aut sitientem, aut dormientem, aut ambulantem, aut fatigatum, aut flagellis cæsum, aut sponte crucifixum, vel clavis haud citra consensum retentum, aut non sine propria voluntate mortuum, aut tanquam mortuum in sepulcro custoditum, hæc omnia in carnem ejus conferte. Præterea si hunc Filium meum videritis lepram verbo purgantem, oculorum cæcitati luto medentem, naturam nutu reformantem, quinque panibus quinque hominum millia saturantem, manibusque discipulorum tanquam arvis colentem extemporale triticum illaboratum ; mare sævum et montium vertices fluctibus imitans, voce tranquillantem, pelagus ceu pavimentum quoddam pedibus calcantem ; dæmonibus ceu mancipiis heriliter imperantem ; hæc, inquam, omnia divinitati ejus attribuite. Cavete quominus alterius cujusdam sublimia opera, et item alterius cujusdam humilia esse existimetis ; sed uni eidemque et hæc et illa imputate. Ejus enim sunt divina omnia, ejusque item sunt humana omnia : ejus sunt creationes, ejus item passiones. Unus quippe idemque est Filius meus, qui et suæ divinitatis opera facit, et omnia quæ carnis suæ sunt, sibi propria facit. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Hic est vitis, hic janua errantium antea ovium ; vitis habens in cœlis radices, in terra autem palmites : vitis corporis ramis amputatis, sed haud arescente radice : vitis quæ post tertium a putatione diem resurrectionis racemum germinavit. Hic est janua ; per ipsum enim qui credit ad me ingreditur. Hic est mediator meus famulorumque suorum ; etenim per semet-

Digitized by Google

ipsum mihi copulat eos qui offenderant. Hic est Filius meus et agnus : hic sacerdos et victima : idem offerens et oblatus ; idem sacrificium effectus, et simul sacrificium excipiens.

8. Hæc quidem de Unigenito post baptismum apud Jordanem Pater testatus est. Quando autem coram discipulis Christus in monte transfiguratus est, ejusque facies splendores emisit qui solis radios infuscabant, tunc quoque rursus vocem illam emisit : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui* [59]. Non semel Pater Filium suum Filii nomine appellat, et voce tanquam manu tenet Unigenitum, propter eos qui dicunt natum in tempore illum qui est intemporalis : propter eos qui cum creatura connumerant creaturæ factorem : propter eos qui servum faciunt liberatorem : propter eos qui alium et alium filium confingunt. Propterea constanter testatur : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite.* Si dixerit : *Ego in Patre et Pater in me est* [60], ipsum audite. Si dixerit : *Qui vidit me, vidit et Patrem* [61], ipsum audite ceu rem veram narrantem. Si dixerit : *Qui misit me Pater, major me est* [62], condescensionis ejus œconomiæ hanc locutionem ascribite. Si dixerit : *Hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum* [63], spectate corpus ab ipso vobis ostensum, spectate quod ex vobis sumptum factum est ejus proprium, et pro vobis contritum. Si dixerit : *Hic est sanguis meus* [64], de ejus qui vobiscum loquitur sanguine cogitate, non de alio præter ipsum. Si dixerit : *Tristis est anima mea usque ad mortem* [65], animæ ejus passionem mœroris attribuite.

9. Hæc a Deo Patre edocti fuimus ; hæc unigenitus Dei Filius nobis tradidit : hanc a sancto Spiritu eruditionem accepimus : hæc a divinis Scripturis prædicantur. Quæ igitur accepimus, hæc custodiamus : quæ didicimus, hæc retineamus. Cur invicem frustra oppugnamus ? Cur intestinum bellum gerimus, qui etiam inimicos diligere jubemur ? Cur, credulitate omissa, artificiosam fidem elaboramus ? Natus est, non natus est ; passus, non passus ; resurrexit, non resurrexit. Cur judicio quasi contendimus cum liberatore ? Cur rationes ponimus cum benefactore ? Semel, ut voluit, venit, passus est, resurrexit, adcritque judex vivorum ac mortuorum ; aderit, inquam, prout jam antea advenit, cum nostra forma. Non enim hanc exuit, quam tantopere adamavit : non hanc abjecit, quam plurimum dilexit : non dereliquit in sepulcro carnem propriam, quam ob suum erga homines amorem hypostatice sibi adunavit. Sed ita rediturus est ad judicandum vivos ac

A Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου καὶ ἀμνὸς, οὗτος ἱερεὺς καὶ ἱερεῖον, ὁ αὐτὸς προσφέρων καὶ προσφερόμενος, ὁ αὐτὸς θυσία γενόμενος, καὶ αὐτὸς τὴν θυσίαν δεχόμενος (36).

η'. Ταῦτα μὲν οὖν μετὰ τὸ βάπτισμα παρὰ τὸν Ἰορδάνην περὶ τοῦ Μονογενοῦς ἐμαρτύρησεν ὁ Πατήρ. Ὅτε δὲ βλεπόντων τῶν μαθητῶν ὁ Χριστὸς ἐν τῷ ὄρει μετεμορφώθη, καὶ τὸ πρόσωπον μαρμαρυγὰς ἀφῆκεν ἀποκρυπτούσας τὰς τοῦ ἡλίου μαρμαρυγὰς, καὶ τότε πάλιν τὴν αὐτὴν ἀφῆκε φωνήν· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα.* Πολλάκις ὁ Πατὴρ Υἱὸν ἀποκαλεῖ τὸν Υἱὸν, καὶ τῇ φωνῇ καθάπερ χειρὶ κρατεῖ τὸν Μονογενῆ, διὰ τοὺς λέγοντας ἐν χρόνῳ γεγενῆσθαι τὸν ἄχρονον, διὰ τοὺς συναριθμοῦντας τῇ κτίσει τὸν ἐργάτην τῆς κτίσεως, B διὰ τοὺς δουλαγωγοῦντας τὸν ἐλευθερωτὴν, διὰ τοὺς ἀναπλάττοντας ἄλλον καὶ ἄλλον υἱόν· διὰ τοῦτο συνεχῶς ἐπιμαρτύρεται· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα, αὐτοῦ ἀκούετε.* Ἐὰν εἴπῃ· *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί·* αὐτοῦ ἀκούετε. Ἐὰν εἴπῃ· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα,* αὐτοῦ ἀκούετε ὡς ἐπαληθεύοντος τοῖς πράγμασιν. Ἐὰν εἴπῃ· *Ὁ πέμψας με Πατὴρ, μείζων μού ἐστιν,* τῇ οἰκονομίᾳ τῆς συγκαταβάσεως αὐτοῦ τὴν φωνὴν προσαρμόσατε. Ἐὰν εἴπῃ· *Τοῦτό ἐστιν τὸ σῶμά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν* (37), βλέπατε τὸ σῶμα τὸ δεικνύμενον παρ' αὐτοῦ· βλέπετε τὸ ληφθὲν ἐξ ὑμῶν, καὶ γενόμενον αὐτοῦ, καὶ ὑπὲρ ὑμῶν συντριβόμενον. C Ἐὰν εἴπῃ· *Τοῦτό ἐστιν τὸ αἷμά μου,* τοῦ λαλοῦντος ὑμῖν αἷμα νομίσητε, μὴ ἄλλου τινὸς παρ' αὐτόν. Ἐὰν εἴπῃ· *Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου,* τῇ ψυχῇ αὐτοῦ τῆς λύπης τὸ πάθος προσάψατε (38).

θ'. Ταῦτα παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς δεδιδάγμεθα· ταῦτα παρὰ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ πεπαιδεύμεθα· ταῦτα παρὰ τῶν ἁγίων Γραφῶν διηγόρευται· ταῦτα παρὰ τῶν ὁσίων Πατέρων κεκήρυκται. Ἃ τοίνυν παρειλήφαμεν, ταῦτα φυλάξωμεν· ἃ μεμαθήκαμεν, ταῦτα κρατήσωμεν. Τί μαχόμεθα πρὸς ἀλλήλους εἰκῇ; Τί πολεμοῦμεν ἀλλήλους οἱ προστεταγμένοι καὶ τοὺς μισοῦντας φιλεῖν; Τί τὸ πιστεύειν ἀφέντες, τεχνολογοῦμεν τὴν πίστιν; Ἐγεννήθη, οὐκ ἐγεννήθη· ἔπαθεν, οὐκ ἔπαθεν· ἀνέστη, οὐκ ἀνέστη. D Τί δικαζόμεθα τῷ Λυτρωτῇ; Τί λογοθετοῦμεν τὸν εὐεργέτην; Ἅπαξ ὡς ἠθέλησεν παραγένετο, καὶ πέπονθεν, καὶ ἀνέστη, καὶ παραγίνεται κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν, καὶ παραγίνεται καθὰ καὶ ἤδη παρεγένετο μετὰ τῆς ἡμετέρας μορφῆς. Οὐ γὰρ ἀπεδύσατο ταύτην ἣν τοσοῦτον ἠγάπησεν, οὐκ ἀπέῤῥιψεν ταύτην ἣν τοσοῦτον ἐφίλησεν, οὐ κατέλιπεν ἐν τῷ μνήματι τὴν σάρκα αὐτοῦ ἣν διὰ φιλανθρωπίαν ἤνωσεν ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν· ἀλλ' οὕτως παραγίνεται πά-

[59] Matth. xvii, 5. [60] Joan. xiv, 11. [61] Joan. viii, 9. [62] Joan. xiv, 28. [63] Matth. xxvi, 26. [64] ibid. 27. [65] ibid. 38.

(36) De hoc dogmate legesis Græcam synodum a nobis editam Script. Vet. T. IV.

(37) Vides testimonium de vero corpore et sanguine Domini in Eucharistia. Item p. 505 fin.

(38) Legendus Augustini de quæst. 83. t. VI, col. 53, locus egregius, quo ex affectionibus demonstrat in Christo fuisse animam.

Digitized by Google

λιν κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, ἵνα ἴδῃ Ἰούδας τίνα πέπρακεν τοῖς Κυριοκτόνοις, ἵνα θεάσωνται Ἰουδαῖοι ποίαν κεφαλὴν ταῖς ἀκάνθαις ἐστεφάνωσαν, ἵνα ὅταν ἴδωσιν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ δικαστικοῦ θρόνου καθήμενον, καὶ τὰ Χερουβὶμ μετὰ φόβου καὶ τρόμου παριστάμενα, καὶ εἴπωσιν· Ἡμεῖς τοῦτον οὐκ ἐσταυρώσαμεν, ἀλλά τινα Ἰησοῦν Ναζωρηνὸν Βηθλεεμίτην κατεκρίναμεν, ὑποδείξει αὐτοῖς τὴν πλευρὰν, καὶ ἴδωσιν εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, καὶ προσκυνήσωσιν καὶ μὴ θέλοντες.

ι'. (39) [Τί τοίνυν τὸ πιστεύειν ἀφέντες τεχνολογοῦμεν τὴν πίστιν; Τί πληροῦμεν τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ κοινοῦ δυσμενοῦς; Λογισάμενος γὰρ ὁ διάβολος ὁ κοινὸς τῆς ἀνθρωπότητος λυμεὼν, ὅτι γαλήνης ἐν ἡμῖν πολιτευομένης, τὰ τῆς εὐσεβείας ἀνθεῖ, τῆς δὲ πίστεως λαμπούσης (40) εὐζωΐα κρατεῖ· πολιτείας δὲ θεοφιλοῦς κατορθουμένης, μακαριότητος δὲ μεσαζούσης (41), φίλοι τοῦ Δημιουργοῦ καθιστάμενοι πρὸς τὸν ποθούμενον ἀνατρέχομεν (42), ἵνα μὴ ἀνέλθωμεν (43) ὅθεν ἐκεῖνος κατέπεσεν, ὁρᾶτε τί πεποίηκεν, καὶ πῶς πανοῦργος καὶ δολερῶς (44) καθ' ἡμῶν ἐραψῴδησε πόλεμον, ὁ μηχανοράφος τῶν κακῶν, καὶ σοφὸς ἐν ἀπάταις, καὶ ποικίλος ἐν ἐπιβουλαῖς, καὶ πλούσιος ἐν τοῖς κακοῖς μηχανήμασι; Παρεσκεύασέν (45) τινας ἐν προσχήματι τῆς εὐσεβείας στρατεύεσθαι, καὶ τῆς πίστεως τὴν ζήτησιν κατὰ τῆς πίστεως ὅπλισεν (44), καὶ πᾶσι τοῖς εὐσεβέσιν δι' αὐτῶν ἄκαιρον φιλονεικίας καὶ ψυχοφθόρον ἐνέβαλε πόλεμον, καὶ τῆς Ἐκκλησίας τὰ μέλη κατ' ἀλλήλων ἐστράτευσεν· εἶτα γελᾷ πλατὺν γέλωτα, βλέπων τοὺς πειθομένους αὐτῷ ταῖς βουλαῖς τερπομένους παρ' αὐτοῦ, καὶ τέρποντας αὐτὸν οἷς κατ' ἀλλήλων ἐργάζονται, καὶ οὐδὲ μετὰ τὴν πεῖραν τῶν κακῶν. Στρέφωμεν (47) τοίνυν κατὰ τῆς πονηροῦ κεφαλῆς τοῦτο δὴ τὸ σοφὸν, καὶ τὴν εὐφροσύνην αὐτοῦ μεταβάλωμεν εἰς ὀδύνην καὶ πένθος ἀπαρηγόρευτον· καὶ ποθήσωμεν τὴν εἰρήνην, ἣν ἐκεῖνος μισεῖ· καταλείπωμεν τὸ ζυγοστατεῖν (48) καὶ σταθμίζειν τὰς λέξεις τοῦ δόγματος· παυσώμεθα τοῦ θέλειν εἶναι τῶν διδασκάλων διδάσκαλοι· μισήσωμεν τὸ λογομαχεῖν ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων· πιστεύσωμεν ὡς οἱ Πατέρες ἡμῶν παρέδωκαν· οὐκ ἐσμὲν τῶν Πατέρων σοφώτεροι· οὐκ ἐσμὲν τῶν διδασκάλων ἡμῶν ἀκριβέστεροι· οὐκ ἐσμὲν τῶν ποιμένων ποιμένες, ἀλλὰ πρόβατα· οὐ ποιμαίνει τὰ πρόβατα τοὺς ποιμένας, ἀλλ' οἱ ποιμένες τὰ πρόβατα. Ἐν εἰρήνῃ (49) κέκληκεν (50) ἡμᾶς ὁ Θεὸς, οὐκ ἐν μάχῃ· ὡς ἐκλήθημεν, οὕτως ἐμμείνωμεν. Φρίξωμεν (51) τὴν μυστι-

mortuos, ut Judas aspiciat quem vendiderit Domini homicidis; ut Judæi videant quodnam caput spinis coronaverint; denique, ut cum videbunt in tribunali sedentem, et Cherubinos ac Seraphinos cum metu atque terrore astantes, dicentque: Nos hunc non crucifiximus, sed Jesum quemdam Nazarenum de Bethleem condemnavimus: ipse latus eis ostendat, videantque in quem transfixerint, et vel nolentes adorent.

10. Cur itaque credulitate abjecta, quoddam fidei artificium excogitamus? Cur inimici communis voto favemus? Considerans enim communis hominum pestis diabolus, nobis cum pace viventibus, fore ut religio floreret; ut fulgente fide, rectum vitæ genus convalesceret; gratisque Deo moribus institutis, beatitatem quamdam adepti, et Creatori jam chari, ad optatum finem decurreremus; ne nos illuc ascendamus, unde ipse excidit, videte quid egerit, et quam malitiose doloseque adversus nos bellum conflaverit hic artificiosus malorum opifex, ad fraudem callidus, in insidiis versatus, improbisque molitionibus dives. Operam dedit, ut nonnulli sub pietatis obtentu militiam susciperent, et fidei quæstiones adversus fidem armavit, cunctisque orthodoxis per hos importunum animabusque exitiosum discordiæ bellum injecit, et in Ecclesiæ membris intestinam pugnam commovit. Quo facto, altum attollit cachinnum, videns qui suis consiliis paruerant subversos, atque ex eorum mutuis damnis fructum capiens, qui ne post ipsam quidem malorum experientiam cessant. Torqueamus igitur in caput ejus hanc ipsius astutiam, gaudiumque ejusdem in dolorem luctumque perpetuum convertamus. Pacem, quam ipse odit, optemus: desinamus ponderare et ad lancem exigere dogmatis vocabula. Nolimus esse magistrorum magistri: pugnas verborum vitemus, quibus auditores pervertuntur: fidem a patribus nostris traditam teneamus. Patribus quippe nostris sapientiores non sumus, nec doctoribus nostris ingeniosiores: pastorum non sumus pastores, sed oves: porro ab ovibus non reguntur pastores, sed a pastoribus oves. Ad pacem nos Deus, non ad pugnam, vocavit. Maneamus in vocatione nostra. Mysticam mensam cum tremore revereamur, apud quam cœlestia mysteria participamus. Ne simus eodem tempore convivæ, et invicem insidiatores: ne hic communionis socii, extra autem

(39) Sequentem, usque ad verba καὶ ἓξω φιλόνεικοι, tractum versiculorum 47, laudat Joannes monachus (qui Heraclii imp. ævo vixit) in Parallelis rupefucaldinis a Lequinio post illa Damasceni editis, t. II, p. 773, non sine tamen variis mendis atque omissionibus. Sed tamen notabilis ibi est Lequinii error, qui Gregorio Antiocheno substituit Gregorii Nysseni nomen; cujus errorem secutus est in Bibliotheca Græca Fabricius, qui inter deperdita Nysseni scripta recenset hunc sermonem de illis verbis: *Hic est Filius meus dilectus*, etc. Mentionem hanc etsi ego alibi oblata occasione jam feceram, eamdem tamen hoc magis proprio loco omittere non debui.

(40) Ed. Lequinii κρατούσης.
(41) Desunt quinque superiora verba in ed.
(42) Adhuc tria verba desunt in ed.
(43) Ed. deterius ἐπέλθωμεν.
(44) Deest in ed. δολερῶς.
(45) Ed. παρασκευάζει.
(46) Desunt in ed. verba sex.
(47) Desunt in ed. verba 22.
(48) Ed. ζυγομαχεῖν.
(49) Desunt in ed. verba 13.
(50) Ed. ἐκάλεσεν
(51) Ed. προσμείνωμεν.

Digitized by Google

discordia flagrantes : ne hic in fide concordes, extra vero alterius factionis asseclæ ; ne forte de nobis quoque dicat Dominus : *Filios genui, et exaltavi meaque carne nutrivi, ipsi vero me abnegarunt* [46]. Ipse utinam omnium Servator, pacis auctor, tumultuum bellorumque cupidum diabolum a vobis repellat : ipse Ecclesiis suis tranquillitatem conciliet : ipse sacrum hunc gregem conservet : ipse gregis pastorem protegat : ipse pium Christique amantem imperatorem nostrum custodiat : ipse in ovile suum errantes oves congreget, ut fiat unus grex, unum ovile. Ipsi gloria et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

κὴν τράπεζαν ἐν ᾗ τῶν οὐρανίων μυστηρίων (52) μεταλαμβάνομεν· μὴ γινώμεθα κατὰ ταυτὸν (53) ὁμοτράπεζοι, καὶ ἀλλήλων ἐπίβουλοι· μὴ ἐνταῦθα κοινωνικοὶ, καὶ ἔξω φιλόνεικοι (54)], μὴ ἐνταῦθα ὁμόπιστοι, καὶ ἔξω ἑτερόφιλοι, ἵνα μὴ εἴπῃ καὶ περὶ ἡμῶν ὁ Κύριος· *Υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα, καὶ ἐθρεψα ἐκ τῆς ἐμῆς σαρκὸς, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν*. Αὐτὸς δὲ ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ, ὁ τῆς εἰρήνης δημιουργὸς, τὸν φιλοτάραχον καὶ φιλοπόλεμον διάβολον ἐξ ὑμῶν ἀπελάσειεν· αὐτὸς ταῖς Ἐκκλησίαις ἑαυτοῦ τὴν γαλήνην βραβεύσειεν· αὐτὸς τὴν ἱερὰν ταύτην ἀγέλην τηρήσειεν· αὐτὸς τὸν ἀγελάρχην φυλάξειεν· αὐτὸς τὸν εὐσεβῆ καὶ φιλόχριστον ἡμῶν βασιλέα φρουρήσειεν· αὐτὸς συναθροίσειεν εἰς τὰς ἑαυτοῦ μάνδρας τὰ πλανώμενα πρόβατα, ἵνα γένηται μία ποίμνη, ἓν ποιμνίον. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[46] Isa. I, 2.

(52) Desunt in ed. verba duo.
(53) Cod. καθ' ἑαυτῶν.
(54) Ed. rursus ἐπίβουλοι.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΔΗΜΗΓΟΡΙΑ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΣΤΡΑΤΟΝ.

GREGORII THEOPOLITANI

ORATIO AD EXERCITUM.

Ego quidem existimabam, viri et nomine et rebus ipsis Romani, vos jam pridem ad me venturos esse, tum de his quæ acciderant, mecum communicaturos, tum ejusmodi capturos consilium quod mea erga vos benevolentia pollicetur. Quæ quidem superioribus officiis certissime confirmata est, tunc cum navalem vestrum tumultum et tempestatem inde excitatam, missis alimentis sublevavi. Sed quoniam hactenus id neglectum est, divina fortasse providentia ejus rei copiam minime tribuente, tum ut Persæ a viris duce destitutis superati, Romanorum fortitudinem penitus perspicerent, tum ut vestra in rempublicam sincera benevolentia opportuno tempore explorata et rebus ipsis comprobata omnibus modis confirmaretur. Perspicue enim declarastis, licet adversus duces vestros causas doloris ac simultatis habeatis, nihil tamen republica antiquius vobis esse. Nunc igitur quid agendum sit consideremus. Invitat vos imperator, omnium præteritorum oblivionem promittens : vestram in rempublicam benevolentiam et in prælio fortitudinem, tanquam ramos et verbenas supplicum suscipiens ; et indulgentiæ suæ pignora omnium certissima vobis donans, cum ita dicit : Si Deus vestræ in rempublicam benevolentiæ victoriam concessit, et de-

Ἐγὼ μὲν, ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι τὴν προσηγορίαν καὶ τὰ πράγματα, ᾤμην ἐκ παλαιοῦ τὴν ὑμῶν παρ' ἡμᾶς ἄφιξιν ἔσεσθαι, κοινωσομένων τὰ παρόντα, βουλήν τε ληψομένων ἣν ἡ πρὸς ὑμᾶς εὔνοια κατεπαγγέλλεται, τοῖς προλαβοῦσιν οὐκ ἐνδοιαστῶς βεβαιωθεῖσα, ὅτε τὸν νηῖτην ὑμῶν κλόνον καὶ τὸν ἐντεῦθεν σάλον, τοῖς ἐπιτηδείοις ἐδεξιοῦμεν. Ἀλλ' ἐπὶ μέχρι τοῦδε παρῶπται, ἴσως ἄνωθεν οὐκ ἐνδοσίμου γενομένου, ἵνα Πέρσαι μὲν τὴν Ῥωμαίων τέλεον ἀνδρείαν ἐκμάθοιεν, πρὸς ἀνδρῶν ἀστρατηγήτων ἐκπολεμηθέντες· ἡ δέ γε ὑμῶν ἀκραιφνὴς εὔνοια διὰ πάντων βεβαιωθεῖσα, τῷ καιρῷ βασανισθεῖσα, καὶ τοῖς ἔργοις μαρτυρηθεῖσα. Δεδείχατε γὰρ ὡς εἰ καὶ πρὸς τοὺς στρατηγήσαντας ὑμῶν τὴν λύπην ἐκληρώσασθε, οὐδὲν ὑμῖν τοῦ πολιτεύματος προὔργου ἑαυτέρον. Φέρε νῦν περὶ τῶν πρακτέων σκοπήσωμεν. Βασιλεὺς ὑμᾶς προσκαλεῖται, πάντων τῶν ἠγησαμένων ἀμνηστίαν κατεπαγγελλόμενος, τὴν ἐς τὴν πολιτείαν ὑμῶν εὔνοιαν, καὶ τὴν παρὰ τὸν πόλεμον ἀνδρείαν ἐς ἱκετηρίαν καὶ θαλλοὺς δεξάμενος· ταῦτα δὴς ὑμῖν τῆς ἀφέσεως ἐνέχυρα πάντων ἀσφαλέστατα· καί φησιν, ὡς Εἰ ὁ Θεὸς τῇ εὐνοίᾳ τὸ πλέον δέδωκε, καὶ τῶν ἁμαρτάδων ἐξωσθεισῶν ἡ ἀνδρεία διεφάνη, σαφὴς ἔλεγχος τῆς συγχωρήσεως γενομένη· πῶς οὐχ ἕξομαι τῇ θείᾳ κρίσει ; *Καρδία βασιλέως ἐν*

(54) Exstat apud Evagrium *Hist. Eccl.* lib. VI, cap. 3, ex interpr. Henr. Valesii.

Digitized by Google

χειρὶ Θεοῦ, καὶ οὗ ἂν θέλῃ κλίνει αἰτήν. Ὑπείξατέ μοι οὖν, ὦ Ῥωμαῖοι, τάχιστα· καὶ μὴ καταπροδῶμεν τὸν παρόντα καιρὸν, μηδὲ παρολισθήσοι διαμαρτόν. Μισεῖ γὰρ κρατεῖσθαι διαδραμὼν, καὶ ὥσπερ ἀγανακτῶν ὅτι γε παρώφθη, δύσληπτος (55) εἶναι καθάπαξ οὐκ ἀνέχεται.

A pulsis peccatis fortitudo vestra eluxit, quod certissimum est argumentum indultæ veniæ : quomodo ipse Dei præjudicium non sequar? *Cor regis in manu Dei est, et quocunque voluerit Deus, illud inclinat* [47]. Obtemperate itaque mihi quam citissime, Romani : nec occasionem nobis oblatam dimittamus, nec elabi patiamur. Nam postquam effugerit, comprehendi se non patitur : et quasi indigne ferens quod neglecta fuerit, nunquam se bis capi sinit.

Κληρονομήσατε οὖν τοὺς πατέρας τῆς εὐηκοΐας, ὥσπερ τῆς ἀνδρείας ἐκληρονομήσατε, ἵνα διὰ πάντων Ῥωμαῖοι δειχθῆτε, καὶ μηδεὶς ὑμῶν ἅψηται μῶμος, ἢ νενοθευμένους παῖδας δείξῃ. Ὑπὸ τοῖς ὑπάτοις καὶ βασιλεῦσι ταττόμενοι, οἱ ὑμᾶς φύσαντες, πειθοῖ καὶ ἀνδρείᾳ τὸ οἰκούμενον ἅπαν προσεκτήσαντο. Μάλλιος Τουρκουᾶτος τὸν παῖδα στεφανώσας ἀνεῖλεν, ἀνδρισάμενον μὲν, ἀπειθήσαντα δέ. Τῶν γὰρ ἀγαγόντων εὐβουλίᾳ καὶ τῶν ἀγομένων εὐπειθείᾳ (56) μεγάλα πεφύκασιν ἀγαθὰ κατεργάζεσθαι· θάτερον δὲ τοῦ ἑτέρου χηρεῦον, χωλεύει τε καὶ περιτρέπεται, καὶ σφάλλεται πάντως, τῆς ἀρίστης ξυνωρίδος διαλυομένης. Μὴ οὖν μέλλετε· πείσθητε δέ μοι, ἱερωσύνης βασιλείᾳ καὶ στρατῷ μεσιτευούσης· καὶ δείξατε ὡς οὐ τυραννὶς τὰ ὑμέτερα, ἀλλὰ δικαία πρὸς μικρὸν ἀγανάκτησις κατὰ τῶν ἀδικησάντων ὑμᾶς στρατηγῶν. Εἰ γὰρ μὴ τὴν ταχίστην προσδράμοιτε, ἐγὼ μὲν ἐξοσιώσομαι καὶ τὴν ἐς τὴν πολιτείαν εὔνοιαν, καὶ τὴν ἐς ὑμᾶς φιλίαν· ὑμεῖς δὲ σκοπεῖτε ποῖα τῶν τυράννων τὰ τέλη. Ποῖ γὰρ καὶ περανεῖτε τὰ παρόντα; Ἀθρόους εἶναι, τῶν ἀδυνάτων. Πόθεν γὰρ ἡ τῶν ὡραίων συγκομιδὴ, ἢ ὧν ἐς ἀντίληψιν ἡ θάλασσα τῇ ἠπείρῳ δίδωσιν, εἰ μή γε πολεμοῦντες Χριστιανοὺς, καὶ πολεμούμενοι, τὰ πάντων αἴσχιστα δράσοιτε καὶ πείσοισθε; Καὶ ποῖ τὸ τέλος; Σποράδες γενόμενοι βιοτεύσοιτε. Αὐτόθεν παρὰ πόδας ἡ δίκη, συγγνώμην τοῦ λοιποῦ νέμειν οὐκ ἀνεχομένη. Δόντες οὖν δεξιὰς, καὶ ἑαυτοῖς καὶ τῷ πολιτεύματι τὸ συνοῖσον σκοπήσωμεν, ὅτ' ἂν καὶ τὰς ἡμέρας τοῦ σωτηρίου πάθους, καὶ τῆς παναγίας ἀναστάσεως Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ συνεπιλαμβανομένας ἔχωμεν.

B II. Hæredes estote obedientiæ majorum vestrorum, sicut fortitudinis eorum hæredes fuistis ; ut vos Romanos undecunque ostendatis, nec ulla reprehensionis nota nomini vestro inuratur, vosque degeneres esse filios arguat. Majores vestri sub consulum atque imperatorum regimine constituti, obedientia ac fortitudine orbem terrarum subegerunt. Manlius Torquatus filium suum, qui fortiter quidem se gesserat, imperio tamen minime paruerat, coronatum securi percussit. Ducum enim prudentia et militum obedientia res maximæ perfici solent. Quod si alterum alterius ope destituatur, claudicat statim atque eversum labitur, disjuncto duarum illarum virtutum præstantissimo jugo. Nolite igitur amplius cunctari : sed mihi obtemperate, qui tanquam sacerdos, inter imperatorem et exercitum reparandæ concordiæ interpres sum. Ostendite nullam esse perduellionem in eo quod egistis, sed justam indignationem ad breve tempus susceptam adversus duces vestros, a quibus injuria affecti estis. Nisi enim

C quam celerrime ad imperatorem accurreritis, ego quidem tum benevolentiæ quam debeo in rempublicam, tum meæ erga vos amicitiæ satisfecero. Vos vero considerate, quæso, quinam sint exitus tyrannorum. Qua enim ratione præsentium rerum statum terminabitis? Ut in unum collecti permaneatis, fieri nullo modo potest. Unde enim fruges ad vos convehentur, aut ea commoda quæ mare continenti subministrare solet ; nisi Christianis bellum inferentes, et ab iisdem vicissim bello appetiti, res omnium teterrimas faciatis ac sustineatis? Quis autem horum finis futurus est? Hac illac dispersi, vitam transigetis. Aderit e vestigio vindex justitia, non sinens ut veniam amplius consequamini. Datis igitur dextris, ea quæ et nobis et reipublicæ profutura sunt perpendamus : quando et salutaris passionis et sanctissimæ resurrectionis Dei nostri Jesu Christi festos dies, nobis ad id suffragantes, habemus.

[47] Prov. xxi, 1.

(55) Παρώφθη δύσληπτος. In optimo codice Florentino totus hic locus ita legitur : Καὶ ὥσπερ ἀγανακτῶν ὅτι γε παρώφθη, δύσληπτος εἶναι καθάπαξ οὐκ ἀνέχεται. Optime, dummodo disjunctis vocibus leganus ὃὺς ληπτός, quemadmodum legitur apud Nicephorum, lib. XVIII, cap. 13. Facessat igitur Christophorsoni et Savilii conjectura, qui εὔληπτος hoc loco restituebant. VALES.

(56) Εὐβουλίᾳ — εὐπειθείᾳ. Scribendum est procul dubio εὐβουλίᾳ — εὐπείθειᾳ, absque subscripto. Id enim postulant leges grammaticæ : atque ita etiam legitur apud Nicephorum. In.

Digitized by Google

ANNO DOMINI DXCVI

JOANNES

PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANUS

VULGO

JEJUNATOR

NOTITIA

(Joan. Morinus, *Commentarius historicus de disciplina in administratione sacramenti pœnitentiæ tredecim primis sæculis in Ecclesia Occidentali et hoc usque in Orientali observata*, Parisiis MDCLI, fol. Append., p. 76.)

Libelli pœnitentialis quem ex veteribus membranis edimus auctor est Joannes Jejunator dictus, vir ea de causa multisque aliis apud Græcos celeberrimus. Professione monachus fuit, populi rumoribus ob longa continuataque jejunia famosus, ita ut καθ' ὑπεροχήν, Νηστευτής, Jejunator, diceretur. Anno 586, Mauritio imperante, in patriarcham Constantinopolitanum defuncto Eutychio eligitur. De eo sic scribit S. Isidorus in libello *De viris illustribus : Joannes sanctæ memoriæ Constantinopolitanus episcopus, natione Cappadox, vir fuit inæstimabilis abstinentiæ, et eleemosynis in tantum largissimus, ut zelo avaritiæ adversus eum imperator Mauritius permotus, urbe pauperes pellendos ediceret. Hic Græco eloquio edidit de sacramento baptismatis rescriptum, ad beatæ recordationis dominum meum et prædecessorem Leandrum antistitem : in quo nihil proprium ponit, sed tantummodo antiquorum Patrum replicat de trina mersione sententias. Claruit temporibus Mauricii principis, defunctusque, Augusto eodem regnante.* Sophronius autem, patriarcha Hierosolymitanus, apud Photium cod. 231, eum vocat *vere virtutis domicilium.* Primus est episcoporum CP. qui se œcumenicum et universalem nuncupavit, cui glorioso titulo primum e tenebris emergenti sese fortiter opposuit Pelagius II ipsumque secutus Gregorius primus, et alii deinceps. Res hæc doctis omnibus notissima est, nihilque operi nostro illustrando conducit. Ideo eam obiter adnotasse sufficiat, ut qualis fuerit iste Joannes innotescat. Superiorem tamen agnoscebat Romanum pontificem, ut legere est apud S. Gregorium, lib. II, epist. 52 et 64. Obiit anno 596, et a Græcis sanctorum numero inscriptus est. De ejus pietate, et de honore quem illi defuncto habuit Mauritius imperator, multa Nicephorus, lib. XVIII, cap. 34.

Joanni isti Jejunatori, præter rescriptum de baptismo de quo mentionem facit S. Isidorus, tribuitur elegans, docta et pia homilia *De pœnitentia*, quæ in antiquis editionibus Latinis inter opera sancti Chrysostomi legitur 21 inter homilias ad populum Antiochenum ; in Græco-Latinis autem, ad finem tomi quinti. Sed apud Græcos maxime celebris fuit pœnitentialis Canon quem edidit, licet multi nimiæ indulgentiæ eum damnaverint. Sic de eo censet Nicolaus patriarcha, referente Harmenopulo Epitomes canonum capite ultimo : *Scriptum illud canonicum Jejunatoris, quod nimiam lenitatem adhibeat, complures perdidit : et qui quod bonum est norunt, corrigantur.* Exemplari quod nacti sumus titulus erat, Ἀκολουθία καὶ τάξις, etc. *Sequentia et ordo.* Ita vocare solent Græci officii alicujus sacri conscriptionem, eo quod ordine continuo, et consequentibus, scilicet priora posterioribus tradi soleat, ut passim videre est in omnibus Euchologiis.

Character membranæ judicabatur annorum circiter quingentorum. Pertinebat ad insignem bibliothecam Altempsianam, mihique dum Romæ essem exscribendum tradidit amicus. Mendæ nonnullæ sunt, forsan etiam quædam nostra, aut illius qui operam suam nobis commodavit, culpa irrepserunt, cum aut festinanter nimis properavimus, aut non attente satis animum ad dictionum compendia advertimus. Ea non sunt tanti momenti, ut sensum insigniter laxent, nedum remorentur. Cum nullo alio codice nitamur, textum illibatum reliquimus, sensui tamen interpretationem nostram accommodantes. An autem sincerus sit Jejunatoris Pœnitentialis nullo additamento illitus, difficile dictu est, cum ejusmodi libris pro sæculorum et regionum varietate assui multa soleant. Deinde etiam ex iis varia breviaria in privatorum usum confici solent, principalis auctoris semper nomine retento. Nonnulla citantur ab Harmenopulo velut ex Jejunatore quæ in codice nostro non eodem plane modo deprehenduntur, quanquam insit res ipsa. Eadem de Matthæo Blastare, qui paucula ex eo refert, dicenda sunt. Verum varietas ista scopo nostro nihil prorsus officit, imo multum proficit, cum semper sub eodem disciplinæ genere versari deprehendatur. Vel enim varietas illa tantum est verborum, vel accuratioris pœnarum enarrationis, vel pœnarum permutationis : cum hoc crimen in eo codice atrociore pœna plectitur quam in alio : istud vero mitiore : econtra, istud crimen atrociore pœna in alio codice plectitur, quam hoc in eo codice. Ut de hac varietate, Lector, ipse judicium feras, quidquid legendo nobis occurrit, edito Joannis Pœnitentiali subtexemus.

Digitized by Google

ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ ΚΑΙ ΤΑΞΙΣ ΕΠΙ ΕΞΟΜΟΛΟΓΟΥΜΕΝΩΝ

Συνταγεῖσα

Ἀπὸ τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν ΙΩΑΝΝΟΥ τοῦ Νηστευτοῦ.

CONSEQUENTIA ET ORDO ERGA EOS QUI PECCATA CONFITENTUR

COMPOSITUS ET INSTITUTUS

A sancto Patre nostro JOANNE Jejunatore.

Λαμβάνει ὁ ἱερεὺς τὸν μέλλοντα ἐξομολογήσασθαι, καὶ ἱστᾷ αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ψάλλει μετ' αὐτοῦ τὸ τρισάγιον, καὶ ψαλμὸν ἕκτον· *Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με*, καὶ ψαλμὸν κδ'· *Πρὸς σέ, Κύριε, ἦρα τὴν ψυχήν μου*· καὶ ψαλμὸν ν', *Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ μέγα ἔλεος*. Καὶ δοξάζει. Εἶτα λέγει ψαλμὸν λα'· *Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι*· καὶ ψαλμὸν ξθ', *Ὁ Θεὸς εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες*· καὶ ψαλμὸν ρα', *Κύριε, εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, καὶ ἡ κραυγή μου. Δόξα*. Καὶ λέγει Τροπάριον ἦχου δ'· *Τὴν ταπεινήν μου ψυχὴν ἐπίσκεπτου. Ἄλλο· Διαπλέων τὸ πέλαγος. Τῇ Θεοτόκῳ ἐκτενῶς προσδράμωμεν*. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπιλέγει καὶ τὴν ὑποτεταγμένην εὐχήν.

Assumit sacerdos peccata confessurum, et sistit eum coram altari, cantatque cum eo trisagion, et psalmum sextum: *Domine, ne in furore tuo arguas me*, et psalmum XXIV: *Ad te, Domine, levavi animam meam*; et psalmum L: *Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam. Kyrie, eleison.* Deinde glorificat. Postea recitat psalmum XXXI: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates*; et psalmum LXIX: *Deus, in adjutorium meum intende*; et psalmum CI: *Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus. Gloria.* Et dicitur Troparium toni quarti, *Humilem animam meam visita.* Aliud, *Navigans pelagus. Ad Dei Genitricem sedulo nunc confugiamus.* Postea sequentem recitat orationem:

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ πάντων Πατὴρ καὶ Δεσπότης, καὶ πάντα ἐπιβλέπων, καὶ τοῖς πρὸς σὲ διὰ μετανοίας ἐκ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν ἐπιστρέφουσι, τὴν τούτων ἄφεσιν φιλανθρώπως δωρούμενος, ὁ τὸν Δαυὶδ πλημμελήσαντα δι' ἐξομολογήσεως ἐλεήσας, ὁ τῷ Ἐζεκίᾳ δακρύσαντι, καὶ τὴν σὴν εὐσπλαγχνίαν ἐκδυσωπήσαντι ζωὴν ἐπιμετρήσας· ὁ τοῦ Μανασσῆ τὴν μετάνοιαν προσδεξάμενος, καὶ τῶν τοσούτων κακῶν ἀπαλλάξας· ὁ τῷ Πέτρῳ, καὶ πόρνῃ διὰ δακρύων τὴν συγχώρησιν παρασχόμενος· ὁ τελώνην στενάξαντα δικαιώσας· ὁ τῷ ἀσώτῳ τὰς πατρικὰς ὑπενοίξας ἀγκάλας· ὁ πάντας θέλων σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, καὶ χαίρων ἐπὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, καὶ μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτὸν, αὐτὸς, ὑπεράγαθε Σῶτερ, καὶ τῆς ἐμῆς ἐπακούσας δεήσεως τοῦ ἀναξίου καὶ ἀχρείου δούλου σου, ὃς οὐκ εἰμὶ ἄξιος τὸ σὸν ἐπικαλεῖσθαι πανάγιον ὄνομα διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐμῶν ἀνομιῶν, ἀλλὰ τὸ τῆς ἱερωσύνης περικείμενος ἀξίωμα, καὶ κατὰ τὴν σὴν φιλάνθρωπον ἐντολὴν τοὺς ἐξομολογουμένους σοι τὰ οἰκεῖα πλημμελήματα προσδεχόμενος, μετὰ φόβου καὶ τρόμου καθικετεύω σε. Ἐπάκουσον οὖν μου τοῦ ἁμαρτωλοῦ κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου, καὶ πρόσδεξαι τὸν δοῦλόν σου τὸν Δ. ἐξομολογούμενον. Καὶ εἴ τι πεπλημμέληται αὐτῷ ἑκούσιον ἢ ἀκούσιον ἁμάρτημα, ἐν λόγῳ, ἢ ἔργῳ, ἢ κατὰ διάνοιαν, ὡς ἀγαθὸς πάριδε· σὺ γὰρ μόνος ἔχεις ἐξουσίαν ἁμαρτίας ἀφιέναι, καὶ σοὶ προσπίπτομεν, καὶ σὲ παρακαλοῦμεν, καὶ ἀνυμνοῦμεν δοξάζοντες σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, κ. τ. λ.

Domine Deus noster, qui omnium Pater es et Dominus, qui omnia inspicis, et iis qui ad te per pœnitentiam a peccatis propriis convertuntur, ea benigne et amanter remittis, qui Davidis prævaricantis misertus es per confessionem, qui Ezechiæ lacrymanti, et facilitatem tuam in clementiam flectenti et exoranti vitam superaddidisti, qui Manassen pœnitentiam amplexum tantis malis liberasti; qui Petro et meretrici per lacrymas veniam præbuisti: qui publicanum gementem justificasti: qui prodigo ulnas paternas aperuisti: qui omnes vis salvari, et ad veritatis cognitionem venire: qui lætaris super peccatore pœnitente, et non vis mortem peccatoris, ut convertatur et vivat: ipse, optime Servator, exaudi deprecationem meam, deprecationem indigni et inutilis servi tui, qui propter multitudinem iniquitatum mearum dignus non sum qui invocem sanctissimum nomen tuum. Verum quia sacerdotii dignitate præditus sum, et secundum benignitatis tuæ mandatum confitentes tibi propria peccata suscipis, cum timore et tremore tibi supplico. Exaudi igitur me peccatorem secundum multitudinem misericordiæ tuæ, et suscipe servum tuum N. confitentem. Et si aliquod ab eo peccatum perpetratum est, sive voluntarium sive involuntarium, vel verbo, vel opere, vel cogitatione, ut benignus illud ne respice. Tu enim solus potestatem habes peccata remittendi, et tibi accidimus, teque rogamus, et laudamus glorificantes, cum Patre, et sancto Spiritu, nunc, etc.

Μετὰ ταῦτα παρασκευάζει αὐτὸν ἀσκεπεῖ τῇ κεφαλῇ τρεῖς γονυκλισίας ποιεῖν, ποιῶν καὶ αὐτὸς ὡσαύτως, καὶ ἀναστάντα κατηχεῖ λέγων οὕτως·

Postea ipsum disponit et monet ut aperto capite tres genuflexiones faciat, totiesque ipse simul genuflectens, et postquam surrexit, sic eum instituit, et catechizat:

Digitized by Google

78 Spiritualis fili, ego confessionem tuam primario et præcipue non recipio, nec tibi absolutionem concedo, sed per me Deus (ibius enim est opus ejusmodi) peccatorum tuorum confessionem suscipit, et per nostram vocem horum remissionem dispensat et largitur, sicut per propriam vocem ipse declaravit, cum secundum nu tam quæ exprimi non potest ejus misericordiam ita dixit : *Quæcunque ligaveritis, aut solveritis super terram, erunt in cœlis*, illa quidem *ligata*, hæc vero *soluta* [1]. Revela igitur et declara coram sanctis angelis, nihilque me cela eorum quæ a te clam facta sunt velut si Deo occulta cordium cognoscenti confitereris, et ipse occultorum cognitor delebit omnia quæ revelaveris, non solum quæ antea facta sunt, et quæ nunc fiunt, sed etiam fient, et illuminabit mentem tuam per sanctissimum Spiritum, teque docebit curare semper et loqui quæ ipsi placita sunt, dabit etiam tibi veram humilitatem, charitatem non fictam, longanimitatem malorum tolerantem, patientiam et mansuetudinem, timorem purissimum immittet in cor tuum : atque, ut simpliciter et generaliter dicam, ad cujuscunque boni operationem te aptabit, et componet. Inclina igitur, fili, aurem tuam, et suaviter audi mandata Dei sic per sanctas Scripturas dicentis : *Convertimini ad me, et sanabo contritiones et confusiones vestras* [2]. Et iterum : *Ne tardes converti ad Dominum, et ne dissolvas diem ex die*, quia mors non tardat [3]. Et : *Homo conversus a via iniquitatis suæ vita vivet, et non morietur et iniquitatum ejus non reminiscar* [4]. Et iterum : *Confitemini Domino quoniam bonus* [5]. Et : *Confitemini alterutrum delicta vestra, et orate pro invicem ut sanemini* [6]. *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos* [7]. Sic igitur per omnes Scripturas admonitus, et ad participationem cœlestium et æternorum bonorum advocatus, attende ne post repudiationem iniquorum operum in eadem iterum te convertas, et assimileris cani ad proprium vomitum revertenti, et sui lotæ ad volutabrum cœni. Vide, fili, per gratiam Christi quæ tibi prosunt, exposui tibi, et nihil prætermisi eorum quæ conferunt ad utilitatem et salutem tuam. Cæterum nihil procrastinans, aut erubescens enarra coram Deo, et sanctis angelis. Licet enim hoc pudendum et probrosum tibi videatur, opera probris et pudori obnoxia revelare, attamen eximie et accurate tibi persuasum esto per præsentem pudorem te a futuro liberari, et mandatis obediendo non modo indulgentia, sed etiam coronis te dignum fieri. Per Christum Dominum nostrum, cui sit gloria in sæcula. Amen.

Postea si vir est qui confitetur, monet eum ut caput aperiat, sicut dictum est, licet diadema gestet : non autem si mulier. Si vero abbas, cucullum, qui super caput ejus est, deponere jubeat, deinde pro-

A Οὐκ ἐγώ σου, τέκνον πνευματικόν, τὴν ἐξομολόγησιν προηγουμένως δέχομαι, καὶ τὴν συγχώρησίν σοι παρέχομαι, δι' ἐμοῦ δὲ ὁ Θεός· ἐκείνου γὰρ τὸ τοιοῦτον ἔργον, ὃς σου τὴν τῶν ἡμαρτημένων ἐξομολόγησιν προσδεξάμενος, καὶ τὴν τούτων ἄφεσιν ἐπιβραβεύσει διὰ τῆς ἡμετέρας φωνῆς, ὡς δι' οἰκείας φωνῆς αὐτὸς ἀπεφήνατο, κατὰ πολλὴν καὶ ἄφατον φιλανθρωπίαν εἰρηκὼς οὕτως· *Ὅσα ἐὰν δήσητε, ἢ λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται καὶ ἐν οὐρανοῖς*, τὰ μὲν *δεδεμένα*, τὰ δὲ *λελυμένα*. Ὡς οὖν αὐτῷ τὰ κρυπτὰ τῶν καρδιῶν εἰδότι, τὰ κρυφῇ σοι πεπραγμένα διεξαγγέλλων ἐνώπιον τῶν ἁγίων ἀγγέλων μηδὲν ἀποκρύπτῃς ἀπ' ἐμοῦ· καὶ αὐτὸς ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης, ἀφανίσει πάντα τὰ ὑπὸ σοῦ φανερούμενα, οὐ μόνον τὰ προγεγονότα, καὶ τὰ νῦν ἐνεργηθέντα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπιB γενησόμενα, καὶ φωτίσει τὴν διάνοιάν σου διὰ τοῦ παναγίου Πνεύματος, καὶ διδάξει σε μεριμνᾶν πάντοτε καὶ λαλεῖν τὰ αὐτῷ εὐάρεστα· καὶ δώσῃ σοι ταπεινοσιν ἀληθῆ, ἀγάπην ἀνυπόκριτον, μακροθυμίαν ἀνεξίκακον, ὑπομονὴν καὶ πραότητα, φόβον ἀγνότατον ἐμβάλῃ τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἐν πάσαις ταῖς τῶν ἀγαθῶν ἐργασίαις ῥυθμίσει σε. Κλῖνον τοίνυν, ὦ τέκνον, τὸ οὖς σου, καὶ ἡδέως ἄκουσον Θεοῦ παραγγελμάτων, οὕτω διὰ τῶν ἁγίων Γραφῶν πρὸς ἡμᾶς λέγοντος· *Ἐπιστράφητε πρός με, καὶ ἰάσομαι τὰ συντρίμματα ὑμῶν*. Καὶ πάλιν· *Μὴ βραδύνῃς ἐπιστρέψαι πρὸς Κύριον, καὶ μὴ ἐκλύου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας*, ὅτι ὁ θάνατος οὐ βραδύνει. Καί· *Ἄνθρωπος ἐπιστρέψας ἐξ ὁδοῦ ἀσεβείας αὐτοῦ ζωῇ ζήσεται, καὶ οὐ μὴ ἀποθάνῃ, καὶ* C *τῶν ἀνομιῶν αὐτοῦ οὐ μὴ μνησθῶ*. Καὶ πάλιν· *Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι χρηστός*. Καὶ *Ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ ἀλλήλων, ὅπως ἰαθῆτε. Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ οἱ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς*. Οὕτως οὖν διὰ πάσης Γραφῆς νουθετούμενος, καὶ πρὸς μετουσίαν τῶν οὐρανίων καὶ ἀϊδίων ἀγαθῶν προσκαλούμενος, πρόσχες μήπω μετὰ τὴν ἀθέτησιν τῶν ἀθέσμων ἔργων εἰς τὰ αὐτὰ πάλιν ἐπιστρέψῃς, καὶ ὁμοιωθήσῃ κυνὶ, πρὸς τὸν ἴδιον ἔμετον στρεφομένῳ, καὶ ὑὶ λουομένῃ εἰς κύλισμα βορβόρου. Ἰδοὺ, τέκνον, χάριτι Χριστοῦ τὰ συμφέροντα ὑπεθέμην σοι, καὶ οὐδὲν ἐνέλιπον τῶν εἰς ὠφέλειαν καὶ σωτηρίαν σου συντεινόντων. Λοιπὸν μὴ D ἀναβαλλόμενος ἢ αἰσχυνόμενος ἐνώπιον Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἐξάγγειλον. Εἰ γὰρ καὶ αἰσχύνῃ σοι δοκεῖ τὸ τὰ τῆς αἰσχύνης ἀνακαλύπτειν ἔργα, πλὴν ἀκριβῶς πέπεισο ὡς διὰ τῆς παρούσης αἰσχύνης ἀπαλλάττῃ τῆς μελλούσης. Καὶ διὰ τῆς τῶν ἐντολῶν ἐργασίας οὐ συγχωρήσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ στεφάνων καταξιοῖ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Καὶ μετὰ ταῦτα ποιεῖ αὐτὸν ἀποσκεπάζεσθαι, καθὼς προείρηται, τὴν τούτου κεφαλὴν εἰ ἔχει εἶναι ὁ τὸ διάδημα φορῶν, ἐάν ἐστιν ἀνήρ· εἰ δὲ γυνὴ, οὔ· εἰ δὲ ἀββᾶς ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ τὸ ἑαυτοῦ κου-

[1] Matth. xvi, 19 [2] Osee iii, 5. [3] Eccli. v, 8, 9. [4] Ezech. xviii, 21, 22. [5] Psal. cvi, 1. [6] Jac. v, 16. [7] Matth. xi, 28.

Digitized by Google

κούλλιον βαλεῖν, καὶ πεσεῖν ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ λέγειν· « Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ, οὕτως, Κύριε ποιητὰ οὐρανοῦ καὶ γῆς, πάντα τὰ κρύφια τῆς καρδίας μου. Καὶ μετὰ τὸ εἰπεῖν τὸν λόγον τοῦτον ἀνιστᾷν αὐτὸν καὶ ἱστᾷν ἐν τῷ ἑνὶ μέρει τῆς εἰσόδου τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ αὐτὸν ἵστασθαι εἰς τὸ ἕτερον· καὶ ἐπερωτᾷν αὐτὸν μετὰ πάσης ἱλαρότητος καὶ προθυμείας· εἰ δυνατὸν καὶ καταφιλεῖν αὐτὸν, καὶ τὰς χεῖρας αὐτοῦ τοῦ ἐξομολογουμένου ἐπὶ τὸν ἴδιον ἐπιτιθεῖν αὐχένα, μάλιστα ἐὰν ὁρᾷ αὐτὸν καταπονούμενον καὶ κατακυριευόμενον ὑπὸ τῆς ἀφορήτου λύπης καὶ αἰσχύνης, καὶ πραείᾳ, καὶ γαληνοτάτῃ φωνῇ λέγειν πρὸς αὐτόν·

« Πῶς σου, κύριε ἀδελφὲ, ἢ ἀδελφὴ, ἐν πρώτοις ἡ παρθενία διεφθάρη; Διὰ πορνείας, ἢ διὰ νομίμου γάμου, ἢ διὰ μαλακίας, ἢ τινος τῶν παρὰ φύσιν; » Συνθέμενον δὲ καὶ οὕτως ἢ οὕτως εἰπόντα, πάλιν ἐπερωτᾷν αὐτὸν, εἰς πόσας ἔπεσε γυναῖκας πρὸ τοῦ λαβεῖν γυναῖκα, καὶ εἰ ἄρα ἦσαν ἐξ αὐτῶν δοῦλαι, καὶ πόσαι χῆραι, καὶ πόσαι ὕπανδροι, καὶ εἰ ἄρα μονάστριαι, καὶ πόσαι, καὶ εἰ ἄρα μεγαλόσχημοι. Αἱ γὰρ μικρόσχημοι, ὡς πόρναι κρίνονται, αἱ δὲ μεγαλόσχημοι, ὡς ὕπανδροι. Καὶ εἰ ἄρα πόρναι, καὶ πόσαι, καὶ πόσαι παρθένοι.

Ταῦτα ἐν πρώτοις χρὴ τὸν τὰς ἐξομολογήσεις ἀναδεχόμενον ἐρωτᾷν τὸν ἐξομολογούμενον· καὶ τὸ ὅλον εἰς πόσας ὁμοῦ περιέπεσε. Πρὸ πάντων γὰρ ὁ ἀριθμὸς ζητεῖται, καὶ ἡ τῶν προσώπων διαφορά. Ἓξ γάρ εἰσι αἱ διαφοραί. Ἄλλο γὰρ τὸ τοῦ δούλου κρῖμα, καὶ ἄλλο τῆς ἐλευθέρας, ἄλλο τῆς πόρνης, καὶ ἄλλο τῆς παρθένου, ἄλλο τῆς χήρας, καὶ ἄλλο τῆς ὑπάνδρου, καὶ ἄλλο τῆς μοναζούσης, καὶ ἄλλο τῆς ἱερωμένον ἐχούσης ἄνδρα.

Καὶ περὶ ἀρσενοκοιτίας ἐρωτᾷν· ἧς καὶ αὐτῆς διαφοραὶ τρεῖς. Ἄλλο γὰρ τὸ παρ' ἄλλου παθεῖν, ὃ καὶ κουφότερον ποιῆσαι. Καὶ ἄλλο τὸ ποιῆσαι εἰς ἕτερον, βαρύτατον τοῦ παθεῖν ὄν· ἄλλο τὸ παθεῖν παρ' ἑτέρου, καὶ ποιῆσαι εἰς ἕτερον, ὃ καὶ τῶν προειρημένων δύω διαφορῶν βαρύτερον. Τὸ γὰρ παθεῖν μόνον, ἢ ποιῆσαι μόνον, οὐκ ἔστι τοσοῦτον ὅσον τὸ παθεῖν καὶ ποιῆσαι. Καὶ ἐρευνᾷν εἰς οἵαν τούτων τῶν διαφορῶν πέπτωκε, καὶ ποσάκις, καὶ διὰ πόσου χρόνου· καὶ εἰ πρὸ τοῦ γυναῖκα λαβεῖν, ἢ καὶ μετὰ τὸ λαβεῖν· καὶ εἰ πρὸ τριάκοντα χρόνων τῆς αὐτοῦ ἡλικίας ἢ μετὰ ταῦτα· ἔτι καὶ κτηνοβασίαν, ἧς μία διαφορά. Ὡσαύτως καὶ περὶ μαλακίας, ἧς δύω εἰσὶν αἱ διαφοραί· μία μὲν ἡ διὰ οἰκείας χειρὸς ἐνεργουμένη· ἑτέρα δὲ ἡ δι' ἀλλοτρίας, ἣν ἐλεεινὸν οἱ ἄρχοντες ἐπιτελοῦσι μεθ' ἑαυτῶν, καὶ ἑτέρους προσαπολλύντες, τοὺς παρ' ἑαυτῶν τὸ τοιοῦτον μῖσος δεδιδαγμένους. Ὁμοίως καὶ περὶ τῆς περιπλόκου, καὶ πολυμαγγάνου, καὶ πολυσκότου αἱμομιξίας, ἧς οὐ μία τις, οὐδὲ δύο, ἀλλὰ πολλαὶ καὶ ποικίλαι αἱ διαφοραί. Τὸ γὰρ εἰς δύο περιπεσεῖν ἀδελφὰς ἐκ πατρὸς ἢ ἐκ μητρὸς, ἢ καὶ ἐξ ἀμφοτέρων ἄλλο· καὶ ἄλλο τὸ εἰς ἐξαδέλφην· ἕτερον τὸ εἰς δισέξαδελφην· ἄλλο τὸ εἰς νύμφην υἱοῦ, ἢ ἀδελφοῦ γυναῖκα, ἀλλὸ τὸ εἰς πενθερὰν ἢ εἰς συμπενθεράν· καὶ ἕτερον τὸ εἰς μητρυιὰν ἢ

A cidere ante altare, et dicere : « Confiteor tibi, Pater, sic, Domine factor cœli et terræ, omnia occulta cordis mei. » Postquam autem hæc verba protulit, eum surgere jubet et stare in una parte ingressus ad altare, ipse vero ei ad alterum latus astat; et eum interrogat cum omni hilaritate et benignitate, ipsumque si possibile est, deosculatur, et manus confitentis proprio collo imponit, præsertim si videat ipsum intolerabili tristitia et pudore confertum quæ ei serviliter dominentur, ipsique mansueta et serena voce dicit :

« Quomodo, domine frater (*vel* soror), primum virginitas tua corrupta est? Per fornicationem, vel B legitimum matrimonium, vel per mollitiem, aut aliquid eorum quæ sunt contra naturam? » Consentientem vero et dicentem sic et sic, iterum ipsum interrogat, in quot mulieres inciderit, antequam uxorem duceret; num aliquæ ipsarum essent ancillæ, quantæ viduæ, et quantæ nuptæ; num aliquæ monachæ, et quot; num aliquæ magnum habitum gestarent. Quæ enim parvum ut meretrices judicantur : quæ vero magnum ut nuptæ. Quod si meretrices erant, quantæ, et quantæ virgines.

Hæc in primis confessorem oportet interrogare confitentem : in universum simul in quotas incidit. Ante enim omnia numerus quæritur, et personarum differentia. Sex enim sunt differentiæ. Aliud est enim judicium servi, aliud liberæ; aliud meretricis, aliud virginis; aliud viduæ, et aliud nuptæ; C aliud monachæ, et aliud virum sacratum habentis.

Similiter et de masculorum concubitu ipsum interrogare oportet, cujus criminis tres sunt differentiæ. Aliud est enim ab alio pati, quod actione levius est; et aliud in alterum agere, quod τῷ pati gravius est, aliud pati ab altero, et in alterum agere, quod duabus prædictis differentiis gravius est. Nam pati solum, vel agere solum, tantum non est quantum pati et agere. Inquirere etiam oportet in quam harum differentiarum incidit, et quoties, et per quantum tempus : etsi antequam uxorem duxit, vel post D eam ductam. Si ante ætatis triginta annos, aut postea hæc fecerit. Interrogandus præterea an bruta inierit, cujus una est differentia. Similiter, et de mollitie cujus duæ sunt differentiæ, una quæ propria manu suscitatur, altera quæ aliena quam principes cum seipsis miserabiliter operantur, alios perdentes qui tantum scelus ab iis edocti sunt. Similiter et de perplexa, et admodum præstigiosa, et valde tenebrosa sanguinis permistione, cujus non est una, aut duo, sed multæ et variæ differentiæ. Incidere enim in duas sorores, vel ex patre, vel ex matre, vel ex utroque, aliud est. Aliud quoque in patruelem; aliud in patruelis filiam; aliud in sponsam filii, aut fratris uxorem. Aliud in socrum et in consocrum; et aliud in novercam, aut aliquam

Digitized by Google

patris concubinarum. Quidam ad proprias usque matres procedunt. Aliud iterum cum propria filia spirituali, et aliud cum qua filiam in baptismo suscepit. Scelus quidem masculorum concubitus multi etiam cum mulieribus ipsis perficiunt.

Sic etiam inquirere eum oportet de cæde voluntaria et involuntaria. Si injuria, aut contumelia parentes affecit, aut verberavit, vel conviciis et probris insectatus est. Si postquam bibit, aut comedit, communicavit, aut in quadragesima se polluit, aut mulieri commistus indifferens et parvi momenti hoc existimans sancta mysteria sumpsit; aut clandestino matrimonio junctus est; aut impudica oscula, contrectationesque fecit, ipsum vero opus non perfecit; aut cum pueris sese corrupit, aut aliquem mercede frustravit; aut maledicentia læsit; aut injuste contumelia affecit; aut sanguinem, aut suffocatum, aut a belluis captum, et discerptum aut morticinum, aut ab avibus percussum comedit, aut in divinationibus, aut magiis, aut veneficiis deprehensus est. Atque etiam si de hæresi ipsum cogitatio cepit, sive invidia et mali accepti recordatione adversus aliquem laborat, sive pejeravit, sive furatus est, aut aliena bona rapuit, aut depositum denegavit, aut falsum testimonium tulit, aut sacerdotem contumeliose habuit, aut susceptorem. Atque, ut absolute dicam, de omnibus eum omni cum diligentia inquirere debet. Contingit enim quandoque aliquem omne peccati genus aggredi et operari. Omnia igitur cum exquisierit, et diligenter consideraverit, debet ad singula quibus confitentem assentiri audierit, dicere, « Deus tibi indulgeat. » Postquam autem omnia recensuerit, et confessionem exceperit, confitente inferne jacente, addet : « Herus et Dominus noster Jesus Christus Deus indulgeat tibi omnia quæ in conspectu ejus nullitati meæ confessus es. »

τινα τῶν τοῦ πατρὸς παλλακῶν. Φθάνουσι δέ τινες καὶ μέχρι τῶν ἰδίων μητέρων. Ἄλλο πάλιν τὸ εἰς τὴν ἰδίαν σύντεκνον, καὶ ἄλλο τὸ εἰς ἣν ἐδέξατο θυγατέρα. Τὸ μέντοι τῆς ἀρσενοκοιτίας μῦσος πολλοὶ καὶ μετὰ τῶν γυναικῶν αὐτῶν ἐκτελοῦσιν.

Ὡς δὲ καὶ περὶ φόνου ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου διερευνᾷν· καὶ εἰ ἄρα ὕβρισε γονεῖς, ἢ ἔτυψεν, ἢ ἐλοιδόρησε· καὶ εἰ φαγὼν ἢ πιὼν ἐκοινώνησε, ἢ ἐμιάνθη τῇ τεσσαρακοστῇ, ἢ γυναικὶ μιχθεὶς ἀδιαφόρως μετέλαβεν· ἢ λαθρογαμίαν ἐποίησε, ἢ ἀσπασμοὺς καὶ ἁπαφὰς ἐποίησε, τὸ δὲ ἔργον οὐκ ἐτέλεσε· ἢ ἐπαιδοφθόρησεν, ἢ μισθόν τινος ἀπεστέρησεν, ἢ κατελάλησέ ποτέ τινα, ἢ ἀδίκως ὕβρισεν, ἠδίκησεν, ἢ αἷμα, ἢ πνικτὸν, ἢ θηριάλωτον, ἢ θνησιμαῖον, ἢ ὀρνεοπάρακτον ἔφαγεν, ἢ εἰς μαντείας, ἢ εἰς μαγείας, ἢ εἰς φαρμακείας εὑρέθη· καὶ εἰ ἄρα λογισμὸς ἦλθεν αὐτῷ περὶ αἱρέσεως. Εἴτε φθόνον καὶ μνησικακίαν ἔχει κατά τινος, εἴτε ἐπώρκησεν, ἢ ἔκλεψεν, ἢ ἀλλότριον πρᾶγμα ἥρπασεν, ἢ παρακαταθήκην τινὸς λαβὼν ἠρνήσατο, ἢ ψευδομαρτυρίαν ἐποίησεν, ἢ ὕβρισεν ἱερέα, ἢ σύντεκνον· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν περὶ πάντων διερευνᾷν μετὰ πάσης ἀκριβείας. Ἐνδέχεται γάρ τινα πᾶσαν κακὴν ἐργασίαν μετελθεῖν. Πάντα οὖν ἐξετάσας, καὶ ἀκριβωσάμενος, ἅπερ ἀκούσει τοῦτον ὁμολογοῦντα, καὶ συγκατατιθέμενον ὀφείλει καθ' ἕκαστον λέγειν· « Ὁ Θεὸς συγχωρήσαι σοι· » καὶ μετὰ τὸ ἀπαριθμήσασθαι πάντα, καὶ τὴν ἐξομολόγησιν δέξασθαι, πάλιν ἐπάγειν κάτω κειμένου τοῦ ἐξαγγείλαντος· « Ὁ Δεσπότης καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Θεὸς συγχωρήσαι σοι πάντα ὅσα κατ' ἐνώπιον αὐτοῦ τῇ οὐθενότητί μου ἐξήγγειλας. »

Alia solutio.

Deus qui per Nathan Davidi propria peccata confitenti pepercit, et Petro abnegationem suam fortiter deflenti, et meretrici lacrymanti super immaculatos ipsius pedes, et Manasse, et publicano, et prodigo; qui dixit : *Alteruirum confitemini peccata*, ipse Salvator, et Dominus noster Jesus Christus remittat tibi et in hoc sæculo, et in futuro omnia quæ in ipsius conspectu parvitati meæ confessus es, et dignetur te ante tribunal suum sistere indemnatum, qui est benedictus in sæcula. Amen.

Ἑτέρα λύσις.

Ὁ Θεὸς ὁ συγχωρήσας διὰ Ναθὰν τῷ Δαυὶδ τὰ ἴδια ὁμολογήσαντι κακὰ, καὶ Πέτρῳ τὴν ἄρνησιν κλαύσαντι ἰσχυρῶς, καὶ πόρνῃ δακρυσάσῃ ἐπὶ τοὺς ἀχράντους αὐτοῦ πόδας, καὶ Μανασσῇ, καὶ τελώνῃ καὶ ἀσώτῳ, ὁ εἰπών· *Ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα*· αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, καὶ Κύριος ἡμῶν, καὶ Ἰησοῦς Χριστὸς, συγχωρήσαι σοι πάντα ὅσα ἐνώπιον αὐτοῦ τῇ ἐμῇ ἐξηγγειλας ἐλαχιστότητι, ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ *μέλλοντι*· καὶ ἀκατακρίτως σε ἔμπροσθεν τοῦ βήματος αὐτοῦ παραστεθῆναι καταξιώσει, ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Altera solutio.

Deus, qui propter nos homo factus est, et totius mundi peccata portavit. Ipse per optimam benignitatem suam hæc omnia, frater, suscipiet, quæ nunc coram ipso meæ indignitati declarasti, remittens tibi omnia, et in hoc sæculo, et in futuro, qui constanter vult et tribuit omnibus salutem, estque benedictus in sæcula. Amen.

Ἑτέρα λύσις.

Ὁ Θεὸς ὁ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσας, καὶ πάντας τοῦ κόσμου τὰς ἁμαρτίας βαστάζων, αὐτὸς τῇ αὐτοῦ παναγάθῳ χρηστότητι, καὶ ταῦτα πάντα, ἀδελφὲ, ἀναδέξεται, ὅσα νῦν ἐνώπιον αὐτοῦ τῇ ἐμῇ ἐξεῖπες ἀναξιότητι, συγχωρῶν σοι πάντα καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, ὁ θέλων, καὶ μένων, καὶ νέμων ἅπασι τὴν σωτηρίαν, ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Postea sic precatur.

Deus Salvator noster qui per prophetam tuum

Εἶτα οὕτως ἐπεύχεται.

Ὁ Θεὸς, ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ὁ διὰ τοῦ προφήτου σου

Digitized by Google

Ναθὰν, μετανοήσαντι τῷ Δαυὶδ ἐπὶ τοῖς ἰδίοις πλημμελήμασιν ἄφεσιν δωρησάμενος, καὶ τοῦ Μανασσῆ τὴν ἐπὶ μετανοίᾳ προσευχὴν προσδεξάμενος, αὐτὸς καὶ τὸν δοῦλόν σου Δ. μετανοήσαντα καὶ ἐξομολογησάμενον τὰ ἴδια παραπτώματα πρόσδεξαι τῇ συνήθει σου εὐσπλαχνίᾳ· σὺ γὰρ εἶ, Κύριε, ὁ καὶ ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ κελεύσας ἀφιέναι τοῖς ἐν ἁμαρτίαις περιπίπτουσιν· ὅτι [ὡς] ἡ μεγαλωσύνη σου, οὕτω καὶ τὸ ἔλεός σου. Καὶ σὺ εἶ ὁ Θεὸς τῶν μετανοούντων, μετανοῶν ἐπὶ πάσαις ταῖς κακίαις ἡμῶν· καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν.

Δέσποτα Κύριε ὁ Θεὸς, ὁ καλῶν δικαίους εἰς ἁγιασμὸν, καὶ ἁμαρτωλοὺς εἰς τὸ δικαιῶσαι αὐτοὺς, πρόσδεξαι τὴν μετάνοιαν τοῦ δούλου σου τοῦ Δ., καὶ προσπίπτοντα τῇ μεγαλωσύνῃ σου ἐν ἐξομολογήσει τῶν ἡμαρτημένων αὐτῷ ἐλευθέρωσον ὡς ἀγαθός· καὶ λύτρωσαι αὐτὸν ἐκ πάσης σαρκικῆς ἁμαρτίας. Λάμπρυνον ἐκ πάσης ἐρρυπωμένης συνειδήσεως, καθάρισον καὶ ἐνδυνάμωσον ἐν τῇ ἐργασίᾳ τῶν σῶν ἐντολῶν· καταξίωσον τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ, ἵνα διὰ καθαρότητος ψυχῆς καὶ σώματος κατασκηνῶσαν ἐπ' αὐτὸν τὸ ἅγιον Πνεῦμα κληρονόμον ἀποδείξῃ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, χάριτι, καὶ οἰκτιρμοῖς, καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν.

Κύριε ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας τῶν δούλων σου, ὁ ἐλεήμων, καὶ οἰκτίρμων, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος, ὁ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς ἡμετέραις κακίαις, ὁ μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτὸν, αὐτὸς καὶ νῦν παρακλήθητι ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τὸν Δ., καὶ παράσχου αὐτῷ συγγνώμην ἁμαρτιῶν, πλασμὸν ἀνομιῶν, συγχωρῶν αὐτῷ πᾶν πλημμέλημα ἑκούσιόν τε καὶ ἀκούσιον· διαλλάγηθι καὶ ἕνωσον αὐτὸν τῇ ἁγίᾳ σου Ἐκκλησίᾳ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ σοι κράτος, μεγαλωσύνη καὶ μεγαλοπρέπεια, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν.

Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἀμνὲ καὶ ποιμὴν, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ὁ τὸ δάνειον χαρισάμενος τοῖς δυσὶ χρεωφειλέταις, καὶ τῇ ἁμαρτωλῷ γυναικὶ δοὺς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ὁ τὴν ἴασιν τῷ παραλύτῳ δωρησάμενος σὺν τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ, αὐτὸς Δέσποτα, ἄνες, ἄφες, συγχώρησον τὰς ἀνομίας, τὰς ἁμαρτίας, τὰ πλημμελήματα, τὰ ἑκούσια, τὰ ἐν γνώσει, τὰ ἐν ἀγνοίᾳ, τὰ ἐν παρακοῇ καὶ ἐν παραβάσει γενόμενα παρὰ τοῦ δούλου σου τοῦ Δ., καὶ εἴ τι ὡς ἄνθρωπος σαρκοφορῶν, καὶ τὸν κόσμον τοῦτον οἰκῶν ἐκ τοῦ διαβόλου ἐπλανήθη, ἢ παρέβη, ἢ ἐπλημμέλησεν, εἴτε ἐν λόγῳ, εἴτε ἐν ἔργῳ, εἴτε ἐν γνώσει, εἴτε ἐν ἀγνοίᾳ, εἴτε λόγῳ αἱρέσεως, εἴτε ὑπὸ κατάραν ἐγένετο, εἴτε ἰδίῳ ἀναθέματι ὑπέπεσεν ἢ ὅρκῳ, αὐτὸς ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, καὶ ἀμνησίκακος Δεσπότης παριδὼν, τῷ σῷ λόγῳ τοῦτον μὲν λυθῆναι εὐδόκησον, συγχωρῶν αὐτῷ καὶ τὸ ἴδιον αὐτίκα ἀνάθεμα καὶ τὸν ὅρκον κατὰ τὴν σὴν ἄφατον φιλανθρωπίαν. Δέσποτα Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐπάκουσόν

A Nathan Davidi de propriis delictis pœnitentiam agenti veniam largitus es, et Manasses pœnitentis orationem suscepisti, ipse hunc servum tuum N. pœnitentem, et confitentem propria peccata suscipe consueta tibi miseratione. Tu enim, Domine, is es qui jussisti septuagies septies dimittere iis qui in peccata inciderunt. Quia sicut magnitudo tua, sic et misericordia tua. Tu quoque Deus es pœnitentium, pœnitens super omnibus iniquitatibus nostris, tibique gloriam reddimus, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc.

Here Domine Deus, qui vocas justos ad sanctificationem, et peccatores ad eos justificandum, suscipe pœnitentiam servi tui hujus N., et procidentem magnitudini tuæ in confessione eorum quæ peccavit benigne libera: et redime eum ex quocunque peccato carnali. Absterge eum ab omni conscientia sordidata, illustremque et splendidum redde: purifica, et corrobora eum in operatione mandatorum tuorum: dignum eum redde remissionis peccatorum suorum, ut per animæ et corporis purgationem Spiritus sanctus in ipso inhabitans efficiat eum regni cœlorum hæredem, gratia, et misericordia, et benignitate unigeniti Filii tui cum quo benedictus es, et cum omnifariam sancto et bono, et vivifico tuo Spiritu, nunc.

Domine Deus salutis servorum tuorum, qui misericors et miserator es, longanimis, et multæ misericordiæ, quem malitiarum nostrarum pœnitet: qui non vis mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat; placare super servum tuum hunc N., et præbe illi peccatorum veniam, iniquitatum propitiationem, condonans illi omne delictum, sive voluntarium sive involuntarium. Reconciliare illi, et eum adunare sanctæ tuæ Ecclesiæ per Christum Jesum Dominum nostrum, cum quo tibi potentia, magnitudo, et magnificentia, cum sanctissimo et vivifico Spiritu, nunc.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, agne et pastor qui tollis peccatum mundi, qui debitum gratiose donasti duobus debitoribus, et peccatrici mulieri remissionem peccatorum dedisti, qui sanationem paralytico cum remissione peccatorum largitus es: ipse, Domine, parce, dimitte, condona iniquitates, peccata, delicta voluntaria et involuntaria, sive scienter, sive ignoranter ab hoc servo tuo N. et inobedienter et cum prævaricatione perpetrata. Et si quid ut homo carnem gestans, et mundi incola a diabolo deceptus, vel transgressus est, vel immoderate et contra rationem egit, sive verbo, sive opere, sive cum cognitione, sive cum ignorantia, sive ex animi proposito, sive maledictioni suppositus fuerit, sive in proprium anathema inciderit, vel jusjurandum: ipse ut benignus, et clemens, et malorum immemor Dominus isia præteriens, placeat tibi hunc verbo tuo absolvi, statimque illi condona et proprium anathema, et jusjurandum secundum inenarrabilem tuam clementiam. Here,

Digitized by Google

Domine Deus noster, exaudi me deprecantem bonitatem tuam, atque ut vultum misericors noli respicere omnia ejus peccata, eumque libera ab æterna pœnitione. Tu enim, Domine, dixisti : *Si quem ligaveritis super terram, ligatus erit et in cœlis : et si quem solveritis super terram, solutus erit et in cœlis*[8]. Quia tu es Deus omnis peccati expers, et peccata remittere potens, tibique gloriam reddimus Patrique sine principio, Spirituique tuo omnimode sancto et vivifico, nunc et semper, et in sæcula.

Pater Domine, ne tradas servum tuum hunc N. in manus diaboli, ne hostes nostri prævaleant nobis. Trade in os ejus observationem mandatorum, et labiis ejus occultum sigillum ut dolose non loquatur ; oculo superbo ab eo expulso, luxuriam et malitiam expurga ex animo ejus : spiritus durus et insolens, linguaque dolosa ne sint in eo. Immitte, Domine, in mentem ejus spiritum bonum, eumque expia ab omni impuro spiritu. Averte et ejice ab eo omnem miseriam : remitte illi peccatorum omne debitum. Respice de cœlo, et eum exhilara; in te enim speravit ; et corrobora eum virtute sancti tui Spiritus, neve permittas eum a diabolo absorberi, et submergi, quia nos a morte æterna per gratiam Christi tui liberasti, cum quo et Spiritu sancto tuo bono et vivifico benedictus es, nunc.

μου δυομένου τῆς σῆς ἀγαθότητος, καὶ πάρες ὁ πολυέλεος τὰ πταίσματα αὐτοῦ ἅπαντα, καὶ ἀπάλλαξον αὐτὸν τῆς αἰωνίου κολάσεως. Σὺ γὰρ εἶπας, Δέσποτα, ὅτι Ὅσα ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένος καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὅσα ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένος καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὅτι σὺ εἶ Θεὸς ἀναμάρτητος, καὶ δυνάμενος ἀφιέναι ἁμαρτίας, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Πάτερ Κύριε, μὴ παραδῷς τὸν δοῦλόν σου τὸν Δ. ὑπὸ χειρῶν τοῦ διαβόλου, ἵνα μὴ οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν ἐπιχειρῶσιν ἐφ' ἡμᾶς· δὸς ἐπὶ τῷ στόματι αὐτοῦ τήρησιν ἐντολῶν, καὶ ἐπὶ τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ σφραγῖδα κρυφίαν, ἵνα μὴ λαλῇ δόλον, ὀφθαλμὸν ὑπερήφανον ἀπώσας ἀπ' αὐτοῦ, στρῆνος καὶ κακίαν καθάρισον ἐκ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, πνεῦμα σκληρὸν καὶ ὑπερήφανον καὶ γλῶσσα δολία μὴ ἔστω ἐν αὐτῷ. Ἐπίστησον, Κύριε, ἐπὶ τὴν διάνοιαν αὐτοῦ πνεῦμα ἀγαθὸν, καὶ καθάρισον αὐτὸν ἀπὸ παντὸς ἀκαθάρτου πνεύματος· ἀποτίναξον ἀπ' αὐτοῦ πᾶσαν ταλαιπωρίαν· συγχώρησον αὐτῷ πᾶν ἁμαρτημάτων ὄφλημα· ἐπίβλεψον ἐξ οὐρανοῦ, καὶ εὔφρανον αὐτὸν ὅτι ἐπὶ σοὶ ἤλπισε· καὶ ἐνδυνάμωσον αὐτὸν τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματός σου τοῦ ἁγίου, καὶ μὴ ἐάσῃς αὐτὸν καταποθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ὅτι σὺ ἐῤῥύσω ἡμᾶς ἐκ θανάτου αἰωνίου διὰ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ σου, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ σὺν τῷ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ σου Πνεύματι, νῦν.

Post hæc eum surgere jubens amanter amplectitur, et bono esse animo hortatur, dicens ei :

« Ecce Dei voluntate homines amantis, et omnium salutem volentis, ad pœnitentiam confugisti, et confessus, ab omnibus prioribus operibus tuis malis liberatus es. Ne igitur per incuriam divinorum præceptorum secundis malis te prostituas, ne sint tibi, secundum evangelicum dictum[9] postrema pejora primis, quibus per Dei misericordiam redemptus es : sed studiose, et pro viribus contende Dominica custodire præcepta, et salutem consequenter adipisci. »

Εἶτα διαναστήσας αὐτὸν, ἀσπάζεται, καὶ εὐθυμεῖν προτρέπεται λέγων αὐτῷ·

« Ἰδοὺ θελήματι τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ τοῦ θέλοντος πάντων τὴν σωτηρίαν, προσδραμὼν τῇ μετανοίᾳ καὶ ἐξομολογησάμενος, πάντων σου προτέρων πονηρῶν ἔργων ἀπηλλάγης. Μὴ τοίνυν δι' ἀμελείας τῶν θείων ἐντολῶν δευτέροις κακοῖς σεαυτὸν ὑποβάλῃς, καὶ ἔσονταί σοι κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων, ὧν διὰ φιλανθρωπίαν Θεοῦ λελύτρωσαι, ἀλλὰ σπούδασον κατὰ δύναμιν τὰς Δεσποτικὰς ἐντολὰς φυλάξαι, καὶ ἀκολούθως τῆς σωτηρίας τυχεῖν. »

Deinde sic dicit sacerdos. Sapientia.

Lectio prophetæ Ezechielis[10].

« Hæc dicit Dominus omnipotens : Iniquus si averterit se ab omnibus iniquitatibus suis quas fecit, et custodierit omnia præcepta mea, et fecerit justitiam, et misericordiam, vita vivet, et non morietur. Omnia delicta ejus, quæcunque fecit, non memorabuntur : in sua justitia quam fecit, vivet. Nunquid voluntate volam mortem iniqui, dicit Dominus, sicut averti ipsum a via sua pessima, et ipsum vivere ? Cum autem averterit se justus a justitia sua, et fecerit injustitiam secundum omnes iniquitates, quas fecit iniquus, omnes justitiæ ejus, quas fecit, non erunt in memoria : in delicto suo quo deliquit, et in peccatis suis quæ peccavit, in ipsis morietur. Et dixistis : Non recte pergit via Do-

Εἶθ' οὕτως λέγει ὁ ἱερεύς· Σοφία.

Ἀνάγνωσις προφήτου Ἰεζεκιήλ·

« Τὰ λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ὁ ἄνομος ἐὰν ἀποστρέψῃ ἐκ πασῶν τῶν ἀνομιῶν ὧν ἐποίησε, καὶ φυλάξηται πάσας τὰς ἐντολάς μου, καὶ ποιήσῃ δικαιοσύνην, καὶ ἔλεος, ζωῇ ζήσεται, καὶ οὐ μὴ ἀποθάνῃ· πάντα τὰ παραπτώματα αὐτοῦ ὅσα ἐποίησε οὐ μνησθήσονται· ἐν τῇ δικαιοσύνῃ αὐτοῦ ᾗ ἐποίησε ζήσεται. Μὴ θελήσει θελήσω τὸν θάνατον τοῦ ἀνόμου, λέγει Κύριος, ὡς τὸ ἀποστρέψαι αὐτὸν ἐκ τῆς ὁδοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ζῆν αὐτόν; Ἐν δὲ τῷ ἀποστρέψαι δίκαιον ἐκ τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ καὶ ποιῆσαι ἀδικίαν, κατὰ πάσας τὰς ἀνομίας ἃς ἐποίησεν ὁ ἄνομος, πᾶσαι αἱ δικαιοσύναι αὐτοῦ ἃς ἐποίησεν, οὐ μὴ μνησθῶσιν· ἐν τῷ παραπτώματι αὐτοῦ ᾧ παρέπεσε, καὶ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτοῦ αἷς ἥμαρτεν, ἐν αὐταῖς

[8] Matth. xviii, 18. [9] Matth. xii, 45. [10] Ezech. xviii, 21 seqq.

Digitized by Google

ἀποθανεῖται. Καὶ εἴπατε· Οὐ κατευθύνει ἡ ὁδὸς Κυρίου. Ἀκούσατε δὴ, πᾶς ὁ οἶκος Ἰσραήλ· Μὴ ἡ ὁδός μου οὐ κατευθυνεῖ; Οὐχὶ ἡ ὁδὸς ὑμῶν κατευθύνει; Ἐν τῷ ἀποστρέψαι τὸν δίκαιον ἐκ τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, καὶ ποιήσει παράπτωμα, καὶ ἀποθάνῃ ἐν τῷ παραπτώματι ᾧ ἐποίησεν, ἐν αὐτῷ ἀποθανεῖται. Καὶ ἐν τῷ ἀποστρέψαι ἄνομον ἀπὸ τῆς ἀνομίας αὐτοῦ ἧς ἐποίησε, καὶ ποιήσει κρῖμα καὶ δικαιοσύνην, οὗτος τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐφύλαξε· καὶ ἀπέστρεψεν ἐκ πασῶν ἀσεβειῶν αὐτοῦ ὧν ἐποίησε, ζωῇ ζήσεται, καὶ οὐ μὴ ἀποθάνῃ, λέγει ὁ Κύριος παντοκράτωρ. »

A mini. Audite, nunc omnis domus Israel: Nunquid via mea non recte perget? Nunquid via vestra recte pergit? In avertendo se justum a justitia sua, et faciet delictum, et morietur in delicto quod fecit, in ipso morietur. Et in avertendo se iniquum ab iniquitate sua, quam fecit, et faciet judicium et justitiam: hic animam suam custodivit, et avertit se ab omnibus impietatibus suis, quas fecerat: vita vivet, et non morietur, dicit Dominus omnipotens. »

Εὐαγγέλιον κατὰ Λουκᾶν.

« Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἦσαν ἐγγίζοντες τῷ Ἰησοῦ πάντες οἱ τελῶνσι, καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀκούειν αὐτοῦ. Καὶ διεγόγγυζον οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ Γραμματεῖς, λέγοντες, ὅτι Οὗτος ἁμαρτωλοὺς προσδέχεται, καὶ συνεσθίει αὐτοῖς. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν ταύτην λέγων· Τίς ἄνθρωπος ἐξ ὑμῶν ἔχων ἑκατὸν πρόβατα, καὶ ἀπολέσας ἓν ἐξ αὐτῶν, οὐ καταλείπει τὰ ἐννενήκοντα ἐννέα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ πορεύεται ἐπὶ τὸ ἀπολωλὸς, ἕως εὕρῃ αὐτό; Καὶ εὑρὼν ἐπιτίθησιν ἐπὶ τοὺς ὤμους ἑαυτοῦ χαίρων· καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν οἶκον, συγκαλεῖ τοὺς φίλους καὶ τοὺς γείτονας, λέγων αὐτοῖς· Συγχάρητέ μοι ὅτι εὗρον τὸ πρόβατόν μου τὸ ἀπολωλός. Λέγω ὑμῖν ὅτι οὕτω χαρὰ ἔσται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, ἢ ἐπὶ ἐννενήκοντα ἐννέα δικαίοις, οἵτινες οὐ χρείαν ἔχουσι μετανοίας. Ἢ τίς γυνὴ δραχμὰς ἔχουσα δέκα, ἐὰν ἀπολέσῃ δραχμὴν μίαν, οὐχὶ ἅπτει λύχνον, καὶ σαροῖ τὴν οἰκίαν, καὶ ζητεῖ ἐπιμελῶς, ἕως ὅτου εὕρῃ; Καὶ εὑροῦσα συγκαλεῖται τὰς φίλας, καὶ τὰς γείτονας, λέγουσα· Συγχάρητέ μοι, ὅτι εὗρον τὴν δραχμὴν ἣν ἀπώλεσα. Οὕτω, λέγω ὑμῖν, χαρὰ γίνεται ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι. »

